






JACOBI SIRMONDI

SOC. JESU PRESBYTERI

OPERA VARIA.

TOMUS TERTIUS.





VENETIIS,

E TYPOGRAPHIA BARTOLOMÆI JAVARINA.

M. DCC. XXVIII.



PRÆFATIO.

De iis quæ hoc volumine continentur.

CAroli Calvi aliorumque aliquot Franciæ Regum Capitula Sirmondus ex antiquis codicibus descripta, & Notis illustrata, in lucem dedit an. MDCXXIII. Integrum ejus librum postea vir clarissimus Stephanus Baluzius contulit in amplissimam & ornatissimam illam, qua *Francorum Regum Capitularia* universa complexus est, Collectionem, quæ tanquam ære perennius monumentum, non modo maxima Gallicæ gentis decora, sed & sui simul auctoris, viri de literis & patria egregie meriti, laudem ad posteros transmittet. Quin, ut ea Collectionis pars aliquanto etiam lautior quam antea & perfectior prodiret, ex ipsis quoque schedis Sirmondi quædam a se excerpta & adjecta fuisse, Baluzius in Præfatione testatur. Quo minus necessarium videri poterat, eamdem Sirmondi lucubrationem hic denuo excudi. Tamen, cum exemplar editionis primæ nacti essemus a Sirmondo postea diligenter recognitum, in quo sua ipse manu, & scripturam Capitulorum quibusdam locis emendaverat atque integritati restituerat, & Notas quoque suas recensuerat, pluresque ex iis aliqua parte fecerat auctiores; cumque nova hæc operis ornamenta cerneremus aliquanto plura esse, quam quæ Baluzius ex Sirmondi schedis adjecerat; tum hic liber novam editionem, suumque inter varia auctoris sui Opera locum visus est quodam etiam peculiari jure postulare. Atque ut consilii hujus nostri ratio lectoribus perspecta esset, seque ipsis facilius approbaret; quæcumque nunc ex illo exemplari Sirmondiano vel correcta vel adjecta sunt, suis singillatim locis indicavimus. I.

Ad ea quæ Sirmondus ediderat Capitula complenda, non pauca ex secundo Baluzii volumine adscivimus: interdum etiam ex ejusdem annotationibus nonnihil sublegimus: sed ubique curæ fuit de singulis, cujusnam essent, lectores admonere. Ac in indice generali Capitulorum qui præmittitur, quænam nunc Sirmondianis inserta sint, docebit asteriscus.

In Collectaneis Anastasii Bibliothecarii quæ Sirmondus publici juris fecit, plura erant ab ipso Latine tantum edita, quorum videlicet exemplaria Græca nancisci minime potuerat. Postea ex istis aliqua Græco-Latine vulgata fuerunt a viro doctissimo Francisco Combefisio, in editione Operum S. Maximi: atque inde nos Græce quoque repræsentamus Opuscula hæc: *Excerptum ex Epistola S. Maximi ad Marinum presbyterum* &c. pag. 309. *Relationem motionis factæ in S. Maximum* &c. pag. 334. *Epistolam S. Maximi ad Anastasium monachum* &c. pag. 347. Denique *Relationem de dogmatibus agitatis inter S. Maximum & Theodosium Episcopum* &c. pag. 355. II.

Græca ista diligenter comparavimus cum Anastasii versione: ac quibusdam in locis, ubi contextus Græci nonnihil, vel prætermissum ab interprete, vel aliter quam Græca verba ferre possent, redditum occurrit; ibi interpretationem nostram in marginum spatiis adscripsimus.

In iis autem quæ tantummodo Latine extant, cum dictio sane parum concinna sit ac multis in locis obscura: hanc ut aliquantum illustraremus, Græcas subinde voces, ex quibus Latinæ, quantum conjicete licet, expressæ fuerunt, ad oram libri apposuimus, unde aliquid lucis affulgeat. Præterea, quod omiserat Sirmondus, tum auctotes ex quibus passim testimonia, sæpe tacitis nominibus, proferuntur, tum auctorum locos indicavimus, quoad comperiri potuimus. Demum, quæ in Anastasii Apocrisiarii ad Theodosium Epistola citantur ex Hippolyto, cum * apud Combefisium paulo aliter se habeant quam edita sunt a Sirmondo; nos illorum Hippolyti testimoniorum Latinam editionem utramque repræsentavimus.

* S. Maximi tom. 2. pag. lxxvi.

III. De Goffrido Abbate Vindocinensi Ægidius Menagius in Historia Sabaliensi * quædam notavit, præter illa quæ a Sirmondo prodita sunt in ejusdem Goffridi Vita. Primo, Andegavi mortuum esse die 26. Martii, anno 1113. sicut perhibet Chronicon Andegavense a Labbeo in Novæ Bibliothecæ volumine primo editum. Deinde, cum in eadem urbe, monasterii Ronserenii altare a Callisto II. Papa anno 1119. consecraretur, Goffridum sacræ huic ceremoniæ interfuisse; sicut docet Dedicatio illius altaris.

* Pag. 106.

Præterea Goffridum confraternitatem & suffragiorum societatem iniisse cum Cluniacensibus, testatur epistola ipsius Goffridi a Joanne Mabillonio viro clarissimo Tom. III. Analectorum edita, quam hoc loco apponimus, ne illud Goffridi scriptum desideret nova hæc ipsius Operum editio.

GAUFREDI ABBATIS VINDOCINENSIS

EPISTOLA AD CLUNIACENSES,

ad ineundam suffragiorum societatem.

EGo frater Gaufredus Vindocinensis monasterii qualiscumque Abbas, veniens ante præsentiam domni Hugonis venerandi Cluniacensis Abbatis, petii ab illo dari mibi societatem & loci confraternitatem sui totiusque gregis a Deo sibi commissi: ut qui de propria perfectione minus præsumebam, eorum suffragiis æternam valerem acquirere vitam. Quod ille clementer suscipiens, & libentissime complens, decrevit generali præcepto, ut quandiu vixero, si in ejus absentia venero Cluniacum, Capitulo & mensæ, totique ordini vice illius præsim: & cum hac luce migravero, ita per omnia in ipso loco pro requie animæ meæ agatur in orationibus & eleemosynis, sicus pro uno Abbate illorum professo vel monacho, cum adjectione tricenarii missarum; Brevium quoque missione, ac regulæ annotatione.

Jam vero, cum Petrum de Caortiis, cujus meminit Goffridus lib. III. epist. XXVIII. & Hugonem Chaorcinum, cujus mentio est lib. V. epist. XII. ambos ad eamdem familiam, cui a Caortiis (*Chourches*) agri Cenomanensis castello nomen fuit, pertinuisse censuerit Sirmondus in Notis: Menagius in eadem * Historia monuit, videri certe Hugonem Chaorcinum referri potius debere ad Chaorcinorum (*Cheorcin*) nobilem apud Andes stirpem, cujus insignia etiam scuti gentilitii, ab Caortiorum Cenomanensium insignibus prorsus diversa sunt.

* Pag. 173.

Item, quod Hugonem, ex Bodone sive Odone Burgundo, & Adela Fulconis Nerræ Comitis Andegavensis filia natum, fontem & caput familiæ Comitum Vindocinensium fuisse scripserat Sirmondus; id secus esse Menagius in eadem * Historia annotavit.

* Pag. 43.

Cum autem Sirmondus in suis ad Goffridi epistolas, Notis, satis prolixe de Credonensi inter monachos S. Albini & Vindocinenses controversia egerit; tum V. CL. Steph. Baluzius, *Nos*, inquit in præfatione libri secundi Miscellaneorum, *cum anno* MDC.LXI. *ad monasterium S. Albini accessissemus, veteresque membranas ejusdem monasterii excuteremus; nonnullas reperimus quas Sirmondus non viderat, ut opinor, & quæ plurima continent scitu non indigna. In illis porro &c.*

Hugonis de Cleeriis Commentarium de Majoratu & Senescalcia Franciæ, quem suis Notis Sirmondus tanquam coronidem apposuit, ex antiquis S. Albini codicibus descriptum; eumdem doctissimus Baluzius, item ex veteri S. Albini codice, rursus edidit *Miscell. lib. IV. pag.* 479. Ac Fulconis Hierosolymitani scriptum, quod ille Commentarius in fronte exhibet, extat etiam inter Gesta Consulum Andegavensium, ex mss. cod. S. Laudi Andegav. edita Tom. x. Spicilegii Dacheriani pag. 441. De iis autem lectores admonemus præcipue ob lectiones non uno variarum editionum in loco aliquantum discrepantes, quas possint, quibus id ex usu erit, inspicere.

Inter Goffridi Epistolas, una est quam subdititiam esse, atque haud dubie a Roscelino hæretico, aut alio quopiam homine improbo confictam, existimaverunt Bollandus & Henschenius *, Theophilus Raynaudus *, Joannes Bona Cardinalis, aliique: adeo incredibile visum est id quod in ea epistola de Roberto Arbrussellensi narratur. Illam tamen quamvis præstantium criticorum censuram haud satis firmis niti rationum momentis, alii plures censent. Non quo vera esse putent quæ de viro sanctissimo jactata fuisse perhibent eæ literæ: sed novum videlicet sanctimonialium institutum, cujus ille conditor fuit, atque adeo colloquia, uti necesse fuit, cum feminis illis crebra, improbis ac malevolis hominibus calumniandi ansam præbuisse. id quod summis etiam ac sanctissimis viris, Hieronymo aliisque, accidisse nemo nescit, dum ii peculiarem feminis ad pietatem instituendis operam impenderent.

Epist. 47. *lib.* 4.

* *ad diem* 24. *Februari pag.* 606.

* *In Triade fortium David pag.* 46.

Omnino Robertum de Arbrussello quacumque sequioris facti suspicione satis liberant innumera & illustria plane testimonia, quæ ipsius virtuti, pietati, sapientiæ, præclare gestis, plurimi Antistites sacri, viri principes, summi etiam Pontifices tribuerunt. Illum Paschalis II. *magnæ religionis virum* nominavit: Robertus de Monte, *virum aptum ad lucrandas animas*: B. Petrus Episcopus Pictavorum, *virum apostolicum, verbo divinæ prædicationis sagaciter invigilantem, & tonitruo sanctæ exhortationis plures tam viros quam mulieres a seculari luxu revocantem.* Alia mittimus, quæ alii collegerunt, ejusdem Roberti elogia. Certe quotquot ea ætate extiterunt virtute vel doctrina insigniores viri, tum Robertum ipsum magnis præconiis extulere, tum impense laudaverunt institutam ab ipso Religiosam familiam: quam quidem in ipsis exordiis, vivente adhuc auctore & parente, sacrarum virginum quinque millia numeravisse, testis est sane locuples Sugerius Abbas in Epistola ad Eugenium Papam hujus nominis tertium: ac *sanctimoniales* illas ipse Goffridus tanquam *Deo dilectas* in * in quadam epistola prædicat.

* *Epist.* 31.

Quis igitur non sentiat neutiquam insimulari aut reprehendi a Goffrido Robertum, sed de iis quæ homines maledici spargebant, libere ac sincere, ut fit inter amicos, admoneri. Atque id vel ipsa epistolæ verba satis demonstrant: *Ut dicitur: sicut fama spargit: diceris hæc facere: te talia egisse fama discurrente sinistra audivimus. Tu quidem in mundo quasi montem excelsum ascendisti, ac per hoc in te linguas & oculos hominum convertisti.* Et, quod minime prætermittendum, in epistolæ clausula, *Vale*, inquit, *& nos tuarum sanctarum precum, suppliciter precamur, participes effice.* quæ omnia satis ostendunt quam honorifice de Roberto sentiret Goffridus, & quam parum

finiftris illis rumoribus tribueret, vel tunc cum epiftolam illam fcribebat.

Ac plurimis ejufmodi luculentifque teftimoniis, aliifque argumentis graviffimis, fanctitatem Roberti Arbruffellani comprobaviffe, fatis effe poterat viro docto, qui abhinc aliquot annos grandi commentario caufam hane egit fane juftiffimam. cujus fcriptoris confilium certe ftudiumque laudabile. Sed profecto æquum non fuit, neque ad vanam eriminationem diluendam neceffarium, ut Goffridi Operum editorem, virum omnibus probariffimum, vocaret in invidiam, ac nihil unquam tale promeritum acerbe carperet.

IV. V. Quod Petri Cellenfis Abbatis Epiftolas attinet, quas una cum Alexandri III. Papæ Epiftolis quinquaginta fex, uno utrafque volumine, ac Noris illuftratas Sirmondus publico donavit; nihil eft admodum de quo lector a nobis admonendus fit, nifi, in illis Sirmondi Noris duo triave a doctis viris animadverfa effe. Unum eft, Caziacenfe monafterium, cujus Petrus Cellenfis in epift. XIV. lib. II. meminit, Benedictinorum effe, non autem, uti Sirmondus ex quadam Nicolai Clarevallenfis epiftola conjecerat, Ciftercienfium. Alterum eft, S. Crifpini cœnobia duo, quæ funt in civitate Sueffionenfi, non effe utrumque familiæ Benedictinæ, ficut Sirmondus in Notis ad epiftolam I. lib. V. ait; fed ex iis unum effe Canonicorum Regularium. Primæ animadverfionis auctor eft vir clarus Franc. Delfau in erudita differtatione quam libris de imitatione Chrifti præfidit: alterius autem, monachus Benedictinus, vir doctus, is qui Petri Cellenfis Opera omnia in unum collecta prælo commifit. qui etiam notavit, in excerpto Diplomatis Conradi Imp. quod a Sirmondo in Noris ad epift. XV. lib. VIII. profertur, pro eo quod Sirmondi editio habet, *decedentibus monachis* legendum effe *decedentibus clericis*: atque hanc nos lectionem prætulimus in hac editione, tanquam Diplomatis fententiæ magis confonam.

Quod Sirmondus ad epiftolam XIX. lib. VII. in qua Magiftri Petri mentio eft, ait in Noris: *Petrum, ni fallor, Trecenfem intelligit qui appellatus eft Comeftor*: Voffius conjecturæ prorfus affentitur: fed Labbeus *fcriptum hunc non abfque nodo effe* * ait.

* De fcriptor. eccl. T. 2. pag. 199.

Præter vetera Petri Cellenfis elogia quæ Sirmondus in libri fui aditu exhibuit, aliud fat copiofum ex Carnutenfis Eeclefiæ Necrologio veteri editum eft ab eruditiffimo Joanne Mabillonio in fecundo Veterum Analectorum Tomo pag. 570.

Demum, præter illas Alexandri III. Papæ Epiftolas quæ in Labbeana Conciliorum editione magno numero collectæ funt (in quibus eft appendix continens LVI. epiftolas a Sirmondo editas) alias quatuor Baluzius poftea dedit in lucem: * atque harum unam, quæ ad Henricum Archiepifcopum Remenfem fcripta eft, ex Sirmondi fchedis deprompfit.

* Mifcell. lib. 2. pag. 227.

KAROLI

KAROLI CALVI

ET

SUCCESSORUM

ALIQUOT FRANCIÆ REGUM

CAPITULA

IN DIVERSIS SYNODIS
ac placitis generalibus edita.

JACOBUS SIRMONDUS Societ. JESU Presbyter in unum collecta, Notisque illustrata, edidit anno M. DC. XXIII.

LUDOVICO XIII.
REGI
CHRISTIANISSIMO.

Tenue quidem, & mole sua exiguum, REX OPTIME, *sed regium tamen, tibique nisi gratiam culpa nostra deterat, non aspernandum Majestati tuæ munus offero, Regis inter Francorum olim reges non obscuri brevem legum, publicarumque actionum pene omnium Commensarium. Nec me latet, summorum principum, tui similium, raro ad libros legendos vel audiendos inflecti curam solere: quam in eo potius totam defigunt, ut literarum monimentis ipsi digna gerant, quam ut ab aliis scripta, & memoriæ prodita cognoscant. Sed si quando a publicis negotiis, quod ad hæc studia derivent, aliquid est otii, quam in partem libentius conferant, quam ut ante-*

greſſorum principum, ac præcipue majorum ſuorum res geſtas commemorent: in quas dum intuentur, continuo vel vinci a ſe illos gaudeant, ſi deteriores viderint, vel æmulari & aſſequi cupiant, ſi potiores. Erunt ergo fortaſſe in his Caroli Calvi Capitulis, unde & tu te pro ſapientia tua conſilia petas: & qui ſanctioribus conſiliis tuis adſident, in rem tuam cauta rerum æſtimatione transferant quod probarint. At nobis turbulentiſſimi temporis procellas, quibus ætas illa jactata eſt, animo reputantibus Deo gratias agere fas erit, quod meliore, id eſt tuo ſeculo nati ſumus, Principemque nacti, qui hanc imperii ſui felicitatem regiis omnibus virtutibus, ſed pietate in primis & religione ſua auguſtiorem faciat. Cur enim hanc ego laudum tuarum partem præ ceteris non ſuſpiciam, quam præ ceteris adamaſti, qua Chriſtianiſſimi nomen quod geris retineri una maxime, ornarique poſſe judicaſti, cujus fructum etiam illi per te capiunt qui detrectant? Quos quidem a rectæ fidei religioniſque legibus averſos, ſingulari judicii & benignitatis tuæ temperamento, ita ferre te oſtendis, ut non ames; ita non amare, ut ſolum in his errorem oderis, ac perfidiam. Inveniſti denique, in quo & hoſtibus ipſis arma tua prodeſſent: cum eos, qui vel victoriæ tuæ metu exterriti, vel factionis, quæ ſubditos in principem armaret, perſæſi, ad ſaniora conſilia redierunt, non ſolum benevolentia complexus es, ſed beneficiis inſuper, honoribuſque cumulaſti. Dii utinam votis, meritiſque tuis pietas divina, ut ſalutare ſibi exemplum ſequantur omnes; ut quos ad rebellandum violatæ religionis error abduxerat, religioni tandem ejurata rebellione reſtituas. Hoc enim auſpiciis tuis, REX CHRISTIANISSIME, *ſpondere ſibi audet Gallia, ut quæ Caroli Calvi, poſterorumque ejus ævo barbaram in ſinu ſuo gentem fecit Chriſtianam, ſuam ipſa univerſam, profligatis quibus carere ſolebat monſtris, te potiſſimum imperante, iterum videat omni ex parte Catholicam.*

DEVOTUS SACRÆ MAJESTATI TUÆ

JACOBUS SIRMONDUS.

L E C T O R I.

KAroli Calvi, & ſequentium aliquot Franciæ regum Capitula, publico jam olim a Petro Pithœo poſt Karoli Magni, & Ludovici Capitulorum editionem promiſſa, tibi nunc tandem, Lector, impar fortaſſe, ſed non invitus alieni nominis hæres exſolvo. Nec Capitula modo ſunt iſta, quæ damus, ſed aliquid amplius Capitulis. Hoc enim inter Pithœana & noſtra intereſt, quod in Anſegiſi Abbatis, & Benedicti Levitæ collectionibus, quas Pithœus edidit, nudæ regum ac meræ ſunt leges, quæ Capitula vocabant, nullo fere ordine digeſtæ, nullaque temporum vel locorum nota diſtinctæ: in his noſtris Synodi & Conventus ipſi regales, in quibus conſtituta fuerunt Capitula, exhibentur, & quo quique anno ac loco, quas ad res, & per quos coacti, celebratique ſint, expreſſum eſt. Quod genus omnia, quæ Karoli noſtri ævo acta fuiſſe conſtat, ſi conſequi nobis, aut hæc ipſa quæ nacti ſumus integra & abſoluta reddere licuiſſet, lucem profecto, quam illuſtrandæ illorum temporum hiſtoriæ non modicam adferunt, maximam præberent. Erunt, ut ſpero, quos conatus hic noſter excitet, ut plura conquirant, & ſuppeditent. Nos hæc interim ex diverſis collecta locis, ſed e quinis potiſſimum, ſi tua hoc ſcire intereſt antiquis codicibus excerpſimus. Nam cum primi duo, quorum alter in Tiliana, alter in Thuanæa nunc eſt bibliotheca, ultra Titulum XVI. non procederent; quæ ſequebantur partim ex Bellovacenſis, partim ex Laudunenſis Eccleſiæ libris, partim etiam ex Metenſi noſtro corrogata ſupplevimus. Coronationes autem regum, quas Capitulis ſubjecimus, unicum e S. Laurentii monaſterio Leodienſe nobis exemplar ſubminiſtravit. De meo ſane, præter Titulorum numeros & nomina, quibus longiores manuſcriptorum titulos commodioris, ut rebar, uſus gratia prænotavi, nihil adjectum. In quo ipſo non feſelliſſe me judicium credam, Lector, ſi probaris: & de Notis, quas amici extorſerunt, non inconſulto ceſſiſſe, ſi non rejeceris. Vale.

CAPITULA REGUM FRANCI

PRO LEGE TENENDA JUDICAVERUNT.

In Placito apud Carisiacum Anno DCCCLXXIII.

DE KAROLI CALVI REGIS CAPITULIS TESTIMONIUM.

Karoli ipsius regis in conventu apud Carisiacum anno DCCCLXXVII. *Tit.* LII.

CApitula, quæ avus & pater noster pro statu & munimine sanctæ Dei Ecclesiæ ac ministrorum ejus, & pro pace ac justitia populi, & quiete regni constituerunt: & quæ nos cum fratribus nostris regibus, & nostris ac eorum fidelibus communiter constituimus: sed & quæ nos consilio & consensu Episcoporum, & ceterorum Dei & nostrorum fidelium, pro suprascriptis causis in diversis placitis nostris conservanda statuimus, permanere inconvulsa decernimus, similiter & a filio nostro inconvulsa conservari volumus & mandamus.

INDEX

EORUM QUÆ IN HOC LIBRO CONTINENTUR.



INDEX
NUMERORUM ET NOMINUM
TITULI CUJUSQUE.

Karoli Calvi Capitulorum Tituli LII.

Quæ asterisco notantur, addita sunt ex V. Cl. STEPH. BALUZII editione Capitularium Regum Francorum.

INDEX TITULORUM.

Ludovici Balbi Capitul. Tituli III.

Karlomani Capitul. Tituli III.


Odonis Regis.

Karoli Simplicis Capitul. Tituli III.

Coronationes.



CAROLI



CAROLI CALVI FRANCORUM REGIS ET IMPERATORIS CAPITULA

IN DIVERSIS SYNODIS

ac placitis generalibus edita.

TITULUS PRIMUS.

ANNO CHRISTI. 843.

Conventus [a], in villa Colonia.

[c] *CAPITULA QUÆ ACTA SUNT ANNO IV. regni domni Karoli gloriosi regis, domni Hludowici Imperatoris filii, in conventu habito in villa que dicitur Colonia. quæ etiam subscriptione ejusdem Principis & Episcoporum, ac ceterorum fidelium Dei confirmata fuere, [b] consensu VVarini, & aliorum optimatum. Indictione VI.*



ANCTA Ecclesia navis more, ut de prioribus sæculis taceamus, ab initio suæ institutionis pelagus sæculi hujus diversa qualitate hactenus Domino moderante transegit: & modo tranquillitate gravis, amodo autem procellæ alicujus tempestate concussa, sed non usquequaque dimersa; quin potius excitato fidelium precibus Christo suo gubernatore, salubri libertatis securitate, atque optata donata serenitate. Unde etiam in partibus nostri orbis quæ tempore divæ recordationis avi nostri, & sanctæ memoriæ domni ac genitoris nostri, aliquandiu fuerat pacis suavitate lætata, inimico homine, juxta sanctum Evangelium, in agro Dominico superseminante discor-

a *In villa colonia*) Titulo* VI. apud Sparnacum & Tit. * XV. apud Bonoilum. Ex præfatione Synodi Meldensis liquet actum fuisse hunc conventum, cum rex Karolus a Redonis civitate reverteretur. Quare Coloniam verisimile est illam dici, quæ in eo itinere sita est non procul a mœnibus Cenomannorum. de qua & Avesgandi Episcopi literæ pro monasterio S. Vincentii: *In villa quæ dicitur Colonia terram quam tenuit Hildebertus, cum silva quæ vocatur Broilus*, &c. v. *Coulaines*.

* *In hac edit. tit. VII.*

* *Hic XVIII.*

NOTA POSTERIOR SIRMONDI

Tom. 3. Concil. Gall. p. 679.

In villa Colonia) Holonia dicitur in volgatis editionibus Synodi Meldensis. at in veteri ejusdem Synodi codice Metensi, & in antiquis Capitulorum exemplaribus Colonia vocatur, quam prope Vindiounum Cenomannorum urbem sitam esse docuimus.

b *Consensu Warini*) Præcipuæ dignationis est quod solus inter proceres nominatur. Comes Arvernorum olim fuerat, cum adversus Lupum Vasconem conflixit, ut Ludovici Pii vita testatur. Idem etiam Dux a Nithardo libro IV. & in Caroli Calvi diplomate Marchio nuncupatur; ob varias scilicet administrationes quas diversis locis gessit. Cum multa autem a Warino præclare gesta memorentur, tum illud certe præ ceteris gloriosum, quod victoriæ Fontanericæ laudem illi adscribit Chronicum bibliothecæ Memmianæ: *Anno* DCCCXLI *Hlotharius Imp. cum Karolo & Ludovico fratribus certamen apud Fontanetam iniit, & per Warinum Provinciæ Ducem superatus fugam capessit, Francorum strage innumera peracta.*

c *Sancta Ecclesia*) Tota hæc præfatio Caroli regis nomine concepta est. Itaque titulus esse poterat, *Adlocutio*, vel *admuntiatio Karoli regis.*

ANNO CHRISTI 841. diæ zizania in medio tritici Deo amatæ caritatis, adeo est diversis atque adversis vexata molestiis, ut non sine maxima difficultate, respectu divi-
Matth. 13. 25. no, & fidelium Dei ac nostrorum solatio, inter nos fratresque nostros pacificatio, & a paterni regni ex consensu divisio, seu ejusdem sanctæ Ecclesiæ ac fidelis populi tantorum laborum quantulacumque fieret respirario. Processu vero temporis, ut solent post condensos aeris turbines nubium in pertranseundo remanere vestigia, restiterunt, fatemur, in nobis & in viris Ecclesiasticis, necnon & in reipublicæ nostræ solatiatoribus, hujusmodi materiæ & fomites dissensionum, ut manifeste patesceret nos divina gratia indigere, ut omnes a contagio morbi pristini penitus exueremur, qua præventi eramus, ut infirmitatem communem videre possemus. Quapropter venientes in unum fideles nostri tam in venerabili ordine clericali, quam & inlustres viri in nobili laicali habitu constituti, & zelo Dei accensi, memores etiam fidei, quam ipsi & antecessores eorum nostris detulerunt prædecessoribus, ponentesque ante oculos dilectionem & fidelitatem, quam nobis post defunctionem patris laudabiliter & continentissi-
1. Macc. 12. 30. me servaverunt, secundum quod legitur in literis divinitus inspiratis, hortatus est alter alterum, immo omnes se invicem monuerunt, ut cuncti universum animi rancorem pro quocumque conceptum negotio a corde propellerent, & in Dei voluntate ac sanctæ Ecclesiæ competenti veneratione, seu nostra fidelitate servanda, atque debito honore & regia potestate stabilienda & conservanda, quin etiam sese in pacis concordia & vera amicitia copularent: quatenus divinæ clementiæ placerent obnixius, & de regis ac regni stabilitate & utilitate possent tractare sublimius, & suum atque totius populi communem profectum & tranquillitatem obtinerent propensius. Sicque Deo amabili atque laudabili conventu unanimiter ac rationabiliter *perpetrato*, *nostræ mansuetudini* suam devotionem & actionem fidelissime suggesserunt. Nos autem tanta fidelium erga dominationem nostram subtiliter perspecta benignitate, ut causa pro sui merito exigebat, eis condignas gratiarum actiones retulimus, & nos nostamque potestatem eorum bonæ convenientiæ per benevolentiam in hoc facto, quod sine dubio ad præsentem & æternam tendit salutem, sociam & comitem fore tota devotione spopondimus, abdicatis omnibus, quantum patitur humana fragilitas, quæ persona nostri regiminis ignorantia, seu juventute aut necessitate, contra convenientem sibi salubritatem & honestatem usque modo egerat, aut alterius astu contraxerat. Qua de re communiter inito consilio, hoc scriptum fieri proposuimus, quod etiam manuum omnium nostrorum subscriptione roborandum decrevimus. In quo quæ nobis nunc præcipuæ ad communem salutem & regni soliditatem, atque omnium nostrorum utilitatem, immo plenissimam honestatem visa sunt pertinere, conscripsimus. non loquentes diversarum immutatione personarum, ut modo regalis sublimitas, modo episcopalis auctoritas, modo autem fidelium loquatur commoditas; sed secundum Apostolum, sub uno capite Christo, ut revera unus homo in unius Ecclesiæ corpore, singuli autem alter alterius membra, quod prosit omnibus omnes unanimiter, una voce loquamur
Matth. 10. 20. per eum & in eo qui dixit, & de quo dictum est, *Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.*

a *Paterni regni divisio*) Quo pacto instituta fuerit hæc divisio, Nithardus docet lib. IV. Sed quænam cuique fratrum pars regni obtigerit, neque Nithardi liber eo loco mutilus, neque veterum quisquam satis explicat. ceteris tamen accuratius Ado Viennensis in Chronico. Cessit autem Ludovico ad orientem Germania omnis Transrhenana cum pau is aliquot eis Rhenum, urbibus & pagis propter vini copiam. Carolo ad occidentem Gallia non universa, sed quidquid ejus ab Oceano hinc ad Mosam & Scaldim, inde ad Rhodanum & Ararim porrigitur. Lotharius Imp. reliquas Galliæ provincias quæ inter Mosam, Scaldim, & Rhenum, quæque inter Rhodanum, Ararim, & Alpes sitæ sunt, cum Italiæ regno sortitus est. Ita ex uno triplex Francorum regnum factum est, omnes enim Francorum reges appellabantur.

ANNO CHRISTI. 843.

CAPIT. I.

[a] DE honore videlicet & cultu Dei, atque sanctarum Ecclesiarum, quæ auctore Deo sub ditione & tuitione regiminis nostri consistunt, communiter Domino mediante decernimus, ut sicut tempore beatæ recordationis domni ac genitoris nostri excultæ & honoratæ atque rebus ampliatæ fuerant, salva æquitatis ratione ita permaneant, & quæ a nostra liberalitate honorantur atque ditantur, de cætero sub integritate sui serventur: & sacerdotes ac servi Dei vigorem Ecclesiasticum, & debita privilegia juxta reverendam auctoritatem obtineant, eisdem vero regalis potestas, & inlustrium virorum strenuitas, seu reipublicæ administratores, ut suum ministerium competenter exequi valeant, in omnibus rationabiliter & juste concurrant.

I I.

Honor etiam regius, & potestas regali dignitati competens, atque sinceritas & obtemperantia seniori debita, remota omni socordia & calliditate, seu qualibet indebita quorumcumque conjunctione contra honorem & potestatem atque salutem nostram, sive regni nostri soliditatem, nobis in omnibus & ab omnibus, sicut tempore antecessorum nostrorum consueverat, exhibeatur. Et si quis quemcumque contra nos & contra hanc pactam sinceritatem aliquid moliri manifeste agnoverit, si eum converti nequiverit, aperte prodat atque denotet. & sic consilio atque auxilio Episcopalis auctoritas, & fidelium unanimitas, ut noster honor & potestas regia inconvulsa permaneat, totis nisibus decertare & adjuvare procuret.

I I I.

Quia vero debitum esse cognoscimus, ut a quibus honorem suscipimus, eos juxta dictum Dominicum honoremus, volumus ut omnes fideles nostri certissimum teneant, neminem cujuslibet ordinis aut dignitatis deinceps nostro inconvenienti libitu, aut alterius calliditate, vel injusta cupiditate, promerito honore debere privare, nisi justitiæ judicio & ratione atque æquitate dictante. Legem vero unicuique competentem, sicut antecessores sui tempore meorum prædecessorum habuerunt, in omni dignitate & ordine favente Deo me observaturum perdono.

I V.

Quod ut facilius atque obnixius nostra auctoritas valeat observare, omnes sicut in vestra bene [b] memorabili convenientia pepigistis, conservare studebitis. Immo etiam cuncti in postmodum sollicite præcavebunt, ne aliquis pro quacumque privata commoditate, aut rejicienda cupiditate, sive alicujus consanguinitatis, vel familiaritatis seu amicitiæ conjunctione, nobis immoderatius suggerat, vel postulationibus, aut quolibet modo illiciat, ut contra * justitiæ rationem, & nostri nominis dignitatem, ac regiminis æquitatem agamus.

* justitiam & rationem cod. Metensis.

V.

Et si forte subreptum nobis quidpiam ut homini fuerit, competenter & fideliter, prout sublimitati regiæ convenit, & necessitatibus subjectorum expedit, ut hoc rationabiliter corrigatur, vestra fidelis devotio admonere curabis.

V I.

Tandem autem visum est nobis * advertere, ut si quis hoc fœdus concordiæ salubris, quod propter pacis caritatisque custodiam inivimus, & chirographi virtute subscripsimus, rebelli atque animo pertinaci irruperit, Christiana dilectione admoneatur, & ad inconvulsum caritatis vinculum conservandum, quod qui tentaverit corrumpere, facilius poterit se ipsum disrumpere, quam illud possit irrumpere, juxta monita divina ut resipiscat hortetur. & si audierit, fiat de societate fideli omnibus gaudium. si vero obaudire renuerit, tunc pontificalis auctoritas, & regalis sublimitas, atque in caritatis connexione persistentium magnanimitas, secundum quod res & necessitas postulaverit, ac ratio expetierit, seu qualitati personæ convenerit, zelum suæ devotionis ferventissime exerat, & quod inspirante Deo agendum in omnem salutis & utilitatis atque honestatis partem judicaverit, irrefragabiliter peragat.

* adnectere. Var. lect. manu Sirmondi.

a *De honore*) Capitula hæc omnia in Synodum postea Meldensem translata sunt: in qua nunc etiam leguntur, sed corrupto in Holoniam villæ vocabulo. Coloniam enim, non Holoniam, scribendum probant non modo Capitularium istorum exemplaria omnia, sed ipsius quoque Synodi Meldensis vetus codex Metensis, quo usi sumus.

b * *Memorabili*) *Memoriali*. Varia lectio manu Sirmondi in ora libri Capitulorum ab ipso editi. Ita codex Bellovacensis.

TITULUS II.

Synodi ad * Teudonis villam.

*al. Theodonis.

*CAPITULA QUÆ ACTA SUNT IN SYNODO secus Teudonis villam habita, ª in loco qui dicitur * Judicium, quando tres fratres gloriosi principes Hlotharius videlicet, Hludouvicus, & Carolus, simul convenerunt anno v. regni Caroli. cui Synodo ᵇ Drogo Mettensis Episcopus præsedit consensu eorumdem Regum. quæ & ipsi principes ante se, fidelesque eorum relecta Capitula adprobaverunt, & se eadem servaturos auxiliante Domino promiserunt, mense Octobr. Indictione * VII.*

a * al. Judiacum. Baluz. b * VIII. juxta rationes Labbei, tom. 7. Concil.

NAVIS sanctæ Ecclesiæ ab exordio suo variis sæpe perturbationibus mersa, sed excitato fidelium precibus gubernatore suo Christo nunquam est usquequaque dimersa. Quæ quondam etiam ut nunc videtur pene conlapsa, progenitorum vestrorum studio & devotione est auctore Deo juxta modum divinitus concessum recuperata. Unde immensas Domino Deo nostro laudes referimus, qui & corda vestra ad intentionem similem excitavit, & post vestigia patrum vestrorum, quibus per temporale regnum ad æternum perveniatis, ire velle docuit & inspiravit. Vestræ nihilominus nobilissimæ dominationi multimodas gratiarum actiones rependimus, quia ad evitandum & vestrum & nostrum periculum, & ad communem totiusque populi providendam salvationem, bonam & beneplacitam Dei voluntatem subsequi, & divinum consilium secundum præceptum
Aggai 2. 12. Deut. 32. 7. Domini quo dicitur: *Interroga sacerdotes legem meam*, &, *interroga patres tuos & adnunciabunt tibi*, a nobis quanquam indignis, Christi tamen vicariis, quærere & benigna devotione, velut revera ex ore ipsius Dei expectare, dignamini. Quod humilitatis vestræ supernum donum sancta Ecclesia cum tanto gaudio suscipit, ut de vobis etiam in consolatione sua sibi dictum a
Psal. 44. 17. Domino aptare velit, *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*. Id est, pro justorum progenitoribus, qui te paterno affectu ditaverunt, & ampliaverunt ac coluerunt, nati sunt tibi isti filii, qui in te & paterna munera resarciant, recuperent, & conservent, & te fideli devotione ut bonæ indolis adolescentes, me super eos intendente, eisque manum solatii porrigente, tueantur & excolant.

CAPIT. I.

c ᶜ HIs ita præmissis, nobilissimi Domini, ut cum pace vestra dicamus, quia constat hanc sanctam Ecclesiam sanguine Christi redemptam, & prædecessorum vestrorum multo labore redintegratam ac adunatam atque gubernatam, vestra discordia esse discissam & perturbatam atque afflictam: videtur nobis, si & in præsenti feliciter regnare, & in futuro cupitis esse salvi, & ab hac eadem Ecclesia vobis ad gubernandum commissa, pro qua ex ministerio regali reddituri estis regi regum rationem in die judicii, tam multiplices ac perniciosas corruptionis pestilentias vultis amovere, & vigorem regium ac seniorale & super vestros, & super impugnantes potestatem vestram optatis habere, caritatem illam, quam Apostolus do-
1. Tim. 1. 5. cuit, *de corde puro, & conscientia bona, &*
A *fide non ficta*, inter vos studere habere, & quin sic habeatis, & fidelibus, & infidelibus vestris omni virtute & puritate curate manifestare, sicut Dominus docuit dicens: *In hoc cognoscent* Joan. 13. 35.
omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Quæ non tantum verbo & lingua, sed potius remota quolibet modo omni occulta nocendi machinatione, aut, quod absit, aliena a caritate aperta impugnatione, quocumque quis indiget, pro viribus vero consilio & prompto auxilio ab altero adjuvetur,
B quoniam scriptum est: *Frater qui adjuvatur a* Prov. 18. 19.
fratre quasi civitas firma. Et ita in populum vobis commendatum, pro ista quæ hactenus operante per membra sua diabolo versata est discordia, pacem illam disseminate, quam Christus in cælum ascendens fidelibus suis munere magno reliquit, dicens: *Pacem relinquo vobis*, Joan. 14. 27.

---

*Hic XVIII. *Hic XXVII. a *In loco qui dicitur Judicium*) Tit. * XV. apud Bonoilum, & Tit. * XXIII. cap. VIII. Joannes Abbas Gorziensis de translatione S. Glodesindis: *Sub ipso fere articulo temporis, faber quidam Imperatorius de villa* Judicio *Mettis advenit*. Prisci nominis vestigia retinet. Vulgo enim *Judez* vocant haud procul a Theodonis villa.

b *Drogo Mettensis Episcopus*) Tit. III. cap. XI. quo loco de Drogone plura. Nunc satis sit adnotasse, quod Synodo huic, (quam Synodus Meldensis ob triam in ea regnorum conventum generalem vocat) præsidere Drogonem reges voluerunt, habitum ab illis honorem videri vel Vicarii, ut post dicetur, sedis Apostolicæ, vel patrui, Caroli olim magni ex concubina, non re, sed nomine Regina, filio.

c *His ita præmissis*) Ex his etiam Capitulis pleraque in Synodum Meldensem recepta, nectamen omnia. Quædam enim, ut patres ipsi præfantur, ab illis consulto recisa sunt, quædam pro rei necessitate interposita.

ANNO CHRISTI. 844.

pacem meam do vobis, sine qua nemo videbit Deum.

I I.

Quia bene nostis ab illo, qui solus meritò & rex & sacerdos fieri potuit, ita Ecclesiam dispositam esse, ut pontificali auctoritate & regali potestate gubernetur, & scriptum esse liqui-
Prov. 11. 14. do pervideris: *Ubi non est gubernator, populus corruit*, & tanto periculosius, quantò anima plus est pretiosa quam corpus: canonum etiam irrefragabilis auctoritas super Episcoporum ordinatione, & in populi ad custodiendum suscepti vigilantia, ac sedium suarum tenaci stabilitate evidentissime præcipiat. ferventissime Dei legatione fungentes monemus, ut sedes, quæ vestra discordia ulterius nec nominanda sine sacro Episcopali ministerio, & sine Episcopis viduatæ maneut, submota funditus peste simoniacæ hæreseos, sine dilatione, juxta auctoritatem canonicam, aut Episcopos a Deo datos, & a vobis regulariter designatos, & gratia sancti Spiritus consecratos accipiant: aut quæ suis Episcopis quacumque occasione privatæ sunt, canonice eos sine aliqua excusatione, aut tarditate recipiant.

I I I.

Sacrum quoque monasticum ordinem a Deo inspiratum, & ab ipsis Apostolis fundatum, seu a nominatissimis ac sanctissimis patribus excultum, atque per istud imperium a vestris piæ memoriæ prædecessoribus propagatum, & quædam etiam loca specialius venerabilia, contra omnem auctoritatem & rationem, ac patrum vestrorum, seu regum præcedentium consuetudinem, laicorum curæ & potestati in maximo vestro periculo, & illorum perditione, & Dei ac sanctorum non modica ad irascendum provocatione, vos commisisse dolemus. Qua propter pro Christo devotissime obsecramus, ut tam magnam offensam & justam reprehensionem, atque periculosam sine exemplo præcedentium præsumptionem, ab animabus vestris & a felicitate regni vestri pellatis; & loca venerabilia, & habitum ac ordinem sacrum eis, qui ad hoc vocati sunt, viris scilicet ex clericali & ecclesiastico, vel monastico ordine religiosis, seu in suo sexu feminis Deo dicatis atque devotis, & in schola Christi eruditis, ad custodiendum & providendum committatis, qui & quæ Dei sunt Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari reddant. Qui si minus perfecte & in divina religione, & in reipublicæ utilitate profecerint; aut corripiantur, aut meliores & utiliores in locis eorum substituantur: & non propter pravorum nequitiam ordo religionis & loca sacratissima, eis quibus licitum non est, committantur. cum manifestissime scriptura demonstret Ozam morte
2. Reg. 6. 7. damnatum, qui arcam Domini quasi cadentem relevare voluit, quam vel contingere inlicitum ei fuit.

I V.

Occasionem etiam & fomitem, unde ordo Ecclesiasticus, & canonica forma, atque monastica religio, sæpe a longe superiori tempore, cum minus religiosos principes habuit, titubavit, & pene conlabens deperiit; & iterum, cum devotos & in Dei zelo ferventes principes accipere meruit, resurrectione quadam revixit, & vigorem recepit, atque sui processus tempore ambulavit, (quod non sine gravi dolore & metu ultionis divinæ dicimus) in vestri regiminis tempore in destructionem, non in ædificatio-
2. Cor. 13. 10. nem, sicut Paulus docuerat, accidisse conspicimus. Quod & nostris peccatis, qui dispensatores & pastores Ecclesiarum esse debuimus, veraciter imputamus: & eorum, quorum factione res ista adeo male pullulavit & excrevit, alia præcedentia peccata hoc meruisse pro cer-
Apoc. 22. 11. to auctoritate divina cognoscimus. Ut qui nocebant, sicut scriptum est, nocerent adhuc, & qui in sordibus erant sordescerent adhuc. unde Deum gravius ad iracundiam provocarent, & sanctos, quos intercessores pro suis peccatis habere debuerant, infensos haberent; & sacerdotes ac viros religiosos, seu Christi pauperes, quos oratores & reconciliatores sibi de suo promereri necesse fuerat, proclamatores adversum se fieri irritarent, & ad cumulum suorum peccatorum etiam illa peccata, unde in conspectu Dei rationem in die terribilis judicii redderent, & augerent, quæ illi commiserunt, qui eadem ipsa peccata per intercessionem fidelissimarum oblationum deleverunt, quas Ecclesiasticarum rerum pervasores inconsulte & in perniciem sui sine reverentia abutuntur. Quod ita verum esse ut dicimus, Dominus protestatur dicens:
Osee 4. 8. *Peccata populi mei comedunt*. Peccata enim populi comedunt, qui contra auctoritatem divinam res Ecclesiasticas indebite pervadunt, & nec intercessionis ope, nec prædicationis consilio, vel quocumque divino auxilio, pro peccatis eorum, qui eas dederant, laborant, nec pio operi, ad quod fides fidelium eas tradiderat, inservire permittunt. De quo periculoso facto vos, Christianissimi Principes, venerabiliter admonemus, & devotissime obsecramus, ut memores salutis vestræ, præsentis scilicet & æternæ, memores etiam largitatis progenitorum vestrorum erga sanctas Ecclesias, propter quam feliciter regnaverunt, & sibi contrarios superaverunt. memores siquidem cum quantâ religione etiam ante Christi sanguinem, & in tempo-
Gen. 47. re famis in Ægypto, discretione sancti Joseph apud nefandum regem Pharaonem terra sacerdotalis extitit. innumera quoque scripturarum exempla, ut lacte Ecclesiæ nutriti, & scientiæ ipsius uberibus sufficienter repleti, ante oculos reducentes, tunicam Christi, qui vos elegit & exaltavit, quam nec milites ausi fuerunt scindere, tempore vestro quantocius reconsuite & resarcite, & nec violenta oblatione, nec inlicitorum præceptorum confirmatione, res ab Ecclesiis vobis ad tuendum & defensandum ad propagandum commissas auferre tentate: sed ut sanctæ memoriæ avus & pater vester eas gubernandas vobis fautore Deo dimiserunt, redintegrate, & præcepta regalia earundem Ecclesiarum conservate ac confirmate. Ne sicut inten-
3. Reg. 11. 30. a tavit * Samuel propheta ad Roboam filium Salomonis in conscissione pallii, præsens regnum, quod absit, vobis patrum labore adquisitam & hæreditate relictum, a vobis ipse Christus dividat, & æternum regnum quod promisit non tribuat. Nec contra Dei faciem iratas hominum facies consideretis: quia si ad tempus illis displicueritis, cum vos Deo placebitis, in vobis
Prov. 16. 7. ille quod promisit, implebit: *Cum placuerint*, inquiens, *Domino viæ hominis, omnes inimicos*

a * *Samuel*) Notavit Cotelerius legendum *Semeias*. De Abia quidem id narratur 3. Reg. 11. 30. at similis de Semeia locus est cap. 12. editionis Græcæ.

ANNO CHRISTI 844.

ejus convertet ad pacem. Quod ut commodius valeatis implere, unusquisque vir Ecclesiasticus & intercessionis adjutorium, & solarii quo res publica indiget subsidium, juxta quantitatem rerum Ecclesiæ sibi commissæ, salvo jure quod exinde divinis dispensationibus debet impendi, prompte & ex animo parare, & impigre, sicut tempore antecessorum vestrorum consueverat, studebit offerre.

V.

Et quia sancta Ecclesia in area trituræ Dominicæ docta, quædam novit redarguenda, quædam dissimulanda, quædam etiam gemenda usque ad tempus perferenda; perspeximus, eo ferventiori zelo quo majora corrigenda sunt, vestram potestatem & sacerdotalis consilii auctoritatem quædam ad præsens ex asse non valere corrigere. & ideo de Canonicorum monasteriis, & Sanctimonialium, quæ sub eadem forma vivere dicuntur, consideravimus, sicut Apostolus Paulus dicit, *secundum indulgentiam*, non *secundum imperium*, (1. Cor. 7. 6.) ut si propter imminentem reipublicæ necessitatem laicis interim committuntur, Episcopi providentia, in cujus parrochia consistunt, adjuncto sibi aliquo Abbate viro religioso, studeatur qualiter restauratio locorum, & studium ac custodia officii & religionis, atque subsidium temporalis necessitatis, in eisdem locis degentibus juxta qualitatem & quantitatem moderationis adhibeatur & ministretur. & qui eadem loca tenuerint, eis inde sicut & de aliis Christianæ religionis negotiis pro Christi & vestra reverentia obediatur. Quod si quis non fecerit, provisorum curæ erit, ut ad vestram hoc notitiam referant, & vestra dominatio, secundum sibi a Deo commissum ministerium, pro modo culpæ quæ emendanda sunt corriget. Per loca etiam monastica ejusdem ordinis provisores necesse erit disponere, cum vestra auctoritas eos, qui vices Christi secundum regulam divinitus dictatam in monasteriis agant, studuerit ordinare.

VI.

Petimus tandem, ut ordo Ecclesiasticus in quibuscumque ei fuerit necesse signorem salutis humanæ exercere, per potestatem vestram, & per ministerium ministrorum dominationis vestræ, secundum antiquam consuetudinem suum vigorem recipiat; & populi generalitas una cum Ecclesiastica devotione judicium, quod honor regis diligit, & justitiam, qua thronus ejus firmatur, per dispositionem vestram suscipiat; seu admonitione atque consilio sacerdotali vestra sublimitas, & quisque in quolibet statu vel ordine, de rapinis, & ceteris quæ discordiæ malo acciderunt, præteritis erroribus pœnitudinem gerat, & Domini reconciliationem expostulet. Quam facile omnis qui quæsierit inveniet, si in loco discordiæ plantata fuerit caritas, quæ cooperit multitudinem peccatorum. cumque potius quam nos in consilio non nostro, sed Dei attendatis, qui dixit, *qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* (Luc. 10. 16. Matth. 10. 20.)

TITULUS III.

Concilii [a] in Verno palatio.

*CANONES CONCILII IN VERNO PALATIO HABITI, ubi præsedit [b] Ebroinus Pictavorum Episcopus, & Vvenilo Senonum Archiepiscopus. necnon & Hludowicus sancti Dionysii Abbas, & Hincmarus post Remorum Episcopus, anno v regni Domini nostri Karoli filii Hludowici Imperatoris, mense Decembrio, Indictione * vii.*

GRATIAS omnipotenti Deo referimus, inclyte Rex Carole, nos Episcopi & cæteri Fideles, qui ex diversis partibus ad Vernum evocati sumus, quod deposita discordia, unde tot mala processerunt, quæ & enumerare longum est, & declinare adhuc impossibile, redistis ad pa-

a *In Verno palatio*) * Tit. xv & in præfatione Synodi Meldensis. Numeratur & inter palatia regia Vernum * Tit. lxxxi. c. xxxii. Synodus sub Pippino rege anno dcclv. *Pippinus rex Francorum universos pene Galliarum Episcopos aggregari fecit ad Concilium Verno palatio publico.* Sic enim codices quidam legunt, alii *Vernis*. Vita S. Eucherii Episcopi Aurelianensis: *Vernum fiscum publicæ ditionis illico advolavit.* Fors etiam & apud Aimoinum lib. v. cap. xxxvi. ubi de Ludovico II. rege sermo est: *iter, agens per Carisiacum & Compendium usque Arvernum, quatenus ad sepulturam patris sui apud Monasterium S. Dionysii perveniret*, non *Arvernum*, sed *ad Vernum* legendum est. * atque ita in ms. S. Germani.

* Hic xviii. — * Hic. lxx. — * Id notavit Sirmond. in ora libri jam editi.

b *Ebroinus Pictavorum Episcopus*) Summus Capellanus Karoli regis. Quod adnotatum fuerat in ora codicis Laudunensis, ut intelligeremus, opinor, principem hic locum eo nomine datum Ebroino. Nec alia certe potior sit ratio, cur Episcopus Archiepiscopo præponatur. Archicapellanus apex olim fuit & caput omnium dignitatum palatinarum, ut ostendunt quæ ex Adalardi commentario scribit Hincmarus epistola xii. & diploma Ludovici Pii de Ecclesia Hammaburgensi: *Cui & primum præesse, atque solemniter consecrari per manus Drogonis, Metensis, & summæ sanctæ palatinæ dignitatis Præsulis, Anscharium fecimus Archiepiscopum* Quibus verbis Archicapellanum designavit. At in epistola Ecclesiæ Senonensi ad Hilduinum pro electione * successoris Hieremiæ Archiepiscopi, aliter ex officio ac munere describitur. Nam quia is Ecclesiastica & sacra omnia negotia vel expediebat ipse, vel cum rege tractabat, epistolam his verbis inscribunt: *Eximio domino & vere sanctissimo Hilduino sacris negotiis a Deo prælato, Senonicæ urbis abjecta Ecclesia.* Caroli porro Calvi Archicapellanum fuisse Ebroinum, Carolus ipse auctor est in præcepto, quod Glannensi Monasterio concessit de villa Bidisciaco: *Venerabilis vir Ebroinus Episcopus, sacrique palatii nostri Archicapellanus, adiens culminis nostri serenitatem, deprecatus est*, &c. * Præcepto Caroli ejusdem pro S. Germano subscribit Ebroinus episcopus & Archicapellanus.

* successoris additum manu Sirmondi. — Id Sirmondi manu ascriptum.

ANNO CHRISTI. 844. cem cum fratribus vestris, quam & natura vobis & religione debetis. In qua ut semper maneatis per Christum, qui pax nostra est, obsecramus. ut qui maximas res vestras discordia pene dilapsa videtis, concordia & fido adjutorio relevatas cito aspiciatis. Cedendum est enim Deo, de quo verissimæ continent literæ, *Potestatem habet Excelsus in regno hominum, & cuicumque voluerit, dabit illud.* (Daniel. 4. 14.) & qui dignatione mirabili pollicetur, *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* (Matth. 5. 9.) Ceterum quia eodem Deo inspirante dignati estis jubere, ut de statu Ecclesiæ, qui vehementer magnitudine ac multitudine peccatorum nostrorum confusus est, tractaremus, in nomine & adjutorio ejus, quæ communi deliberatione reperimus, celsitudini vestræ ac populi fidelis devotioni humiliter aperimus. Neque enim nos justos approbare contendimus · consideratione conscientiæ nostræ illud Hieremiæ suppliciter dicamus, *Misericordia Domini quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes ejus.* (Thren. 3. 22.) Sed ad Deum reverti & vos nobiscum trahere meditantes, officium nostrum exequimur cunctis acquiescentibus profuturum. Quippe non vobis nostra, sed illius auctoritate loquimur qui ait, *Qui est ex Deo, verba Dei audit.* (Joan. 8. 47.) Absit uatem ut in vobis impleatur quod sequitur, *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.*

CAPIT. I.

Itaque vos primo convenimus, ut qoin vestra probitas cunctis vobis potest prodesse subjectis, cultum Dei rebus omnibus præferatis. Namque ipse dicit, *Qni glorificant me, glorificabo eos: qni antem contemnuut me, erunt ignobiles.* (1. Reg. 2. 30.) Præterea misericordinm & judiciom atqoe justitiam conservetis. Scilicet ut misericordin temperet severitatem potestntis, jodicium comprimat obstinare peccantes, justitin merentibus digna restituat. Siquidem *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur,* (Matth. 5. 7.) &, *Beati qui custodinat judicium & faciunt justitiam in omni tempore,* (Psal. 105. 3.) &, *Honor regis judicinm diligit.* (Psal. 98. 4.) &, *Justitia firmari thronnm regis,* (Prov. 25. 5.) sapientissimi Salomonis, immo per eum loqueotis Dei prodit noctoritas. Taliter vobis ngeotibus, vel incruentam vobis, ut credimus, vel justam de hostibus victoriam divinn gratin providebit. Exemplo vobis esse possunt David & Ezechias, qui merito sanctitatis loimicos populi Dei, vel pugnando, vel orando mirabili celeritate viceruot. sed & domesticum lumen Imperator Carolus, qoi nomeo quod familiæ vestræ peperit clarissimis actibus ndornavit. Nec regni vobis umplitudinem ac suliditatem taotummodo, verum etiam vobis bene gerentibus post vitæ bujus excursnm eadem Dei gratia gloriam largietur æternam, cui rex & prophetn suspirans, *Satiabor,* inquit, *cnm apparnerit gloria tna.* (Psal. 16. 15.) Hæc nutem vestræ mnjestatl non temere suggerimus, qoia vestri quoque cura nobis commissa est, quorum ministerio per fidem ntque baptisma mundati diem tremendi judicii cum ceteris fidelibus expectatis.

II.

Verum ut nd nos Episcopos redeamus, per hanc civilem [a] * immu plusqoam civilem discordiam mulen interdum in nobis Ipsis, nc nliis nobis commissis oegleximus, interdum negligere coacti sumus: ita ut in omoibus ordinibus religio magnum detrimentum acceperit, & alii quidem per ignorantiam in interitum tendant, alii vero longn licentia assuefacti impune se peccare posse coofidant. Tandem igitor ad propriam & ceterorum correctiooem conversi, quæsumus ut scelerom patratores, & Apostolicæ disciplioæ contemptores, missis a latere vestro probatæ fidei legatis, nbsque respectu personarum, & excœcatione munerum, coerceantur, & otio nobis quantum possibile est concesso; sermo Dei prædicando fructificet, & canonum reverendæ auctoritas debitum in omnibus vigorem obtioeat.

III.

In locis sanctis, hoc est monasteriis, alios studio, oonnullos desidia, multos oecessitate victus & vestimenti n sua professione deviare comperimus. qood petimus ot in omnibus parrochiis directi n vestra mansuetudine religiosi atque idonei viri cum notitia Episcoporum scrutentur & corrigant, ac singulorum locorum statum vestræ celsitudini & nostræ mediocritati tempore n vobis constituendo renuncient.

IV.

Monachos, qoi cupiditatis causa vagantur, & sanctæ religioois propositum impudeoter infamant, ad sua loca jubemus reverti, & regulariter Abbatum sollertia recipi. Eis autem qui post evideotem professiooem monachicam, etiam habitom reliqoerunt, vel qui sua culpa projiciuotur; nisi redire, & quod Deo spoponderunt implere coosentiant, boc credimus posse remedio subveniri, si in ergastulis inclusi tamdio n conventu bomioum abstineantur, & pietatis iotuitu couvenientibos macereotur * operibus, donec snoitatem correctionis ndmittant. (* erroribus var. lect. manu Sirm. ad oram libri ab ipso editi.) Namque illi, qui quondam monachi, postea relictn singularitatis professione nd militiam, vel ad nuptias devolvuntor, Papæ Leonis decreto publicæ pœnitentiæ satisfactione purgnndi sunt. (Ep. ad Rustic cap. xiv.) De clericis aotem Ecclesiarum suarum desertoribus antiqon forma Calchedoneosis Concilii servandn est, quæ præscribit ut si Episcopus susceperit clericum ad alium Episcopum pertineotem, & susceptos & suscipiens cummunione privetur, (Can. 20.)

a * *Immo plusquam civilem*) Verba hæc quæ deerant in editione Sirmondi, ipse manu postea inseruit.

ANNO CHRISTI 843.

A donec is qui migraverat clericus, ad propriam revertatur Ecclesiam.

V.

Decret. Gelas. c. 20. Qui sanctimonialibus illicite miscentur, & sacrilega fœdera eum eis faciunt nuptiarum, eos Innocentii Papæ censura a communione jubet suspendi, & nisi per publicam probatamque pœnitentiam omnino non recipi, aut his certe viaticum de sæculo transeuntibus, si tamen pœnituerint, non negari.

a f. at. nam in Vetr. sed tamen.

VI.

Can. 10. Ab altero vero desponsata, & ab altero rapta puella, secundum statuta Aneyrani Concilii, ei a quo desponsata fuerat reddenda est, etiam si vim a raptore pertulerit. De raptoribus autem id nobis videtur optimum, ut quoniam Ecclesiasticam excommunicationem parvi pendunt, sæcularium regum terreantur austeritate.

B

VII.

Si quæ sanctimoniales causa religionis, ut eis falso videtur, vel virilem habitum sumunt, vel crines attondent; quia ignorantia magis quam studio eas errare putamus, admonendas castigandasque decernimus: ne forte veteris ac novi instrumenti prævaricatrices juxta Gangrensem Synodum severitate anathematis ab Ecclesiæ corpore præcidantur. *Can. 13.*

VIII.

C Quoniam quosdam Episcoporum ab expeditionis labore corporis defendit imbecillitas, aliis autem vestra indulgentia cunctis optabilem largitus quietem; præcavendum est utrisque, ne per eorum absentiam res militaris dispendium patiatur. Itaque si vestra consentit sublimitas, homines suos reipublicæ profuturos cuilibet fidelium vestrorum, quem sibi utilem judicaverint, committant, cujus diligentia, ne se ab officio subtrahere valeant, observetur.

IX.

a [a] Remorum Ecclesiam diu multumque pastore destitutam, nuper spoliatam rebus, oneratam injuriis, absque ingenti dolore fateri non possumus. & quia vestram sublimitatem & nostram parvitatem eruere desideramus periculo; obsecramus ut tam fœde lacerata Ecclesia redintegretur, atque juxta venerabilium canonum constitutionem dignus ei celeriter quæratur & præficiatur Episcopus: ut clerus & populus tantis attritus & spiritalibus & corporalibus incommodis, consolatione recepta cum suo præsule pro vestra salute ac prosperitate communi Domino studeat supplicare.

D

X.

Aurelianensis etiam Ecclesia confusione maxima noscitur laborare. tamen quia superiore b anno Archiepiscopus Vvenilo, suis annitentibus suffraganeis, ex eodem loco [b] Agium presbyterum palatii vestri memoratæ Ecclesiæ ordinavit, probabilium canonicorum ac laicorum attestatione instructus, & petitione impulsus, & eadem Ecclesia nostro & vestro vacat periculo; hujus rei aliam exitum non videmus, nisi ut vestra pietas quod a tantis vitiis factum est ratum esse permittat.

XI.

c [c] De prælatione reverentissimi Drogonis definire aliud non audemus, nisi expectandum, quam maximus cogi potest, Galliæ Germaniæque conventum, & in eo Metropolitanorum, reliquorumque Antistitum inquirendum esse consensum, cui resistere nec volumus, nec valemus. Nobis tamen, si quid tale alicui committi potest, & non alia, quam quæ prætenditur, latet causa, illi potissimum convenire videtur, qui & communione sacerdotii nobis, & excellentiæ vestræ propinquitatis privilegio sociatur.

XII.

Veniemus nunc ad ultimam partem admonitionis nostræ, quam qua intentione fundimus, dederit Deus ut vos, ac proceres, ceterique fideles ea devotione suscipiatis. Videmus enim iram Dei nobis & vobis imminere, cum pro rapinis & immanibus aliis sceleribus, tum etiam maxime, quod Ecclesiæ facultates, quas Reges & reliqui Christiani Deo voverunt, ad alimentum servorum Dei & pauperum, ad exceptionem hospitum, redemptionem captivorum, atque templorum Dei instaurationem, nunc in usu sæcularium detinentur. Hinc multi servi Dei penuriam cibi & potus ac vestimentorum patiuntur, pauperes consuetam eleemosynam non accipiunt, negleguntur hospites, fraudantur captivi, & fama omnium merito laceratur. Et quidem si hæc a paganis pateretur Ecclesia, patientiam flagitaret. Nunc autem oppressi a filiis nostris, hoc est ab his quos vel nos, vel decessores nostri in Christo genuimus, Christianos eos nostro ministerio facientes; nullam patientiæ consolationem recipimus, quoniam de illorum interitu formidamus. Certe, quod nullus quamquam impudentissimus negare audebit, possessio Ecclesiæ votum est fidelium, patrimonium pauperum, redemptio animarum. Votum ego alterius quomodo quisquam Deo audet auferre? hæreditatem pauperum qua temeritate præsumit invadere? unde alii suas animas redemerunt, cur inde alii suas perdunt? Itaque quædam loca venerabilia, quod nunquam antea auditum est, laici ex integro possident, quorundam partem sibi vindicant, quorundam prædia multipliciter divisa in hæreditatem sibi dari fecerunt. Ægyptii sacerdotes: famis necessitate ceteris cuncta vendentibus, suas possessiones tenuerunt, & falsi dii reverentiam a suis cul- *Gen. 47. 20. 22.*

a *Remorum Ecclesiam*) Exauctorato apud Theodonis villam Ebone anno DCCCXXXV. sine Archiepiscopo decem annis fuit Remorum metropolis, donec in Synodo Belvacensi, de qua Tit. sequenti, ordinatus est Hincmarus, ut Hincmarus ipse narrat in posteriori volumine adversus Gothescalcum cap. XXXVI. & Flodoardus lib. III. Historiæ Remensis cap. 1.

b *Agium Presbyterum palatii vestri*) Jonæ Episcopi propinquum, cui in Aurelianensi cathedra successit anno DCCCXLIII. Ex hoc autem loco apparet non satis probatam Carolo regi ordinationem Agii fuisse. ratam tamen postea Synodi rogatu habuisse hinc patet, quod Agii Episcopi deinceps crebra passim est mentio.

c *De Prælatione Drogonis*) Sedis Apostolicæ vices intelligit, quas Sergius II. Papa Drogoni hoc anno delegarat. Sergii literas ex codice Metensi alio loco, si Deus volet, proferemus. In his scribit se ad humilitatis suæ vicem, (sic enim loquitur) cunctis provinciis trans Alpes constituisse Drogonem Archiepiscopum Metensem, gloriosi quondam Karoli Imp. filium, sanctitate, doctrinaque conspicuum præfecisse. Ceterum Drogo, refragantibus Galliæ, Germaniæque Episcopis, concessa auctoritate usus non est. Hincmarus epist. VI. cap. XXX. *Drogo Metensium Episcopus, fastu regiæ prosapiæ subvectus, prælationem in Cisalpinis regionibus tempore Hlotharii Imp. apud Sergium Papam obtinuit. Sed quod affectu ambiit, effectu non habuit: & quod efficaciæ usu, non consentientibus quibus intererat, obtinere non potuit, patientissime, ut eum decuit, toleravit, ne scandalum fratribus consacerdotibus generans schisma in Ecclesiam introduceret.* *edita sunt Tom. 3. Conc. Gall. pag. 9.*

toribus

ANNO CHRISTI. 843. toribus meruerunt, quam in hac parte solus & verus Deus non obtinet. Oza percussus est, 2. Reg. 6. propterea quod nutantem arcam sublevare præsumpsit, quam tangere nefas erat. Rideat hoc aliquis, nisi, quod summo dolore dicimus, quidam oppressores Ecclesiæ dignum suis moribus exitum nostro etiam tempore invenerunt. Pro- Psal. 82. 13. 14. pheta clamat, *Qui dixerunt, hereditate possideamus sanctuarium Dei, Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.* postremo ipse Dominus Jesus conditor & redem- Matth. 16. 26. ptor, *Quid proficit homo si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat. & detrimentum sui faciat?* & quisquam tam audax & desperatus invenitur, qui possessiones Dei ad certissimam perniciem suam occupet & invadat? O fideles Deo & vobis ipsis, nolite pro temporali abundantia divitiarum mereri sempiternam congeriem miseriarum, nec ultra decus animæ vestræ tam pestifero, tam inaudito, tam denique certo sacrilegio polluatis. Reddite Deo sua, ut vestra cum pace possideatis, tormenta evadatis æterna, & postmodum ad gaudium Domini nostri ut servi fideles intromittamini. Sæculares honores sæculares possideant, ecclesiasticos ecclesiastici sortiantur. Nec nos insatiabilis cu- a piditatis arguatis, quia qualescumque [a] simus vera nos dicere nec ipsi nescitis, & licet pauci, sunt tamen aliqui nostrum Deum timentes, qui juxta illud propheticum exaudiantur. *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.* quia omnium finis cotidie ap- Psal. 144. 19. propinquat, & quæ videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna. Si volumus evadere præsentes calamitates, & futuras evitare miserias, in commune a nostris pravitatibus ad Dominum convertamur, & declinantes a malo faciamus bonum, ut bona Domini mereamur videre in terra viventium. Tu autem, clarissime rex, quia verissime scriptum est, *Cor-* 1. Cor. 15. 33. *rumpunt mores bonos colloquia mala*, fuge perversorum consortia & consilia, nec a te quisquam petere audeat quod majestatem tuam præstare non deceat. nec timeas iratos homines, hoc est terram & cinerem, amplius quam Deum qui te creavit, quique in veritate judicabit. Cujus voluntatem si perfecte secutus fueris, credimus quod a quorumlibet hominum te contumacia liberabit, & omnibus angustiis clementer eripiet. ac post hoc temporale regnum ad perpetuum cumulata felicitate perducet. In fine omnes alloquimur, quod si nostris salutaribus adquieveritis consiliis, vestro profectui plurimum congratulabimur. Sin autem nos, immo Deum per nos loquentem contempseritis, necessitate implendi ministerii quod nollemus facere compellemur.

a * *Simus*) Ita Sirmondi manu. liber ab ipso editus, *fumus*.

TITULUS IV.

Synodi Belvacensis.

HÆC CAPITULA QUÆ SEQUUNTUR facta sunt in Synodo habita b *apud Belvacum civitatem anno* DCCCXLV. *mense Aprilio, anno* * VI. *regni domni Karoli,* * *indictione* VII. *Quæ collata sunt inter eundem Principem domnum Karolum, & Episcopos regni sui. & eadem idem Princeps gloriosus Deo teste sub fidei suæ adstipulatione se servaturum promisit erga omnes Ecclesias & Episcopos regni sui. quæ ad vicem omnium Episcoporum sui principatus qui erant, quique futuri erant, de manu* c *horum Episcoporum conservanda suscepit, id est VVenilonis, Erchanradi, Immonis, Rothadi, Symeonis, Lupi, Ragenarii, Heliæ, Erpoini, Aii, Hincmari Presbyteri & vocati Archiepiscopi.*

ANNO CHRISTI. 845. b * V. ait Labbeus & * Ind. VIII. c

CAPIT. I.

UT jus ecclesiasticum & legem canonicam nobis ita conservetis, sicut antecessores vestri, qui hoc bene & rationabiliter observaverunt, juxta quod sciri poterit. & Deus vobis posse dederit, nostris prædecessoribus conservaverunt.

II.

Quod in mea persona, nec in meo ordine, nisi forte, quod absit, inantea contra Deum & contra vos manifeste fecero, ut damnari canonice debeam, adversum me & meum ordinem ita damnabiliter non faciatis pro quacumque præterita causa, ut mihi dehonorario aut damnatio veniat.

III.

Quod res ad Ecclesiam mihi commissam pertinentes, & tempore principatus vestri ablatas, ita præsentaliter restituatis, & restitutas conservetis, sicut tempore avi & patris vestri

* Hic. XVIII. b *Apud Belvacum*) * Tit. XV. De hujus Synodi capitulis, quæ sequuntur, Hincmarus in epistula nondum edita ad Carolum regem: *Hæc namque, cum aliis quæ ibidem continentur, anno Incarnationis Dominicæ* DCCCXLV. *mense Aprili, anno* VI. *regni vestri, in Belgivaco civitate, cum maxima contestatione cunctis diebus vitæ vestræ vos servaturos promisistis Episcopis qui præsentes aderant, & in manus eorundem Episcoporum ad petitionem eorum dedistis.* Quibus deinde octo hæc Capitula subjicit, quæ eadem in Synodo quoque Meldensi pro parte recitantur cap. XVII. et in hac Synodo, post caput LXXX. eadem rursus collectorum, ut patet, errore integra repetuntur. [edita est tom. 2. oper Hincmari pag. 316]

c *Horum Episcoporum*) Vvenilo Senonensis erat Episcopus, Erchanradus Parisiscensis, Immo Noviomagensis, Rothadus Suessionensis, Simeon Laudunensis, Lupus Catalaunensis, Ragenarius Ambianensis, Helias Carnotensis, Erpoinus Silvanectensis, Agius Aurelianensis, Hincmarus Remensis. Qui omnes Synodo etiam Parisiensi anno insequenti adfuerunt, & privilegio Monasterii Corbeiensis, quod cum Ratberti Abbatis operibus editum est, subscripserunt.

ANNO CHRISTI. 845.

fuerunt: & excepto superposito, quod in usus possidentium vel ex ædificiis absumptum est, quomodo tunc erant, quantum ad hoc quod res ascitato nomine appellamus constat, quando vos inde illas tulistis.

I V.

Ut præcepta inlicita de rebus Ecclesiæ mihi commissæ a vobis facta rescindantur, & ut de de cetero ne fiant caveatis.

V.

Ut ab Ecclesia mihi commissa indebitas consuetudines & injustas [a] exactiones de cetero non exactetis: sed sic eas conservetis, sicut tempore avi & patris vestri conservatæ fuerunt.

V I.

Ut contra deprædatores & oppressores Ecclesiarum nostrarum, & rerum ad easdem pertinentium, defensionem secundum ministerium vestrum, quantum posse vobis Deus dederit, exhibeatis.

V I I.

Ut præcepta, quæ avus & pater vester Ecclesiis nobis commissis fecerunt & firmaverunt, & [b] stabilia conservaverunt, quæ etiam vos confirmastis, de cetero rata conservetis.

V I I I.

Ut si vos contra hæc Capitula, aut nos, quod absit, non malitia, nec perverso studio, sed aut per humanam fragilitatem, aut per ignorantiam, vel per subreptionem, non damnabiliter contra vos egerimus, mutuo hoc consilio corrigamus, & firmata deinceps convenientia maneat.

a * *Exactiones*) *Exactationes* in edit. Sirm. at manu corresit. Codex quoque Bellov. & Meteas. *exactiones*.

b * *Stabilia*) Liber editus a Sirm. *stabilita*. calamo postea mutavit.

T I T U L U S V.

[c] Apud Tolosam civitatem.

ANNO CHRISTI. 843. vel juxta rationes Labbei 844. Indict. VII.

SEQUENTIA CAPITULA ACTA SUNT APUD TOLOSAM civitatem anno IV. regni domni Karoli, indictione VI. mense Junio, antequam illa quæ præcedunt facta fuerint secus Teudonis villam, & in Verno palatio, & in Belvaco civitate. sed ideo ante illa posita sunt, quia & dignitate generalitatis, & synodali præeminent auctoritate.

HÆc quæ sequuntur Capitula consulentes necessitati Episcoporum Septimaniæ, & subjectorum eis Presbyterorum providentes possibilitati, tractantes etiam sacri & juste inreprehensibilis ministerii honestatem, Presbyterorum reclamatione commoniti, moderamine mansuetudinis nostræ usque ad diligentiorem tractatum Synodi generalis decernimus.

CAPIT. I.

UT Episcopi nullam inquietudinem, sive exprobationem Presbyteris aut aperte ingerendo, aut alia qualibet occasione machinando, pro eo quod se ad nos hac vice reclamare venerunt, inferant: quia longa oppressio hujusmodi itineris eos fecit subire laborem.

I I.

Ut unum modium frumenti, & unum modium hordei, atque unum modium vini, cum mensura quæ publica, & probata, ac generalis, seu legitima per civitatem & pagum atque vicinitatem habetur, Episcopi a Presbyteris accipiant, & [d] frischingam sex valentem denarios aut sex pro ea denarios, & non amplius exigant: & si hæc non accipiunt, accipiant si volunt pro his omnibus duos solidos in denariis, sicut in Toletano & Bracarense concilio Episcopi considerasse dicuntur. (Tolet. VII. 4. Brac. II. 2.)

I I I.

Ut Presbyteri qui prope civitatem quinque miliaria commanent, per famulos suos prædictam dispensam reddi in civitate cui jusserit civitatis Episcopus, faciant. Qui autem longius ab urbe commanent, statuant Episcopi loca convenientia per Decanias, sicut constituti sunt Archipresbyteri, quo similiter & eadem propinquita-

c *Apud Tolosam*) In tabulario Ecclesiæ Narbonensis extare dicitur Caroli regis diploma de ejusdem Ecclesiæ privilegiis cum hac subscriptione: *Data XII. Kalendas Julii, Indictione VI. anno IV. regni præstantissimi regis Caroli. Actum in cœnobio S. Saturnini martyris juxta Tolosam.* quæ ipsa est epocha Tituli hujus, & anni DCCCXLIII. Quare Tolosæ, hoc est in Septimania, seu Gothia tum fuisse dubium non est.

NOTA POSTERIOR SIRMONDI

Tom. 3. Concil. Gall. p. 679.

Capitulare Tolosanum) Editum est cum ceteris Caroli Calvi Capitulis Tit. 2. In Synodo actum non fuisse præfatio ipsa docet. Ideo in collectione illa Capitulorum Synodis aliquot propter earum auctoritatem post ponitur, quas tempore anteibat. Nos quia temporum ordinem sequimur, suo loco reddidimus.

d *Frischingam*) Tit. * XXIII. cap. XII. *friskingas*. Hincmarus in capitulis quæ Archidiaconibus suis dedit anno DCCCLXXVII. *Quando parrochias circuitis, nolite graves esse presbyteris petentes friskingas*. Idem ad Laudunenses de ordinatione Hedenulfi Episcopi: *exigendo denarios, vel caballos aut verres seu friskingas*. Friskingæ dicebantur non porcelli, ab his enim distinguntur lib. IV. cap. LXXIII. sed porcellis majores, nondum tamen justi incrementi, quod alii jam docuerunt. ergo ut hoc loco friskingæ sex aliæ, aliæ quatuor denariis æstimantur: sic in Alamannicis S. Galli chartas N. LXVII. friskinga dicta est, quæ tremissem valeret: quia pro ætatis & incrementi modo varii erant pretii. Frescengiæ vocantur in diplomate Ludovici VII. regis pro S. Dionysio: *Porcos seu frescengias, aucetes, gallinas, &c.*

ANNO CHRISTI 843.

te ceteri Presbyteri per famulos suos debitam dispensam Arebipresbyteris aut Episcoporum ministris convehant. Et procurent Episcopi, ne ministri illorum Presbyteros debonorent, aut pignora inboneste tollendo, vel locationem pro receptione dispensæ exigendo. sed enm gratiarum actione recipiant, quæ presbyteri cum hilaritatis humanitate, juxta Apostolum confer-

2. Cor. 9. 7. re debebunt. Quod si ministri Episcoporum Presbyteros dehonoruverint, dignam illis exinde Episcopi custigationem exbibeant: quum nisi fecerint, & ud nos iterum pro boc se Presbyteri reclumaverint, motus nostros qui culpabilis repertus fuerit sentiat.

I V.

Ut in circumitione purrochiæ Episcopi de cetero singulos Presbyteros per singulas jacendo euntes Ecclesiolus, sicut bactenus non prædentur. cum scriptum sit eosdem evungelizure debere non turpis lucri gratia, ne vituperetur ministerium functum. Sed considerent & denuntient loca sibi & populo convenientia, & illuc Presbyteri, quotquot possibilitas & moderutio providerit, plebes suu adducant, & ibidem Episcopi prædicent, confirment, & populi errutu inquirunt uc corrigant. Iterum autem. quia Dominica voce dutur licentiu, qui Evungelium

1. Cor. 9. 14. adnnnciant nt de Evangelio vivunt, licet Punlus Apostolus nibil bornm fuerit usns; Presbyteri tule conjectum faciant, ut & Episcopi solatium bubeunt, & ipsi non gruventur. Quod Ita nobis fieri posse videtur, videlicet nt quatnor Presbyteri ad locum nbi quintus deget, & Episcopus resider, plebes suus de quutuor partibus adducere studeant, & nnusquisque eorum decem panes, & dimidium modium vini, & frischingum de quatuor denariis, & pullos duos, & ova decem, & modium unum de annona ad caballos, in subsidium benedictionis gratia præsentet Episcopo. & similiter quintus, in cujus domo Episcopus resider, faciat. nec amplius ab eo exigatur, nisi forte ligna & utensiliu in opus ministerii commodet. Quapropter Episcopus providebit ne domus unt sepes illius a ministris vastentur.

V

Ut semel in anno Episcopi banc circumitionem tempore congruo faciunt: & si amplius ministerium suum per diœcesim agere voluerint, hanc tamen dispensum non umplius quam semel a Presbyteris per annum uccipiant.

V I.

Quod & si circumitionem in salutem & necessitatem populi quucumque de cunsu dimiserint, a Presoyteris nec bunc dispensam, neque pretium illius exigunt, neque ulus aut suis domesticis aut amicis exigendum concedunt. Et quundo circumierint, & in domo Presbyteri resedetint, non sub occusione adfligendi Presbyteros immoderute & non necessurie nnmerum sumulorum addncunt, neque vicinos ad pustum incongrue convocent. Quod & si cum caritute vocare voluerint, faciant: sed non umplius a Presbyteris, vel sub occusione vendendi, vel alio quolibet modo, quam stututum est exigunt, neque paraveredos, ant ulias exactiones tollant.

ANNO CHRISTI. 843.

V I I.

Ut Episcopi purrochias Presbyterorum propter inhonestum & periculosum lucrum non dividunt: sed si necessitas populi exegerit, nt plures fiant Ecclesiæ, aut statuantur altaria; cum ratione & uuctoritute hoc faciant. Scilicet ut si longitudo, uut periculum aquæ, vel silvæ, aut alicujus certæ rutionis vel necessitatis cuusu popuscetit, ut populns & sexus infirmior, mulierum videlicet vel infuntum, ant etium debilium imbecillitas, ad Ecclesiam principulem non possit occurrere, & non est sic longe villa ut Presbyter illic sine periculo ud tempus & congrue non possit venire; statuatur ulture: & si itu populo complacet, & commodum fuerit; ne sine ratione scandalizetur, parrochia muueut indivisa. Sin uutem præfutæ causæ postulaverint, & populus non conductus, neque cupiditute vel invidia excitatus, sed rationubiliter udclamaverit, ut Ecclesiu illis fieri, & Presbyter debeut ordinari; hoc Episcopi episcopaliter, teste Deo, in conscientiæ puritute, cum rutione & auctoritate, sine intentione turpis lucri, mature consilio cunonico tractent; & utilitati ac suluti subjectæ plebis quæque agenda sunt perugant. & secundum quod subtraxerint cuilibet presbytero de purrochia, de dispensa quoque quoque debita ab illo minus accipiant, & ulteri, qui quod dividitur u purrochia suscipit, sub hac eudem mensura imponant.

V I I I.

Ut Episcopi sub occusione quasi auctoritatem babeunt cunonum, hic constitutis excellentiæ nostræ nequaquam resultent, aut neglegant: sed potius cunones ut intellegendi sunt intellegere, & in cunctis observare procurent. quia si uliter fecerint, umnimodis & qualiter canones fidelium decimis agendum statuunt, & qualiter intelligi ac observari cum mansuetudinis nostræ decreto debeunt, synoduli dijudicatione & nostra uuctoritute regia docebuntur.

I X.

Ut Episcopi ynodos u Presbyteris, nisi sicut docet uuctoritus canonum, duas scilicet & per temporu cunstituta non exigunt. Sed & in eisdem synodis non per occasionem, sed per veritatem ministerii sui, teste Deo, ad quod constituti sunt, Presbyteros & tractent, & teneant, & absolvant.

ANNO CHRISTI. 843. vel 844. juxta Labbei rationes.

TITULUS VI.

a *PRÆCEPTUM CONFIRMATIONIS PRO HISPANIS qui in regno Karoli Calvi morabantur, datum in eodem loco in quo & superiora capitula conscripta sunt, id est, apud Tolosam in monasterio sancti Saturnini, anno Christi* DCCCXLIV. *regni autem ejusdem Karoli regis quarto.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Si enim ea quæ ob utilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ Imperialibus edictis sunt constituta, magnificentiæ nostræ confirmatione denuo instituentes corroboramus; ad diuturnam prosperamque regni a Deo nobis collati stabilitatem id ipsum adtinere non dubitamus, quin etiam ad capessendam æternæ felicitatis beatitudinem profuturum nobis liquido credimus. Itaque notum sit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium atque nostrorum, præsentium scilicet & futurorum, partibus Aquitaniæ, Septimaniæ, sive Hispaniæ consistentium magnitudini quia progenitorum nostrorum, magnorum siquidem orthodoxorumque Imperatorum, avi videlicet nostri Karoli, seu genitoris nostri Augusti Hludouvici, auctoritatem imitantes, Gothos sive Hispanos intra Barchinonam famosi nominis civitatem vel Terracium castellum cohabitantes, simul cum his omnibus qui infra eundem comitatum Barchinonæ Hispani extra civitatem quoque consistunt quorum progenitores crudelissimum jugum inimicissimæ Christiani nominis gentis Sarracenorum evitantes, ad eos fecere confugium, & eandem civitatem illorum magnipotentiæ libenter condonarunt seu tradiderunt, & ab eorundem Sarracenorum potestate se subtrahentes, eorum nostræque demum libera & prompta voluntate se subjecerunt, complacuit mansuetudini nostræ sub immunitatis tuitione defensionisque munimine benigne suscipere ac retinere, & cohabitationem seu necessitatibus eorum opportunum auxilium, sicut & ab illis progenitoribus eorum & ipsi constat per imperialium apicum sanctionem concessum, clementer conferre: quatenus & nostra regalis conservatio constructa, atque innovatio in eorum bene gestis operibus exaltationi Ecclesiæ pretioso Christi sanguine redemptæ & ministret augmentum, & animabus eorum ac nostræ proficiat semper in emolumentum.

CAPIT. I.

A IGitur sicut dictum est, ad omnium vestrum notitiam pervenire volumus quia eosdem homines sub protectione & defensione nostra denuo receptos, sicut in unitate fidei, sic etiam in unanimitate pacis & dilectionis conservare decrevimus, eo videlicet modo, ut sicut ceteri franci homines cum Comite suo in exercitum pergant, & in marcha nostra juxta rationabilem ejusdem Comitis ordinationem atque admonitionem explorationes & excubias, quod usitato vocabulo Wactas dicunt, facere non neglegant, & Missis nostris, quos pro rerum opportunitate illas in partes miserimus, aut Legatis qui de partibus Hispaniæ ad nos transmissi fuerint, paratas faciant, & ad subvectionem eorum veredos donent, ipsi videlicet & illi quorum progenitoribus, temporibus Avi nostri Karoli, idipsum facere institutum fuit. Si autem hi qui veredos acceperint, reddere eos neglexerint, & eorum interveniente negligentia perditi seu mortui fuerint, secundum legem Francorum eis quorum fuerunt sine dilatione restituantur vel restaurentur.

II.

Ecclesiarum vero census, id est, nec pascualia infra eorum terminos vel eorum villas, nec telonea infra comitatum in quo consistunt, nec alia quælibet redibitio neque a Comite neque a junioribus aut ministerialibus ejus deinceps ab illis ullatenus exigatur.

III.

B Et nisi pro tribus criminalibus actionibus, id est, homicidio, rapto, & incendio, nec ipsi nec eorum homines a quolibet Comite aut ministro judiciariæ potestatis ullo modo judicentur aut distringantur; sed liceat ipsis, secundum eorum legem, de aliis hominibus judicia terminare, & præter hæc tria, & de se & de eorum hominibus secundum propriam legem omnia mutuo definire.

---

a *Preceptum confirmationis*) Editum est a Francisco Didaco in historia Comitum Barcinonensium lib. 2. cap. 4. ex chartulario Ecclesiæ Barcinonensis: tum a V. C. Stephano Baluzio in Capitular. Regum Franciæ.

ANNO CHRISTI. 844.

I V.

Et si quispiam eorum in partem quam ille ad habitandum sibi excoluit alios homines de aliis generationibus venientes adtraxerit, & secum in portione sua, quam aprisionem vocant, habitare fecerit, utatur illorum servitio absque alicujus contradictione vel impedimento.

V.

Et, si aliquis ex ipsis hominibus qui ab eorum aliquo adtractus est & in sua portione collocatus, alium, id est, Comitis, aut Vicecomitis, aut Vicarii, aut cujuslibet hominis Senioratum elegerit; liberam habeat licentiam abeundi, veruntamen ex his quæ possidet, nihil habeat, nihilque secum ferat; sed omnia in dominium & potestatem prioris senioris plenissime revertantur.

V I.

Placuit etiam nobis illis concedere, ut quicquid de eremi squalore in quolibet comitatu ad cultum frugum traxerint, aut deinceps infra eorum aprisiones excolere potuerint, integerrime teneant atque possideant; servitia tamen regalia infra comitatum, in quo consistunt, faciant.

V I I.

Et omnes eorum possessiones sive aprisiones inter se vendere, concambiare, seu donare, posterisque relinquere omnino liceat. Et, si filios aut nepotes non habuerint, juxta legem eorum alii ipsorum propinqui illis hereditando succedant; ita videlicet ut quicumque successerint, servitia superius memorata persolvere non contemnant.

V I I I.

Simul etiam præcipientes injungimus ut nullus hominum de sæpe memoratis eorum aprisionibus vel villis, cum propriis terminis, propriisque earum finibus & adjacentiis, injustam inquietudinem illis inferre præsumat, aut aliquam minorationem contra legem facere audeat; sed liceat eis ipsas res cum tranquillitate pacis tenere & possidere; & secundum antiquam consuetudinem ubique pascua habere, & ligna cædere, & aquarum ductus pro suis necessitatibus, ubicunque pervenire potuerint, nemine

A contradicente juxta priscum morem semper deducere.

ANNO CHRISTI. 844.

I X.

Si autem illi propter lenitatem & mansuetudinem Comitis sui eidem Comiti honoris & obsequii gratia quippiam de rebus suis exhibuerint, non hoc eis pro tributo vel censu aliquo computetur; neque comes ille aut successores ejus hoc in consuetudinem venire præsumat; quem eos sibi vel hominibus suis aut mansionaticos parare, aut veredos dare, aut ullum censum vel tributum aut servitium, præter id quod jam superius comprehensum est, præstare co-

B gat. Sed liceat tam istis Hispanis, qui præsenti tempore in prædictis locis resident, quam his qui adhuc ad nostram fidem de iniquorum potestate fugiendo confluxerint, & in desertis atque incultis locis per nostram vel Comitis nostri licentiam consedentes ædificia fecerint, & agros incoluerint, juxta supra dictum modum sub nostra defensione atque protectione in unitate fidei & pacis tranquillitate residere, & nobis ea quæ superius diximus, tam cum comite suo, quam cum missis ejus, pro temporis opportunitate alacriter atque fideliter exhibere.

X.

C Noverint præterea iidem Hispani sibi licentiam a nobis esse concessam ut se in vassaticum Comitis nostri, sicut alii franci homines, commendent. Et si aliquod beneficium quisquam eorum ab eo cui se commendavit fuerit consecutus, sciat se de illo tale obsequium seniori suo exhibere debere quale nostrates homines de simili beneficio senioribus suis exhibere solent.

Ut autem hæ nostræ regalis auctoritatis literæ erga eosdem Hispanos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris inviolabiliter conserventur; manu propria nostra eas

D subter firmavimus & anuli nostri impressione signari decrevimus.

Signum Karoli gloriosissimi regis. Deormannus ad vicem Hludouvici recognovit.

Data III. Idus Junii, anno quarto regnante Karolo glorioso rege,

Actum in monasterio sancti Saturnini prope Tolosam in Dei nomine feliciter. Amen.

TITULUS VII.

a ª In villa Sparnaco.

HÆC QUÆ SEQUUNTUR CAPITULA excerpta sunt a domno rege Karolo, & principibus ejus, ex his Capitulis quæ
b *anno* DCCCXLVI. ᵇ *ediderunt Episcopi in Synodis. VVenilo scilicet cum suffraganeis suis, Guntboldus cum suffraganeis suis, Ursmarus cum suffraganeis suis, Hincmarus cum suffraganeis suis, Amalo cum suffraganeis suis. & oblata sunt eidem principi, sicut ipse jusserat, collecta ad relegendum in Sparnaco villa Remensis Ecclesiæ. & quia factione quorundam motus est animus ipsius Regis contra Episcopos, dissidentibus primoribus regni sui ab eorundem Episcoporum ammonitione, & remotis ab eodem concilio Episcopis, ex omnibus illis capitulis hæc tantum observanda & complacenda sibi collegerunt, & Episcopis scripto tradiderunt, dicentes non amplius de eorum capitulis acceptasse, quam ista se velle cum principe observare.*

CAPIT. I.

DE honore & cultu Ecclesiarum.

II. De honore Episcoporum, & veneratione servorum Dei.

III. De justitiis.

IV. Ut cautela fiat erga eos qui causa juventutis aut insipientiæ in aliquo fallunt, sive contemnunt admonitionem Episcoporum, ne subito aut incaute damnentur anathemate.

V. De his qui contra regiam potestatem contumaces esse moliuntur.

VI. De precariis.

VII. De hospitalibus.

VIII. De rapacibus.

IX. Ut Episcopis tempus congruum observetur ad ministerium suum peragendum.

X. Ut clerici arma militaria non contingant.

XI. Ut missi dirigantur, qui inquirant si præcepta a nobis de rebus Ecclesiarum ad proprium sint facta.

XII. De hæresi simoniaca.

XIII. Ut a nullo sedes Episcopalis proprio infirmante Episcopo usurpetur.

XIV. Ut canonici infra dormitorium dormiant.

XV. Ut monachi ad palatium non veniant, nisi causa obedientiæ, exceptis Abbatibus.

XVI. Ut laici decimas de Ecclesiis non contingant.

XVII. De sanctimonialibus contra auctoritatem nuptis.

A XVIII. De sponsis aliorum.

XIX. De sepulturis infra Ecclesiam.

Plenitudo autem Capitularum, quæ in plenitudine Synodalium actionum habentur, unde hæ commemorationes excerpta sunt, ita per loca continentur.

COmmemoratio prima, de honore videlicet & cultu Ecclesiarum, sicut supra scriptum habetur in villa Colonia subscriptione Regis &
B principum roboratum.

Commemoratio secunda, de honore Episcoporum & veneratione servorum Dei, similiter.

Commemoratio tertia, de justitiis, similiter.

Commemoratio quinta, de his qui contra regiam potestatem contumaces esse moliuntur, similiter.

Commemoratio sexta.

Cætera autem commemorationes, quæ sequuntur, ita in præfata plenitudine cum suis Capitu-
C *lis continentur.*

XX.

ET ne magnificentiam vestram illuc vestræ dignitati indecens & inhonesta impellat necessitas, quo non trahit voluntas, & partim necessitate, partim etiam subreptione, quia aliter quam se rei veritas habeat vobis dictum vel postulatum fuit, maxime quod ad rem publi-

a *In villa Sparnaco*) Sita est ad Matronam fluvium, Remensis Ecclesiæ antiquissima possessio a S. Remigii usque temporibus, ut docet Flodoardus lib 1. cap. xiv. In Chronico item Flodoardi anno dccccLxiv. de Odelrico Episcopo Remensi: *Heribertus Comes villam Sparnacum ei reddidit, & amicitiam præfati Episcopi impetravit.* Meminit & vini quod apud Sparnacum nascitur Pardulus Laudunensis in epistola ad Hincmarum.

NOTA POSTERIOR SIRMONDI

Tom. 3. Concil. Gall. p. 680.

In Sparnaco) Edita fuerant integra primum a Petro Pithœo sub finem Capitularium, tum a nobis Tit. vi. Capitulorum Caroli Calvi. Hoc loco satis habuimus post commemorationes singulorum initia indicare, quia plenitudo ipsa in Concilio Meldensi continebatur. Plenitudinem appellat integram exemplar. Optat. lib. 1. adversus Parmenianum, de Synodo agens Cirtensi Donatistarum: *Harum*, inquit, *plenitudinem rerum in novissima parte istorum libellorum ad implendam fidem adjunximus.*

b *Ediderunt in Synodis*) Meldensi & Parisiacensi. Quæ enim sequuntur xix. capitula, omnia quidem in Synodo Meldensi, sub iis numeris, qui singulis capitibus præfixi sunt continentur: sed quæ in Meldensi constituta fuerant, in Parisiacensi demum, ut præfatio declarat, absoluta & edita sunt anno dcccxlvi. Ceterum qui inter Episcopos hic nominantur, Guntboldus Archiepiscopus fuit Rotomagensis, Ursmarus Turonensis, Amalo Lugdunensis, qui Amulo, vel Amulus est aliis.

ANNO CHRISTI 846.

cam pertinuit, aut præreptione [a] in beneficiario jure, aut in alode adsumptum habetor: videtor nobis otile & necessarium, ut fideles & strenuos Missos ex utroque ordine pee singulos Comitatus regni vestri mittatis, qui omnia diligenter inbrevient, quæ tempore avi ac patris vestri, vel in regio specialiter servitio, vel in vassallorum dominicorum beneficiis fuerunt. & quid, vel qualiter, aut quantum exinde quisque mudo retineat, & secundum veritatem renuntietur vobis. Et ubi inveneritis quia ratio & utilitas, ac ordo seu veritas in absumptis vel donationibus habeantur, in statu permaneant. ubi autem irrationabilitas, vel potius fraus inventæ fuerint, una cum consilio fidelium vestrorum boc taliter corrigite, ut ratio atque utilitas, seu justitia non deserantur, & dignitas vestræ magnificentiæ per necessitatem ita vilis non fiat, sicut vos non decere coguoscitur. quoniam domestica domus vestru aliter obsequiis domesticorum repleri non poterit, nisi habueritis unde eis meritis respondere, & indigentiæ solatium ferre possitis. & sic demum res publica vestra de suo suffragetur sibi, & Ecclesiæ a quibus non expedit habesntur immunes.

VI. XXI.

Ut [b] precariæ & commutationes tempore * viduatarnm Ecclesiarum factæ ab his qui loca Episcuporum occupaverant, rescindantue, & cum auctoritate eccleuastica, vel civili deuuo, si ficndæ sunt, fiaut.

* *al.* viduarom *Regino lib.* 1. *cap.* 362 *Burchard l.* 3 *cap.* 166. *Ivo par.* 3. *cap.* 227. *Gratian.* 12. *q.* 2. *cap.* 44.

Precariæ.

VII. XXII.

Precariæ autem a nmine de rebus ecclesiasticis fieri præsumantur, nisi quantum de qualitate conveuienti datur ex proprio: doplum accipiatur ex rebus Ecclesiæ, in suo tantum qui dederit nomine, si res proprias & ecclesiasticas usufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit, ex rebus ecclesiasticis triplum fructuario usu in suo tantum quis nomine sumat. quia sic eas quemque tractare oportet, ut alienarum dispensatorem, non propriarum largitorem. Et a nulla puteſtate quis cogatur facere precariam de rebus proprie Deo & Sanctis illius dicatis: cum ratio & usus obtineat, ueminem cui non vult contra utilitatem & rationem præstitum de proprio facere beneficium. Præcepta autem regalia super precatiis ecclesiasticis fieri nec ratio sinit, nec auctoritas quolibet modo permittit. quoniam præcepta in jure ecclesiastico firmare indignum judicet necesse est majestas regia, nisi ab ecclesiastico rectore petantur. Isdem autem custos Ecclesiæ solertissime cavear, ne sui ordinis & ecclesiasticæ communionis forte immemor, contra auctoritatem præceptum regium pro quacumque adsentatione fieri petat. qui & si fecerit, non audiatur: si autem obtinuerit, regia * discretione & episcopali idem rescindatur, & petitor injustus pro principis injusta suggestione digne corripiatur, & precariæ secundum antiquam consuetudinem & auctoritatem quinquennio in quinquennium renoventur.

ANNO CHRISTI 846.

* *cod. Pithœan.* districtione.

XXIV. VIII.

Ut contra deprædatores & oppressores Ecclesiarum & rerum ad easdem pertinentium defensores secundum ministerium vestrum; quantum Deus posse dederit, existatis. & præcepta quæ avus & pater vester Ecclesiis ditioni vestræ subjectis fecerunt ac firmaverunt, & stabilia conservaverunt, quæque vos confirmastis, de cetero rata in omnibus conservetis.

XXVIII. IX.

Ut regia magnificentia liberiorem libertatem Episcopis ad suum peragendum in eorum parrochiis ministerium, quam bactenus propter diversas perturbationes habuissent, maxime in sacratissimis temporibus, Quadragesimæ scilicet, & Adventus Domini tribuat: quatenus & periculum & ipsi Episcopi, & regia dignitas salubrius pro ministerio sibi commisso & neglecto possint evadere, & pro streoue executo divinam misericordiam sibi conciliare prævaleant. Ipsi autem Episcopi concessum sibi otium non in suas voluptates, sed in divinum & officiosum convertant negotium. quatenus studentes prædicationi atqoe confirmationi, quod hactenus per parrochias fuit neglectom, sollerter & devotissime de cetero sit correctum & emendatum. Et non propter suam quietodinem Episcopi ad remotiora loca secedentes, & suum ministerium neglegentes, proprias deserant civitates: sed ut parrochias suas cum officii efficacia circumeant, aut cum religione in suis civitatibus canonice cum suis filiis degant. & hospitalitate ornati, quæ jam pene propter diversas rapacitates adnullata est, non solum in oculis Domini propter obedientiam mandati divini reddantur conspicui: verum & bonum testimonium secundum sanctum adquirant Apostolum. presbyteros etiam sibi commissos & doctrinæ castitate & sobrietate atque hospitalitate secundum eorum ministerium ornari compellant.

1. Tim. 3.

XXXVII. X.

Ut quicumque ex clero esse videntur, arma non somant, nec armati incedant: sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus & religioso habitu præbeant. quod si contempserint, tanquam sacrorum canonum contemptores, & ecclesiasticæ sanctitatis profanatores, proprii grados amissione multentur, quia non possunt simul Deo & sæculo militare.

---

a *In beneficiario jure, aut in alode*) Alodis est propris cujusque possessio, unde proprietas appellatur. Tit. * IX. cap. II. *in adolem sunt data*, quod mox ait, *in proprietatem data sunt*. & Tit. * XXXII. cap. III. *proprietas illorum in nostrum indominicatum recipiatur*, quod cap. V. dicit, *ipsi alodes*. Joannes Papa VIII. Ludovico regi epist. CXXIX. *ipsas proprietates, quas vos alodes dicitis*. Propterea opponuntur hoc loco alodis & beneficium, quia quod beneficiario jure babetur, beneficiarii proprium non est. Non omnis olim proprietas alodis nomine comprehensa: sed illa speciatim, quæ successionis jure obveniebat, & hæreditas appellabatur. Quamobrem, & in legibus antiquis, ut recte Hier. Bignonius v. c. observat, alodis pro bereditate sumitur; & apud Marculfum lib. II. cap. VII. a comparato, id est a conquisita proprietate secernitur. Verum etsi principio ita res habuit, invaluit tamen, ut alodis tandem proprietas omnis diceretur, sive a parentibus bereditario jure accepta esset, sive emptione, aut donatione, vel alio conquisitu comparata. Atque ita passim in his capitulis, ut Tit. * XXVII. cap. IV. *Alodes illorum, quos de bereditate, & de tali conquisitu, qui de donatione nostra non venit, babuerunt, & quos senior noster domnus Imperator eis dedit.*

* *Hic* XI.
* *Hic* XXIII.
* *Hic.* XXXII.

b *Precariæ*) Tit. * X. cap. II. & Tit. * XXIII. cap. VII. item *præstariæ* Tit. * IX. cap. XI. Qui rem Ecclesiæ ad usumfructum sub annuo censu impetrabant, iis per precariam & præstariam dari solebat. Præstariam dabat Ecclesiæ rector, qui rem in præstitum concedebat, & quibus legibus eam concederet exponebat: precariam petitor, qui rem precario accipiebat, qua censum, & alias conditiones impositas expleturum se profitebatur. Utriusque extant formulæ apud Marculfum. Precariæ autem exemplum ex tabulario S. Vitoni Virdunensis ad calcem Notarum inter Analecta proponimus.

* *Hic.* XI.
* *Hic.* XXVII.
* *Hic* XI. c. IX

ANNO CHRISTI 846.

XL.

VII. Admonenda est regia magnitudo de hospitalibus, quæ tempore prædecessorum suorum & ordinata & exculta fuerunt, & modo ad nihilum sunt reducta. Sed & [a] hospitalia Scottorum, quæ sancti homines gentis illius in hoc regno construxerunt, & rebus pro sanctitate sua adquisitis ampliaverunt, ab eodem hospitalitatis officio funditus sunt alienata: & non solum supervenientes in eadem hospitalia non recipiuntur, verum etiam ipsi, qui ab infantia in eisdem locis sub religione Domino militaverunt, exinde ejiciuntur, & ostiatim mendicare coguntur. Unde pertimescenda est canonica sententia, & maxime decretalis Symmachi Papæ definitio, quia ut necator pauperum, & Christi traditor Judas, * idem qui hujus sceleris auctor & perpetrator esse dinoscitur, præsenti & perpetuo est anathemate feriendus. Qui reiculam, [b] inquit Symmachus Papa, vel quicquid fuerit Ecclesiæ, petunt a Regibus, & corrumpendæ pietatis instinctu egentium substantiam rapiunt; irrita habeantur quæ obtinent, & a communione Ecclesiæ, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur. Item in canone Aurelianensi: Si quis quolibet tempore contra hanc constitutionem nostram venire tentaverit, aut aliquid de consuetudine, vel facultate Xenodochii ipsiu abstulerit, ut Xenodochium, quod avertat Deus, esse desinat; ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur.

*f. item,

Conc. Aurel. v. c. 15.

XLIII.

XII. Cavendum & summopere præcavendum, ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum, & Episcopis, & Regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus, atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcumque, atque consensoribus, seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, ut nemo per simoniacam hæresim regiminis locum obtineat quacumque factione, calliditate, promissione, seu commoditate aut donatione, per se aut per emissam personam. cum Spiritus sanctus inter cætera documenta ecclesiastica per os sancti dicat Gregorii: Cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur, qui ad hoc ut fiat hæreticus promovetur? & item: Ementes quippe atque vendentes par pœna constringit, cum liqueat hanc hæresim in ipsa sua origine Apostolica esse detestatione damnatum. & Apostolus docet, *Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, digni sunt morte*. & item beatus Gregorius: Dolens, inquit, dico, gemens denuntio, quia sacerdotium, quod apud vos intus cecidit, foris diu stare non poterit. item idem, Adversarius animarum callida specie suadet quasi debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari; sicut scriptum est, *Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.*

Lib. VII. Indict. 2. epist. 110.

Rom. 1. 32.

Lib. 4. Indict. 13. ep. 50.

Lib. VII. Indict. 13. epist. 110.

Prov. 21, 27.

XLVII.

XIII. Ut nemo Episcopo vivente Ecclesiam illius, aut res ad eam pertinentes invadere, aut dominari præsumat. neque sub voluntariæ cleri ac populi electionis obtentu, præter voluntatem Episcopi, quisquam quacumque sæculari potestate præditus quasi œconomum constituat. sed si Episcopus ministerium ecclesiasticum propter infirmitatem corporeum exhibere non potuerit, in Archiepiscopi hoc cum voluntate Episcopi ejusdem Ecclesiæ maneat ordinatione, qualiter debitum officium non remaneat. Obsequium vero ad rem publicam pertinens qualiter exsequatur, per tales ex subditis & ecclesiasticis ministris, cum consensu Archiepiscopi propter pacis caritatisque custodiam, Episcopus ordinet & disponat, quos succedendi in Episcopatu appetitus indebitus non elevet, neque vexet. nisi moratus ita extiterit, ut secundum institutu beati Gregorii in libro epistolarum, & humiliter in subditione prosit, & post utiliter conveniens sanctis regulis præsit. quia ob hoc in multis Ecclesiis scandalum magnum conspeximus. Si autem in Archiepiscopo talis necessitas acciderit, similiter ipse consilio Coepiscoporum suorum hujusmodi ordinationem exhibeat.

LIII.

XIV. Ut canonici in civitate vel monasteriis, sicut constitutum est, in dormitorio dormiant, & in refectorio comedant, & in domo infirmorum necessario sublevantur, & tam sani quam & infirmi canonice vestiantur, atque in claustris horis congruis degant, & sub custodia canonica lectioni & ceteris divinæ institutionis insistant officiis. Qui vero Episcoporum loci convenientiam aut facultatem non habuerit; ut hoc perficere & ordinare possit, Princeps secundum constitutionem domni Imperatoris Hludowici annuat. id est, si vicina Episcopiu terra de eadem Ecclesia esse reperta fuerit, & ab alio possidetur; Ecclesiæ rectori ad claustra clericorum, vel alia quælibet Ecclesiæ * commoda faciendu reddatur. Si autem de fisco fuerit, regia liberalitas eandem terram ad servorum Dei habitacula construenda largiri dignetur. Si autem de alia casa Dei, aut de cujuslibet proprio fuerit, ex convenientia commutandi licentia tribuatur. Et si paupertas loci ad ædificandas domos necessarias non suffecerit, eos ad adjutorium ædificandi potestas regia cogat, qui res de eadem Ecclesia in beneficiis retinent.

Lib. 20. Capitul. c. 48.

* commoda al. lect. manu Sirm.

LVI.

XIV. Ut nemo Episcoporum quemlibet sine certa & manifesta peccati causa communione privet ecclesiastica. Anathema autem sine consensu Archiepiscopi aut Coepiscoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nulli imponat, nisi unde canonica docet auctoritas: quia anathema æternæ mortis est damnatio. & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi qui aliter non potuerit corrigi.

LVII.

XV. Ut monachi, quibus monasteriorum cura commissa non est, passim & sine auctoritate pala-

*Hic, XXVII.

a *Hospitalia Scottorum*) Tit. * XXIII. cap. I. *Hospitalia peregrinorum, sicut sunt Scottorum*, id est Hibernorum. ut in Synodo Cabilonensi sub Karolo Magno cap. XLIII. *Scotti qui se dicunt Episcopos*. apud Prosperum libro contra Cassianum *ordinato Scottis Episcopo*, & passim. Claudianus de laudibus Stiliconis II. *totam cum Scottus Hibernam movit*. Scotti jam olim peregrinationibus dediti, Walafridus Strabo lib. II. vitæ S. Galli cap. XLVI. de natione Scottorum, *quibus consuetudo peregrinandi jam pene in naturam conversa est*. Proinde hospitales, & peregrinis benevoli.

b *Inquit Symmachum*) Verba sunt non Symmachi Papæ, sed Synodi Arvernicæ can. IV. *Qui reiculam Ecclesiæ petunt a regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt*. &c. Sic supra Tit. III. cap. V. Innocentio Papæ tribuitur, quod est Gelasii in epistola ad Episcopos Lucaniæ cap. XVII. & Tit. II. cap. IV. pallium a Samuele propheta scissum dicitur, cum sciderit Ahias Silonites 3. Regum 11. & 2. Paralip. 10. Sunt & alia hujus generis ac notæ non pauca.

tium

ANNO CHRISTI 846.

tium non adeant, nec in eo immorentur, vel ubi & ubi discurrere, ac pervagari acephali præsumant. Sed si tales quilibet fuerint, ut utiles & necessarii Ecclesiæ ac principi reperiantur; cum auctoritate Episcopi canonice ac religiose pergant. Sin autem, in monasteriis suis, sicut canonica & regularis docet institutio, religiose resideant. Quos etiam nec Episcopus, nec Abbas, vel quilibet alius eos veredariorum more in missaticis instanter transmittat, quia per quosdam illorum contra canonicam auctoritatem, & ecclesiastica & civilia perturbantur negotia. Nec sub prætextu obedientiæ diutius vilicationibus inserviant: sed regulariter obedientiam vicissitudine sua peragentes, secum, ut de sancto Benedicto legitur, in monasterio habitent, atque seipsos recolligant. Hæc autem transgredientes, sive prælati in favendo, sive subditi in obtinendo, excommunicentur.

Gregor. dial. lib. 2. cap. 3.

LXIII.

XVI. Hi vero, qui ex rebus ecclesiasticis nonas & decimas persolvere, & sarta tecta Ecclesiæ secundum antiquam auctoritatem & consuetudinem restaurare debent, & hoc non solum negleguut, verum & per contemptum dimittunt, atque clericos fame & penuria, ecclesiastica quoque ædificia dissolutione adnullari permittunt; tamdiu ab ecclesiastica communione separentur, usque dum diligentia emendare studeant, quod socordia neglexerunt. Quod si iterum iteraverint; post excommunicationis satisfactionem regia potestate compulsi, juxta legale & antiquum dictum, qui neglegit censum, perdat agrum. Servi autem Ecclesiarum, quibuscumque potestatibus subditi, unde melior consuetudo, vel devotior commendatio, ex tempore & jussione domni Hludouvici, vel certe domni Karoli, seu etiam Pippini non extitit, saltem xx. diebus in anno eidem Ecclesiæ ad reficiendas ipsius ruinas absque molestia servire sinantur. ubi autem & amplior commendatio, & melior consuetudo inde habetur, pro hac nostra necessitadinis consideratione nun decidat.

LXVII.

XVII. Qui sanctimoniales virgines vel viduas rapiant, & progressu etiam criminis in conjugium sumuat, publicæ pœnitentiæ juxta modum quem præviderit Episcopus, subigantur. ipsæ vero locis congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum religionis redire cogantur. Uterque autem sine ulla spe uxoriæ copulationis perenniter maneant. si autem, quod absit, conjugia iterare præsumpserint, acriori subdantur vindictæ, & amplius propellantur. qui si forte obedire monitis salutaribus non voluerint, anathematizentur.

LXVIII.

XVIII. De his qui sponsas alienas rapiunt, vel consensu parentum accipiunt, antiqua & synodalis sententia observetur. Quod & si forte in Ecclesia eventus talis reperiri dinoscitur, ut pro salutis & religionis competentia humanius quiddam debeant tractare Pontifices, sicut canonica, ut eisdem verbis utamur, docet auctoritas, quia prior quidem, inquiens, definitio durius, posterior autem quiddam, tractavit humanius: nullomodo, at ad maximam indulgentiam descendamus, alterius sponsæ acceptor sine publica transeat pœnitentia, & sponso legaliter multam componat. Quod si hæc obedire renuerit, sine ulla refragatione anathematizetur. fautores vero illius juxta modum culpæ Episcopali decreto pœniteant. Si vero, quod non optamus, quis de gradu ecclesiastico talibus nuptiis se consensorem vel interventorem manifeste prodiderit; a gradu proprio repellatur. & si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, & canonice nequiverit approbari; secundum sanctorum patrum statuta se purgare cogatur.

LXXII.

XIX. Ut nemo quemlibet mortuum in Ecclesia quasi hæreditario jure, nisi quem episcopus aut presbyter pro qualitate conversationis & vitæ dignum duxerit, sepelire præsumat. Nec quisquam ossa cujuslibet mortui de sepulcro suo ejiciciat, aut sepulturam cujusquam temerario ausu quoquo modo violet: sed unumquemque in loculo sibi a Deo præparato atque concesso adventum sui judicis præstolari concedat. Maxime cum non solum divinæ leges, sed etiam & humanæ apud humanam rempublicam sepulcrorum violatores reos mortis dijudicent. Sed & neque pro loco sepulturæ, ut verbis sancti Gregorii utamur, pretium de terra concessa putredini quærere, & de alieno velle facere lucri compendium aliquo modo tentet. Si quando autem proximi vel hæredes sponte aliquid offerre Ecclesiæ voluerint in eleemosyna defuncti, accipere non vetamus. peti vero, aut aliquid exigi omnimodo prohibemus. ne, quod valde irreligiosum est, aut venalis, quod absit, dicatur Ecclesia, aut de humanis mortibus videamur gratulari, si compendium exinde studemus modo quolibet quærere.

Lib. VII. Indict. 2. epist. 56.

TITULUS VIII.

Conventus apud Argentoratum.

Acta ista ideo huc translata sunt, licet in locum non suum, ut primi Regum conventus de pace tractanda non disjungerentur.

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS DCCCXLII. XVI. *Kalend. Martii Lodhuvicus & Karolus in civitate quæ olim Argentaria vocabatur, nunc autem Strazburg vulgo dicitur, convenerunt; & Sacramenta quæ subter notata sunt Lodhuvicus Romana, Karolus vero Teudisca lingua juraverunt. Ac sic ante Sacramenta circumfusam plebem alter Teudisca, alter Romana lingua alloquuti sunt, Lodhuvicus autem, quia major natu, prior exorsus sic cœpit.*

Adnuntiatio Lodhuvici.

QUotiens Lodharius me & hunc fratrem meum post obitum patris nostri insectando usque ad internecionem delere conatus sit, nostis. Cum autem nec fraternitas, nec Christianitas nec quodlibet ingenium, salva justitia, ut pax inter nos esset, adjuvare posset, tandem coacti rem ad judicium omnipotentis Dei detulimus, ut suo nutu, quid cuique deberetur, contenti essemus. In quo nos, sicut nostis, per misericordiam Dei victores extitimus. Is autem victus una cum suis quo valuit, secessit. Hinc vero fraterno amore correpti, nec non & super populum Christianum compassi, persequi atque delere illos noluimus; sed hactenus, sicut & antea, ut saltem deinde cuique sua justitia cederetur, mandavimus. At ille posthac non contentus judicio divino, sed hostili manu iterum & me & hunc fratrem meum persequi non cessat. Insuper & populum nostrum incendiis, rapinis cædibusque devastat. Quamobrem nunc necessitate coacti convenimus. Et quoniam vos de nostra stabili fide ac firma fraternitate dubitare credimus; hoc Sacramentum inter nos in conspectu vestro jurare decrevimus. Non qualibet iniqua cupiditate illecti hoc agimus, sed ut certiores, si Deus nobis vestro adjutorio quietem dederit, de communi profectu simus. Si autem, quod absit, Sacramentum quod fratri meo juravero violare præsumpsero, ab subditione mea, necnon & a juramento quod mihi jurastis, unumquemque vestrum absolvo.

Cumque Karolus hæc eadem verba Romana lingua perorasset, Lodhuvicus quoniam major natu erat, prior hæc deinde se servaturum testatus est.

Sacramentum Karoli.

Pro Dõ amur, & pro Christian poblo, & nostro commun salvament dist di en avant in
A quant Deus savir & podir me dunat, si salvarejo cist meon fradre Karlo, & in adiudha & in cadhuna cosa, si cum om per dreit son fradre salvar dist, in o quid il mi altre si fazet, & ab Ludher nul plaid numquam prindrai, qui meon vol cist meon fradre Karle in damno sit.

Quod cum Lodhuvicus explesset, Karolus Teudisca lingua sic hæc eadem verba testatus est.

Sacramentum Karoli.

In Godes minna ind uithes Christianes folches
B iud unser bedhero gealtnissi son thesemo dage frammordesso fram so mir got gevuiz ei indi madh furgibit so hald ibtis an minan bruher scal inthi utha zermigsoso maduo iudimit luherem in nothe in mit hing nege gango theminam vuillon * imo ce scadhen vuerhen.

Sacramentum autem quod utrorumque populus, quique propria lingua, testatus est, Romana lingua sic se habet.

Sacramentum populi.

Si Lodhuvigs sagrament que son fradre Karlo
jurat, conservat, & Karlus * meos sendra de
C suo part non los tanit, si io returnar non lint
pois, ne io ne neuls cui eo returnar, int pois
in nulla ajudha contra Lodhuvich nun li * iver.

*al. meo sendra, vel lenior.

* al. fuer.

Teudisca autem lingua.

Oba Karl then eid then er sineno bruodher Ludhuuvige gesuor geleistit, indi Ludhuuvig min herro then er imo gesuor forbrihchit', ob ih ina nes arvvendenne mag, noh ih, noh thero, noh hein thenihes irvvenden mag vuidhar Karle imo ce follus tine vuirdhit.

Quibus peractis Lodhuvicus Rheno tenus per Spiram, & Karolus juxta Wasagum per Wizzunburg, Warmaciam iter direxit.

TITULUS IX.

Conventus apud Marsnam I.

HÆC QUÆ SEQUUNTUR CAPITULA acta sunt quando tres reges fratres, Hlotharius scilicet, Hludouvicus, & Karolus, simul convenerunt secus municipium Trejectum, a in loco qui dicitur Marsna, anno incarnationis Dominicæ DCCCXVII. per mensem Februarium. quæ etiam capitula singulorum adnunciationes sequuntur.

CAPIT. I.

De pace & concordia atque unanimitate trium fratrum & Regum inter se, & quod verissimo & non ficto caritatis vinculo sint unisi, & ut nullus deinceps scandalorum inter eos occasiones serere possit.

II.

Ut ipsi mutuo sibi auxilientur, & contra Dei sanctæque Ecclesiæ ac suos inimicos secundum opportunitatem temporis invicem adjuvent.

III.

Ut nemo per quamlibet cupiditatem leges pacis in cujuslibet eorum regno convellere præsumat. quod si facere præsumpserit, communem ab eis ultionem incurrat.

IV.

Ut Ecclesiæ Christi per omnes eorum regnum pristinam dignitatem honoremque retineant: & quicquid superstite domno Hludovico Imperatore jure legitimo possedernut, absque ulla deminutione recipiant.

V.

Ut singulis eorum fidelibus talis lex conservetur, qualem temporibus priorum Regum, & præcipue avi patrisque eorum habuisse noscuntur: si tamen & ipsi pristinam fidem erga ipsos conservent.

VI.

Ut rapinæ & deprædationes, quæ quasi jure legitimo hactenus factæ sunt, penitus interdicantur, & nemo se impune post hæc eas præsumere posse confidat.

VII.

Ut in singulis partibus regni, missi idonei constituantur, qui querelas pauperum & oppressiones, sive quorumcumque causas examinare, & secundum legis æquitatem valeant definire. Et si ab uno in aliud regnum hujusmodi præsumptores confugerint, ibi similiter opprimantur.

VIII

Ut nullus in omni eorum regno deinceps b raptum facere præsumat: aut si fecerit, legaliter puniatur.

IX.

Ut Regnum filii legitimam hæreditatem regni secundum definitas præsenti tempore portiones post eos retineant; & hoc quicumque ex his fratribus superstes fratribus fuerit, consentiat: si tamen ipsi nepotes patruis obedientes esse consenserint.

X.

Ut legati c ad Ducem Brittonum mittantur, qui de communi erga eos observatione pacis eum commoneant.

XI.

Ut similiter ad Regem Nordmannorum legati mittantur, qui eum consestentur, quod aut pacem servare studebit, aut communiter eos infensos habebit.

Adnuntiatio domni Hlotharii.

Nobis & fratribus nostris visum fuit, ut ad Dei voluntatem quærendam qualiter sancta Ecclesia recuperata esse possit, & pacem & nos ac vos & iste populus Christianus habere possimus, Nos simul conjungeremus, sicut nunc fecimus, & sic simus inter nos, sicut fratres per rectum esse debent. Et pro certo illud sciatis, quia, gratias Deo, sic sumus, & sic permanere adjuvan-

a *In loco qui dicitur Marsna*) De hoc conventu Lupus Abbas Ferrariensis epistola i. & li. tum præcipue in lis. ad Marcuvadum Abbatem Prumiensem: *Non ignoratis credo reges nostros apud Trajectum hebdomade secunda Quadragesimæ celebraturos colloquium*. Hic mense Februario celebrasse dicuntur, quod eodem spectat: cum anno dcccxlvii. Quadragesimæ initium fuerit die xvi. Februarii. Marsnæ sive, ut Regino vocat, anno dccclxis. & sequenti, Marsanæ ad Trajectum in diœcesi Leodiensi, multis locis meminit Petrus Abbas S. Remigii. meminit & Gallicus scriptor apud Conradum Urspergensem de Gisilberto duce agens his verbis: *Recepit itaque Trajectum, Jupilam, Harstalium, Marsnam, Littam, Capræ montem, quæ a defunctis derelicta vacabant*,

b *Raptum facere*) id cautum opinor propter Gisalbertum alterum Karoli regis vasallum, qui superiore anno Lotharii Imp. filiam rapuerat, abductamque in Aquitaniam conjugem duxerat. Unde gravis & acerba Lotharii adversus Carolum, quem rei conscium suspicabatur, orta dissensio, de qua Annales Pithœani anno dcccxlvi. & sequentibus.

c *Ad Ducem Brittonum*) Nomenoium. Dux hic Brittannorum sub Ludovico Pio. Quo mortuo, dum inter fratres regni procerum fit discidium, Nomenoius Karolo adhæsit anno dcccxli. Nithardus lib. ii. *Ad Nomenoium ducem Brittannorum mittit & scire cupiens si suæ se ditioni reddere vellet. Qui adquiescens consiliis plurimorum Karolo munera mittit, ac sacramento fidem deinceps servandam illi firmavit*. Biennio post defecit, & regnum affectare in Britannia ausus est Chronicum Vindocinense anno dcccxliii. *Civitas Namnetica a Nortmannis capitur vice prima, prodente eam Lamberto perfido Comite, qui a fidelitate Francorum regum ad Nomenoium Brittonem se contulerat. qui etiam ipsius consilio in Brittania regnum usurpare ausus est*. Rex ergo exinde a suis dictus Nomenoius. sed Franci Ducem tantum appellabant. quo modo & Synodus apud Saponarias in epistola ad quatuor Episcopos Britanniæ: *De qua reverentia salubriter a vobis, & a gente vestra Metropolitano impendenda, tempore Nomenoii ducis* (sic enim legendum est) *& reverentissimi Papæ Leonis, & successoris ejus Benedicti scripta docuerunt*. Priorem gentis suæ appellarat Synodus Turonensis apud Lupum Abbatem epistola xxxiv. *Nomenoio Priori gentis Britannicæ*.

ANNO CHRISTI 847.

te Deo in ante volumus, & in consilio & in auxilio unusquisque erga alterum parati sumus adjutorium ferre, sicut fratres, in Dei voluntate & communi profectu facere debent, in quibuscumque potuerimus.

Adnuntiatio domni Hludowici.

I. Sciatis, quia fratres nostri & nos & nostros missos ad [a] communem nepotem nostrum in Aquitaniam mittimus, & ei tale Comitatus designatos mandamus, in quibus ipse cum suis interim sufficienter esse possit, & fideles dilecti fratris nostri Karoli de illo regno pacem habere possint, usque dum idem nepos noster ad commune placitum nostrum veniat, ad quod cum tali securitate a nobis accepta eum venire mandamus, ut sanus venire, & sanus stare, & sanus reverti, quantum illum Deus salvare voluerit, possit. Et si tunc nostrum consilium audire voluerit, volumus cum Dei adjutorio & vestro consilio considerare, quomodo melius secundum communem profectum & utilitatem in ante esse possit. & si nostrum consilium audire non voluerit, tunc sicut melius cum Dei adjutorio & vestro consilio invenire potuerimus, exinde agere volumus.

II. Sciatis etiam, quia similiter missos nostros ad Brittones mittimus, & illos ad communem profectum, & pacem hortamur. Qui si audierint, aut non audierint, cum Dei adjutorio & vestro consilio exinde etiam facere volumus.

III. Sciatis, quia communiter missos nostros ad Nordmannos pro pace accipienda mittimus.

IV. Sciatis etiam, quia dilectus frater noster Hlotharius missos suos ad suos homines transmittit, qui usque modo in contrarietatem dilecti fratris nostri Karoli fuerunt, & illis mandat, ut per nullum ingenium in ante, sicut de Dei & sua gratia gaudere volunt, in illius & fidelium ejus contrarietatem aliquid faciant.

V. Et sciatis, quia volumus ut res Ecclesiarum, in cujuscumque regno caput fuerit, tam de Episcopatibus, quam de Abbatiis, sine ulla contradictione rectores ipsarum Ecclesiarum, sicut tempore domni ac genitoris nostri fecerunt, illas possideant.

VI. Similiter & de Episcopatibus & monasteriis, ubicumque in nostro communi regno aliter est modo quam debeat, volumus una cum Dei adjutorio illud emendare, ne Ecclesia Dei suum honorem debitum habere possit, & populus suam legem & justitiam habeat.

ANNO CHRISTI 847.

Adnuntiatio Karoli.

I. Sciatis, quia dilecti fratres nostri & nos communiter nostrum placitum ad missam sancti Joannis apud Parisium condictum habemus, ubi de istis quæ illi modo dixerunt, & ceteris, quæ ad Dei voluntatem, & nostrum ac vestrum communem profectum invenire potuerimus, consideremus, & una cum Dei adjutorio ad effectum perducamus. & volumus ut ab hinc in ante, ubicumque unusquisque fuerit, cum pace consistat, & ad illud placitum cum pace unusquisque veniat. quia in istis miseriis & rapinis usque modo multum Deum offendimus. unde nobis Dei misericordiam deprecari satis necessarium esse cognoscimus.

II. Volumus etiam, ut unusquisque liber homo in nostro regno seniorem qualem voluerit in nobis & in nostris fidelibus accipiat.

III. Mandamus etiam, ut nullus homo seniorem suum sine justa ratione dimittat, nec aliquis eum recipiat, nisi sicut tempore antecessorum nostrorum consuetudo fuit.

IV. Et volumus ut sciatis, quia nos fidelibus nostris rectum consentire volumus, & contra rationem eis facere non volumus. & similiter vos ac ceteros fideles nostros admonemus, ut vos vestris hominibus rectum consentiatis, & contra rationem illis non faciatis.

V. Et volumus ut cujuscumque nostrum homo, in cujuscumque regno sit, cum seniore suo in hostem, vel aliis suis utilitatibus pergat. nisi talis regni invasio [b] quam Lantuveri dicunt, quod absit, acciderit, ut omnis populus illius regni ad eam repellendam communiter pergat.

a *Communem nepotem*) Pippinum, Pippini olim regis trium regum fratris. Aquitaniæ regis superstite Ludovico patre mortui filium. de quo Tit. * IX. cap. V. Regnabat is hoc tempore in Aquitania. Sed patrui, quod Aquitaniam Karolo in partem obtigisse censerent, Pippinum regis nomine non dignabantur, & pro Aquitaniæ regno Comitatibus aliquot contentum nunc esse jubent.

* *Hic* 11.

b *Quam Lantuveri dicunt*) Vox hæc in usu etiamnum Alamannis, qua regionis fines significant. Sive hinc igitur originem arcessas, quod in fines incurratur, sive aliud etymum fingas, dubium non est, publicum & communem belli motum designari. * In calce codicis S. Remigii Remensis Lantuveri exponitur patriæ defensio.

* *Addit. manu Sirm.*

TITULUS X.

Conventus apud Marſnam II.

HÆC QUÆ SEQUUNTUR CAPITULA acta ſunt anno DCCCLI. *incarnationis Dominicæ, quando tres fratres Reges, Hlotharius ſcilicet, Hludowicus, & Karolus, ſecus municipium Trajectum, penes locum qui dicitur Marſna, iterum convenerunt, & conſultu Epiſcoporum, & ceterorum fidelium, eadem capitula* a *ſubſcripſerunt manibus propriis, & inter ſe ac inter fideles ſuos perpetuo ſe conſervaturos promiſerunt. quæ capitula ſingulorum in populo adnuntiationes ſequuntur.*

CAPIT. I.

A

UT omnium præteritorum malorum & contrarietatum, & ſupplantationum ac malarum machinationum, atque molitionum ſeu nocumentorum invicem actorum abolitio ita & inter nos & apud nos fiat, & a noſtris cordibus penitus avellatur cum omni malitia & rancore, ut nec in memoriam, ad retributionem duntaxat mali vel contrarietatis, atque exprobrationis ſeu improperii, de cetero exinde quiddam veniat.

II.

Ut tanta Domino cooperante inter nos veræ caritatis benignitas abhinc in ante maneat de B corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, ſine dolo & ſimulatione, ut nemo ſuo pari ſuum regnum, aut ſuos fideles, vel quod ad ſalutem, ſive proſperitatem, ac honorem regium pertinet, diſcupiat, aut forſconſilies, aut per occultos ſuſurrones libenter compoſita mendacia ſeu detractiones accepret.

III.

Ut unuſquiſque fideliter ſuum parem, ubicumque neceſſitas illi fuerit, & ipſe potuerit, C aut per ſe, aut per filium, aut per fideles ſuos, & conſilio & auxilio, adjuvet, ut regnum fideles proſperitatem atque honorem regium debite valeat obtinere. & veraciter unuſquiſque erga alterum certatim demonſtret, quia in fratris ſui adverſitate, ſi evenerit, fraterno modo contriſtatur, & in proſperitate illius lætatur & talem fidem, ſicut inter nos modo ab hinc in ante conſervaturos confirmatum habemus, ſic unuſquiſque infantibus fratris ſui, ſi obierit, qui ſuperfuerit conſervabit. D

IV.

Et quia per vagos & tyrannica conſuetudine inreverentes homines pax & quies regni perturbari ſolet; volumus ut ad quemcumque noſtrum talis venerit, ut de his quæ egit rationem & juſtitiam ſubterfugere poſſit, nemo ex nobis illum ad aliud recipiat vel retineat, niſi ut ad rectam rationem & debitam emendationem perducatur; & ſi rationem rectam ſubterfugerit, omnes in commune, in cujus regnum venerit, illum perſequamur, donec aut ad rationem perducatur, aut de regno deleatur.

V.

Similiter & de eo agendum eſt, qui pro aliquo capitali & publico crimine a quolibet Epiſcopo corripitur vel excommunicatur, aut ante excommunicationem crimen faciens regnum & regis regimen mutat, ne debitam pœnitentiam ſuſcipiat, aut ſuſceptam legitime peragat. Interdum etiam inceſtam propinquam ſuam, aut ſanctimonialem, vel raptam, ſive adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens ſecum ducit. Hic talis, cum Epiſcopus, ad cujus curam pertinebit, nobis notum fecerit, diligenter perquiratur; ne morandi vel latendi locum in regno alicujus noſtrum inveniat, & Dei ac noſtros fideles ſuo morbo inficiat: ſed a nobis vel per miniſtros reipublicæ conſtringatur, ut ſimul cum diabolica præda, quam ſecum duxit, ad Epiſcopum ſuum redeat, & de quocumque crimine publico debitam pœnitentiam ſuſcipiat, aut ſuſceptam ut legitime peragat, compellatur.

VI.

Ut noſtri fideles, unuſquiſque in ſuo ordine & ſtatu, veraciter ſint de nobis ſecuri, quia nullum ab hinc in ante contra legem & juſtitiam, vel auctoritatem ac juſtam rationem, aut damnabimus, aut dehonorabimus, aut opprimemus, vel indebitis machinationibus affligemus. & illorum ſcilicet veraciter nobis fidelium communi conſilio, ſecundum Dei voluntatem, & commune ſalvamentum, ad reſtitutionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſtatum regni, & ad honorem regium atque pacem populi commiſſi nobis pertinenti adſenſum præbebimus. in hoc ut illi non ſolum non ſint nobis contradicentes & reſiſtentes ad iſta exſequenda: verum etiam ſic ſint nobis fideles & obedientes, ac veri adjutores atque cooperatores vero conſilio & ſincero auxilio, ad iſta peragenda quæ præmiſimus, ſicut per rectum unuſquiſque in ſuo ordine & ſtatu ſuo principi, & ſuo ſeniori eſſe debet.

VII.

Ut ſic ſimul conjuncti & nos fratres ad invicem, & nos cum fidelibus noſtris, & fideles noſtri nobiſcum, & omnes ſimul cum Deo nos reconjungamus, & ut nobis ſit propitius illi pro devoto munere offeramus, ut unuſquiſque omnium noſtrum abſque ſua propria excuſatione vel

---

a *Subſcripſerunt manibus propriis*) Ex hac inſcriptione nomen inditum his capitulis videtur, ut Chirographum regum dicerentur. Ita enim appellat Carolus rex in proclamatione adverſus Wenilonem * cap. IV. & Epiſcopi in epiſtola ad Ludovicum * Tit. XXIII. cap. VIII. atque ita appellare ſolet Hincmarus, ut de divortio Hlotharii c. XXIII. ad 5. Interrog. *Capitula ſunt*, inquit, *legalia Imperatorum & regum, quid ſuſtinere debeat qui poſt bannum latronem receperit*: & in CHIROGRAPHO REGUM *noſtrorum hinc expreſſe decernitur*. & de uxore Boſonis: *Reſtat ut rex in cujus regno degit, ſecundum conſcriptionem* CHIROHRAPHI REGUM *noſtrorum, eam ad viri ſui præſentiam adduci faciat*. & in fine opuſculi ejuſdem: *Quoniam quidem ſupra* CHIROGRAPHI REGUM *noſtrorum memoriam feci, quæ de his ibidem conſtituta ſunt, hic ſubnectere procuravi*. Subnectit autem duo Tituli hujus capitula IV. & V.

* *Hic* Tit. XXX
* *Hic* XXVII

ANNO CHRISTI 851.

justificatinne recognoscamus, in quibus aut singillatim, aut communiter contra illius mandata & decreta suorum sanctorum fecimus, aut consensimus, in ordine ecclesiastico & statu regni, & per singula in medium illa producamus, & nemo nostrum suo aut amico, aut propinquo, vel confœderato, immo nec sibi ipsi sæculariter parcat, ut spiritaliter & salubriter parcere possit. quin, sicut præmisimus in præcedenti capitulo, vero consilio & sincero auxilio illa in commune certatim emendare totis viribus procuremus, quam citius rationabiliter poterimus.

VII.

Et si aliquis de subditis in quocumque ordine & statu de hac convenientia exierit, aut se retraxerit, vel huic communi decreto contradixerit, seniores cum veraciter fidelibus suis hæc secundum Dei voluntatem & legem ac justam rationem, velit aut nollit ille, qui divino consilio & decreto & huic convenientiæ resistens & contradicens fuerit, exsequantur. Et si aliquis de senioribus de hac convenientia exierit, aut se retraxerit, vel huic communi decreto, quod absit, contradixerit, cum plures seniorum nostrorum fideles & regnorum primores in unum convenerint, eorum qui hæc observaverint, seniorum consilio, & Episcoporum judicio ac communi consensu, qualiter de eo qui debite admonitus incorrigibilis perseveraverit, agendum sit, favente Domino decernetur. Et ut omnimodis supra scripta capitula a nobis auxiliante Domino inviolabiliter observentur, & nos illa observaturos certius credatur; manibus propriis eadem subter firmavimus.

Adnuntiatio Hlotharii.

Volumus ut vos sapiatis, quid noster adventus hic fuerit. Venimus hic, ut simul adjuvante Deo cum fidelibus nostris de Dei voluntate, & statu sanctæ Ecclesiæ ac regni, & communi nostro ac vestro profectu consideraremus, sicut & fecimus. &, gratias Deo, sumus inde sic adunati, & nos ad invicem, & cum fidelibus nostris, sicut nos recognoscimus quia & infra regnum & extra regnum per marcas nostras nobis est necessarium.

Adnuntiatio Hludouvici.

Sicut meus frater vobis dicit, magna necessitas est nobis, & isti populo Christiano, qui nobis est a Deo commissus, ut nos ad invicem sic concordes & uniti simus, quomodo Dei voluntas est, & veræ fraternitati convenit. Quod usque modo, postquam Deus istud regnum in manus nostras post patrem nostrum misit, per omnia, sicut necessitas fuerat, non fuimus: & inde tanta Deo contraria, & nobis ac vobis impedimentosa acciderunt. Et quia modo, Domino adjuvante, sic sumus unanimes, sicut per rectum esse debemus: sciatis quia unusquisque nostrum paratus est ut suum fratrem, ubicumque necessitas fuerit, & infra patriam, & foris patriam, aut per seipsum, aut per infantem, vel fideles suos, & consilio & auxilio sic adjuvet, sicut frater fratri per rectum facere debet.

Adnuntiatio Karoli.

Sciatis, quia & nos & fideles nostri veraciter recognoscimus, quia partim necessitate, partim indebita voluntate, sicut meus frater Hludovicus vobis dixit, multa acciderunt in isto regno, quæ nobis necesse non fuerat. Et sciatis, quia nunc, gratias Deo, adunati sumus & nos ad invicem, & cum fidelibus nostris, ut una cum Dei adjutorio, quanto melius & citius rationabiliter possumus, procuremus qualiter quæ neglecta sunt, emendata fiant, ut & Deus sit nobis propitius, & ecclesiasticus ordo debitum honorem habeat, & regni nobis commissi prosperitas proveniat, & iste populus Christianus pacem habeat, & vobis lex & justitia conservetur, & vos nobis, sicut antecessores vestri nostris antecessoribus fecerunt, debitum honorem & auxilium exhibeatis. & qualiter hoc consideratum & veraciter confirmatum manibus propriis habeamus, hic vobis relegetur.

Et relecta sunt in conspectu totius populi suprascripta capitula.

ANNO CHRISTI 853.

TITULUS XI.

Synodi Suessionensis.

a a *ISTA CAPITULA CONSTITUTA SUNT a domno Karolo in Synodo apud Suessionis civitatem, in monasterio S. Medardi, anno Incarnationis Domini* DCCCLIII. *in mense Aprili.*

REgnante in sempiternum Domino Deo universorum, anno incarnationis ejusdem domini Dei nostri Jesu Christi DCCCLIII. anno vero regni gloriosi Karoli filii Hludovici religiosissimi Augusti tertio decimo, indictione prima, Episcopis juxta instituta canonum Synodum celebrare volentibus annuit idem rex Karolus, eosque apud ur-

a *Ista Capitula*) Plerique codices inscriptione ista carent. In Laudunensi vero hæc non a Karolo, sed coram Karolo rege constituta dicuntur. Excerpta enim sunt ex gestis Synodalibus Concilii Suessionensis, cujus brevem summam continent, ex qua de singulis, quæ in eo Concilio acta sunt, quid decretum fuerit intelligimus. Quod alioqui penitus ignoraremus, cum ex actis Synodi, præter ea quæ ad primum caput, hoc est ad clericos ab Ebone Remensi post abdicationem ordinatos pertinent, nihil supersit.

bem Suessionem in monasterio S. Medardi, & S. Sebastiani, x. Kalend. Maias convenire præcepit. Ubi posthabitis sæcularibus curis, ipse quoque rex adesse dignatus est, ut non solum devotione Ecclesiæ se filium esse ostenderet, verum etiam sicubi opus esset protectorem regia potestate monstraret.

ACTIO I.

CUM itaque præsules diversarum Ecclesiarum, pio Rege multa humiliter & prudenter proponente, tractassent potius quædam quam definissent, vi. Kalend. Maias Synodo præsidentibus Hincmaro Remorum, Guenilone Senonum, Amalrico Turonum metropolitanis Episcopis, idem Remorum metropolitanus Episcopus venerabilis Hincmarus ostendit non paucos a decessore suo Ebone, postquam [a] canonice depositus fuisset, nec vero canonice restitutus, irrationabiliter ordinatos. Jam rex absque ulla ambitione Synodum solus ingressus simpliciter cum Episcopis residebat. Serie igitur depositionis memorati Ebonis plenissime prolata, multis Metropolitanis, pluribusque aliis Episcopis, qui auctores fuerunt, recitatis: restitutionis autem illius non canonicæ, immo nec verisimilis, paucis admodum & aliarum regionum præsulibus nominatim expressis: claruit præfatum Ebonem episcopale officium illicite repetisse, quosque gradibus ecclesiasticis æstimatus fuerit promovisse, damnationi potius obnoxios effecisse. Hincmarum autem successorem ejus, canonicis sanctionibus caute ac subtiliter observatis, ad sedem accessisse, & præter decreta majorum in hac parte nihil omnino moliri, sicut in gestis synodalibus exinde ab Episcopis ejusdem Concilii more canonico confirmatis plenius edocetur.

II.

Postmodum venerabilis Wenilonis Senonicæ urbis metropolitani Episcopi suffraganeus Nevernensis Ecclesiæ, nomine [b] Herimannus, pro suis excessibus, quos corporali molestia sæpe dicebatur admittere, a sanctis præsulibus modeste & acriter increpitus est, quod prius frequenter correptus ordini sacratissimo perseverantia levitatum adhuc injuriam faceret, & in præsentia Principis, infirmitatem pastoris nequaquam fastidientis, injunctum est Metropolitano ejus, ut adjunctis secum aliquot Episcopis ad oppidum Nivernense accederet, & omnia ibi negotia ecclesiastica sapienter componeret. Ipsum vero Coepiscopum suum Herimannum apud urbem Senonum secum haberet, donec æstivum tempus, quod valde contrarium infirmitati illius ferebatur, pertransiret: & sic Domino annuente abstinentia competenti assuetum, Episcopali gravitate instructum, Apostolicis moribus informatum, clerus & populus eum ad sedem propriam utiliter favente Dei gratia revocaret.

III.

[c] De Burchardo etiam, qui Carnutum Ecclesiam tenebat, statutum est, ut aut se idoneum ad sumendum Episcopalem gradum admonitu Guenilonis metropolitani Episcopi ostenderet, aut certe pronam in se clementiam Principis cognoscens cederet, in utroque Dei judicium experturus. Igitur sequenti die causa illius ad medium deducta, venerabiles Episcopi, Remorum metropolitanus Hincmarus, [d] Lugdunensium Pardulus, Aurelianorum Agius, seorsim eum admonere præcepti sunt, ut si absque discrimine valeret, officium se posse aggredi fateretur; aut si non posset, propter Dei timorem, impossibilitatem ingenue confiteretur. Parte cleri, quæ præsens erat, ac laicorum bonum ei testimonium perhibente, memoratis præsulibus suadentibus, ad Concilium intromissus, tanto quidem gradu se dignum esse profiteri arrogantiæ asseruit esse, non veritatis. Si quis vero crimen aliquod sibi vellet obicere, ad id purgandum se paratum esse firmavit. Nullo qui id conaretur resistente, decrevit sancta Synodus, ne diu Carnutum sedes vacaret: sed directis illuc secundum voluntatem metropolitani Episcopi venerabilis Guenilonis, qui electionem præfati Burchardi recognoscerent, & ipsi referrent, optantibus canonice ordinaretur Episcopus.

IV.

Præterea Cenomannicæ urbis Aldricus Episco-

---

a *Canonice depositus*) Depositus fuerat Ebo tamquam auctor & incentor conspirationis adversus Ludovicum Aug. in Synodo apud Theodonis villam anno, ut dictum est, dcccxxxv. Rem multis narrat Flodoardus lib. II. cap. XX. Synodi vero ipsius seriem, cum subscriptionibus Episcoporum XLIII. qui Ebonem damnarunt, recitat Hincmarus cap. XXXVI. posterioris operis adversus Gothescalcum. Mortuo deinde Ludovico, sedem a Lothario iterum obtinuit per Edictum, quod apud Flodoardum eodem loco exstat cum subscriptione & assensu Episcoporum XX. atque in Remensi Ecclesia clericos aliquot ordinavit. Quos Hincmarus sedem illam adeptus pro clericis habendos non censuit, utpote vitio creatos ab eo qui legitime restitutus non esset. Qua de re illi cum apud Synodum Suessionensem expostulassent, Synodus secundum Hincmarum pronuntiavit.

b *Herimannus*) De quo iterum Tit. * X. cap. I. apud Lupum Abbatem epist. XXCIV. & XCIX. *Herimannus Episcopus Nivernensium*. Hujus sunt in armariis Ecclesiæ Nivernensis tabulæ, quibus canonicos in eo numero LX. constituit, eorumque stipendiis partim ex facultatibus Ecclesiæ, partim ex propriis, statas aliquot villas delegat. Habent & Karoli regis diploma, quo tabulas Herimanni jam ante in conventu Episcoporum Parisiis anno dcccxLIX. mense Novembri approbatas, regia etiam auctoritate confirmavit apud Vermeriam II. Kalend. Junii, Indictione XII. triennio videlicet ante Synodum in qua versamur.

* *Hic* XII.

c *De Burchardo*) Diaconus hic erat e regno Lotharii, Wenilonis Senonum Archiepiscopi consanguineus, ut ex anonymo ejus ævi scriptore didicimus, qui sub revelationum legati Ecclesiarum nomine multa sui temporis memorabilia persequitur. Narrat ergo Burchardum a Karolo rege accitum, & Carnotensium Ecclesiæ, Deo irato, ac publica de eo fama reclamante impositum, atque a Wenilone hoc anno dccclIII. quarto, id est Junio, mense consecratum. Numeratur idem inter Missos dominicos Tit. * XII. Capitul.

* *Hic* XIV.

d *Lugdunensium Pardulus*) Hoc est Laudunensium, ut Tit. * X. cap. I. Vetus enim & verum ejus urbis nomen Lugdunum, vel cum adjuncto Lugdunum clavatum. Ita Gregor. Turon. lib. VI cap. IV. Testamento S. Remigii MS. Quo modo in Synodis sæpe subscribunt Episcopi Lugdunenses, neque aliter in nummis Lauduni cusis, ut in hoc videre est, cujus in antica parte KARLUS GRATIA DEI REX, in postica LUDGUNI CLAVATI.

* *Hic* XII.

ANNO CHRISTI 853.

pus paralysi dissolutus epistolam direxit, [a] causam suæ absentiæ insinuans, petensque ut maxime sibi adhucviventi, & quandocumque defuncto, sacris precibus opitularentur. quod exuberantes caritate se facturos omnes promiserunt, & metropolitano illius, Turonicæ urbis venerabili Episcopo Amalrico, ut ad eandem urbem accederet injunxerunt, & quæcumque essent eidem Ecclesiæ proficua ut strenue exequeretur, unanimiter præceperunt.

V.

Ante hoc tempus venerandi Concilii, obtinente Pippino, Pippini regis filii Hludowici piissimi Augusti filio, Aquitaniam, etiam consentiente avunculo ejus glorioso rege Karolo, cui eadem provincia in partem obtigerat, ecclesiastica disciplina & militari soluta, eadem regio a suis indigenis valde vastata est, & multi illic impune illicita perpetrarunt. Tandem aliquando respiciente Deo populum suum, idem [b] Pippinus a suis contemptus & destitutus, atque in potestatem avunculi sui Karoli redactus, consilio reverentissimorum Pontificum & procerum attonsus, & in habitu monachico ad monasterium sancti Medardi custodiendus & docendus deductus est. Ibi [c] duo quidam monachi habitu, sui propositi vix credibiliter transgressores, ardentes immodica cupiditate, eundem Pippinum abducere conati sunt, & pacem Christiani populi dissipare. quos præsentibus diversorum cœnobiorum religiosis Abbatibus, & causam subtiliter juxta regulam beati Benedicti examinantibus, concors congregatio sancti Medardi a sua unanimitate præcidit, attestata se ab horum crimine longe abstitere, quod usitatas culpas jam inde ab initio hujus religionis monachorum omnium, præter duntaxat Eutychis & aliorum hæreticorum, facile superaret. Ejectos jussa venerabilis Rothadi Suessionum Episcopi ad Synodi audientiam Archidiaconus deduxit, & partim confessi, partim convicti conspirationis malum perpetrasse, canonum severitate depositi sunt, (presbyteri quippe erant) & separatim in monasteria sui ordinis longe distantia relegati, ut deinceps nemo tale quid committere auderet, nisi qui similia perpeti non timeret.

VI.

Post hæc gloriosissimus domnus rex Karolus coram sacra Synodo quendam diaconum Remensis Ecclesiæ, nomine [d] Ragamfridum, impetiit, quod præcepta falsa regio nomine compilasset, sicut ad eum quorundam suggestionibus & verisimilibus indiciis esset perlatum. Unde quia putatum est quibusdam significationibus, ut purgationem sui isdem Diaconus subterfugere voluisset, aliis aliter dicentibus, visum est omnibus in eodem sacro conventu degentibus, ut ab omni Concilio illi interdiceretur, ne a parochia Remensi quoquo modo præsumpsisset abscedere, donec se ab illis quæ ei impingebantur idoneum redderet, vel competenter satisfacere procuraret. quod & omnibus singillatim Episcopis illi auctoritate Episcopali præcipientibus ex divino mandato est interdictum.

VII.

[e] Septima actione eidem sacræ synodo idem Christianissimus domnus rex Karolus, hæc quæ sequuntur capitula proposuit, & consultu eorundem Episcoporum ea per regnum suum innotescenda, exercenda, & conservanda commonuit, præcepit, & confirmavit.

[f] Ista capitula constituta sunt a domno Karolo in Synodo apud Suessionis civitatem in Monasterio Sancti Medardi anno Incarnationis Dominicæ DCCCLIII. in mense Aprili.

CAPIT. I.

UT Missi nostri per civitates, & singula monasteria tam canonicorum, quam monachorum sive sanctimonialium, una cum Episcopo parrochiæ uniuscujusque in qua consistunt, cum consilio etiam & consensu ipsius qui monasterium retinet, (quem volumus & expresse præcipimus ut præsens sit) vitam ibi degentium & conversationem inquirant, & ubi necesse est corrigant: & ubi desunt, congruas of-

a *Causam absentiæ suæ*) Alioqui ad frequentandas Synodos minime segnis erat Aldricus, cum multis interfuisse constet, ut Vormatiensi, in qua restitutus est in imperium Ludovicus anno DCCCXXXV. & sequenti anno Aquisgranensi, unde legatus cum Erchanrado Parisiensi ad Pippinum Aquitaniæ regem missus est. Parisiacensi quoque anno DCCCXLVI. & triennio post Turonicæ.

b *Pippinus a suis*) De anno quo Pippinus hic junior in patrui potestatem venit, atque in Monasterium Suessionense detrusus est, scriptores non consentiunt. Annales Pithœani & S. Arnulfi adscribunt anno DCCCLII. Sigebertus anno sequenti, cui favet Chronicum Memmianum quod ipsum etiam mensem notat: *Anno*, inquit, DCCCLII. *Lambertus comes a Gauzberto Cenomannensium Comite Kalendis Maii occiditur. Eodem anno mense Septembri Karolus nepotem suum Pippinum adquisivit.* Lamberti porro cædem in eundem quoque annum conjicit aliud Chronicum Engolismense Tilianum.

c *Duo quidam monachi*) Horum opera elapsum e Monasterio Pippinum auctor est Regino. Nunc igitur hoc nomine a Synodo plectuntur. At Pippinum a fuga tandem retractum, castroque Silvanectensi ad custodiam denuo inclusum Regino idem narrat. cetera Hincmaro debemus, qui Pippinum in illa sua fuga sese paganis, id est Normannis sociasse, atque illegitimas & incestas nuptias iniisse docet in consilio, quod Karolo regi suggerendum de pœnitentia Pippini irroganda postea scripsit, cum is de anteactis doluere, ac monachi habitum repetere velle diceretur. Reginonis locus an. DCCCLXIII. cui hanc historiam assignat, depravatus est: male enim *Insula nobis*, additum est, pro in Silvanectis. (*Notam hanc ita rescripsit Sirmondus.*)

d *Ragamfridum diaconum*) Satel palatii notarium. Qui falsa regio nomine præcepta seu diplomata condebat, cum verisimile est e notariorum numero fuisse qui in palatio sub Archicancellario merebant. Quare hunc illum esse Raganfridum conjicio, cujus nomen in quibusdam Caroli Calvi diplomatibus legitur, ut in confirmatione privilegiorum Monasterii S. Dionysii: *Ragenfridus notarius ad vicem Ludovici Abbatis recognovi. Compendio XII. Kalendas Februarias anno IV. regnante Karolo Indictione VII. quod est anno* DCCCXLIV.

e *Septima actione*) Secuti sumus exemplar Ecclesiæ Bellovacensis, cum quo Pithœanus item codex & Tilianus, ac Laudunensis consentiunt. Metensis vero noster hujus capitis loco, & præcedentis de Raganfrido, quæ hic penitus omittit, sex alia subjungit capitula, atque in his desinit, quorum primum est, *Ut in civitatibus & monasteriis*, & cetera, quæ videre est in Synodo Suessionensi Tomo III. Conciliorum. ab illa enim editione Metensis MS. hac in parte non discrepat. At qui codices alios concinnarunt, propterea sex istis capitulis abstinuerunt, quia in duodecim aliis quæ sequuntur, eadem comprehendi videbant. Tom. 3. Conc. Gall. p. 78. Conc. Labbei t. 8. p. 83.

f *Ista capitula*) Pleriqua codices inscriptione ista carent. In Laudunensi vero hæc non a Karolo sed tantum Karolo Rege constituta dicuntur. Excerpta enim sunt ex gestis synodalibus Concilii Suessionensis, cujus brevem summam continent, ex qua de singulis quæ in eo concilio acta sunt, quid decretum fuerit intelligimus. Quod alioqui penitus ignoraremus, cum ea actis Synodi præter ea quæ ad primum caput, hoc est, ad cleri-

ficinas

ANNO CHRISTI 853.

ficinas construere jubeant, & ubi sunt factæ, & per neglegentiam sunt destructæ, instaurari præcipiant: & victum ac potum, & vestitum atque cetera necessaria, pro qualitate & possibilitate loci, & inhabitantium necessitate ordinent: & hospitalitatem supervenientium hospitum, & receptionem pauperum ibidem disponant & ordinent. Ecclesiæ quoque luminaria & ornatum debitum ordinent, & thesaurum ac vestimenta seu libros diligenter inbrevient, & breves nobis reporteot. [a] Inbrevient etiam quid unusquisque Ecclesiarum prælatus, quando prælationem Ecclesiæ suscepit, ibi invenerit, & quid modo exinde ibi minus sit, vel quid & quantum sit superadditum. * Quid etiam Nortmannis per nostram commendationem sive sine nostra commendatione datum sit, quidve relictum vel quid n quoquam ibi in eleemosyna datum. Numerum etiam canonicorum, & monachorum sive sanctimonialium uniuscujusque loci describant, & nobis referant: ut secundum qualitatem & quantitatem loci, cum consilio Episcoporum & fidelium nostrorum, ubi minor numerus fuerit, nostra auctoritate addamus, ubi vero indiscretione prælatorum superfuerit, ad mensuram redigamus. * Inquirant quoque quot tempore avi nostri Karoli, & domni genitoris nostri Hludouvici uno quoque in loco fuerint, & quot modo sint: & ubi loca a Nortmannis sive a quibuslibet aliis destructa sunt & penitus adnullata quot ibi nunc propter paucitatem rerum & devastationem earundem constitui & ordinari possint: ut inde cum consensu fidelium nostrorum ordinemus quid de cetero agendum sit. & qualiter abbatiarum prælati & in locis sacris inhabitantes, de his quæ missi nostri præceperint, obedierint, nobis diligentissime & capitulatim referre procurent.

* addit. Sirmondi manu usque ad Numerum.

*addit. manu Sirmondi usque ad & qualiter.

II.

Ut Missi nostri diligenter investigent per singulas parrochias simul cum Episcopo, de monasteriis quæ Deum timentes in suis proprietatibus ædificaverunt, & ne ab hæredibus eorum dividerentur, parentibus & prædecessoribus nostris sub immunitatis defensione tradiderunt, & postea in alodem sunt data: ut describant quæ sint, & a quo vel quibus in proprietatem data sunt, & nobis renuntiare procurent: ut cum Episcopis & ceteris fidelibus nostris consideremus, quid & qualiter inde secundum Dei voluntatem & nostram salutem agere debeamus.

III.

Ut Missi nostri per singulas parrochias una cum Episcopo parrochiæ ipsius requirant de Capellis & Abbatiolis ex casis Dei in beneficium datis, qualis census inde exeat, ut Ecclesia de qua sunt exinde vestituram habere possit. & nobis renuntient, ut hoc nostra auctoritate commendetur atque firmetur, & secundum qualitatem & quantitatem loci clericos & luminaria ibi ordinent, & loca restaurari faciant.

IV.

Denuntiandum est omnibus, & a Missis nostris ordinandum, ut omnes Ecclesiæ & presbyteri sub immunitate ac privilegio, & ordinatione atque dispositione Episcoporum singularum parrochiarum, in quibus consistunt, secundum auctoritatem canonicam, & Capitularia domni Karoli Imperatoris avi nostri, & pii Augusti Hludouvici domni & genitoris nostri, permaneant. Regino lib. 2. cap. 24.

V.

Ut Missi nostri diligenter investigent cum Episcopo & prælatis monasteriorum, & per fideles & strenuos viros in unaquaque parrochia, de rebus Ecclesiasticis in alodem datis: & sicut evidentibus & veris * iodiciis ac auctoritatibus compererint, diligenter a quo & quibus datæ sint, vel quantum exinde sit, describant, & nobis renuntient.

* al. judiciis

VI.

Ut Missi nostri expresse & cum omni diligentia, cum Episcopo & prælatis monasteriorum, per singulas parrochias requirant de rebus ecclesiasticis, unde nonæ & decimæ solvi debent, & non solvuntur; * & persolvi ab easdem res retinentibus faciant. & si aliqua contradictio, quæ rationabilis videatur, oborta fuerit, describatur, & prælatus ipsius casæ Dei unde res esse noscuntur, & ille qui eas detinet, & nonam ac decimam solvere detrectat, simul cum Missis nostris ad nostram jubeatur venire præsentiam: ut tunc veritate comperta, & diffinitione decreta, quod rationabiliter invenerimus, inde præcipiamus. Volumus etiam, ut investigent Missi nostri, qualiter illi qui easdem res ecclesiasticas, unde decimæ dantur sive non dantur, possident, illas salvas habeant, & in [b] casticiis, & in silvis custoditis, vel si terræ aut mancipia inde perdita sint, vel aliquid hujusmodi, aut si familia oppressa sit contra legem, & omnia per breves nobis renuntient Missi nostri.

*al. ut Sirm.

b

VII.

Ut Missi nostri per singulas parrochias Comitibus & reipublicæ ministris, ex banno nostro præcipiant, ne malla vel placita in exitibus & in atriis Ecclesiarum & presbyterorum

cos ab Ebone Remensi post abdicationem ordinatos pertinent, nihil superfit. Quidam codices in quibus hæc seorsim seposita leguntur, inscriptionem habent: *Capitula Karoli Regis junioris facta in Monasterio S. Medardi*. Sunt autem memoralia capitula Missis dominicis in diversos regni pagos & provincias ituris tradita, ex quorum præscripto mandata exequerentur. De mittendis ergo legatis Suessione Synodi rogato statutum fuerat, & capitula quæ illis commendarentur constituta: sed Missi Novembri postea mense designati, & Pagi apud Silvacum distributi Tit. * XII.

* Hic XIV.

a *Inbrevient*) In breves seu pittacia referant & describant, ut Tit. * VI. Tit. * XXVII. Tit. * XXXI. Hincmarus adversus nepotem, cap. I. *habebat inbreviatos, quot infantes sine baptismate, & quot homines sine communione inde obierint*. Nithardus lib. IV. *mitterentque per universum imperium, & inbreviaretur*. Breves dicebant, quos vulgus rotulos & inventaria vocat. Lupus epist. XXC. *Breves etiam, quos de facultate Monasterii vestri mittere debuistis*. Karolus M. in Capitulis anni DCCCXII. *De rebus quæ Hildegarda regina tradita fuerunt, volumus ut fiant descripta breves, & ipsa breves ad nos fiant adducta*. Inde Inbreviator, in Documento de examinatione Willeberti Episcopi Catalaunensis: *Inbreviator, sive descriptor stipendiorum regalium*. * Optat. I. *Brevis & commemoratorium*.

* Hic VII.

*Hic XXXIII.

*Hic XXXVI.

*addit. manu Sirmondi.

b *Casticiis*.) Male hic duo libri *casdiciis*, alii omnes *casticiis* aut *castitiis*, ut Tit * XXIII. cap. XIV. *Ædificent villas vestras moderatis castitiis*. Quibus ex verbis castitia intelligimus ad structuras & ædificia pertinere. Quod ipsum ex Ludovici Pii constitutione intelligere est lib. V. cap. CXLVIII. ubi cum Monasteriorum claustris comparat castitia Ecclesiarum, id est ædificia quæ ad Ecclesias pertinent, & illis cohærent. Sic igitur villarum castitia interpretamur, quæ in villis inædificata sunt. Vetus charta S. Germani Parisiensis: *Mansum domnicatum cum casa, & aliis castitiis*. quæ casalia dicuntur in alia vetere charta S. Benigni: *Mansum indomnicatum cum casalibus super constructis*, atque alia passim hujusmodi.

* Hic XXVII.

ANNO CHRISTI. 853.

mansionibus, neque in dominicis vel festivis diebus tenere præsumant: sed Comes convenientem locum consideret & inveniat, ubi stationem ad mallum tenendum constituat. quia nefas est ibi reos puniri, ubi respectu divinæ reverentiæ misericordiam consensu fidelium & decreto prædecessorum nostrorum consequuntur.

VIII.

Regino lib. 2. cap. 319.

Ut Missi nostri Comitibus & omnibus reipublicæ ministris firmiter ex verbo nostro denuntient atque præcipiant, ut a quarta feria ante initium Quadragesimæ, nec in ipsa quarta feria, usque post octavas Paschæ, mallum vel placitum publicum, nisi de concordia & pacificatione discordantium, tenere præsumant. Similiter etiam a quarta feria ante Nativitatem Domini usque post consecratos dies observent: necnon & in jejuniis quatuor temporum, & in rogationibus simili observatione eosdem feriatos dies venerari omnimodis studeant.

IX.

Regino lib. 2. cap. 423.

Ut Missi nostri omnibus per singulas parrochias denuntient, quia si Episcopus, aut ministri Episcoporum, pro criminibus colonos flagellaverint cum virgis propter metum aliorum, & ut ipsi criminosi corrigantur, cum tali discretione sine ulla occasione indebita, sicut in Synodo conlocutum est, & vel inviti pœnitentiam temporaliter & corporaliter agant, ne æternaliter pereant: si seniores ipsorum colonorum indigne tulerint, & aliquam vindictam inde excercere voluerint, aut eosdem colonos ne distringantur contendere præsumpserint; sciant quia & bannum nostrum component, & simul cum excommunicatione ecclesiastica [a] nostram harmiscaram durissimam sustinebunt.

ANNO CHRISTI 853.

X.

Ut Missi nostri omnibus reipublicæ ministris denuntient, ut Comes vel reipublicæ ministri simul cum Episcopo uniuscujusque parrochiæ sint in ministeriis illorum, quando idem Episcopus suam parrochiam circumierit, cum Episcopus eis notum fecerit: & quos per excommunicationem Episcopus adducere non potuerit, ipsi regia auctoritate & potestate ad pœnitentiam vel rationem atque satisfactionem adducant.

XI.

Sciant etiam fideles nostri, quia concessimus in Synodo venerabilibus Episcopis, ne super beneficia ecclesiastica, vel præstarias, etiamsi Episcopus, aut quilibet monasteriorum prælatus irrationabiliter petierit, præcepta confirmationis nostræ ullo modo faciamus. & ideo ab irrationabili petitione se unusquisque compescat. *Regino lib. 2. cap. 362.*

XII.

Ut Missi nostri omnibus per illorum missaticum denuntient, ne commutationes rerum vel mancipiorum quilibet prælatus earundem rerum ecclesiasticarum sine licentia, vel consensu nostro facere præsumat, neque mancipia ecclesiastica quisquam nisi ad libertatem commutet. Videlicet ut mancipia, quæ pro ecclesiastico dabuntur, in Ecclesiæ servitute permaneant, & ecclesiasticus homo, qui commutatus fuerit, perpetua libertate fruatur.

Regino lib. 2 cap. 369. Burchardus lib. 3. c. 172. 173. Ivo par. 3. cap. 134. Decret. Gregor. IX. lib. 3. tit. 19. cap. 3. mancipia.

a *Nostram harmiscaram*) Tit. * XX. cap. IX. *talem harmiscaram sicut nobis visum fuerit sustinere*. Tit. * XXXIV. cap. IX. *dignam harmiscaram a nobis dispositam*. Tit. * XLIII. cap. VIII. *Insuper nostram harmiscaram, secundum modum culpæ, & ut nobis placuerit sustineat*, & aliis locis. in quibus omnibus harmiscara, aut barmiscara, interdum etiam harscara legitur: harmiscara, quod alii scribunt, nusquam. Ex hoc autem capitulo, & aliis quæ descripsimus, liquet harmiscaram graviorem multam fuisse, quæ a principe pro arbitrio, extra ordinem imponi solet. * Hincmarus Laud. Hincmaro Remensi: *se velle ad meam mercedem venire, & sustinere qualem illi commendassem harmiscaram*.

* Hic XXXIII.
* Hic XL.
* Hic LIII.
* addit. manu Sirmondi.

ANNO CHRISTI. 853.

TITULUS XII.

Synodi apud Vermeriam.

HÆC QUÆ SEQUUNTUR DIFFINITIONES in Synodo [a] apud Vermeriam palatium habita actæ sunt anno supra scripto, in mense Augusto, indictione præfata. * [b]

* prima.

CAPIT. I.

OMnibus sanctæ dilectionis fratribus, ad quorum hæc poterunt pervenire notitiam, Wenilo Senonum, Hincmarus Remorum, Paulus Rotomagensium, Amalricus Turonum Archiepiscopi, Teutboldus Lingonum, Pardulus Lugdunensium, Hucbertus Meldensium, Ansegaudus Abrincatum, Hrothadus Suessionum, Immo Noviomagensium, Hilmeradus Ambianensium, Yeminfridus Belvacensium, Erpoinus Silvanectensium, Baltfridus Bajocacensium, Guntbertus Ebrocensium, Erardus Lixoviensium, Erloinus Constantiæ, Hildebrannus Sagiorum, Godelsadus Cabillonensium, Jonas Æduorum, Braidingus Matisconensium, Agius Aurelianensium, Episcopi apud Vermerium palatium jussu gloriosi principis Karoli anno ab Incarnatione Domini DCCCLIII. Indictione prima, VI. Kalend. Septembr. in nomine ejusdem domini nostri Jesu Christi synodaliter congregati salutem. Notum fraternitati vestræ fieri volumus, quia nuper instanti anno per præsentem primam indictionem, apud urbem Suessionum X. Kalend. Maias ad Synodum convenientes, cui sacro conventui idem gloriosus Rex suum est dignatus exhibere præsentiam, inter cetera ecclesiastica negotia, de venerabili fratre nostro Herimanno Nivernensis urbis Episcopo quæstionalis est ratio nobis oblata. Videlicet quia infirmitate præoccupatus seu præpeditus corporea, sæpe ineptire, & quædam quæ ad naufragium rerum & facultatum ecclesiasticarum pertinere, atque ad salvationem ac debitam seu rationabi-

a *Apud Vermeriam palatium*) Tit. XVI. cap. XI. In Capitulis Karoli Magni anno VIII. Imperii: *De operibus palatii ad Vermeriam*. In diplomate Caroli junioris pro Ecclesia Remensi apud Flodoardum lib. III. cap. IV. *Actum Vermeria palatio regio*. Sita est ad Isaram fluvium. Aimonius lib. IV. cap. LVII. de Karulo Martello: *agrotare cœpit in villa Vermeria super fluvium Isaram*. Hodie Verberia, non procul Compendio. Concilii apud Vermeriam, cui Pippinus interfuit, meminit Gratianus XXIX. q. II. cap. IV. cujus * canones XXI. extant in codice nostro Meteasi.

* Hic XIX.
* Tom. 2. Conc. Gall. pag. 1.

ANNO CHRISTI 853.

A lem dispensationem impedire poterant, nisi celeri remadio subventum foret, agere indiscreta solaret. Cujus suggestionis certa experimensorum documenta evideotius perquireotes, aliquanta invenimus quæ nobis fidem fecarunt aliis qnæ audieramus sensum accomodare. Unde secundum quod in decretalibus epistolis beati Gregorii exemplo reperimus, statnimus illi oecooomnm persuadere, qui ei suffragium, & Ecclesiæ sibi commissæ custodiam debitam & canoaicam exhiberet, donec annucate Domino isdem frates venerabilis a sua infirmitate optabiliter convalesceret. Sed quoniam iatimatnm est nobis io sua Ecclesia oeminem posse reperiri, qui B interim aundem veaerabilem, pattim indebita sorta pietata, partim reverentia seniorali, secuodom modum a nobis constitutum custodire aut vellet aut posset, concilii consultu illnm hortati sumus, ut cum domao Weniloae, prænominato scilicet reverentissimo coafratre aostro, & Aichiepiscopo suo maneret, illeque ei couveniens studium impertiri curaret, & Ecclesiæ Nivernensi ea quibus indigeret visitatorio officio impeaderet, & ordinaret, quousque æstivum tempus, quod hujusmodi infirmitati, qua impediri dicebatur, valde coatrarium est, pertransiret, & sæpe satus dilectissimus ac venera- C bilis frater noster, ut prædiximus, a sua iofitmitara meliorareeur, & suæ potestati, suæque ipsius custodiæ, suæve Ecclesiæ dispositioni, ut est debitum restitueretur. Quæ quoaiam gratias Deo, ad votum juxta divioam oidioationem, nr fuerant disposita, sunt quoque perducta, & canonica jnbet auctoritas, us ab nno quilibet rejectus Episcopo, oon dicamus a tantis pro tempore & ud rempus remorus secundum quendam modum Episcopis, non recipiatur sine testimonii aus literarum evidentissimo documento: per hoa nostræ bumanitatis apices D plerumqua dictum venerabilem fratrem oostrum suæ ditioni & potestasi, atque episcopali custodiæ, suæqua Ecclesiæ gubernatioui debite restituimus. & nos aum non morum vitiis, aut peccatis publieis, quæ censura damnat ecclesiastica, a sua illum Ecclesia aliquantulnm removisse, quod sine aperta couvictioae, vel manifesta confessiona fieri non licet, qua da re & non libes, sed corporeæ suæ infirmitati, & Ecclesiæ sibi commissæ necessitati, pietative consulnisse maoifestissime damonstramus. quod ut præsentibus scilicet & futuris temporibus enucleatius cognoscatue, his gestis manibos propeiis A sobtersirmare decrevimus.

ANNO CHRISTI 853.

I I.

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Episcapi qui jussu gloriosi principis domai aostri Karoli ad Synodum in Vermeriam palatium conveoimus, id est Wenilo Archiepiscopus, Paulus Archiepiscopus, Amalricus Archiepiscopus, Hincmarus Archiepiscopus, Teutboldus Episcopus, Ansegaudus Episcopus, Pardulus Episcopus, Hrothadus Episcopus, Immo Episcopus, Yminfridus Episcopus, Erpoiaus Episcopus, Hilmeradus Episcopus, Agius Episcopus, Erloinus Epis- B copus, Baltfridus Episcopus, Guotbertus Episcopus, Eirardus Episcopus, Hildebraoaus Episcopus, Jonas Episeupus, Godelsadus Episcopus, Braidingus Episcopus, [a] Chuonrado ioclyto & nobilissimo viro præsentem & æternam opramus in omnium salvatore salutem. Cum inter cetera ecclesiastica negotia de ordinabili dispositione monasterii sancti Dioaysii disponeremus, veoarunt monachi ipsius sacri cœnobii io præseatia venerandæ Synodi, deferantes auctoritates, vidalicet testameutum qood sanctæ recordationis [b] Abba Fulradus de monasterio Lebbraha, ubi sanctus Aleaaodet martyr quiescis buma- C rus, & de cella quæ ud saoctum Hyppolitum nominatot, seu da rebus aliis, quas per idem testamentom isdam venerabilis Abbas sancto Dionysio contulerat, necnoa & privilegium, qood axiade saacta sedes Apostolica per beatum Stephanom Papam eidem monasterio super præfato testamento fecetas: dicentes quod veoerabilis [c] Abbas illorum domous Hludovicus ex præcepto gloriosi Regis domni oostri Karoli eos consuluisses, ac coosensum eorum quæsisses, quatenus præscriptom monasterium vobis ia precariam acceptis rebus vestra traditione ud eaadem casam Dei delegandis concessisset: quod D cooseotire siua consultu sui Episcopi atqua Archiepiscopi, immo sacræ Synodi non audeteat. Quam causam subtiliter investigantes; & ad liquidom cogaosceares, diffinivimus juxsa sacram & divinam auctoritarem, atque secuudum testamentum præsatæ piæ recordationis Fulradi, necnon & secundnm decretum Apostolicæ Sedis, nullo unquam tempore jam dictum moaasterium sancti Alexandri, cum rebus sibi pertinentibus, a majore moaasterio sancti Dionysii quocuoque iagenio divellendum, oec beoeficiario oeque precario jure distrahendum.

a *Chuonrado nobilissimo*) Idem qui primo loco inter proceres numeratur Tit. * xxvi. & a Walafrido Strabo *Nobilitatis apex* dicitur in carmine ad Chonradum Comitem. Quo fit ut de Conrado conjicere liceat Judith reginæ fratre: de qua qui scribunt, Welfonis nobilissimi Comitis filiam tradunt fuisse. (* Hic xxxi.)

b *Abba Fulradus*) Tit. * xxiii. cap. vii. *Fulradum abbatem Monasterii S. Dionysii, & summum Capellanum regis Pippini*. Eodem etiam Capellani munere functus est apud Karlomannum regem, ut Karlomanni ipsius de S. Dionysii mercato diploma testatur. Sed Fulradi & legationum, quas ad Zachariam, Paulum, & Stephanum Pontifices summa cum laude gessit, clarior est memoria, quam ut illustrari debeat. Hoc non perinde omnibus notum; præter hunc, alterum ejusdem nominis abbatem Fulradum fuisse, Karoli Martelli ex Hieronymo filio nepotem, quod ex his Theodulfi Aurelianensis versibus didicimus: (* Hic xxvii.)

Condere cœpit opus hujus venerabilis aulæ
Abbas Fulradus nobilitate cluens,
Namque huic Hieronymus, Carolus pater extitit illi,
Qui propriæ specimen gentis ad alta tulit.
Bella gerens, pacemque tuens, qui culmina regni
Ad prolem misit auxiliante Deo.

De S. Quintini æde sermo est, quam a Fulrado hoc abbate structam ait anno dcccxiv. Karolo ergo magno superstes fuit. Sed ut ad nostrum redeamus, in Karoli ejusdem magni regis diplomate, quod Fulrado abbati concessit, commemoratur inter cetera Monasterii bona, *In pago Alsacinse cella S. Alexandri, ubi ipse corpore quiescit*. Hoc nempe est Lebrahæ Monasterium in Alsatia.

c *Abbas Hludowicus*) Magni & hic nominis Abbas, Karoli Calvi propinquus. Sic enim appellat in diplomate quodam pro Monasterio S. Dionysii: *Vir venerabilis ac propinquus noster Ludovicus abbas Monasterii Apostolorum principis, excellentissimorumque Christi martyrum Dionysii, Rustici, & Eleutherii*. Supra Tit. iii. inter eos relatus est, qui Vernensi Concilio præsidebant, & Tit. * xii. inter Missos dominicos numeratur, & quidem ante Yrmiafridam Episcopum. Fuit præterea Caroli ejusdem regis Cancellarius, *epistolare in palatio gerens officium*, ut loquitur Lupus Ferrariensis, cujus sunt aliquot ad Ludovicum abbatem epistolæ, quæ summam illius auctoritatem declarant. Scribit ad eundem Hincmarus Remensis, & abbatem suum vocat, apud Flodoardum lib. iii. cap. xxiv. (* Hic, xiv.)

ANNO CHRISTI 853.

Subjunxerunt etiam iidem monachi, quod vestra commeodatione ac jussione, immo etiam actione, idem Monasterium cum rebus sibi subditis in vestram dirionem redactum & assamptnm, quin etiam usurpatum habaissetis. Quod quam absnrdnm & contra legem, atqne justitiam sit, si tamen ita se res habet, Ipsi etiam pervidetis. Unde vestram, paterna & caritativa seu auctoritativa cam interpositione divini nominis & episcopalis auctoritatis, nobilitatem hortamur & obtestamar, ut hoc nullatenus agere alterias attentetis. sed & si molitam est, ab hujusmodi molitione vel actione vos vestrosque compescatis: qaia & contra Deum & contra omnem anctoritatem, coorraqne vestram salatem esse dinoscitar. Sciatis etiam quia domnum & seniorem nostroram regem gloriosissimum Karolum & humili suggestione & divina auctoritate obsecravimus, præfatoque venerabili Abbati & monachis sais præcepimus, ut in hoc nalli adsensum præbeant, qaoniam nec vobis nec cuiquam fidelium expedit talia postulare. Valeto vir nobilissime, & admodum nobis in Christo carissime.

A

III.

Sed & capitula, quæ synodali consultu domnus rex Karolus in Concilio memorato apud Suessionis civitatem sacro proposuit convenrni, coram fidelibus snis in eodem palatio Vermeria relegi fecit, & ab omnibus consonanter suscepta sant, & accepta.

ANNO CHRISTI 853.

TITULUS XIII.

Apud Valentianas.

DE HIS CAPITULIS QUÆ SUBSEQUUNTUR adnuntiaverunt populo domni Reges Hlotharius & Karolus, quando in ipso anno incarnationis Domini convenerunt a ad Valentianas per mensem Novembrium.

Adnuntiatio domni Hlotarii.

I. DE Missis directis per regnum, nt populus pacem & justitiam habeat. De raptoribus, de prædatoribus, de larronibus, & alus malefactoribus, & de omnibus justitiis.

II. Ut abi missatici simnl venerint, Missi simnl veniant, & si de noo regno in aliud, aut de uno missatico inaliud fugerint, simal eos constringant.

III. Ut abicumqae fugerint, illuc indicnlus teansmittatar, at Comes illos distringat, aut cnm alode, aae per qnodcnmque potest, at illuc reveniat, & emendet nbi malum fecit.

IV. Ut Missis commendetur ue faciaot justitias, & si non fecerint, quod ipsi pergere debeatis.

V. Ut si necessiras alicai fuerit, omnes siot parati quomodo invicem vos adjuvetis.

Adnuatiatio Karoli gloriosi Regis.

I. De adnontiatione episcopali, & de honore sacerdotum.

II. De reædificatiooe Ecclesiaram, & de nonis ac decimis.

III. De observatione capitnloram domni Karoli, & domni Hloaduvici de Ecclesiis.

IV. De observatione pacis, & cavenda rapacitate & oppressione reram ecclesiasticarum, ac

B

pauperum.

V. Quod nos cum consilio fidelium nostroram ordinare volumns, qaaliter honeste & sina indigentia in Corte nostra, sicut aotecessores nostri fecerunt, vivere possimus. & Comites ac ceteros fideles nostros admooemas, at ipsi sic saam esse & vivere ordinent, qualiter propter illorum necessitatem vicini eorum ac pauperes non oppimantar.

VI. De concordia & mutuo adjutorio Episcopi & Comitam ad justirias faciendas, & divinam ministerium exequendum.

VII. De justitiis per Episcopos & Missos ac Comites nostros in regno nostro studendis.

C

VIII. De raptis, & conjunctiooe sanctimonialinm atqae propinquaram, sea spoosarum alioram, ut qnod in præteriro actum est, secundum consilinm & jndicium Episcoporum corrigatar, & da cetero omnimodis caveatue.

IX. Quod si aliqnid per necessitatem in Ecclesiis Dei, aut contra aliqoem fidelinm nostroram fecimus, hoc qaam citias poraerimns libentissime emendabimus. & de cætero si aliquis apad nos parem suam oocere volaerit, hoc secundum consuetadinem antecessorum nostrorum deffioire volamus.

X. De placiro nostro, & de communi adjutorio cantra Nortmannos, & de conlocutiona oostra fraterna.

a *Ad Valentianas*) Tit. * xii. in præfatione, & Tit. * xxix. cap. ii. & iv. quibus in locis hujusce apud Valentianas cum Lothario Imp. colloquii fit mentio. Einbardus abbas ad Augustam: *Postquam de Aquis exivi, tantis corporis incommodis affectus sum, ut de Trajecto vix decimo die pervenire possem ad Valentianas*. Valentianæ ad Scaldim fluvium natæ sunt, ad quas Synodum etiam Karolus M. habuisse dicitur anno dcclxxi. ut est in Annalibus Pithœanis. Frant illæ tum quidem in ditione Lotharii, quippe trans Scaldim positæ: at postea in divisione regni Lotharii junioris Carolo cesserunt cum reliqua pago Cameracensi.

* Hic xiv.
* Hic xxxiv

TITULUS XIV.

Apud Silvacum.

SEQUUNTUR CAPITULA QUÆ IN IPSO ANNO, & ipso mense Novembrio, domnus Karolus consultu fidelium suorum a in Silvatico edidit, & per regnum suum a Missis suis adnuntiari & observari præcepit, sed & Missos suos sicut subsequitur per regnum suum ordinavit.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei rex, dilectis & fidelibus Missis per regnum nostrum constitutis salutem.

SIcut vobis notum esse credimus, cum dilectissimo fratre nostro Hlothario apud Valentianas locuti fuimus, & communi consilio cum fidelibus nostris communibus consideravimus, ut inter cetera sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostri principatus ac regni nobis a Deo commissi negotia necessaria, de his quæ subsequuntur vos specialiter ammoneremus. Ut sicut hic descripta habentur, una cum Dei adjutorio, prout melius potueritis, strenue exsequi procuretis, & hoc præsentialiter necessarium opus, sine aliqua dilatione vel excusatione, sicut in missaticis conjuncti & deputati estis, simul conveniatis, & hoc ad perficiendum quantocius inchoetis, & quantum vel qualiter inde factum habueritis, unusquisque vestrum sicut in missaticis constituti estis, de unoquoque missatico nobis ad conloquium, quod in proximo cum fratribus habebimus, renuntiare procuret. Et si contigerit, ut aliquis vestrum nostro servitio, vel infirmitate, aut quacumque occasione detentus fuerit, pro hoc alii non dimittant, ut commendata exsequi non studeant, etiam si unus vacaverit a prædictis * occasionibus, ipse quantum Deus dederit jussa * perficere studeat.

* cod. Palat. & Mesonf. occupationibus.
* ead. cod. adimpiere.

Ista denuntianda sunt populo a Missis nostris.

CAPIT. I.

NOstri seniores, sicut audistis, [b] parabolaverune simul, & consideraverunt cum communibus illorum fidelibus de Dei servitio, & sanctæ Ecclesiæ ac regni statu, & qualiter vos qui in regno consistitis pacem & justitiam habere possitis. & ordinaverunt Missos per regnum illorum, qui in hoc decertent, quantum Deus adjutorium dederit.

II.

Inter omnes justitias, quas ordinaverunt ut unusquisque habeat, primo consideraverunt de honore Ecclesiarum Dei, & orphanorum ac viduarum causa, & de regalibus justitiis. Tum maxime de rapturibus puellarum, & viduarum causis & sanctimonialium, & de his qui presbyteros flagellare præsumunt, & qui presbyteros de Ecclesiis sine Episcoporum consensu ejicere, vel recipere, aut [c] censum de manso,

a *In Silvatico*) Ita hoc loco libri plerique. At iidem Tit. * XIII. & Tit. XV. ubi rursum hujus loci, atque horum Capitulorum fit mentio, non Silvaticum, sed Silvacum vocant, quo modo hic etiam codex Laudunensis & Bellovacensis. Silva igitur utrumque loco nomen fuit, sive in Silvaticum corruptum est, constat hallucinari eos, qui cum Silvanecto confundunt. Procul namque aberat Silvacus villa regia in pago Laudunensi, ut Hincmarus Laudunensis docet in epistola ad Remensem: *Relegi scriptum qua mihi destinasti, instante anniversario mei traditionis perpetratu mea in parrochia in loco qui dicitur * Silvacus.* & Tit. XLIII. cap. XXXII. *Silvacus cum tota Laudunensi.* Meminit Lupus Abbas epistola LV. & LVII. & Aimoinus multis locis.

* Hic XV.
* Hic XVIII.
* Saulnaye.
* Hic LIII.

b *Parabolaverunt simul*) Tit. * XXI. cap. III. *Quia iste meus carissimus nepos cum dilectissimo fratre meo Hludowico parabolavit.* & Tit. * XXIII. cap. IV. *quicquid cogitavit, parabolavit, & fecit.* Parabolare ergo dicebant quod nos parlare, id est loqui.

* Hic XXV.
* Hic XXVII.

b *Censum de manso*) Ecclesiæ cujusque. Mansus dicebatur fundus, hoc est certus agri modus cum structura plerumque ad mansionem. Hincmarus epist. VII. cap. XXXIV. *Quidam res comparant, & in illis structuras faciunt, & in eisdem mansis feminas recipiunt, quæ domus curam gerunt.* Italis Massa, ut apud Cassiodorum, & Gregorium magnum sæpe, atque in formulis antiquis Ecclesiæ Romanæ: *Colonis & familiis massarum, sive fundorum.* Regum autem edictis sancitum fuerat, unicuique Ecclesiæ unum mansum integrum absque ullo servitio adtribui, lib. I. cap. * XCI. Unde Hincmarus idem in Capitulis, quæ anno DCCCLII. presbyteris dedit, referri ad se inter cetera jubet: *Si habeat mansum habentem bunnuaria XII.* Frotarius Episcopus Leucorum Drogoni Metensi: *Quædam vestri juris basilicæ in providentia nostra consistunt, quæ nec mansorum subjectione fulciuntur, nec sacerdotum præsentia custodiuntur.* Quare de hoc manso censum, aut aliud quodvis servitium exigi nefas fuit. ea immunitas mansi dicebatur, ut Tit. * XXXIV. cap. IX. *Seniores immunitatem de manso ad Ecclesiam data conservent.* Nunc ergo qui hanc infringant coerceri a Missis jubentur, & Tit. * XXXI. cap. II. & Tit. * XXXII. cap. XI. Ludovici Pii exemplo, qui idem statuit lib. V. * cap. XLV.

* edit. Baluzii LXXXV.
* Hic XL.
* Hic XXXVI.
* Hic XXXVII.
* edit. Baluzii cap. censes.

ANNO CHRISTI 853.

vel ex his quæ dominus & genitor noster in suis Capitularibus Ecclesiis in Immunitate concessit, exigere non timent, & qui * censum de rebus Ecclesiasticis ad Ecclesias persolvere detrectant, ut firmiter inquirantur, & acriter distringantur, & plena justitia inde fiat, secundum quod in Capitularibus avi & patris illorum statutum habetur. & ipsi per certos fidejussores ad præsentiam illius, in cujus regno tales inventi fuerint, perducantur, ut inde ipse commendet quid de tali homine fiat, quia nec Deum timet, nec contra sanctos canones facere, nec legem & præceptum regium infringere pertimescit, salva censura ecclesiastica, & episcopalis * pœnitentiæ vindicta.

* alia lect. manu Sirm. censa.

* cod. Bigot. sententiæ.

III.

[a] Similiter [a] de collectis quas Teudisca lingua *Herizuph* appellat, & de his qui Immunitates infringunt, & qui incendia & voluntaria homicidia, & adsalituras in domos faciunt.

IV.

De latronibus autem commendaverunt, ut Missi omnibus denuntient in illa fidelitate, quam Deo & regi unusquisque debet, & promissam habet, & in illa Christianitate qua pacem proximo unusquisque servare debet, ut sine exceptione alicujus personæ, nec pro amicitia, vel propinquitate, aut amore vel timore, ullus latronem celet, sed illum Missis illorum manifestet, & ad accipiendum illum adjutorium quantum potuerit quisque præstet, & per sacramentum hoc Missi illorum firmare faciant, sicut tempore antecessorum illorum consuetudo fuit. & si aliquis missos illorum non obaudierit, si Regis homo fuerit, per fidejussores ad illius præsentiam perducatur: si autem alterius homo fuerit, senior cujus homo fuerit, illum regi præsentet.

V.

Commendaverunt etiam, ut si alicui denuntiatum fuerit, ut ad accipiendum latronem adjutorium præstet, aut aliquis [b] sonum inde audierit, ut ad latronem accipiendum concurratur, & se inde retraxerit ut ad hoc adjutorium non præstet, si liber homo fuerit, bannum dominicum componat, & si colonus fuerit lx. ictus accipiat. & si latro ibi occisus fuerit, qui eum occiderit [c] leudem inde non solvat, & nullus illi inde [d] faidam portare præsumat. quod si quis facere præsumpserit, per certos fidejussores ad Regis præsentiam perducatur.

VI.

Quicumque autem abhinc in ante * latronem receperit, maxime autem illum qui forbannitus fuerit, vel qui illos quos Missi nostri forbannierunt recepit, postquam forbanniti ab eisdem Missis nostris fuerunt, secundum quod constitutum est in Capitularibus avi & patris nostri, in libro III. cap. XXIII. si Francus est, cum duodecim similibus Francis juret quod ipse latronem eum fuisse non scisset, licet pater ejus sit, aut frater, vel propinquus. si hoc jurare non potuerit, & ab alio convictus fuerit quod latronem in hospitio suscepisset, quasi latro & infidelis judicetur: quia * latro infidelis est noster, & Francorum, & qui illum suscepit, similis est illi. Si autem audivit quod latro fuisset, & tamen non scit pro firmiter; aut juret solus quod nunquam eum audisset, nec per veritatem, nec per mendacium, latronem: aut sit paratus, si ille de latrocinio evictus fuerit, ut similiter damnetur.

[e]

* edit. Baluzii. quia latro est, & infidelis, est noster & Francorum, &c.

VII.

Ut quando Missi nostri latronem forbannierint, hoc & Missis aliis, & Comitibus scire faciant. & si de uno missatico in alium fugerit, si in vicinitatem venerit, pro hoc Missus qui eum forbannivit non dimittat, ut eum non persequatur & comprehendat. & si longius * fugerit Missus, in cujus missaticum fugerit, si alodem habuerit, illi tollat, & illum constringat, ut velit nolit reveniat, & ibi malum emendet ubi illud perpetravit. & si in alicujus villam fugerit, & ipsa villa eum contenderit; secundum quod in Capitularibus avi & patris nostri scriptum habetur inde fiat. & si necesse fuerit, ut justitia non protelетur; Advocato denuncietur ut ipsum latronem reddat, & eos qui eum contenderint præsentet, ut debitam disciplinam inde sustineant, & emendationem inde congruam faciant. quod si facere neglexerit usque ad secundam vicem; bannum dominicum inde componat. & sic per fidejussores ad præsentiam eorum deducatur, ut & de illo, & de contradictoribus, & de ipso latrone secundum quod causa conjacuerit sic decernatur, ut ceteri metum habeant.

* ita manu Sirm. pro fuerit.

VIII.

Hoc etiam commendaverunt seniores nostri, ut si hujusmodi malefactores, sicut prædiximus, de uno regno in aliud fugerint, similiter

---

b *De collectis quas Herizuph*) Tit. * XXIX. cap. IV. Collecta hoc loco non quælibet populi congregatio, sed cum nefaria ad resistendum, aut ad vim faciendam colligitur. Tit. * XXXI. cap. XVIII. *Qui Comiti collecta manu resistere præsumpserit* dc. *solidos culpabilis judicetur*. quod caput ex iis sumptum est quæ Karolus M. anno III. Imperii legi Salicæ adiecit. Quod *collecta manu* hic dicitur, alibi *cum collectu* simpliciter, ut lib. III. cap. LXIV.

* Hic XXXIV.

* Hic XXXVI.

c *Sonum inde audierit*) Rumorem. In Evindicatione mancipiorum S. Remigii, quæ Hincmari jussu facta: *Residentes in placito publico audierunt sonum de his mancipiis, quod servi & ancillæ merito esse deberent*.

d *Leudem non solvat*) Tit. XXXIX. cap. II. *Et si talis malefactor in illa persecutione occisus fuerit, qui eum occiderit leudem inde non solvat*. Hinc apparet leudem dictam fuisse compositionem, quæ homicidii causa fiebat, id est Weregildum. Karolus M. Imper. anno VIII. *De servis vero, si quis alterius servum absque judicio, & sine culpa pendiderit, & ibi mortuus fuerit, Weregildus ejus domino solvatur: & si de ipsa morte evaserit ipse ipsum leudem recipiat, & liber permaneat*. Idem alibi. *Nemini liceat servum suum propter damnum a se dimittere: sed juxta qualitatem culpæ dominus ejus pro ipso servo respondeat, aut componat quicquid ille fecit usque ad semiplenam leudem liberi hominis. Quicquid super hoc fuerit, irregularitie esse videtur*.

* Hic. xlv.

a *Faidam portare*) Tit. * XXXIX. cap. II. & Karlomanni Tit. * II. cap. III. x. XI. Faida est gravis & aperta inimicitia ob cædem fere aliqua suscepta. unde & vindictam mortis interpretantur. Synodus apud Compendium sub Pippino rege cap. XVIII. *Si qui propter faidam fugiunt in aliam patriam, & dimittunt uxores suas, nec illi viri, nec illæ feminæ accipiant alterum conjugium*. Hinc illa in Capitulis, *de faidis coercendis, & de faidis pacandis* lib. IV. cap. XXVII. & in nostris Tit. XXXIV. cap. X. *ut faida pacificetur*. * Lex * Frisionum tit. II. 3. *Nec juret nec leudem solvat sed inimicitias propinquorum occisi patiatur*. Et paulo ante c. I. *inimicitias propinquorum hominis occisi patiatur*. quod est c. I. *faidosus permaneat*. A faida faidosus, qui faidam patitur. Einhardus Rabano abbati: *pro eo quod faidosus sit, & cum inimicis suis, & his qui vitæ suæ insidiantur, hoc iter agere non audeat*.

* Hic. xlv.
* Hic III.
* addit. manu Sirmondi.
* Hic xl.

b *Latro forbannitus*) In forbannum missus & proscriptus. Tit. XXXIX. cap. I. & III. quem Meziban vocabant. In Capitulis Karoli M. anno IX. *De Meziban, id est latrone forbannito, ut unusquisque Comes alio mandet, ut nullus eum recipere audeat*.

* Hic. xlv.

ANNO CHRISTI 853.

Missi illius, de cujus regno, fugerit, ad alios Missos in illo regno, ubi fugit, hoc notum faciant, & illi Missi eos constringant, ut ad illud regnum, & ad illos Missos reveniant, ut ibi distringi possint ubi malum fecerunt.

I X.

Regino lib. 2. cap. 424. ** restitut. manu Sirmondi.*

De advenis, qui oppressione Normannorum * vel Britannorum in partes istorum regnorum confugerunt, statuerunt seniores nostri, ut a nullo reipublicæ ministro quamcumque violentiam vel oppressionem aut exactionem patiantur: sed liceat eis conductum suum quærere & habere, donec aut ipsi redeant ad loca sua, aut seniores illorum eos recipiant. *quod qui inventus fuerit ex reipublicæ ministris, aut aliis quibuslibet, contra hoc pietatis præceptum facere, aut fecisse; bannum dominicum exinde componat.

**edit. Baluzii.* quod si inventus &c.

X.

Ut omnibus denuntietur, qualiter cuncti sint præparati ad quamcumque necessitatem imminentem, ut secundum consuetudinem, prout necessitas venerit, ad Dei servitium & illorum, atque ad defendendam sanctam Dei Ecclesiam, & regnum omnes sint præparati.

X I.

Capitula autem avi & patris nostri, quæ in præscriptis commemoravimus, qui ex Missis nostris non habuerint, & eis indiguerint, ut commissa per illa corrigere possint, sicut in eisdem Capitulis jubetur; de scrinio nostro, vel a Cancellario nostro accipiant, ut rationabiliter & legaliter cuncta corrigant & disponant.

lib. 2. capit. cap. 24.

X I I.

Ut unusquisque Missus in suo missatico provisionem habeat, ut si aliquis de nostris fidelibus per missaticum suum transierit, aut ibi consistens vel commanens rapinas vel deprædationes, aut talia illicita fecerit, de quibus Deus offendi solet, & populus pro oppressione gemere; quatenus hoc subtiliter & veraciter investiget, & nobis renuntiet, qualiter inde nos sic ordinemus, ut nec ipsum, nec alium hoc agere delectet.

X I I I.

Ut Missi in illorum missaticis curam habeant, ne homines nostri, aut alii quilibet, vicinos suos majores vel minores tempore æstatis, quando ad herbam suos caballos mittunt, vel tempore hiemis, quando [a] marascalcos illorum ad fodrum dirigunt, vicinos majores vel minores deprædentur, & si egerint, hoc etiam, ut prædiximus, veraciter Missi nostri investigent, & nobis renuntient, ut in seniore hoc si emendemus, quatenus homines suos in potestate habeat, & contenti sint debitis, & indebita injuste non appetant.

ANNO CHRISTI 853.

(*Post ista capitula sequitur in veteri codice MS. bibliothecæ Elgnatianæ fragmentum epistolæ eum a Karolo rege scripta ad Missos, ut reor, dominicos, hoc modo.*)

ex edit. Baluzii.

Mandamus præterea ut si Capitula domni avi & genitoris nostri scripta non haberis, mittatis ad palatium nostrum de more prædecessorum vestrorum Missum vestrum & scriptorem cum pergamena, & ibi de nostro armario ipsa capitula accipiat atque conscribat. Et vos deinde secundum ipsa Capitula Dei justitiam populique a Deo vobis commissi necessarias proclamationes legaliter emendare solerti vigilantia procuretis. Valete.)

Istud sacramentum jurabunt Franci homines.

Ego ill. adsaliturum, illud malum quod [b] scach vocant, vel [c] tesceiam non faciam, nec ut alius faciat consentiam: & si sapuero, qui hoc faciat non celabo. & quem scio, qui nunc latro aut scachator est, vobis [d] Missis dominicis non celabo, ut non manifestem. si me Deus adjuvet, & istæ reliquiæ.

Istud jurabunt [e] Centenarii.

Ego ill. adsaliturum, illud malum quod scach vocant, vel tesceiam non faciam, nec ut alius faciat, consentiam: & si sapuero qui hoc faciat, non celabo. & quem scio qui nunc latro aut scachator est, vobis Missis dominicis non celabo, ut non manifestem. & de Francis hominibus in isto Comitatu, & in meo ministerio commanentibus nullum recelabo, quantum recordari potuero, ut per brevem vobis Missis dominicis non manifestem. si me Deus adjuvet, & istæ reliquiæ.

---

a *Marascalcos ad fodrum*) Marascalcus præfectum seu curatorem equorum sonat. Lex Alamannorum Tit. lxxix. pastoribus & artificibus mariscalcos adgregat l. iv. *Si mariscalcus, qui super xii. caballos est, occiditur, xl. solidos componatur*. Ita hoc loco marascalcos equisones dicere videtur, & fodrum pabulum equorum. Karolus M. in capitulis anni dccciii. *Ut nullus audeat in nocte negotiari, excepto vivanda & fodro, quod iter agentibus necessaria sunt*. Fodrum ad caballos Hincmarus in Capitulis suis anni dccclxxvii. *Neque ducatis superflue homines, per quos illos gravetis in cibo & potu, & fodro ad caballos*. At fodrum, sive foderum, interdum est annona militaris. Auctor vitæ Ludovici Pii: *Inhibuit a plebeiis ulterius annonas militares, quas vulgo foderum vocant, dari*. Et a fodro fodrarii, qui fodrum exigunt. Hincmarus idem Karolo regi anno dccclix. *Mittite homines, secundum consuetudinem prædecessorum vestrorum, qui in longius pergant propter fodrarios, & curam de pace accipiant*. Apud nos fodrarii hodie dicuntur metatores mansionum, & hoc munere in equestribus turmis qui funguntur, marascalci hospitiorum nuncupantur.

b *Scach vocant*) Lingua Teutonica. nam & hodie Germani latrocinium scach vocant. Otto Imp. lib. ii. Legum Longobardicarum Tit. lv. l. xxxvii. *De furto aut schacho, si altra sex solidos fuerit, similiter ut per pugnam veritas inveniatur, præcipimus*. Inde scachorum ludus, ludus latrunculorum.

* Hic. xlv.

c *Tesceiam*) Sic veteres libri hoc loco. at Tit. xxxix. cap. iii. ubi vox eadem sæpius repetitur, testeia perperam scribitur. *De illis qui infames vel clamodici sunt de testeiis, vel latrociniis, & rapacitatibus, & assalturis*. Origo vocis obscura est, sed nota ex his capitulis significatio.

a *Missis dominicis*) Quos supra legatos a latere vocavit. Tit. iii. cap. ii. *Quæsumus ut scelerum patratores, & Apostolicæ disciplinæ contemptores, missis a latere vestro probatæ fidei legatis absque respectu personarum coerceantur*. Missi ergo dominici dicebantur, quos Princeps extra ordinem in diversas regni partes ad justitias faciendas (sic enim loquebantur) cum amplissima potestate dirigebat. Cujusmodi legationum exempla passim extant: sed duo maxime illustria memorantur. unius sub Karolo magno Imp. cujus meminit Flodoardus lib. ii. cap. xviii. alterius sub Ludovico Pio, quæ in Capitularibus lib. ii. cap. xxv. describitur.

b *Centenarii*) Judices minores, qui per centenas jus dicebant sub Comite. Comes enim judex erat totius pagi. pagus vero Comitis, id est Comitatus, dividebatur in vicarias, centenas, decanias, in quibus judices erant vicarii, centenarii, decani. Decretum Childeberti regis cap. ix. *Si quis centenarium, aut quemlibet judicem*. & cap. xi. *causator centenarium cum centena requirat*. Tit. * li. Karlomanni cap. ix. *Comes præcipiat suo Vicecomiti, suisque centenariis*. In Capitulis Aquensibus Karoli M. anno x. Imperii. *Ut ante vicariam & centenarium de proprietate aut libertate judicium non terminetur, aut acquiratur, nisi semper in præsentia missorum Imperialium, aut in præsentia Comitum*.

* Hic lii.

ANNO CHRISTI. 853.

Missi autem, & [a] Pagi per missaticos qualiter fuerunt tunc ordinati.

a I. Hincmarus Episcopus, Ricuinus, Engiscalcus, Missi in [b] Remriano [c] Vonziso, Stadiniso, Pertiso, Barriso, Camiziso, Caralaunio, Virtudiso, Baganso niso, Tardaniso.

b c II. Pardulus Episcopus, Altmarus, Teodacrus, Missi in Laudunisо, Portiano, Suessonico, Urciso, & Vadiso.

III. Immo Episcopus, Adalardus Abba, Walteaudus, Odelricus, Missi in Noviomiso, Vermendiso, Aderriso, Curtriciso, Flandra, Comitatibus Engilramni, & in Comitatibus Waltcaudi.

d IV. [d] Folcoinus Episcopus, Adalgarius, Engiscalcus, & Berengarius, Missi in Comitatu Berengarii, Engiscalchi, Gerardi, & in Comitatibus Reginarii.

V. Hludouvicus Abba, Yrminfridus Episcopus, Iagilvvinus, Gotselmus Missi in Parisiaco, Melciano, Silvanectensi, Vircasino, Belvacensi, & Vindoiliso.

VI. Paulus Episcopus, Hilmeradus Episcopus, Herloinus, Huogarius, Missi in Rotmense, [e] Tellau, Vitoau, Pontiu, Ambianense. ANNO CHRISTI 853.

VII. Errardus Episcopus, Teodericus Abba, Herloinus, Hardoinus, Missi in Aprincato, Constanrino, Bagisino, Coriliso, [f] Otlingua Saxonia, & Harduini, Osmiso, & in Lisuino. e

VIII. Dodo Episcopus, Hrorbertus, & Osberrus, Missi in Cinomannico, Andegavensi, atque Turonico, Corboniso, & Sagiso. f

IX. Burcardus Episcopus, & Hordulfus, & Heinricus Abba, Missi in Belsiso, Aurelianensi, Vindusniso, Carentino, Durcasino, Dnniso, Ebricino, Stampiso, Castriso, Pinceslso, [g] Madreciso. g

X. Wenilo Episcopus, Odo, & Donatus, Missi in pago Senoaico, Trecasino, Wastenisо, Milidunisо, [h] Morviso, Pruviniso, & in tribus * Arcisiis, & in duobus Brioniis. h

XI. Tentboldus Episcopus, Jonas Episcopus, Isembardus, & Abbo Abba, Daddo, Missi in Comitatibus Milonis, & in Comitatibus Isem- *Cod. Meton. Archis. cod. Palab. Archisiis.*

---

a *Pagi per missaticos*) Missaticus & missatica dicebant regiones tractusque provinciarum, per quos Missorum dominicorum legatio & potestas porrigebatur. Tit. * xi. cap. 11. *Si de uno regno in aliud, aut de uno missatico in aliud fugerint*. Tit. * xx. cap. 18. *Episcopi in suis parrochiis & Missi in illorum missaticis, comitesque in eorum comitatibus*. & in præfatione Tituli hujusce ad Missos per regnum constitutos: *ut sicut in missaticis conjuncti deputati estis, simul conveniatis*. & aliis locis sæpissime. Hi missatici quamquam alias majores minoresve pro arbitrio principum institui solebant; semper tamen amplissimi erant, & plures pagos, comitatusque continebant: quod ex brevi subdito videre est, in quo missatici duodecim pagos continent supra octoginta. In hac ergo legatione Carolus regnum suum universum, excepta Aquitania, quæ tunc seorsim regebatur, & Britannia quæ rebellarat, in duodecim regiones seu missaticos distribuit, atque in his duodecim Missorum dominicorum collegia constituit: quorum singula, ut mos erat, Episcopum aliquem, aut simul etiam Abbatem, & Comitem unum pluresve designatos habuere. *Hic XIII. *Hic XXXII.

b *Remriano*) Pago Remensi. Pagorum hic nomina pro illius seculi usu mirum in modum depravata leguntur, ut Adertiso pro Atrebatensi, Rotmense pro Rodomensi, sive Rotomagensi, Bagisino pro Bajocensi, Lisvino pro Lexoviensi, Carrentino pro Carnotensi, Alciodriso pro Antisiodorensi. Sed horum tamen, quæ pagos denotant, in quibus capita sunt civitatum & diœceseon, facilis est conjectura: difficilior in ceteris, quæ minores pagos significant, quorum multi in unaquaque diœcesi. Obscuriora enim sunt pleraque, quod ista pagorum distinctio post primam & secundam regum nostrorum stirpem observari desierit, ac nomen quoque ipsum pagi deinceps, præterquam in vernacula lingua, vix usurpatum sit. Quare non aliunde fere explicari queant, quam ex illorum temporum scriptoribus & monimentis. Longum esset singula persequi. ut viam curiosis aperiamus in paucis quibusdam experiemur.

c *Vonziso*) Pro Vongiso, seu Vongensi, ut est apud Flodoardum lib. II. cap. XVIII. Alcuinus in vita S. Vedasti Episcopi: *Venerunt in quendam pagum, qui incolarum illius consuetudine Vungise pagus dicitur, prope Regulioram villam, quæ sita est super florigeras Axonæ fluminis ripas*. Quo ex loco docemur pagum Vongensem ad Axonam fuisse. In eo nimirum tractu, qua Remis Treviros est iter: quod iter describens vetus Itinerarium Vungum vicum in eo locat lapide a Durocortoro XXII. *Vongum municipium* a Flodoardo dicitur. in præcepto Ludovici Pii pro Ecclesia Remensi *Castrum Vonzense*. Nomen hodie retinet in illo tractu quem dixi, ubi olim pagus Vongensis.

d *Folcoinus*) Episcopus Tarvanensis, qui Corbiensi privilegio cum ceteris subscripsit in Synodo Parisiacensi anno DCCCXLVI. reliqui Episcopi jam noti sunt omnes ex Synodo apud Vermeriam Tit. * x. præter Dodonem Andegavensem, qui Suessionensi hoc anno interfuerat, & Buchardum Carnotensem, de quo dictum est Tit. * IX. * Hic XII. * Hic. XI.

e *Tellau*) Series ipsa inter Caletensem agrum, qui pars est pagi Rotomagensis, Vitnau, id est Vimacensem, in eadem maris ora positum fuisse hunc pagum ostendit. quod verum est, confirmaturque ex tabulis antiquis, quæ docent Ludovicum Pium Monasterio S. Medardi apud Suessiones concessisse *Arcas in pago Tellao, & Nidum Corbini in eodem pago*. Tellaos ergo pagus, ubi castrum Arcarum, is erat qui nomen postea fecit comitatui Talogii, cujus nempe castrique in eo conditi meminit Willelmus Gemmeticensis lib. VII. cap. VII. & Ordericus Vitalis lib. VI. Alii Taiovium appellarunt. Tellau, ut hoc loco, scriptum est in diplomate Caroli Calvi pro S. Dionysio: *Et solitum censum de venna, quæ est super fluvium Loch in pago Tellau piscatorum cum manso uno. In eodem pago villam quæ dicitur Leritnendallis, & mansos super mare sitos, qui nuncupantur mares, cum integritate*.

f *Otlinga Saxonia*) Habitasse aliquando Saxones in ea ora Galliæ, quæ ostiis Sequanæ alluitur, argumento est nomen litoris Saxonici, quod in Notitia utriusque Imperii legitur sub dispositione Ducis Armoricani & Nervicani. Propius etiam locum indicat Gregorius Turonensis, cum Saxones Bajocassinos nominat lib. v. Historiæ cap. XXVII.

g *Madreciso*) Madriacensi. In legatione Karoli magni, cujus partem nobis exhibuit codex Metensis: *In Parisiaco, Melciano, Meledunensi, Provinensi, Stampensi, Carnotensi, Pinciacensi, Faldulfus & Stephanus. In Cenomannico, Oximensi, Lisuino, Bajocassino, Constantino, Abrincatino, Ebrecino, & Madricensi, & de illa parte Sequana Rodomensi, Magenardus Episcopus, & Madalgaudus*. Aliter ut patet, quam in ista, Missis dominicis distributi fuerant pagi. Madriacensis tamen in utraque cum Ebroicensi ut vicinus conjungitur. Situm enim in hoc pago fuisse Monasterium S. Leufredi, quod ab ipso Ebroicorum capite Mediolano paucis millibus abest, docet Karoli simplicis diploma apud Aimoinum lib. v. cap. XLII. & S. Leufredi vita cap. 8. Madriacensis præterea pagi meminit alterum diploma S. Dionysii, cujus partem edidimus in Notis ad Goffridum Abbatem lib. II. epist. XVI.

h *Morviso*) Morviensi. Fuit autem pagus Morviensis, ut hic locus indicat, Pruvinensi contiguus. Quod Karoli Calvi pro S. Dionysio literæ confirmant: *villam Novigentum supra Sequanam in pago Morvensi sitam*. Idem in aliis. *villam Madriniacum nomine in Morvensi comitatu sitam*, atque in eodem pago Buxidum quoque, & Altam ripam nominat. quæ omnia in illo tractu sita sunt. Quin & Rosontum villam in eodem pago rex idem commemorat in diplomate pro Monasterio Cellensi, quod legitur in Antiquitatibus Tricassinis, nisi quod Morinensi perperam ibi excusum est pro Morvicensi. Aliud ergo est pagus Morviensis hoc loco, aliud Morvenni pagus, qui nomen hodie retinet in diœcesi Augustodunensi, quanquam & hic quoque Morvensis pagus dicitur in literis Herimanni Episcopi Nivernensis.

bardi

ANNO CHRISTI. 853.

hardi, Augustuduno scilicet, Matiscunensi, Divionensi, Cabillono, [a] Hatuariis, & in Tornedriso, & in Belniso, & in Dusmiso comitatu Attellæ, & in Comitatu Romoldi.

XII. Hugo, Gozso, Nivilungus, Missi in Nivernisn, Alciodriso, Avaliso.

a *Hatuariis*) Crebra fit hujus pagi mentio in tabulis Besvensis cœnobii, quod ipsum fuisse memorant in pago Attoariorum. Chronicum etiam S. Benigni Hugonis meminit Comitis Attuariorum. Finitimus erat pagus, Comitatusque Attoariensis pago Cabillonensi, & Tornedriso, sive Tornodorensi, inter utrumque interjectus. Diversæ autem ab his fuerunt Atroariæ tum Belgicæ, tum Germanicæ, quæ nominantur in divisione regni Lotharii Tit. * xxxvii. & in præcepto Ludovici Pii de divisione regni inter filios, atque ab his pagus Attoariensis in Chronico Laureshamensi. Ceterum :: eadem Karoli M. legatione longe ampiioribus terminis hic Missaticus definitus est. Sic enim describitur: *In primis de Aurelianensi civitate ad Segonnum quomodo rectum est. deinde ad Trecas cum Tricassino toto. Inde ad Lingonas, de Lingonis ad Bissanciom villam partis Burgundiæ. Inde vero ad Augustidunum, postea ad Ligerem usque ad Aurelianis sunt Missi* Magnus *Archiepiscopus*, & Godefridus.

* Hic, xlviii.

ANNO CHRISTI 854.

TITULUS XV.

b Apud Attiniacum.

HÆC MEMORIALIA CAPITULA, QUÆ SEQUUNTUR, dedit Missis suis domnus Karolus anno DCCCLIV. *in mense Junio, quando apud Attiniacum cum fratre suo Hlothario fuit locutus, ut illa unusquisque Missus in suo missatico per regnum illius exsequi procuret.*

CAPIT. I.

De Missis pro latronibus, scilicet ut addantur, & suppleantur Missi, qui illa peragant, quæ in Capitulis continentur, quæ supra in Silvaco illum edidisse præscripsimus.

II.

[c] De maritima custodia, ut secundum consuetudinem vigilanter disponeretur.

III.

De viis per aquas, videlicet ut ubi noviter clausæ erunt aperireotur, sicut antiquitus fuerunt apertæ.

IV.

lib. 4. capitular. c. 12.

De pontibus restaurandis, videlicet ut secundum Capitularia avi & patris sui ubi antiquitus fuerunt reficiantur ab his qui honores illos tenent, de quibus ante pontes facti vel restaurati fuerunt.

V.

lib. 3. capitular. c. 54.

De navibus quæ vadunt sub pontibus, videlicet ut inde teloneam non exigatur.

VI.

De advenis quos affligunt ministri reipublicæ, scilicet ut qui ab illis quos Normanni vel Brittones adflixerunt, & ideo mendicando in istud regnum venerunt, vel qui propter [d] adflictionem Aquitanicam huc venerunt, censum vel operationes exegerunt, hoc cum sua lege illis emendet: & qui deinceps hoc facere præsumpserit, simul cum emendatione dominicum bannum componat.

VII.

De latronibus qui nunc nihil mali faciunt, & quod jamdiu fecerunt, emendatum habent, & nullus modo super eos clamat; videlicet ut propter hoc modo non puniantur.

VIII.

De hominibus qui in banno & in pœnitentia missi sunt, & pejus semper faciunt; scilicet ut a Missis capiantur & constringantur.

IX.

De monetis, & falsariis fabris, videlicet ut diligenter inquirantur & emendentur.

X.

De rebus Ecclesiarum in alodem datis, videlicet ut a Missis inquirantur, & describantur, & Regi renuncientur.

XI.

De monasteriis circumeundis, id est, ut sicut ordinatum fuit, ita Missi exequi procurent.

XII.

De hominibus qui iterum a novo raptos faciunt, ut a Missis comprehendantur, & constringantur, & ad Regis præsentiam deducantur.

XIII.

De fidelitate Regi promittenda, id est, omnes per regnum illius Franci fidelitatem illi promittant, & qui dicunt se illam promisisse, aut certis testibus hoc adprobent, aut jurent se illam ante jurasse, aut illam ipsam fidelitatem promittant.

* Hic xxvii. & lii.

b *Apud Attiniacum*) Attiniaco palatio Tit. * xxii. & Tit. xliii. inter Palatia regia numeratur cap. xxxi. In parrochia, hoc est in Episcopatu Remensi fuisse Hincmarus testatur in epistola ad nepotem quam recitat Flodoardus lib. iii. Neevero longiore opera eget Attiniacus, cum de nomine nunc etiam notus sit ad Axonam fluvium, multis olim Synodis, & placitis regum illustris.

c *De maritima custodia*) Einhardus epistola xxir. *Homines nostri secundum ordinationem & jussionem domni Imperatoris ad custodiam maritimam fuerunt*. Lib. iv. Capitul. v. *Comites qui ad custodiam maritimam deputati sunt*.

d *Adflictionem Aquitanicam*) Unde hæc nata sit docent Annales Pithœani dcccliii. & dcccliv. Narrant enim post Gozberti Comitis interitum, quem Carolus rex jussit occidi, instigatum ab illius propinquis per legatos fuisse Ludovicum Germaniæ regem, ut Aquitaniam invaderet: missumque a patre Ludovicum filium, at periculum faceret. Sed cum a ceteris non susciperetur, re infecta rediisse. Hinc igitur liquet, cum cur Ludovicus huic colloquio & sequenti cum fratribus non interfuerit: tum cur ex Aquitania nonnulli a factiosis pulsi excederent.

ANNO CHRISTI 854.

[a] *Sacramentum autem fidelitatis tale est.*

a b Ego Ill. Karolo Hludouvici & Judith filio ab ista die in ante fidelis eso [b] secundum meum savirum, sicut Francus homo per rectum esse debet suo Regi. si me Deus adjuvet, & istæ reliquiæ.

c *Anno Incarnationis Domini* DCCCLIV. *v. Nonas Julias* [c] *in mallo Remis, isti juraverunt quod juratam habuissent fidelitatem.*

Isti juraverunt antiquitus.

Teudacrus. Amalricus. Rotboldus. Amalbertus. Dodo. Wingboldus. Berulsus. Wala. Herilo. Heirbertus. Airardus. Gotlandus. Hil-

A priens. Gerlegius. Amalgisus. Heico. Amalricus major de Buxido.

Isti juraverunt fidelitatem.

Goderamnus. Dodilo. Sigebertus. Fidentius. Ermenulsus. Teuigrimous. Wieboldus. Ermengandus. Rotmundus. Gislulsus. Haimiricus. Teutbaldus. Drogo. Theodoricus. Ebroinus. Rodoinus. Gislions. Wlfridus. Haimuinus. Wandrebertus. Berecarius. Angelinus. Ado. Meinardus. Ortradus decanus. Guntbertus decanus. Hervvineus decanus. Ozias. Ailus. Ten-

B daldus. Theodoldus decanus. Bertricus. Rotbaus. Ingobertus. Amblinus decanus. Gozfelmus decanus. Wlfarius. Flodoinus. Anglebertus. Einmenulsus. Sicbertus decanus. Hecto. Isaac. Gislardus. Alarieus. Gerardus. Madergaudus decanus.

a *Sacramentum fidelitatis*) Non absimile sacramentum quod a Karoli magni Missis exigebatur. cujus hæc formula in eodem codice nostro Metensi. *Promitto ego, quod ab isto die in antea fidelis sum domno Karolo piissimo Imperatori, filio Pippini regis & Berthana reginæ, pura mente, absque fraude & malo ingenio, de mea parte ad suam partem, & ad honorem regni sui, sicut per drictum debet esse homo domino suo. Sic me adjuvet Deus, & ista Sanctorum patrocinia, quæ in hoc loco sunt. quia diebus vitæ meæ per meam voluntatem, in quantum mihi Deus intellectum dederit, sic attendam & consentiam.*

* supra pag. 35. b *Secundum meum savirum*) In * sacramento Ludovici & Karoli fratrum Romana, id est vernacula, lingua concepto apud Nithardum lib. III. *In quant Deus savir & podir me donat.* quod est in Adnuntiatione Lotharii Tit.

* Hic. xxv. * XXI. *quantum Deus mihi scire & posse donaverit.* & in formula juramenti ab Hincmaro exacti: *quantumcumque plus & melius sciero & potuero.* & in sacramento regis Tit. * XXII. *quantum mihi Deus intellectum & possibilitatem donaverit.* * Hic xxvi.

e *In mallo Remis*) Mallus & mallum, Publicus conventus majorum causarum judiciorumque causa. Missorum autem erat idoneis per missaticos suos locis malla celebrare, atque in his tum cetera exequi, tum fidelitatis sacramentum regis nomine exigere. Hoc igitur est exemplum malli Remis coacti, cum brevi vassorum, qui fidelitatem in eo mallo jurarunt. inter quos qui Decani nuncupantur, minores, ut paulo ante dictum, judices erant, qui per decanias jus dicebant. Hincmarus epist. IV. cap. XV. *Comites & Vicarii, vel etiam Decani plurima placita constituant.*

ANNO CHRISTI 854.

TITULUS XVI.

d [d] Apud Leudicam.

HÆ SUNT ADNUNTIATIONES, quas Hlotharius & Karolus apud Leudicam adnuntiaverunt anno DCCCLIV.

Hlotharius serenissimus Imperator.

CAPIT. I.

SCire volumus vestram omnium fidelitatem, quia frequenter præsenti anno dilectissimum fratrem nostrum Hludovvicum invitavimus, ut commune colloquium cum fidelibus nostris haberemus, atque cum illis de Domini voluntate, quantum ipse inspirare vellet, ac de sanctæ Dei Ecclesiæ utilitate, nostroque ac nostrorum communi profectu, honore & necessitate tractaremus, & ordinaremus. Sed quia prædictus frater noster hactenus, sicut optaveramus, quibusdam impedientibus causis, venire distulit: nos illud ommittere noluimus, quin utiliter nos conjungeremus.

II.

Nunc volumus vos certos reddere de nostra conjunctione, quia Christo propitio secundum Deum ad salutem sanctæ Dei Ecclesiæ, nostramque ac vestram communem utilitatem & necessitatem, indissolubiliter corde & opere conjungere nos volumus, ut unum simus in Christo, & vos unum sitis nobiscum.

C III.

Sapiatis quia legem, qualem antecessores nostri, hoc est pater & avus noster, vestris antecessoribus concesserunt & servaverunt, nos similiter vobis perdonamus, & inviolabiliter atque incorrupte & præsentibus, & futuris temporibus per omnia volumus observare.

Karolus gloriosissimus Rex.

CAPIT. I.

HAnc siquidem conjunctionem facere idcirco usque nunc distulimus, quia volumus ut supradictus frater noster nobiscum pariter conveniens in eadem conjunctione se nobis

D associaret. Sed quia ille aliquibus impedimentis præpeditus venire omisit, nos audita [e] perturbatione, quam filius ejus facere conatur, e consociare nos voluimus. Sciatis ergo, quoniam & in prosperis, & in adversis simul erimus: nec poterit nos, Deo adjuvante ullum offendiculum ab ea caritate separare, qua fraternis vinculis adstricti sumus. Sed ubicumque alterno solatio & adjutorio indiguerimus, quantum Dominus permiserit, in invicem supportari & sustentari

* Hic xviii. d *Apud Leudicam*) Leodium, Tit. * XV. in Leodico. quomodo & in vita Karoli M. anno DCCLXIX. *Celebravit Pascha in Leodico vico publico.* Vicus tunc erat, nunc civitas ampla & nobilis. Lingas vocat Tit. * XXXVII. in divisione regni Lotharii Legiam alii, ut Joannes Papa X. in epistola ad Carolum regem. * Hic xliii.

e *Perturbationem quam filius*) Ludovicus junior. Aquitanicam incursionem significat, de qua jam dictum Tit. * XIII. Hæc nimirum causa, cur abiit ab hoc item congressu Ludovicus pater, & cur sese adversus illum Karolus & Lotharius novo fœdere ac firmitate conjungant, de qua in Adnuntiatione Karoli Tit. * XXI. cap. I. & III. * Hic xv. * Hic xxv.

ANNO CHRISTI 854.

A cupimus, atque contra omnem terrenum inimicum auxilium in alterutrum ferre volumus.

I I.

Si autem isdem frater noster, sicut optamus & ei mandamus, hoc agere distulerit, nos ita conjuncti sumus, ut unus alteri tale præbeat solatium & adjutorium, quatenus ubicumque necesse fuerit, amodo & deinceps, sicut præmisimus, unusquisque regnum sibi divinitus commissum quiete obtinere possit. & si aliquis pari suo superstes extiterit, ipse qui remanserit, nepotes suos una cum regno patris sub tuitione & defensione habeat, ut contra adversariorum machinationes auxiliante Deo ita muniti existant, qualiter quieto ordine regnum patris obtinere valeant.

I I I.

Certissime igitur devotionem vestram scire cupimus, quia veraciter nos recognoscimus in multis Deum offendisse, animosque vestros negligenter molestasse. Quæ videlicet cuncta ita favente Christo pro viribus emendare voti habemus, ut & Deum placare, & vestræ devotioni satisfacere possimus. De quibus omnibus certiores vos reddere curabimus, cum pluriores nostri fideles convenerint, aut cum præfatus frater noster, ut ei mandavimus, venerit, si tamen venire voluerit, quomodocumque vobis amabilius erit: ita ut veraciter cognoscatis, promissionem nostram omnimodis attendere, & plenissime nos observare velle.

I V.

Illud præterea in commune vestra & omnium comperiat sollertia, quia ideo vobis in hoc sacro loco hæc sollicite denuntiare voluimus, ut noveritis cuncta quæ dicimus, Domino favente, sanctisque ejus suffragantibus, in quorum præsentia denuntiantur, inviolabiliter observaturos nos esse.

Hoc est sacramentum, quod sibi mutuo juraverunt.

Ab hodierna die, & deinceps, si Hludouvicus frater noster illud sacramentum, quod contra nos juratum habes, infregerit vel infrin-B git, aut filii ejus, ad talem partem regni, quam tu contra eum acceptam habes, in quantum Dominus posse dederit, & contra ipsum, & contra filios ejus, ac omnes qui eam tibi auferre voluerint absque justa & rationabili occasione, si tu expetieris, adjutorium tibi defensionis præstabo. Si autem ego te supervixero, filiis suis talem partem regni, quam tu contra me & meum fratrem acceptam habes, non auferam, sed consentiam: & si ipsi, vel fideles illorum, expetierint defensionis adjutorium contra ipsum fratrem nostrum & filios ejus ac omnes, ut eam tenere possint, adjutorium in quantum potero præstabo, si tu aut filii tui idipsum adjutorium mihi præstaveritis, & a nobis vos non dissociaveritis.

T I T U L U S X V I I.

ANNO CHRISTI 854. *Ex editione Baluzii.*

P R Æ C E P T U M C O N F I R M A T I O N I S pro Ecclesia Tornacensi, datum apud Vermeriam palatium regium VIII. *Kalendas Augusti anno Christi* DCCCLIV. *Karoli Calvi Regis* XV.

C Karolus gratia Dei Rex. Quia venerabilis vir Immo Noviomagensis atque Tornacensis Ecclesiæ Episcopus utilitatem sibi commissæ Ecclesiæ & necessitatem Canonicorum suorum prævidens, scilicet ut rebus exterioribus adhibitis, divinum cultum ac ministerium proprii officii liberius possit explere, deferens privilegium quoddam venerabilium Episcoporum nostrorum manibus roboratum, in quo quædam res ad usus præfatorum Canonicorum suorum delegatæ detinebantur, humiliter petiit ut id easdemque res cum appendiciis suis prædictæ Ec-D clesiæ Sanctæ Dei genitricis Mariæ semper Virginis in præfata civitate Tornaco sitæ in usibus ac stipendiis clericorum ibidem Domino servientium perpetualiter habendas nostris confirmaremus edictis. Fuerunt namque temporibus antecessorum ejus præscriptæ civitatis clericorum usibus applicatæ, villa Lamedinius cum integritate sua, & Mariscus unus in Flaudrense pago, nec non etiam decimæ populi juxta antiquam consuetudinem ad eundem locum confluentis. Præterea ab eodem venerando Pontifi-E ce acquisitæ res & superadjectæ sunt hæ, id est, in pago Bragbantense, in loco qui dicitur Villa, quicquid Hrotscindis Deo devota in eodem loco habuisse cognoscitur, ad partem prædictæ Ecclesiæ tradidit, nec non & mariscum in pago Flaudrensi quem Otgisus presbyter & Butgisus germanus ejus frater præfatæ Ecclesiæ contulerunt, Teloneum etiam præfatæ civitatis Turnacensis, & insuper in Noviomo vineæ de quibus secundum temporis qualitatem colliguntur modia centum viginti. Has denique res, sicut in privilegio Episcoporum continetur, secundum prænominati reverendi Pontificis Immonis rationabilem constitutionem sumptibus & indumentis ceterisque utilitatibus præsignatis Canonicis Sanctæ Mariæ, ejusdem sæpedicti venerandi Præsulis supplici deprecatione, perenniter habendas decernimus & firmamus; videlicet ut remota necessitatis inquietudine, ipsis & successoribus eorum liberius per omnia tempora pro nobis & regni stabilitate Christi misericordiam assiduis precibus implorare delectet.

Præterea statuimus ut ultra tricenarium numerum in congregatione fratrum prædictæ Ecclesiæ Sanctæ Dei genitricis Mariæ nullus Clericorum adjiciatur, nisi forte superadjectæ fuerint aliæ præter istas res quæ ad usus eorum sine murmuratione sufficiant; quatenus moderata rerum distributio præfatorum clericorum in memorato loco secundum proprii Pontificis administrationem sufficiens non alia constitutione moveatur quæ eorum animos aliqua turbela in divino servitio tepescere cogat.

Ut autem hæc præcellentiæ nostræ confirmatio perpetuum in Dei nomine obtineat vigorem, de anulo nostro subter eam jussimus sigillari.

Guillermus......... ad vicem Ludovici recognovit.

Data VIII. Kalendas Augusti, indictione XV. anno XV. regnante Karolo gloriosissimo Rege.

Actum Vermeria palatio regio.

TITULUS XVII.

a Apud Bonoilum.

HOC EST CONSILIUM QUOD EPISCOPI & ceteri fideles domni Karoli apud Bonoilum communiter illi dederunt anno incaunationis D. N. Jesu Christi DCCCLVI. *in mense Augusto.*

b INcrepatio quam in epistola [b] domni Apostolici vobiscam & cum alııs fideıibus vestris audıvimus, severissime nos tangeret, si nos aliter non egissemus, quam isdem domnus Apostolicus nos egisse, secundam quod ipse andıerat, cum magna auctoritate mandavit. Nam quia nos in isto facto, uode nos specialiter redarguit, conscotientes non fuimos, & vos ac fideles vestros, quos inde admonere convenit, & verbis & scriptis, sicut ipsi scitis, & manentia scripta testantur, frequenter & salabriter commonnimus, at quod contra salatem & auctoritatem factum erat emendaretur, & ne deinceps committeretur, omnimodis caveretur, damnabiliter ista increpatione non tangimur. Sed & nunc nostris monitis illius monita conjungentes, & illius monitis nostra monita subjungentes, hortamnr ut statum monasteriorum in regno vestro consistentium, aliter qaam debeat & decerat perversum ac confusum, quanto citius & melius ac possibilius atque rationabilius poteritis, & restituere & corrigere studeatis. Et non solum hoc vos & commissos vobis in regno vestro agere commonemus: verum etiam monemus hortamnr, & precamur, ut capitula quæ vos ipse cum fidelibus vestris in Colonia villa manu propria confirmastis, sed & ea quæ in Belvaeo civirate Episcopis tradentibus sub conditione notissima suscepistis: illa quoque quæ eum fratribus vestris secus Teudonis villam in loco qui dicitnr Judiciom approbastis: illaque quæ in Verno palatio synodalirer prolata suscepistis: ea etiam qaæ io Sparnaco de episcopalibus capitulis cum inlustribus viris & sapientibus [c] baronibus vestris observanda delegistis: sed & illa qaæ cum fratribus vestris apnd Marsnam mana propria confirmastis: verum & illa, quæ in Synodo Suessionica, eui vestram præsentiam exhibere dignati fuistis, acceptastis: oecnon & illa quæ in Silvaco decrevistis, cum his quæ in Leodico cum fratre vestro Hlothario adnantiastis, diligenter & frequenrer ad memnriam reducatis ac relegatis, & quæ in regno vestro contra illa acta sunt, contraque divinam & salubrem aoctoritatem, quam progenitores & prædecessores vestri directo ordine tennerunt & observaverunt, perpetrata sunt, quantocius ratio & possibilitas permittit, corrigere procuretis. Et ne de cetero a quocumque contrn hæc agantur, omnes communiter cooperante Domino caveamus: & si quid contra hæc actum fuerit, statim ut citius fieri potnerit, æquitate & ratione ac possibilitate dictante, absque dolo, cnm recta intentione, & lege ac nnctoritate conpetenre unicuique ordini corrigatur. Et ne leve caiquam videatur, quod Deo teste ac mediante manu propria confirmatum, & sponsione cum veritatis, quæ Deus est, assertione prolatnm est, discat ex confirmationis cautione in terris, & ex baptismatis ac cætera observatinnum confirmatione in cælis, quantis nexibus quisque teneatnr obstrictus. omnesque quod divino spiritu dicitur communiter nudiamus: *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit. arcum suum tetendit, & paravit illud, & in eo paravit vasa mortis.* Psal. 7. 13. De quibas nos omnes ad se, & ad mandatorum suorum observationem conversos, & in observatione eorundem permanentes, eripiat Jesus Christas dominus noster, cai est honor, & gloria, potestas & imperium per omnia sæcula sæculoram Amen.

a *Apud Bonoilum*) Vicum agri Parisiensis. Bonogilos Lupo Abbati epist. XVIII. *Ad generale placitum occurrendum, quod in prædio quodam Parisiorum, cui Bonogilo nomen est, incipiet Kalendis Julii celebrari.* Hincmarus in præfatione posterioris refutationis Gothescalci: *Sermonem Flori, quem mutuante Heriboldo Antissiodorensium Episcopo in Synodali conventu apud Bonoilum exscripsimus.* Sed Lupus de alio quodam superiore conventu loqui videtur; Hincmarus de hoc ipso. Est & in agro Meldensi ultra Matronam ejusdem nominis vicus alter, qui villa Bonogilus appellatur in vita Ludovici.

b *Domni Apostolici*) Benedicti III. Papæ. Dubium non est, quin Benedictum intelligant: sed quam ejus increpationem dicant, incertum. De hac autem sedis Apostolicæ commonitione iterum Tit.* XXVII. c. VIII.
* Hic XXVII.

c *Baronibus vestris*) Regni primoribus, Hincmaro interprete, qui quos regni primores dixerat, quorum consilio & opera post mortem Pippini patris Karlomannus & Karolus reges levati sunt, eosdem paulo post barones vocat epist. I. cap. VI. *Nam si illi boni barones post mortem Pippini, cum duobus fratribus sic sano consilio egerunt, ut pax inter fratres reges, & inter regni primores ac populum esset.* Diutissime apud nos usus perseveravit, ut barones universe dicerentur optimates. In actis visitationis Simonis Archiepiscopi Bituricensis anni M. CCXXCV. *Delatum fuit corpus*, Philippi regis defuncti in Aragonia, *processionaliter ad majorem Ecclesiam, & receptum in ea a D. Archiepiscopo, & Episcopo Carnotense, præsente novo rege, qui corpus prædictum gestabat inter brachia, una cum multis baronibus*, & post alia, ubi de Missa, quæ ab eodem Archiepiscopo postridie pro defuncto celebrata est, *præsente novo rege, Episcopo Carnotense, & Othone Comite Burgundiæ, & pluribus aliis baronibus & personis.*

ANNO CHRISTI 856.

TITULUS XIX.

Ad Francos & Aquitanos missa de Carisiaco.

ANNO CHRISTI 856.

HÆC QUÆ SEQUUNTUR CAPITULA misit domnus rex Karolus ad Francos & Aquitanos [a] *qui ab eo disciverant anno Incarnationis Dominicæ* DCCCLVI. *Nonis Julii, de palatio Carisiaco, per fideles missos suos Adalardum Abbatem, Rodulfum, Richuinum, Adalgarium, & Berengarium.*

A

CAPIT. I.

MAndat vobis noster senior, quia suus [b] avunculus Rhuodulfus illi de vestra fidelitate nuntiavit, & quod vos illum precastis, ut ad vos suos denominatos fideles in sua mercede transmitteret, & vos illi per illos vestram necessitatem & voluntatem mandare volebatis: & si aliquid factum habebatis, quod necessitas fuisset emendare, voluntarie per illorum consilium emendabatis, & quod vobis consilium donaverint ad nostri senioris fidelitatem & vestram salvationem, voluntarie faceretis.

II.

Et mandat vobis noster senior, quia placet ei quod illi suus avunculus de vestra fidelitate & bona voluntate nuntiavit: & secundum vestram deprecationem transmittit nos sicut precastis ad vos. & mandat vobis, quia si aliquis de vobis se reclamat quod injuste alicui de vobis fecit, & ad rectam rationem & justum judicium venire non potuit, aut per insidias aliquas, aut ipse senior noster, aut aliquis ad illum, aliquem de vobis* comperdere voluit, & propter hoc ad tempus aliquis de vobis ab illius præsentia & ab illius servitio se subtraxit: quia omnis quicumque de vobis ad rectam rationem, ad illum & ante suos fideles venire voluerit, hoc ei concedit. & si juste & rationabiliter inventum fuerit, quod rectam rationem contra eum aliquis de vobis habuerit, cum consilio fidelium suorum hoc voluntarie emendabit. & si inventum fuerit, quod illam causam unde aliquis de vobis conquirere voluerit, per rationem fecerit, volet ut sicut per rationem fecit, ita facta per rationem permaneat.

* ita manu correxit Sirm. pro comprehendere.

III.

Mandat vobis, ut si aliquis de vobis rectam rationem ad illum & ante suos fideles precaverit, & inde in rectam rationem venerit, & juste & rationabiliter inventum fuerit quod rectam rationem aliquis de vobis non habeat, & ipsa recta ratio illum convicerit, quia si se concrediderit & humiliaverit, & emendare voluerit, & in ipsa emendatione permanere voluerit, quia sicut cum suis fidelibus rationabiliter invenerit ut rationabilem misericordiam faciat, voluntarie paratus est facere.

IV.

Mandat vobis, quia si aliquis est de vobis, qui non se confidit in sua conscientia, ut rectam rationem precare aut non valeat, aut non audeat, & se recognoscit & pœnitet, & misericordiam illius & indulgentiam petierit: quia illum, tantum ut in ante sicut debet se caveat, voluntarie unicuique, qui sic se recognoscit, misericordiam & indulgentiam donat.

V.

B Mandat vobis, ut ne aliquis de illo in ante dubitet, quia ipsam rectam rationem qui illam quærit, semper illi vult conservare, & illam misericordiam quam modo illi concedit, similiter illam semper vult conservare, si ille aliam iterum talem causam non commiserit, pro qua per rectam rationem justum judicium debeat sustinere.

VI.

Mandat vobis, quia si aliquis de vobis talis est, qui dicat, quia pro paupertate & necessitate, quia multos dies in illius servitio misit, & omnia quæ habuit dispendit, ad talem conjunctionem, ut aliquid impetraret quod per servitium impetrare non potuit, se conjunxit: quia si hoc nostro seniori ante suos fideles demonstrare potuerit, & hoc si verum inventum fuerit, quod senioris nostri culpa fuerit quod per necessitatem aliquis de vobis rationabiliter de ser-

C vitio illius se tali modo subtraxerit, quia senior noster hoc voluntarie recognoscit, & eum consilio de suis fidelibus hoc quam citius & rationabilius potuerit, emendabit.

VII.

Mandat vobis, quia si aliquis de vobis dixerit, quod hoc fecit non pro sua infidelitate, neque pro sua desinhonorantia fecit, & timet aliquis de vobis, quod noster senior alicui de vobis reputare in ante debeat hoc factum, aut pro sua infidelitate, aut pro sua desinhonorantia, & propter hoc jam ultra ad illum non debeat [c] consilium acaptare: quia qualiscumque de vobis tali modo in isto facto [d] commisculatus est, si in ante illi sic fidelis & obediens, adjutor ad suum regnum, & debitum honorem continendum fuerit, sicut per rectum homo suo regi & suo seniori esse debet: quia nulli de ista

a *Qui ab eo disciverant*) Et Ludovici partibus post Aquitanicos motus occulte studebant. Qui sequuntur Tituli quatuor ejusdem sunt argumenti, pertinentque ad diversas legationes, quibus Karolus rex istos sibi conciliare, atque ad fidem & officium revocare conatus est. Res autem, ut sequentia post docebunt, excito e Germania Ludovico in apertum tandem bellum erupit.

b *Avunculus Rhuodulfus*) Judith Augustæ Karoli matris frater. Duo ejus fratres in historia nostra celebrantur, Conradus & Rodulfus, apud Theganum cap. XXXVI. & Nithardum lib. I. De Conrado superius Tit. * I. De Rodulfo Hincmarus in epistola Karolo regi scripta anno DCCCLIX. *Avunculum vestrum Rodulfum, qui Deum timet, & malum odit, & vos, ac regnum vestrum curum habet.* Idem Nicolao Papæ. *Rodulfus quoque ejusdem filius vestri domni nostri regis avunculus.* apud Flodoardum lib. III. cap. XIII. Vixit ad annum usque DCCCLXVI. illo vivere desiit, ut auctor est Ado in Chronicis: *Anno* DCCCLXVI. *regnante Karolo Ludovici filio, duo filii illius moriuntur, Hlotharius Abbas, & Karolus rex Aquitanorum. anno illo quoque ejus Rhodulfus consiliarius, primasque palatii hominem exuit.*

* Hic XXI.

c *Consilium acaptare*) Hoc eodem Titulo cap. XIII. *quod acaptare potuerit, pacifice habeat.* pro eo quod est petere, captare, acquirere. Unde suum Italis *acattare*, & *acheptar* nostris.

d *Commisculatus est*) Hincmarus in epistola eadem ad Karolum regem: *Per plurimorum ora vulgatur, vos dicere, quoniam de istis rapinis, atque depraedationibus nihil vos debeatis misculare, unusquisque sua defendat ut potest.*

ANNO CHRISTI. 856.

causa volet reputare, sed totum ex corde dimittere, quod in illius persona in ista causa commisit, & suum servitium, quod illi & ante fecit, & adhuc Deo juvante faciet, debite & rationabiliter vult illi merere. Si autem aliquis illi aut alicui injuste abstulit, lex hoc, sicut consuetudo & rectum est, pacificabit.

VIII.

Et sciatis, quia senior noster, sicut subinde voluit, Deo gratias, nunc ad bonum effectum perduxit, & rogavit fideles suos, ut sine ulla mala suspicione de illius iracundia aut animi commotione communiter quærant, & inveniant, atque describant hoc quod ille secundum suum ministerium facere debet, & quæ facere illum non condeceant. & ubicumque inventum fuerit, quod fecit, quod facere non debuit, paratus est ut cum Dei adjutorio & fidelium suorum consilio hoc quam citius cum ratione & possibilitate emendare potuerit emendet, & in ante corrigat, & correcta custodiat: & quod facere debuit, quod ad salutem & honestatem illius pertinuit, & aliquid minus fecit, hoc cum Dei adjutorio, & fidelium suorum consilio & auxilio facere, quam citius cum ratione & possibilitate potuerit faciat.

IX.

Et similiter vult, ut nos quæramus, & inveniamus, & describamus quid & qualiter nobis fidelibus suis in unoquoque ordine contra illum conveniat facere, & quid non conveniat facere: ut illa quæ conveniunt faciamus, & illa quæ non conveniunt caveamus. & ubicumque in retro aliqua a nobis suis fidelibus in quocumque ordine facta sunt quæ non condeceant, cum Dei & illius auxilio, & nostro communi consilio, quam citius cum ratione & possibilitate emendare potuerimus, emendemus & in ante corrigamus, & correcta custodiamus.

X.

(* ille adunatus.) Et sciatis, quia sic est * adunatus cum omnibus suis fidelibus in omni ordine & statu, & nos omnes sui fideles de omni ordine & statu, ut si ille juxta humanam fragilitatem aliquid contra tale pactum fecerit, illum honeste & cum reverentia, sicut seniorem decet, admonemus, ut ille hoc corrigat & emendet, & unicuique in suo ordine debitam legem conservet. Et si aliquis de nobis in quocumque ordine contra istum pactum in contra illum fecerit, si talis est, ut ille inde eum ammonere voleat ut emendet, faciat: & si talis est causa, ut inde illum familiariter non debeat ammonere, ante suos pares illum in rectam rationem mittat, & ille qui debitum pactum & rectam legem, & debitam seniori reverentiam non vult exhibere & observare, justum justitiæ judicium sustineat: & si sustinere non voluerit, & contumax & rebellis exstiterit, & converti non potuerit, a nostra omnium societate & regno ab omnibus expellatur. Et si senior noster legem unicuique debitam, & a se, & a suis antecessoribus perdonatam, & rectam rationem, vel misericordiam competentem unicuique in suo ordine conservare non voluerit, & ammonitus a suis fidelibus suam intentionem non voluerit: sciatis, quia sic est ille nobiscum, & nos cum illo adunati, & sic sumus omnes per illius voluntatem & consensum confirmati Episcopi atque Abbates cum laicis, & laici cum viris Ecclesiasticis, ut nullus suum parem dimittat, ut contra suam legem, & rectam rationem, & justum judicium, etiamsi voluerit, quod absit, rex noster alicui facere non possit.

XI.

Et sciatis, quia ad hoc quærendum & inveniendum & statuendum atque confirmandum, cum nostro & ceterorum fidelium suorum consensu, habet noster senior constitutum locum Vermeriam palatium, & tempus ac diem XIIII. Kalend. Augusti. & habet ex nomine descriptos fideles suos, per quorum tractatum ista causa Deo adjuvante ad perfectionem perveniat. & habet VII. Kalendas Augusti ad ipsum palatium Vermeriam generaliter omnes fideles suos convocatos, ut omnibus suam voluntatem & perdonationem, & nostram, qui fideles illius sumus, devotionem * accognitet. ut ista convenientia, quam teste Deo confirmabimus, in ante diebus vitæ suæ, & diebus vitæ nostræ conservetur, & ipse suis successoribus contra successores nostros, & nos nostris successoribus suis successoribus conservandam in Dei nomine relinquamus.

XII.

Et sciatis, quia vult senior noster, & nos ac ceteri fideles illius, ut si vos, qui illius fideles & consiliarii esse debetis, volueritis, sicut vobis diximus, ad illius præsentiam & fidelitatem atque servitium venire, & nobiscum in ista societate esse: quia & ipse, & nos quæ voluntarie volemus, ut cum nobis hoc & quæratis, & inveniatis, & statuatis, * atque conservetis, & nos cum vobis similiter. & vobis aliis omnibus, sicut & nobis, debitam legem & rectam rationem dehinc in ante, sicut rectum est, vult conservare, sicut sui antecessores, qui hoc melius & rationabilius fecerunt, nostris & vestris antecessoribus in omni ordine conservaverunt. (* ita manu correxit Sirm. pro & confirmetis.)

XIII.

Et mandat vobis noster senior, quia si aliquis de vobis talis est, cui suus senioratus non placet, & [b] illi simulat ut ad alium seniorem melius quam ad illum acaptare possit, veniat ad illum, & ipse tranquillo & pacifico animo donat illi commeatum. tantum ut ipsi & in suo regno, vel suis fidelibus aliquod damnum, aut aliquam [c] marritionem non faciat. & quod Deus illi cupierit, & ad alium seniorem acaptare potuerit, pacifice habeat.

(* Hic XXXIII.) a *Accognitet*) Notum faciat, & promulget. Tit. * XXVIII. in fine. *Hanc nostram constitutionem, & in palatio nostro, & in civitatibus, & in mallis atque placitis, seu mercatis, relegi, adcognitari, & observari mandamus*. Hincmarus epistola eadem: *Exemplar dominationi vestræ transmitto, ut jubeatis venire fideles vestros, dicentes, quia vis adcognitare voltis*. Inde adcognitatio Tit. * XXX. (* Hic XXXV.) cognitamentum & cognitatio aliis locis.

b *Illi simulat*) Illi videtur, *il luy semble*. Hincmarus Laudunensis ad Remensem: *ut ille possit res de sua Ecclesia ordinare, & illa lu at, si ut ei fimulaverit, disponere*. * Item: *ut mihi liceat res ecclesiæ, sicut mihi simulaverit, disponere & gubernare*. (* Addit. manu Sirmondi.)

c *Marritionem faciat*) Marritio detrimentum, aut jactura rei. In chartis Monasterii S. Galli, charta las. Karlamanno rege: *Sia autem ; ipsa res sine ulla marritione ad ipsum Monasterium revertantur*. Item in proximo anno II. Karoli regis: *Et post nostrum discessum, ipsa res pro animabus nostris ad ipsum Monasterium sine ulla marritione revertantur*, quod in aliis dici solet, *cum omni integritate*, vel, *sine ulla diminutione*. Marritionem etiam hoc loco interpretari possumus molestiam aut mœrorem, qualis ex damno sequi solet. Qua sensu & majores nostri eam vocem sæpe usurpabant, & nos vulga marritum nunc quoque dicimus illum qui de re quapiam doleat.

ANNO CHRISTI. 856.

XIV.

Et si aliquis fuerit de vobis, qui voleat dicera, quia non credit senioris nostri fidem, & suspectus sit de sua perditione, & proptat hoc non audeat ambulare ad illam: nos vobis damus Dei & nostri senioris Karoli fidem, & de suis Episcopis & fidelibus damus * fidem, quia quantum Deus vos sa'vaverit, & vos vos ipsos salvaveritis, sani ambaletis, & sani cum illo sitis, & sani, si vobis cam illo sicut debet, A non conveuerit retornetis, tantum ut pacifice, & sine seditiona ambuletis, & suos fideles non sollicitetis.

* *ita Sirm. manu restituit.*

XV.

Et si adhuc dubitatis, & aliam firmitatem quaeritis, tantam ar contra rationem non quaeratis: si ad illam, sicut diximus, ambulare valtis, etiam & ad hoc parati fumus ut faciamus. quia certi fumus, quia omnia cum securitata facere possumus.

TITULUS XX.

Ad eosdem missa [a] de Basiu.

ANNO CHRISTI. 856.

ISTA CAPITULA MISIT REX DE BASIU per Hadabrannum & Bettonem.

CAPIT. I.

Mandat vobis Senior noster salutes. mandat etiam vobis, qoia valde miratur, quod placitam tale non custodistis, sicut vos illi promisistis, & sicut ipse vobis mandavit.

II.

Mandat vobis senior noster, quod propterea hoc placitam dimisistis, ut fratris ejus expectare voluissetis adventum, juxta quod illi mandastis, noo sioe aliis suis fidelibus, qaos modo secum non babuit, invenire potuit, ut necesse esset inde aliquam expectationem facere.

III.

Habet Senior noster constitutam alind placitum Kal. Septemb. [b] in villa Nælsa, ubi ei occurrere sui fideles debent. proprerea mandat vobis, ut vos tali loco, & vobis congrao & eidem præmisso loco proximo, veniatis, ubi tales suos fideles transmittere ad vos possit, quos vobis mitteudos postulaveritis.

B IV.

Sciatis quia vult vobis hoc observare, secundum qaod vobis in Vermeria concessit, & sicut sctiptis & verbis antea mandaverat; & quicquid amplius juste & rationabiliter postulare voltis. Pariter & de expectarione, secundum qood cum fidelibus suis invenerit, quod Dei voluntati, & ejus fideliamqoe suorum honori non sit indignum, propter Deum, & nutrimentum domni & genitoris sui ac illius, & servitium illi a vobis impensum, hoc vobis adsentire non contradicit.

C V.

Mandat vobis, ut memores sitis Dei & vestræ Christianitatis, & outrimenti genitoris ejus, & sui, & debitæ fidelitatis, & regni supervenientis periculi, studeatis vos fideles sanctæ matris Ecclesiæ & sui unanimes fieri, & omnipotentis Dei voluntatem, ac illias fidelitatem, commanemque salatem, simul cum ipso fideliter explere, ad tesistendum inimicis & Christiani nominis persequatoribas.

a *De Basiu*) Apud Salas Basia datam proditur diploma Karoli Calvi pro Monasterio S. Lucixni apud Bellovacos, anno regni ejus xxx. Est & Basiu silvæ mentio in Chronico Monris Dei de gestis Nortmannorum, quo loco Karlomanni regis mortem describit anno dccclxxxiv. *Karlomannus venandi causa in Basiu silva veniens, dum aprum vellet percutere, quidam ex suis, Bertoldus nomine, casu regem vulneravit.* Nominatar etiam in Ottonis II. præcepto pro Ecclesia Cameracensi villa Basius ad Sambram fluvium: sed de bac non agi, manifestum est.

b *In villa Nielfa*) Quæ posteris Nexlsx. hæc vero notior est, vel ex nominis vestigia. Neausla enim nunc dicitur ia pago Vilcassino parrochiæ Rotomagensia. Hincmarus contra Gothescalcum in epistola ad regem: *Ante triennium nobis in villa Rotomagensis Episcopii, quæ Nielfa dicitur, quando in excubiis contra Nortmannorum infestationem degebamus.* Designat aurem bunc ipsum annum dccclvi. quia tertio post anno scribebat, ut initio præfixus est.

TITULUS XXI.

Ad eosdem, per Adalardum Abbatem.

ANNO CHRISTI 856.

ISTUM c MISSATICUM TRANSMISIT domnus rex gloriosus Karolus per [d] Adalardum Abbatem, & Richuinum, & Rodulfum, & Berengarium.

CAPIT. I.

Mandat vobis Senior noster salutes, & mandat vobis, quia quicquid in vestra causa secaudum consilium suorum fideliam melius & honestius invenire potuit, per suos fideles, & sua Capitala jam per duas vices vobis mandavit.

D II.

Mandat vobis, quia sicut per illos suos fideles, & per eadem Capitula vobis innotuit, sic vult erga vos adtendere & observare. & si vos adhuc talem causam eum postalare volueri-

c *Istum missaticum*) Alionane sensa missaticum dicit legationem ipsam, & mandata Missi seu legati. ut Tit. * xxvi. cap. 1. Sic in visiona Bernoldi, quam recitat Flodoardus lib. III. cap. xviii. *Vides quomodo me adjuvit tuus missaticus?* id est legario, &, ut Hincmarus in epistala quadam ad Ludovicum Balbum loquitur, ambasciatum.

d *Adalardum Abbatem*) Adalardo Abbati scribit Hincmarus apud Flodoardum lib. III. cap. xxiv. sed cujus loci Abbas fuerit non exprimitur. Nec facile est pronunriare: tametsi Monasterio S. Martini Turonensis, & S. Vedasti Atrebatensis præfuisse hoc tempore nominis hujus Abbates ex variis diplomatibus observatum est.

ANNO CHRISTI. 856.

tis, quæ ad suum honorem, & ad vestrum profectum pertineat, paratus est etiam in hoc secundum vestram petitionem facere juxtu consilium fidelium suorum.

III.

Mandat etiam, ut recordemini Dei & vestræ Christianitatis, & condoleatis atque compatiamini huic sanctæ Ecclesiæ, quæ & a vobis & ab aliis miserabiliter est oppressa & deprædata, & quæ crudeliter ex altera parte persequitur a paganis. & non vos dissocietis ab unitate & unanimitate fidelium Dei: sed acceleretis præsentaliter vos illi adunare, & conjungere aliis Dei suisque fidelibus, ad defensionem sanctæ Ecclesiæ & suam fidelitatem.

IV.

Si autem dicitis, vos propter pares vestros, qui præsentes non sunt, hoc non posse facere, mandat ut vos qui in præsentiarum estis talem securitatem ei faciatis, ut non propter aliam causam hoc dimittatis quod per nos vobis mandat, nisi propter illos vestros pares qui præsentes non sunt. & facite ei securitatem, ut illos vestros pares ad Dei servitium & ad suam fidelitatem, in quantum potueritis, exhostemi- A ni & convertatis, & si illos converti non potueritis, vos ab ejus servitio non vos subtrahatis. quoniam si omnes converti ad illum volueritis, paratus est vos omnes secundum sanctæ Ecclesiæ utilitatem, & suum honorem, & vestrum communem profectum recipere & salvare, & honorabiles semper habere, & nulli unquam imputare, in quantum ad se pertinet, quicquid neglegenter factum habetis de ejus servitio, aut in ista causa contra illum egistis.

V.

Et mandat vobis, quia postquam vestram fidelitatem cognoverit, securos etiam vos faciet B ex sua parte, quod nulli debeat reputare hoc quod erga illum neglegenter egit in hac causa. ita tamen, si vos quoque erga illum debitum honorem & debitam fidelitatem conservaveritis, sicut Dei suique fideles.

VI.

Et si aliqua pars ex vobis ad ejus senioratum & ad ejus fidelitatem reverti voluerit, similiter est paratus eos benigne recipere, & erga illos omnimodis adimplere quæ superius scripta sunt.

ANNO CHRISTI. 857.

TITULUS XXII.

Ad eosdem, per Hincmarum & alios.

ISTUM MISSATICUM TRANSMISIT rex per Hincmarum & Irminfridum Episcopos, & per Adalardum Abbatem, & Rodulfum, & Richuinum, & Berengarium.

MAndat vobis Senior noster salutes. & mandat vobis, quia pro Dei amore, & pro vestræ quondam fidelitatis servitio sibi impenso, omnes vos vult salvos esse, & sine aliqua occasione omnes vos ad Dei servitium, & ad suam fidelitatem adtrahere cupit. Et ut omnibus manifestum fiat, quia sic omnes vos vult salvare sicut suos fideles, & nulla occasione intermissa aliquem ex vobis perdere vult: & ut etiam contra pares vestros absque læsione salvi esse possitis, sicut debetis, & Christianos oportet: talem causam qualem vos eum postulastis libentissime vobis concedit secundum consilium suorum fidelium, usque ad condictum placitum, quod est v. Idus Octob. Carnutum. Ita tamen, ut vos securitatem talem ei faciatis, ut usque ad illud placitum in pace maneatis, & nullam dehonorationem in aliqua causa erga eum, aut erga suos fideles faciatis, quam rationabiliter & possibiliter vitare & ca- C vere potestis. neque impedimentum suis fidelibus faciatis, nec* in prædatione, nec in aliqua inquietudine. Et concedit vobis, ut omnes in honoribus & in alodis vestris interim consistatis, exceptis his quorum honores Senior noster donatos habet. Et si aliqui sunt ex vobis, qui honores non habent, si volunt in suis alodibus consistere, aut cum aliis eorum paribus vel amicis, faciant. & etiam si voluerint cum Seniore nostro manere, ita tamen ut cum pace vivant, & ipsi & sui, etiam hoc clementer concedit. D ea videlicet ratione, ut vos securum de vobis illum faciatis, & ut nullum suum fidelem aliquo modo de sua fidelitate subtrahatis, neque sollicitetis: & si aliquis ex vobis fuerit, qui hanc pacem isto modo servare noluerit, a vestro consortio omnes eum unanimiter expellatis, si emendare noluerit quod neglegenter fecisse manifestum fuerit.

* ita mscr. Sirmondi.

TITU-

TITULUS XXIII.

Synodi Carisiacæ.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, Karolus gratia Dei Rex a *illi Episcopo, & dilectis ac fidelibus Missis illis, Comitibusque nostris illis salutem.*

CAPIT. I.

NOtum sit fidelitati vestræ, quia xvi. Kal. Mart. secundum sacram auctoritatem Synodum venerabilium Episcoporum, ac conventum fidelium nostrorum [b] apud Carisiacum fecimus convenire. Cum quibus inter cetera Ecclesiasticæ utilitatis ac regni necessitatis negotia, consideravimus qualiter rapinæ & depopulationes, quæ partim occasione superinruentium paganorum, partim mobilitate quorundam fidelium nostrorum in regno nostro, per eos etiam qui Ecclesiam Dei defendere & tueri, & regni soliditatem ac quietem debuerant providere, grassantur, aliquo modo annuente Domino sedari valeant & amoveri.

II.

Quorum consultu decrevimus, ut quia peccata, quæ in suo initio ut sunt magni ponderis æstimantur, pernicioso processu, ipso etiam exitiabili usu pravis mentibus levantur, & quasi insensibiles reddunt; ac si quando resipiscere moliuntur, eas sæpius obligant, ut si resurgere velint non possint: antequam censura Ecclesiastica, & legales sententiæ hujusmodi prædatores terribiliter & damnabiliter feriant; Episcopi quique in suis parrochiis, & Missi in illorum missaticis, Comitesque in eorum Comitatibus, pariter placita teneant. quo omnes reipublicæ ministri, & vassi dominici, omnesque quicumque vel quorumcumque homines in eisdem parrochiis vel Comitatibus commanent, sine ulla personarum exceptione, vel excusatione aut dilatione conveniant.

III.

Regino lib. 2. c. 278. Et Episcopus illius parrochiæ breviter adnotatas sententias de hujusmodi causa, Evangelicæ videlicet, & Apostolicæ, atque Propheticæ auctoritatis, necnon & decreta Apostolica atque canonica omnibus relegat, & aperto sermone cunctis quale quantumque peccatum sit, & qualem quantamque pœnitentiam, & quam immanem severissimamque vindictam exposcat, cum aliis debitis & necessariis atque utilibus prædicationibus innotescere curet.

IV.

Regino ibid. Missi quoque legales sententias, sicut eas cognitas habent, adnotent, & prædecessorum nostrorum Regum atque Imperatorum, nostraque

A capitula de hac causa in unum collecta omnibus nota fiant. Et Episcopi Dei & episcopali auctoritate tales deprædationes omnibus interdicant. Et Missi ac Comites nostri cunctis ex nostro regio banno prohibere firmiter studeant, ut cognoscant omnes, quia si abhinc in ante in nostro regno talia facere aliquis præsumpserit, secundum divinas sententias episcopalem excipiet sententiam: & secundum leges ac capitula regia emendare cogetur, & secundum judicium fidelium nostrorum condignam vindictam suscipiet.

V.

B Et si talis persona fuerit, ut Episcopi, & Missi nostri ac Comites in illorum ministeriis quod pravum actum fuerit potuerint emendare, secundum præfixum modum illud emendare studeant, aut per fidejussores ad nostram præsentiam venire faciant.

VI.

Si autem aliquis quiscumque inobediens extiterit, cum summa festinatione nobis notum facere curent, ut quantocius ad nostram præsentiam illum venire jubeamus, & dignam ultionem secundum judicium fidelium nostrorum sustineat.

VII.

C Et si, quod absit, talis emerserit, qui Dei timorem postponat, & Ecclesiasticam auctoritatem contemnat, & regiam potestatem refugiat: sciat quiscumque ille fuerit, quia & secundum canonicam auctoritatem ab omnium Christianorum cœtu & sanctæ Ecclesiæ consortio, & in cælo, & in terra alienus efficietur; & regali potestate, atque omnium regni fidelium unanimitate, sicut Dei & Ecclesiæ inimicus & regni devastator, persequetur usque dum a regno exterminetur. Regino lib. 2. c. 279.

VIII.

Et si aliquis Comes fuerit, qui hoc in suo
D Comitatu fecerit, aut ibi talia increscere permiserit, ut aut ipse illa non emendet, aut nobis nota non fecerit, ut nostra auctoritas talia corrigat; sciat quia talem sententiam inde sustinebit, sicut tempore antecessorum nostrorum consuetudo fuit.

IX.

Et si aliqui iterantes deprædationes & rapinas

---

a *Illi Episcopo, Missis illis*) Sic concipi solebant epistolæ generales, aut chartæ quævis aliæ, quæ ad diversos eodem exemplo in diversa loca dirigebantur. Singulis postea exemplis quæ fiebant, adscribebatur proprium nomen Episcopi & Missorum, ad quos mittebantur. Itaque in codice nostro Metensi, atque in altero, quem nobiscum Heribertus Rosvveydus noster communicavit pro generali hac inscriptione, altera his verbis expressa est: *Karolus gratia Dei rex Hunfrido venerabili Episcopo, Ingiscalco & Berengario Comitibus, & ministerialibus ac fidelibus Missis nostris in Domino salutem.* Hunfridus hic Episcopus erat Morinensis, sive Taruanensis, Folcoini nuper defuncti successor. Ingiscalcus vero & Berengarius Comites iidem ipsi, qui Folcoini collegæ inter Missos dominicos adjecti Tit. * xii. Quare in missaticum illud directam fuerat exemplar, unde codices ipsi descripti sunt.

* Hic xiv.

b *Apud Carisiacum*) Tit. * xxii. *apud Carisiacum palatium*. & Tit. * xliii. sub finem: inter regia palatia excipitur Carisiacus cum forestibus. Hinc illa in diplomatibus, *actum Carisiaco palatio regio*. Fredegarius Chronico extremo *Carisiacum villam palatii super Isaram fluvium* locat *. Synodi apud Carisiacum plurimæ fuerunt. Ad hanc nostram anni, ut reor, dccclvii. referendum, quod narrat Flodoardus lib. iii. cap. xxiv. Hincmarum cum Synodo Episcoporum apud Carisiacum habita scripsisse Hilduino Caroli regis Archicapellano de Isaac Episcopi electione in Ecclesia Lingonica, post mortem scilicet Teotboldi.

* Hic. xxvi. * Hic lii. * kiersi seu Quiersi. Vide Mabillon. de re diplomatica p. 258.

ANNO CHRISTI 857.

per regnum nostrum fecerint, & Episcopi, ac Missi vel Comites hoc emendare non potuerint, quam citius possint nobis notum facere curent, ut jubeamus ipsos deprædatores per eandem viam cum Misso nostro redire, & illa omnia quæ mala egerant legaliter emendare, & talem harmiscaram, sicut nobis visum fuerit, aut judicium, sicut cum fidelibus nostris consideraverimus, sustinere.

X.

a Si autem dilecti [a] fratris nostri ac nepotum nostrorum homines fuerint, qui talia egerint, & hoc nobis innotescant, ut illis nota faciamus, & illi suos homines, sicut illis melius visum fuerit, de talibus castigare procurent: sicut & nos nostros homines castigare volumus, si in illorum regnis indecentia & aliqua noxia, quod absit, facere præsumpserint.

Collectio de raptoribus.

Gregorius in libro Pastorali dicit. Ammonendi sunt qui aliena rapere contendunt, ut sollicite audiant quid veniens in judicio Dominus dicat: *Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare*. & cetera quibus dicit, *Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus*. Hinc ergo colligendum est, quanta damnatione plectendi sunt qui aliena rapiunt, si tanta animadversione feriuntur qui sua indiscrete tenuerunt. Perpendant quo eos obliget reatu res rapta, si tali subicit pœnæ non tradita. perpendant quid meretur injustitia inlata, si tanta percussione digna est pietas non impensa. Audiant raptores, *Væ ei qui multiplicat non sua usquequa, & adgravat contra se densum lutum*. Densum lutum contra se adgravare est terrena lucra cum pondere peccati cumulare. Audiant quid Christus dicat: *Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum fiat?* id est, quid prodest homini, si totum quod extra se est congregat, sed hoc solum quod ipse est damnat? Audiant quod illa quæ rapiunt in hoc sæculo deficient, aut in sæculo dimittent: sed secum ad judicium causas rapinæ, id est damnationem secum ferent. Et alibi scriptum est. Audiant quid Propheta Esaias dicit: *Rapina pauperis in domo vestra, & causa viduæ non ingreditur ad eos*. &, *lacryma viduæ usque ad maxillam descendit, & Dominus non delectabitur in illis*. Audiant, quia in cujus domo rapina est, sive in domo corporis, sive in domo mansionis, non habitat in illa domo Spiritus sanctus, sed spiritus malignus. & si accedit ad communionem corporis & sanguinis Christi ante dignam satisfactionem, non mundatur per illam communionem a peccato; sed plenius sicut Judas, quando in cœna plenus rapina & iniquitate communicare præsumpsit de manu Christi, possidetur a diabolo. unde & suspensus crepuit medius. Et ad quem causa viduæ non ingreditur, nec ipse si digne non satisfecerit, in cœlestem Ecclesiam intrare valebit. Audiant rapaces & prædatores quid iterum Propheta dicat, *Qui prædaris nonne & ipse prædaberis?* Videlicet quia ille qui prædatur res pauperum, & Ecclesiarum ac servorum Dei, prædatur a diabolo, & præda illius fit. Audiant quid sanctus Paulus Apostolus dicat, per quem locutus est Christus, & qui raptus fuit usque ad tertium cœlum, & qui raptus fuit in paradisum, & audivit talia secreta verba quæ non licebat homini loqui. Ait namque, quia *neque rapaces, neque homicidæ, neque adulteri regnum Dei possidebunt*. Unde intendat quale quantumque peccatum est rapina, quam cum adulterio & homicidio sanctus comparavit Apostolus. Item ipse dicat: *Si quis fornicator, aut adulter, aut rapax, aut homicida est, cum hujusmodi nec cibum sumere* Christi discipulo, id est Christiano, licet ante satisfactionem, id est correctionem, ac emendationem, & dignam pœnitentiam. Audiant quia sanctus Joannes Apostolus electus & dilectus Christi, qui in cœna super pectus ejus recubuit, talem hominem salutare vetat. dicens: *Nec ave ei dixeris, neque in domum receperis*. Audiant quid in Toletano Concilio sancti Episcopi, qui in cœlo cum Deo regnant, & in terris miraculis coruscant, de totius mundi partibus congregati decreverunt. Si quis, inquiunt, de potentibus clericum, aut quemlibet pauperum, aut religiosum expoliaverit, & mandaverit ad ipsum Episcopus, ut eum audiat: & si contempserit, invicem mox scripta percurrant per omnes provinciæ Episcopos, quoscumque adire potuerit, ut excommunicatus habeatur donec audiat, & reddat aliena. Ecce de pauperum raptoribus. Audiant raptores & prædones rerum Ecclesiasticarum, quid S. Anacletus Papa, ab ipso beato Petro Apostolo presbyter ordinatus, cum totius mundi sacerdotibus judicavit. Dicit namque, "Qui abstulerit aliquid patri vel matri, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit: mater vero nostra Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritaliter regeneravit. Ergo qui Christi pecunias & Ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudatur, homicida est, atque homicida ante conspectum justi judicis deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur. Qui autem pecuniam, vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit, & ut sacrilegus judicandus est." Item sanctus Urbanus Papa & martyr: Res & facultates Ecclesiæ oblationes appellantur, quæ Domino offeruntur, & vota sunt fidelium, ac pretia peccatorum, atque patrimonia pauperum. Si quis illa rapuerit, reus est damnationis Ananiæ & Saphiræ, & oportet hujusmodi tradere satanæ, ut spiritus salvus fit in die Domini. Item S. Lucius Papa: "Rerum Ecclesiasticarum & facultatum raptores a liminibus sanctæ Ecclesiæ anathematizatos Apostolica auctoritate pellimus & damnamus, atque sacrilegos esse judicamus. & non solum eos, sed & omnes consentientes eis, quia non solum qui faciunt rei judicantur, sed etiam qui facientibus consentiunt. Par enim pœna & agentes & consentientes comprehendit." Et Sanctus Augustinus in sermone Evangelii sancti Joannis ita dicit: "Fur sacrilegus loculorum sacrorum & dominicorum est Judas, & qui aliquid de Ecclesia fu-"

Marginalia: Matth. 26. 42. — Ibid. 41. — Habac. 2, 6. — Matth. 16. 26 — Cap. 3. 14. — Eccl. 35. 18. 19. — Esa. 33. 1. — 1. Cor. 6. 10. Regino lib. 2. c. 280. — Ibid. 5. 11. — 2. Joan. 10. — 2. Tolet. c. 11. — EPIST. I. Regino lib. 2. c. 282. — Burcardus lib. 2. c. 18. Gratianus 12. q. 2. c. 6. qui abstulit. — EPIST. I. Urbani verba non eadem sunt in Epist. Regino lib. 2. c. 283. — EPIST. I. Regino lib. 2. c. 284. Burchardus lib. 2. c. 19. — Tract. 50.

a *Fratris nostri ac nepotum*) Ludovici, & filiorum Lotharii. Decesserat enim anno dccclv. Lotharius Imp. regno prius inter filios tres ita distributo, ut Ludovico Italiam cum imperio reliquerit, Lothario juniori eam Galliæ partem, quæ ab illo (non quod aliis placet a patre) Lotharii exinde regnum, & Lotharingia est appellata. Carolo natu minimo Provinciam. Nepotes igitur hoc loco, Ludovicus II. Imperator, Lotharius & Carolus reges.

ANNO CHRISTI. 857. ratur & rapit, Judæ perdito comparatur. Item in sacris Canonibus sancto Spiritu dictatis, & Christi sanguine confirmatis, scriptum est: Si
Gang. 7. Regino lib. 2. c. 286. „ quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam accipere vel dare voluerit, præter conscientiam Episcopi, vel ejus cui hujusmodi officia commissa sunt, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit. Episcopus autem omnibus dicere debet quid sit anathema, & ne desperent, ostendere debet quandiu duret anathema. id est quandiu quisque errorem non corrigit, & digna satisfactione non emendat, ut reconciliationem & indulgentiam valeat promereri. Si quis vero ante satisfactionem, & reconciliationis indulgentiam in peccatis suis perseverans mortuus fuerit, jam anathema perpetuum illi erit, & peccatum ad mortem, pro quo non dicit Apostolus ut oretur. Sed & plura, si necesse fuerit, Episcopus quisque colligere, & dicere procurabit.

Sequuntur Capitula domni Karoli & domni Hludowici Imperatorum.

Lib. 2, cap. 6. Vobis vero Comitibus dicimus, vosque commonemus, quia ad vestrum ministerium maxime pertinet, ut reverentiam & honorem sanctæ Dei Ecclesiæ exhibeatis, & cum Episcopis vestris concorditer vivatis, & eis adjutorium ad suum ministerium peragendum præbeatis: ut & vos ipsi in ministeriis vestris pacem & justitiam faciatis, & quæ nostra auctoritas publice fieri decernit, ut in ministeriis vestris studiose perficiatur studeatis. Proinde monemus vestram fidelitatem, ut memores sitis fidei vestræ nobis promissæ, & in parte ministerii nostri vobis commissi, in pace scilicet & justitia facienda, vosmetipsos coram Deo, & coram hominibus tales exhibeatis, ut & nostri veri adjutores, & populi conservatores juste dici & vocari possitis. Et nulla quælibet causa, aut munerum acceptio, aut amicitia cujuslibet, vel odium, aut timor, aut gratia, ab statu rectitudinis vos deviare compellat, quin inter proximum & proximam semper juste judicetis: pupillorum vero, & viduarum & ceterorum pauperum adjutores ac defensores, & sanctæ Ecclesiæ, id est servorum illius honoratores juxta vestram possibilitatem sitis. Illos quoque, qui temeritate & violentia in furtis & latrociniis, sive rapinis, communem pacem populi perturbare moliuntur, vestro studio & correctione sicut decet compescite. Et si aliqua persona in aliquo vobis impedimentum fuerit, quin ea quæ dicimus facere non valeatis, nobis ad tempus illud notum fiat, ut nostra auctoritate adjuti ministerium vestrum digne adimplere possitis.

Lib. 2. cap. 7. Omnes vero laicos monemus, ut honorem Ecclesiasticum conservent, & dignam venerationem Episcopis & Dei sacerdotibus exhibeant, & ad eorum prædicationem cum suis devote occurrant, & jejunia ab illis communiter indicta reverenter conservent & suos observare doceant. Ut etiam dies Dominicus, sicut decet, observetur & colatur, omnes studeant. & ut liberius fieri possint, mercata & placita a Comitibus, sicut sæpe admonitum fuit, illo die prohibeantur. ANNO CHRISTI. 857.

De pace vero in exercitali itinere servanda usque ad marcham, hoc omnibus notum fieri volumus, quod quicumque auctorem damni sibi præterito anno inlati nominatim cognoscit, ut justitiam de illo quærat, & accipiat. Lib. 2. c. 14.

Deinceps tamen omnibus denunciare volumus, ut unusquisque cognoscat omnes qui in suo obsequio in tali itinere pergunt, sive sui sint, sive alieni: ut ille de eorum factis rationem se sciat redditurum, & quicquid in pace violanda deliquerint, ad ipsius debeat periculum pertinere. ea scilicet conditione, ut pacis violator primum juxta facinoris qualitatem, sive coram nobis, sive coram Misso nostro, dignas pœnas persolvat. & senior, qui secum talem duxerit, quem aut constringere noluit, aut non potuit ut nostram jussionem servaret, & insuper in regno nostro prædas facere non timuerit, pro illius neglegentia, si ante eum de his non admonuerit, & postquam neglegentia contemptoris ad ejus notitiam pervenerit, eum corrigere, sicut decet, neglexerit, honore suo privetur, ut scilicet neuter illorum sine justa vindicta remaneat. Lib. 2. c. 15.

Comites vero ministris Ecclesiæ in eorum ministeriis, ut hoc plenius & de nostris & de se, & de suis hominibus obtinere possint, adjutores in omnibus fiant. Et quicumque prima & secunda vice de his a Comite admonitus non se correxit, volumus, ut per eumdem Comitem ejus neglegentia ad nostram notitiam perferatur, ut nostra auctoritate, quod in nostro Capitulari continetur, subire cogatur. Lib. 2. c. 23.

De pace admonemus, ut omnes qui per aliqua scelera rebelles sunt constringantur. Lib. 3. cap. 1.

De pace & justitia infra patriam, sicut sæpe per alia Capitula jussimus, adimpleatur fiat. Cap. 62.

Si quis domum alienam cujuslibet infregerit, quicquid exinde per vim abstulerit, aut rapuerit, vel furaverit, [a] secundum legem eam illi, cujus domus fuerit infracta & spoliata, in triplum componat, & insuper bannum dominicum solvat. Si servus hoc fecerit, sententiam superiorem accipiat, & insuper secundum suam legem, compositionem faciat. Si quislibet homo aliquid tale damnum alicui fecerit, pro quo plenam compositionem facere non valeat, semetipsum in vadio pro servo dare studeat, usque dum plenam compositionem adimpleat. Cap. 65.

Si quis messes aut annonas in hoste super bannum dominicum rapuerit, vel paverit, aut furaverit, aut cum caballis vastaverit, æstimato damno secundum legem in triplum componat. Et si liber homo hoc fecerit, bannum dominicum pro hac re componere cogatur. Servus vero secundum legem tripla compositione damnum in locum restituat, & pro damno disciplinæ corporali subjaceat. Cap. 66.

Si quis in exercitu infra regnum sine jussione dominica per vim hostilem aliquid prædare voluerit, aut fœnum tollere, aut granum, sive pecora majora vel minora, domosque infringere vel incendere, hæc ne fiant, omnino prohibemus. Quod si ab aliquo præsumptioso fa- Lib. 5. c. 189.

a *Secundum legem eam illi*) Non est dubium, quin ita legendum sit, ut editum est a Pithœo in Capitularibus lib. III cap. lxv. *Secundum legem & euvam*. Nam & hoc prorsus modo Capitulum idem recitatur in legibus Longobardicis lib. 1. Tit. xiv. l. 12. & in Additione II. lib. v. cap. xxxiv. vox eadem usurpatur, quæ legem quoque prisca Germanicarum gentium lingua significabat. Sed antiquarii obscuritate vocis perculsi locum hunc multis modis depravarunt. Plerique tamen codices sinceræ lectionis vestigia retinent, leguntque aut *secundum legem suam illi*, aut *secundum legem & euvam illo*, aut *secundum legem & eam illi*.

ANNO CHRISTI 857.

factum fuerit, LX. solid. si liber est, sit culpabilis, & omnia similia restituat, aut cum XII. testibus se purget. Si vero servus hoc fecerit, capitali crimini subjaceat, & dominus omnia similia restituat, quia servum suum non correxit, nec custodivit, ut talia non perpetraret. quoniam si nos ipsos comedimus, cito deficiemus. unusquisque tamen custodiat exercitum suum, ne aliqua deprædatio infra regnum fiat.

Lib.6.cap.96 Si quis infra regnum rapinam fecerit, aut cuidam nostro fideli, ejusque homini aliquid vi abstulerit, in triplo cui aliquid abstulit legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est LX. solidos nobis persolvat. Postmodum vero a Comite ante nos adducatur, ut * in bastonico a A retrusus, usque dum nobis placuerit, pœnas luat. Nam si publice actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam juxta sanctorum Canonum sanctionem. Si vero occulte, sacerdotum consilio ex hoc agat pœnitentiam. quoniam raptores, ut ait Apostolus, nisi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui vero de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerit, gravius inde judicetur. quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur, qui ex eis aliquid abstulerit, aut rapuerit. Extorres namque a liminibus sanctæ matris Ecclesiæ tales personæ usque ad satisfactionem Ecclesiæ, quam læserunt, sunt habendæ, atque firmiter denotandæ.

*Hic XXXII. a *In bastonico*) Arctissima custodia. Iterum Tit. XXVII. ex lib. VI. cap. XCVI.

ANNO CHRISTI 857.

TITULUS XXIV.

Ex editione Baluzii.

ITEM CAPITULA DATA IN SYNODO apud Carisiacum anno DCCCLVII. *mense Februario.*

PROPTER cognitas vobis necessitates & nimias perturbationes quæ in regno isto evenerunt, sicut scitis, senior noster Karolus plurimos fideles regni sui, tam Episcopos, quam Abbates, & Comites, atque reliquos regni sui fideles mediante Februario mense apud Carisiacum congregans, hæc capitula ab ipsis confirmata nobis transmisit, ut ea vobis denuntiaremus, ut & vos cum omni timore Dei & legali imperio observare cum justitia studeatis, omnesque Christiani qui in nostro consistunt missatico.

CAPIT. I.

PRimo capitulo continetur ut vos moneamus de honore sanctæ Dei Ecclesiæ, qui per omnia ab omnibus fidelibus Christianis observandus est, ut * eorum immunitates in nullo infringantur, res sacræ & fructus ejus a nullo rapiantur: quoniam qui aliena rapiunt, a regno Dei excluduntur, dicente apostolo: *Rapaces regnum Dei non possidebunt*. Nonæ & decimæ fideliter persolvantur. Sacerdotes Dei & ministri ejus non dehonorentur, non flagellentur, neque de Ecclesia sine consensu Episcopi sui ejiciantur, aut in ea recipiantur. Ecclesiæ destructæ restaurentur. Quod si quis transgressus fuerit, anathematis vindicta feriatur, & Comitis districtione constringatur, & banni regalis exactione damnetur.

* ejus.

1. Cor. 6.

II.

Sanctimoniales, viduæ, orphani, & pauperes nullo modo opprimantur; & res illorum tam in frugibus quam in pratis, nec non etiam in eorum fœno a nullo per rapinam deprædentur; & ubicunque oppressi sunt, ab Episcopis, Comitibus, & Missis regalibus subleventur; & oppressores illorum, sicut supra scriptum est, in omnibus constringantur.

III.

De his vero qui intra patriam residentes rapinas exercent, domos infringunt, homines sine causa occidunt, trustes commovent, aut alios damnant & opprimunt, prata defensoria depascunt, fruges aliorum devastant, ex his mandat senior noster ut primum episcopali auctoritate judicentur, & sic postea a Comitibus legaliter constringantur, & insuper bannum nostrum, B id est, sexaginta solidos, componant. Et si eos constringere non potuerint, ad regalem præsentiam deducantur, ut dignam suscipiant vindictam.

IV.

Mancipia aliena quæ intra immunitates fugiunt aut intra fiscum nostrum aut aliorum potestatem, & a dominis suis insequuntur, sine ullo munere aut aliqua contradictione reddantur, aut foras ejiciantur, nisi legibus sua esse probaverint. Et si quis contenderit, & reddere noluerit, & postea fugerint, legaliter ea persolvat.

C V.

Ut nemo virgines aut viduas rapere præsumat, & ad eas nullo modo accedat, nisi legaliter eas nuptialiter desponsatas conjunxerit. Nullus Deo sacratam rapiat aut violet vel in conjugio sibi societ. Si quis hoc transgressus fuerit, ecclesiastico anathemate feriatur, & publico judicio damnetur.

VI.

Ut regales justitiæ cum omni diligentia perficiantur.

VII.

Ut nullus de domo sua ad aliam transiens, D aut in itinere pergens, rapinam facere præsumat.

VIII.

Ut unusquisque Presbyter inbreviet in sua parrochia omnes malefactores, videlicet raptores, rapaces, adulteros, incestos, homicidas, latrones; & eos extra Ecclesiam faciat, nisi pœnitentiam agere voluerint. Si se emendare noluerint, ad Episcopi præsentiam perducantur.

TITULUS XXV.

Apud S. Quintinum.

ADNUNTIATIO KAROLI, ET NEPOTIS SUI HLOTHARII, a *apud* [a] *S Quintinum, Kal. Mart. anno* DCCCLVII. *Incarnationis Dominicæ.*

Adnuntiatio Karoli.

CAPIT. I.

A Volumus vos scira, quod sule insimul noster aonventus. Postquam Deus nostrum [*] seotorem vocavit de hoc sæculo, semper inveni tale consilium in meo dilecto fratra Hludouvico, sicut mihi necesse fuit, & ego in illo quæsivi, & illum ostendere decuit. & illius adhortatione, & interventione devenit, Deo gratias, talis unanimitas inter me, & bonæ memoriæ fratrem meum Hlotharium, sicot inter fratres essa debebat. Et propter tales caosas, quæ sicut B inter nos conjscuerant, invenimus cum omnibus fidelibus nostris, quia necesse arat ut inter nos b [b] firmitas facta fuisset secundum Dei voluntarem, de nostro communi profectu & adjotorio, & de filiurum ac regni, & fidelium nostrorum salvamento, sicut tunc adcognitavimus nostris communibus fidelibus qui adfuerunt. Et illa in sua vita contra nos conservavit, & Deo gratias, nos contra illum conservavimus, & contra illius filios nepotes nostros, adjuvante Deo, qoantum scimus, & possumus, & illi ad nos quæsierint, conservare volumus.

*Lud. Pium Imp. Karoli & Ludovici patrem.

Tit. xxv.

II.

C Post obitum vero illius, ex parte pro mea sicut aodistis infirmitare, ex parte pro paganorum supervenrione, & pro aliis [*] occupationibus, quæ in regno nostro acciderunt, usqua modo non fuit opportunus locus, ut ego & iste meus carissimus nepos insimul parabolare potuissemus, & invicem nobis præsentes nostras voluntates demonstraremus, quas in corde unusquisque contra alterum retinebamus.

*Baluzius legit occasionibus.

III.

Evenit antem locus congruus, quia ista meu. c carissimus nepos [c] cum dilectissimo fratra mao d Hlodouvico parabolavit, & [d] tale receptum & D consilium [*] in eo invenit, sicut & isti necesse fuit, & illum demonstrare decuit. qood mibi satis complacuit. Et nunc quando mecom parabolavit, dixit mibi, quod in illa firmitate, quam ego cum patre suo bonæ memoriæ fratre meo feci, & illum suscepi, in ipsa susceptione vellet perseverata, & illam firmitatem quam suus pater meus frater contra me fecerat vellet, adjuvante Domino, per omnia observare.

*ita Sirmondus manu restituit.

IV.

A Et invenimus cum commonibus fidelibus nostris, ut pro talibus necessitatibus, sicut sciris & videtis in isto regno evenire, nos invicem confirmaremus, sicut & fecimus, ut ad honorem sanctæ Dei Ecclesiæ, & communem profectum, & fidelium nostrorum salvamentum, & regnum nostrum contra quoscumque nobis necesse fuerit continendum, invicem nos salvemus & adjuvemus, sicut avunculus nepotem, & nepos avunculum per rectum salvare & adjuvare debet.

V.

B Et nostri fideles, qui præsentes fuerunt, & hoc consilium nobis dederunt, dixerunt nobis quod parati sunt nos, auxiliante Domino, in omnibus adjuvare, ut istam firmitatem possimos adinvicem observare. Et propterea volumus a vobis vestrum consensum & voluntatem audire, si & hoc vobis bene videtur, & nobis inde auxilium vultis præstare, ut hoc possimus com Dei adjutorio & vestro observare.

ADNUNTIATIO LOTHARII.

Sicut meus avunculus vobis dicit, quaotum C Deus mibi scita & posse donavarit., & in illa firmitate cum seniore meo facta, in qoa me suscepit, & quam senior meus contra illum fecit, volo perseverata, & illam quam contra eum feci cum Dei adjutorio, volo firmiter observare.

ITEM ADNUNTIATIO KAROLI REGIS.

Volumus vos scire, quia propter istas rapinas & deprædationes, quæ in regno nostro iocreverunt, ex parte quia pagani nobis supervenerunt, ex parte pro talibus occasionibus, quæ in regno nostro acciderunt, [e] Synodum Episcoporum, & e D aliquantos de nostris fidelibus pro opportunitata temporis convocavimus, & consideravimus cum ipsis, ut per omne regnum nostrum Episcopi, & Missi nostri ac Comites in singulis parrochiis ac Comitatibus placita teneant, & illa placita omnis homo qui placitum custodire debet, & in illis Comitatibus commanet, sine exceptione & excusatione custodiat: & Episcopi omnibus demonstrent, quam grave hoc peccatom sit, & qualem pœnitentiam quærit, & qualem dam-

---

a *Apud S. Quintinum*) In Monasterio S. Quintini, quod ejusdem nominis oppido vicinum est in agro Veromanduorum. ubi etiam placitum Karolus idem rex habuit anno dccclxxiv. de quo Aimoinus lib. v. cap. xxxi. *Carolus in Purificatione B. Mariæ cum suis consiliariis placitum in Monasterio S. Quintini tenuit*. In Adnuntiationum porro istarum collocatione, quia in codice Bellovacensi confusæ erant & disjectæ, secuti sumus Metensem. sed in eo falsa erat inscriptio. Sic enim inscribebat, quasi hæc acta fuissent non apud S. Quintinum, sed apud Valentianas: errore ut suspicor inde nato, quod Lotharii patris & Caroli aliæ fuerunt Adnuntiationes apud Valentianas Tit. [*] 21. De hac vero Lotharii nepotis cum Carolo patruo pactique ac fœdere Annales Pithœani dccclvIII.

* Hic xxxx.

b *Firmitas facta*) Mutuæ conjunctionis confirmatio, apud Leudicam, Tit. [*] xiv. * Hic xvi.

c *Cum Hludouvico parabolavit*) Apud Confluentes. Annales iidem: *Anno dccclvii. Rex Hludouuicus mense Februario colloquium habuit in Confluente Castella cum Lothario nepote suo.*

d *Tale receptum invenit*) Receptum appellat viam & rationem rei conficiendæ. qua ratione usurpari a nostris vulgo solet, cum bonum consilium bonam receptam dicunt, translatione a medicorum pharmacis petita.

e *Synodum Episcoporum*) Apud Carisiacum Tit. [*] xx. * Hic xxvii.

ANNO CHRISTI 857.

nationem, nisi pœnitentia succurrerit, adquirat. Et Missi nostri capitula legis, & antecessorum nostrorum de hoc omnibus ostendant, & tantam miseriam interdicant. & sciant omnea quia quicumque abinde talia facere præsumpserit, & canonicam & regalem vindictam suscipiet, sicut tunc omnibus, & Episcopi, & Missi nostri plenius adnuntiabunt.

ITEM ADNUNTIATIO LOTHARII.

I. Sciatis etiam quia consideravimus, ut quicumque malefactor de uno regno nostro in alterum venerit, Episcopus, vel Missus, sive Comes, de quorum ministerio effugerit, ut justitiam non reddat, aut dignam vindictam non sustineat, illis Missis, in quorum missatico in alio regno fugerit, notum faciant: & ipsi illum taliter constringant, ut aut ad compositionem, aut ad vindictam illac reveniat, ubi malum perpetravit.

A II. Et sciatis, quia sicut Deus per suam misericordiam, & per * meos avunculos bonitatem, & per mei Senioris, ac * meos fideles adjutoriam, meo seniori in regno successi; ita & in omni bonitate, & in observatione de illis Capitulis, quos meus Senior cum suis fratribus meis avunculis ad Marsnam de Dei voluntate & sanctæ Ecclesiæ honore, & regni stabilitate, & sanctæ Ecclesiæ ac regni fidelium salvamento consideravit & confirmavit, cum Dei adjutorio, & * meis avunculis consilio & auxilio, & vestro adjutorio permanere volo.

* Baluz. mei avunculi ex Cod. Morend.

* Baluzius meorum fidelium, ex cod. Palatino Tit. x.

* Baluzius mei avunculi.

B

TERTIA ADNUNTIATIO KAROLI.

Deus omnipotens nobis donet, ut vestram fidelitatem & vestrum adjutorium, quæ semper contra nos * cum omni barnatu demonstrastis, vobis sic merere possimus, sicut antecessores nostri vestris antecessoribus in bene meruerunt, & nos vobis cum omni bonitate volumus commerere. a

a *Cum omni barnatu*) Summa cum fide & observantia, quæ barones, & regis vassallos in primis decet. Hinc enim barnatus, id est baronatus, pro fidelis animi obsequia: quod bernagium, quasi baronagium, inferior ætas postea dixit.

ANNO CHRISTI 858.

TITULUS XXVI.

Sacramentum apud Carisiacum.

ACTA SUNT HÆC SEQUENTIA APUD Carisiacum Palatium [b] *anno incarnationis Dominicæ* DCCCLVIII. *regni autem domni Karoli* XVIII. *Indictione* VI. XII. *Kal. Aprilis in Dei nomine feliciter.* b

Sacramentum fidelium.

Fragmenta in epistol. Hincmari c. 1, pag. 140.

QUantum sciero & potuero, Domino adjuvante, absque ulla dolositate aut seductione, & consilio & auxilio, secundum meum ministerium, & secundum meam personam, fidelis vobis adjutor ero, ut illam potestatem, quam in regio nomine, & regno vobis Deus concessit, ad ipsius voluntatem, & ad vestram ac fidelium vestrorum salvationem, cum debito & honore & vigore tenere & gubernare possitis. & pro ullo homine non me inde retraham, quantum Deus mihi intellectum & possibilitatem donaverit.

SACRAMENTUM REGIS.

Et ego quantum sciero & rationabiliter potuero, Domino adjuvante, unumquemque vestrum secundum suum ordinem & personam honorabo & salvabo, & honoratum ac salvatum absque ullo dolo, ac damnatione, vel deceptio-C ne conservabo, & unicuique competentem legem & justitiam conservabo. Et qui illam necesse habuerit, & rationabiliter petierit, rationabilem misericordiam exhibebo, sicut fidelis Rex suos fideles per rectum honorare & salvare. & unicuique competentem legem & justitiam in unoquoque ordine conservare, & indigentibus, & rationabiliter petentibus rationabilem misericordiam debet impendere. Et pro nullo homine ab hoc, quantum dimittit humana fragilitas, per studium aut malivolentiam, vel alicu-D jus indebitum hortamentum deviabo, quantum mihi Deus intellectum, & possibilitatem donaverit. Et si per fragilitatem contra hoc mihi subreptum fuerit, cum hoc recognovero, voluntarie illud emendare curabo.

[c] Hincmarus Archiepiscopus, Immo Episcopus, Yrminfridus Episcopus, Hincmarus Episcopus, Hilduinus Abba. c

Hungarius, Engilramnus, Isembardus, Odo, Osbertus, Ratbodus, Hunfridus, Odalricus, Rhodalfus, Engischalcus, Herluinus, Hitto.

---

b *Anno* DCCCLVIII.) Quo scilicet anno Ludovicus Karoli regnum invasit. ante cujus adventum, cum suspectos non immerito suos Karolus haberet, id egisse videtur, ut iteratis invicem sacramentis illorum animos placaret, sibique obstringeret. Hincmarus Karolo regi: *Et hæc sequentia apud Carisiacum anno* DCCCLVIII. *vos servatores Episcopis, & ceteris fidelibus vestris manu propria vestra firmastis. Quantum sciero, & rationabiliter potuero,* &c. & post cetera quæ sequuntur: *Sed & alia,* inquit, *ex hoc firmastis, quæ hic non posui. Et post hæc omnia, & alia quæ sæpe fidelibus vestris, etiam in Carisiaco, quando veniam petentes ab Episcopis qui adfuerunt, manus impositionem accepistis, quin & in villa Brenna promisistis: nunc tantum,* &c. Quibus ex verbis multa in illo conventu acta fuisse intelligimus, quæ hoc loco non commemorantur.

c *Hincmarus Archiepiscopus*) Quæ subjiciuntur nomina sunt partim Episcoporum, partim Comitum, ex eorum nempe numero, qui sacramenta in hoc placito renovarunt. Hæc in uno tantum Ecclesiæ Laudunensis codice legebantur. Qui ergo posteriore loco nominatur Hincmarus, Hincmari Remensis Archiepiscopi nepos fuit, Episcopus Laudunensis, Parduli successor.

TITULUS XXVII.

Epistola Episcoporum ad Ludovicum regem.

HÆC QUÆ SEQUUNTUR CAPITULA, miserunt Episcopi Provinciarum Remensis, & Rotomagensis a Carisiaco Palatio quo convenerant, per VVenilonem Rotomagensem Archiepiscopum. & Erchanraum Catalaunensem Episcopum, Hludouvico Regi in Attiniaco Palatio consistenti, anno incarnationis Dominicæ DCCCLVIII. a *in mense Novembrio.*

DOMNO HLUDOUVICO REGI GLORIOSO, EPISCOPO, Remorum diœceseos atque Rotomagensis, qui adesse potuimus.

CAPIT. I.

Literas dominationis vestræ quique nostrum habuimus, quibus jussistis ut vobis VII. Kal. Decembr. b Remis occurreremus: quatenus ibi nobiscum, & cum ceteris fidelibus vestris, de restauratione sanctæ Ecclesiæ, & de statu ac salute populi Christiani tractaretis. Sed nos ad placitum illud occurrere non potuimus, & propter incommoditatem, & brevitatem temporis, & propter inconvenientiam loci, & quod est lugubrius, propter confusionem tumultus exorti. Sed & divinis legibus, quas & vos observatoros cum vestris fratribus nobis denunciastis, causam esse dinoscitur, quia sicut nec Archiepiscopi sine Coepiscopis, ita nec Coepiscopi sine Archiepiscoporum consensu vel jussu, nisi quæ ad proprias pertinent parrochias, debent præsumere: & in tam angusto tempore Archiepiscoporum literas non valuimus de conventu habere. Quapropter noveris vestra sublimitas, quia mandatum vestrum nostra non contempsit humilitas. sed sicut longe est ante nos dictum, qui jubet impossibile, facit se contemptibilem.

II.

Sed & tractatum de restauratione sanctæ Dei Ecclesiæ, & statu ac salute populi Christiani, quod nunc vos nobiscum habere velle dicitis, justius & rationabilius illud haberi potuisses, si nostris, quin potius divinis consiliis, & observationibus atque obtestationibus superno respectu obtemperare voluissetis. quia non nostra scripsimus, mandavimus, diximus: sed quæ dictante caritate, quæ Deus est, in literis sacris invenimus, & quæ naturæ insita recognovimus. Ceterum quæ contra illa quæ scripsimus, mandavimus, diximus, acta sunt vel aguntur, naturalis legis morbus & vitium etiam a mi- A nus sapientibus esse dinoscitur. Qua de re prudens quisque resipiscat, & sapiat quam granditer Deus offenditur, quando in sic grandibus & apertis non ignoranter peccatur. Unde scriptum est, *Descendant in infernum viventes*, id est, labantur in peccatum scientes. Quæ divina permissione merito mundi patientis, propter communia peccata nostra, pastorum scilicet & gregum, propter delicta Regis & regni, eveniunt, sicut scriptum est, *Immissiones per Angelos malos, viam fecit Dominus semitas iræ suæ.* Tamen, sicut veritas protestatur, non erit sine ultione vindictæ, nec ipsa virga furoris Domini. Sic legimus, sic audivimus, sic vidimus, B & pro certo sic cito videbimus. quoniam licet peccatores simus, sed pœnitentes, & in divina clementia fortiter confidentes, ministerium sacrum operante Spiritu sancto suscepimus, sine quo facta non ministramus, & nobis dictum a veritate veraciter scimus, *Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.*

Psal. 54. 16.

Psal. 77. 49.

Matth. 10. 20.

III.

Et licet dominatio vestra melius noverit de quibus scriptis, mandatis, & dictis dicamus: tamen non ab re est, si etiam & nos illa ad C memoriam vestram reducamus. Primo quidem per Hildegarium venerabilem Episcopum scriptis & dictis: secundo per Æneam honorabilem Episcopum literis & verbis: & item per Æneam verbis, deinde per Hincmarum Remensem & Wenilonem Rotomagensem Archiepiscopos: iterum per eosdem, cum aliis quos ipsi vocastis, ea quæ saluti fuerunt congrua, sufficienter andistis. Quando sicut & ante petivimus, ut frater vester, & omnes fideles illius, ante vestram fideliumque vestrorum præsentiam in rationes loco & tempore congruo venissemus, & quæ

a *In mense Novembrio*) Ludovicus, ut est in Annalibus Pithœanis, Augusto mense in Galliam cum exercitu ex Germania venit. Cui ad Breonam Karolus occurrens, maxima ex parte derelictus a suis, pridie Idus Novembris, Hincmarus in epistola v. notat, gradum referre coactus est. Tumultum Breonensem Hincmarus idem vocat contra Gothescalcum. Tertio post mense redintegratis copiis ad Ludovicum redit, qui pene jam ab omnibus destitutus de pago Landunensi excessit, atque in patriam reversus est. Quo vero tempore in Gallia hæsit, partem in Attiniaco palatio exegit, quod & Titulus hic declarat, & Karoli regis proclamatio adversus Wenilonem * cap. VII. In eo igitur palatio erat, cum ab Episcopis Karoli partium studiosis scripta est eodem ipso Novembri mense aures hæc epistola, de qua Hincmarus item Karolo regi: *Et nolite negligere illa Capitula, quæ Synodus de Carisiaco per VVanilonem & Erchanraum transmisit ad hunc Attiniacum præterito anno Hludowico fratri vestro, & me transmittente Hincmarus filius meus vobis dedit, quando vobiscum in Burgundia fuit. Sed relegite illa diligenter, quia mihi credite plus pro vobis, quam pro illo facta fuerunt.* De eadem Flodoardus lib. III. cap. XX. de Hincmari epistolis agens: *Item aliam de pervasione regni fraterni, cum ceteris regni hujus Episcopis, ad eundem regem Ludovicum scribit epistolam Episcopali moderatione refertam.* Quæ verba auctorem illum hujus epistolæ fuisse significant. Nam de hac loqui obscurum non est. Extant præterea Karoli regis diplomata duo, unum pro S. Dionysio Compendii datum anni regni ejus XXIII. quod Ludovici fugæ diem notat XVIII. Kalendas Februarias. alterum in ipso fraternæ contentionis articulo editum in Magniaco vico pagi Nivernensis, cum in eo pago copias adversus fratrem instauraret. Hoc vero integrum inter Analecta describemus.

* Hic tit. XXX.

b *Remis occurreremus*) Flodoardus lib. III. cap. XXI. de epistolis Hincmari ad Theodoricum Cameracensem. *Item de adventu Ludovici Transrhenensis, quia Remis venerit, & quid egerit, quidve præceperit.*

ANNO CHRISTI. 858. male gesta forent, vestro consilio & auxilio
A cum Dei udjutorio fierent emendata. Pro qui-
bus omnibus dictis valde non obaudientibus ti-
Joan. 15. 20. memus qnod dicitns, *Si sermonem meum serva-
veraat, & vestrum servabaat*, & reliqua quæ Do-
minus comminatur. Et si ilia non sunt exau-
ditu, putari potest & nec istu, quæ vos dicitis
apud nos velle quærere & uudire, exaudientur.
Videturque qnibusdam, ut sicut Dominus, quan-
do quæsivit ficus in ficulnea, cui maledixit,
Matth. 21. cum non esset, teste Evangelio, tempus ficorum,
aliud voluerit significari: itu & in hoc citato
& incongruo conventu, semota dominationis
vestræ sinceritate, de qua nihil contra purita-
tem volumus uutumare, alia quædam possint in-
1. Pet. 3. B selligi. Et quia beatus Petrus omnem monet
Episcopum, ut paratus sit ad satisfactionem om-
ni poscenti se rationem, quæ nunc videmus,
pro tempore damus fideliter dominationi vestræ
consilia.

I V.

Primo quidem in ipsa radice cordis adventum
vestrum in hoc regnum inspicite, & coram ocu-
lis Domini, cui secundum Psalmistam cogita-
Psal. 76. 11. tio hominis confitetur, statera æquitatis pon-
derate. & quicquid hortatores & consiliarii,
ac laudatores vestri vobis dicant, ad cor re-
dite: & quicquid ad accusationem & commen-
dationem adventus vestri invenire & dicere po-
C tueritis, vestram conscientium interrogate, &
si tulia sustinere vultis, qualia facitis, judica-
te. Et illam horam, quam certi estis quia nul-
lomodo poteritis effugere, quando animu vestra
de corpore exiet, ante mentis oculos ponite,
quando totum mundum, & omnem potestatem,
& omnes divitias, & ipsum corpus derelinquet:
& sine adjutorio uxoris ac filiorum, & sine
solatio & [a] comitatu drudorum atque vassorum
a nuda & desolatu exibit. & quicquid cogitavit,
& ordinare disposuit, infecta dimittet, sicut
dicit Scriptura, *In illa die peribunt omnes co-
Psal. 145. 4. gitationes eorum*. & videbit omnia peccata
sua, & sentiet, videns diabolos se constringen-
tes & cosrtantes, & quicquid contra curita-
D tem & fidem debitam cogitavit, parabolavit,
& fecit in isto sæculo, & per dignos pœni-
tentiæ fructus non emendavit, ante oculos sem-
per habebit, & effugere volet, & non valebit.
Nam certum est, quia ad omnes homines,
quando egrediuntur de corpore, veniunt diabo-
li, & ad justos, & ad peccatores. sed & ad ip-
sum Christum venit, in quo suum nihil inve-
nit, sicut scriptum est, *Venit princeps hujus
Joan. 14. 30. mundi, & in me non habet quicquam*. Et crede
nobis veraciter, Rex utinam semper bene & Chri-
stiane, nec longe est, sed satis & plus quam spere-
tur, prope tibi est illa hora. Propterea non te
E seducant ista quæ vides. In tempore quippe pa-
tris vestri vidimus per aliquos incœpta & facta,
quæ in tempore isto per istos, qui ista confi-
ciunt, videmus fieri, & per alios videbuntur
compleri. Et quando tibi adveniet hora exitus
tui, sicut rident nunc, quando per te obtinent
quæ volunt in horu voluntatis suæ: sic ride-
bunt & in hora exitus tui, & quærent quo-
modo per alium teneant, quæ per te obtinuerunt.
Quod & fieri potest, ut quidam etiam quærant in
A tempore tuo. Sed & illi, nisi dignam pœniten- ANNO CHRISTI. 858.
tiam egerint, miserabiliter ad illam horam ve-
nient exitus sui, sicut venerunt & illi qui de-
fecerunt a patre tuo cum fratre tuo. Nam ut illi
ordinantes seditiones in paternam reverentiam,
sic & isti vos excitantes in fraternam dilectionem,
nomen pacis & statum Ecclesiæ, & salutem ac
unitatem populi obtendere studuerunt. & late-
bat sub melle venenum. Et completum est in
illis, completurque in istis Psalmistæ dictum, *Qui* Psal. 27. 3.
*loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem
in cordibus eorum*, & reliqua quæ sequuntur. Et
receperunt illi in sæculo isto quæ nota sunt,
& recepernnt in saeculo ultero quæ in judicio
plenius cognoscentur. Quorum isti intuentes
B exitum, timere debuerant actionem: & facient,
si illos respexerit Dominus, qui respicit humi-
les, & custodit parvulos. Et sic *pestilente fla-* Prov. 19. 25.
gellato, ut scriptum est, *sapientior erit parvulus*.
& sapient, quia non repellet Dominus plebem
suam, nec obliviscetur in finem. Quoniam *propter* Psal. 11. 6.
*miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exur-
gam*, dicit Dominus. Alioqui sicut tunc dixit il-
lis, itu & nunc dicit Dominus istis. *Tacui*, *num-* Esa. 42. 10.
quid semper tacebo? quasi parturiens clamabo.
Nondum venit hora mea, sed nunc est hora Joan. 2. 4.
vestra, & potestas tenebrarum. Et quidem in Luc. 22. 53.
hac die tua quæ ad pacem tibi. nunc autem ab- 19. 42.
sconditu sunt ab oculis tuis quia venient dies in
C te. Roga tibi quæsumus in tali loco, ubi bene pos-
sis intendere homiliam S. Gregorii legere in lectio-
ne Evangelii, *Videns Jesus civitatem, flevit super
illam*. Precamur vos, Domine, ut & diem an-
te mentis oculos habeatis, quando cum omni-
bus hominibus unima vestru proprium corpus re-
cipiet; & venietis ante faciem æterni judicis in
conspectu omnium Angelorum & hominum. In
quu die, sicut dicit sanctus Paulus, judicabit
Dominus unumquemque, non per alienum te- Heb. 10. 30.
stimonium; sed occulta uniuscujusque per co- Rom. 5. 16.
gitationes accusantes, aut etiam defendentes,
quando recipiet unusquisque propria corporis
prout gessit, sive bonum, sive malum. Et non
despicientur tunc nostra verbu quæ scripsimus
D ab eis qui nunc illa contemnunt: quando sine
dubio replicata erunt in testimonium in ipso
tremendo judicio, & nullus illorum te tunc ad-
juvabit, qui nec seipsum adjuvare sufficiet,
quando ibunt qui talia agunt, qualia uu dimus &
sentimus, utque dolemus, si in talibus perseveru-
verint, in ignem æternum, & justi qui injusta pa-
tiuntur, in vitam æternam.

V.

Quia tanta & talia crudelia & abominanda fie-
ri per parrochias quas pertransitis audivimus, &
quidam sentimus, quidam sentire timemus, &
illis qui senserunt, & sentiunt, condolemus:
E quæ calamitatem & miseriam, quam a pagunis
patimur, superent. quoniam a Christianis in
Christianos, u parentibus in parentes, a Rege
Christiano in Regem Christianum, a fratre in
fratrem, contra omnes leges divinas & huma-
nas aguntur. Contra quos clamat Ecclesia a pa-
ganis afflicta, *Et super dolorem vulnerum meo-* Psal. 68. 27.
rum addiderunt. Et nos omnes cunctique patien-
tes, *sustinuimus pacem, & non venit: quæsivimus* Hier. 14. 19.
bona, & ecce turbatio. Propterea talia prohibe-

a *In comitatu drudorum*) Fidelium amicorum. Incertus auctor vitæ S. Udalrici sub finem: *Ideo sæpius cum Imperialibus muneribus eum visitavit*, Ottonem Imp. *& drudes suos donis congruis sibi complacare satagebat.* Quo loco drudes exponunt gratos & consiliarios, antiqua voce Germanica, quæ fidem significet.

te,

ANNO CHRISTI 858.

[A] te, compescite, & sedate: quoniam Palatium vestrum debet esse sucrum, & non sucrilegum. Palatium enim Regis dicitur, propter tationabiles homioes inhabitantes, & noo propter parietes insensibiles, sive macerias. Et Rex u regendo dicitur, ut se sub Deo, & bonos cum Deo puritute cordis, veritate otis, firmitate stabilitatis regat, & pruvos a pravitate corrigat, & in rectitudinem dirigat. Et si quæ male fucta sunt emendure venistis, pejora quam videtimus a Christiauis in Christiaoos fieri iogerere non debetis. Et si pacem facete udvenistis, pacem pucifice ab unctore pacis obtinere debetis. Et si discordiam effugare, & caritatem redintegrare venistis, il-[B]lam quam Christus per Paulum docuit monstra-
1. Cor. 13.5. re debetis. Ait enim, *Caritas non est ambitiosa, non agit perperam, non quarit qua sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.* quæ est de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta: quæ operutur per dilectionem, & non per potestatem vel indebitam cupiditatem. sine qua caritate, sicut scriptum est, etiam si quis tradiderit corpus suum ut urdeat, nihil illi prodest. Quam omnibus Dominus in signum dedit, ut sciant, si quisque est Christianus, uus si intrabit in regnum Dei an non, dicens,
Joan. 13. 35. *In hoc cognoscent omnes, quia mei discipulis estis, si dilectionem habueritis adinvicem.* Nam qui in primordio fidei discipuli uppellabantur, nunc Christiani dicnntur. Et ipsu est vestis nuptiulis, [C] quum qui non habuerit, de nuptiis cœlestis convivii in futuro judicio ejicietur in senebras exteriores, & io ignem æternum. Ibi erit fletus & stridor dentium.

V I.

Ipsu caritas vos contra paganos uccendas. ut qoiu tunc moti non sunt ad pietatem, ut nobiscum irent contru eos, qui de isto regno amplos habebant, & babent bonores: quod si facerent, & zelo recto uccensi unanimiter vellent, expelli uut disperdi paguni, udjuvante Domino, [D] poterunt: vel nunc quacumque intentione u dominuen illorum per vestram ordinationem sancta liberetur Ecclesia, & regnum, quod contra eos redimitur, u tributo indebito etipiatur. Sed & qui fugiunt u facie pagunorum, cum in illas partes venerint, in quibus degitis, refugium sranquillum inveniant: & non salem deprædationem, ut nec incolæ vivere, nec fugientibus
Amos 5. 19. Job. 20. 24. solatium possint præbere. Quia nunc peccatis nostris exigentibus completur quod olim dictum est per Prophetam. *Qui fugerit a facie* * *leonis, inruet in ursum: & cum intraverit domum, & innisus fuerit super parietem, mordebit eum coluber. Et cum effugerint arma ferrea, inruent in arcum æreum.* In omni enim parte miseri, pro [E] dolor! afflictionem inveniunt.

V II.

Et si Ecclesiam Dei, sicut nobis scripsistis, quæritis restaurare, debita Episcopis & sibi commissis Ecclesiis privilegia intemeratu, sicut divinitus constituta sunt, custodite. Præcepta & immu-[A]nitates, & honorem earum, sicut avus & pater vester conservuverunt, conservare curute. Et quæ frater vester dominus noster, qui & paterna donatione, & vobiscum, cum vestris, vestrorumque fidelium mutuis firmitatibus, regni partem accepit, pro cultu & honote Ecclesiarum egit, similiter conservate. & rectores uc pastores Ecclesiarum, ut patres & Christi vicarios colite, sicut sancta Scriptora præcipit, di-
Ecc. 7. 31. & 4. 7. cens: *Sacerdotes Dei sanctifica, & magnatis humilia caput tuum.* eorumque spiritulia consilia obau-
Deut. 32. 7. dite, iterum dicente Scriptura: *Interroga patres tuos, & adnunciabunt tibi, majores tuos & dicent*
Aggai. 2. 12. [B] *tibi.* Et item, *Interroga sacerdotes meos legem meam.* Et Dominus per Malachiam Prophetam,
Malach. 2. 7. *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est.* Eosque tempore incongruo & inopportono nolite inquietare: sed liceat eis ministerium sacrum, ad quod ordinati sunt, in populi salutem peragere. sibique domestica cura subjectos nolite concutere, & non sinatis dehonestare, sive opprimere. Ut presbyteris honor congruus & juru debitu, quæ Canones & Capitula uvi & patris vestri statuerunt, conserventur satugite. Ut Episcopi quietam libertatem suas parœcias circumeundi, & prædicandi, ac confirmandi, atque corrigendi habeant, ordinate. Ut missus reipublicæ, id est minister Comitis, cum [C] ipsis si jusserint eat, qui liberos homines incestuosos, si per admonitionem Presbyterorum venire ad Episcopum noluerint, eos ad Episcopi placitum venire faciat, commendate. Ut si Episcopus pro quacumque necessitate Ecclesiastica ad vos direxerit, ad quem suus missus veniat, per quem, quæ rationabiliter petierit, obtineat, in Pulatio vestro, ᵃ sicut Comes Palatii est in cau- a
sis reipublicæ, ministerio congruum constitutum habere. Ut temporibus a sacris regulis constitutis Comprovinciales Synodos cum Episcopis, & speciules cum Presbyteris habere quiete possint, annuite. Res & facultates Ecclesiasticas, [D] quæ sunt vota fidelium, pretia peccatorum, stipendia ancillarum & servorom Dei, deprædari, & ab Ecclesiis discindi nolite sustinere. sed fortiter, ut Rex Christianus & Ecclesiæ alumnus, resistite atque defendite. De quibus consecratis Deo rebus, quod habent liberi homines Ecclesiis servientes, per dispositionem rectorum ipsurum Ecclesiurum, ideo constituerunt Apostolorum successores hoc ordinari, ut quia creverunt fidelium votu, & increverunt infidelium malu, augeretur per dispensationem Ecclesiasticam regni militia ad resistendam malorum nequitiam. quatenus ipsæ Ecclesiæ defensionem haberent & pacem, & Christianitas ob-[E]tineret sranquillitatem. Quapropter sicut & illæ res ac facultates, de quibus vivunt Clerici, itu & illæ sub consecratione immunitatis sunt, de quibus debent militure vasalli: & pari tuitione u regiu potestate in Ecclesiarum usibus debent muniri. Quia vero Carlus Princeps, Pippini regis pater, qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Ecclesiarum ab eis separavit atque divisit, pro hoc

---

* Hi: lis.

a *Sicut Comes Palatii*) Tit. * xlvii. cap. xvii. *Adalardus comes palatii.* Quod munus erat in palatio Comitis palatii in causis sæcularibus, hoc idem in negotiis omnibus Ecclesiasticis præstabat Capellanus, sive Custos palatii, ut ex Adalardi abbatis commentario docet Hincmarus epist. v. cap. xix. xx. xxi. Quare ad summum Capellanum referenda hæc videntur.

ANNO CHRISTI. 858.

solo maxime est æternaliter perditus. [a] Nam S. Eucherius Aurelianensium Episcopus, qui in Monasterio S. Trudonis requiescit, in oratione positus ad alterum est sæculum raptus, & inter cetera, quæ Domino sibi ostendente conspexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti, ab Angelo ejus ductore responsum est, quia Sanctorum judicatione, qui in futuro judicio cum Domino judicabunt, quorumque res abstulit & divisit, ante illud judicium anima & corpore sempiternis pœnis est deputatus, & recipit simul cum suis peccatis pœnas propter peccata omnium, qui res suas & facultates in honore & amore Domini ad Sanctorum loca in luminaribus divini cultus, & alimoniis servorum Christi ac pauperum pro animarum suarum redemptione tradiderant. Qui in se reversus Sanctum Bonifacium, & Fulradum Abbatem Monasterii Sancti Dionysii, & summum Capellanum regis Pippini, ad se vocavit, eisque talia dicens in signum dedit, ut ad sepulcrum illius irent, & si corpus ejus ibidem non repperissent, ea quæ dicebat, vera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum Monasterium, ubi corpus ipsius Carli humatum fuerat, sepulchrumque illius aperientes, visus est subito exisse draco, & totum illud sepulchrum interius inventum est denigratum, ac si fuisset exustum. Nos autem illos vidimus, qui usque ad nostram ætatem duraverunt, qui huic rei interfuerunt, & nobis viva voce veraciter sunt testati quæ audierunt atque viderunt. Quod cognoscens filius ejus Pippinus, Synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum S. Bonifacio, Legatus Apostolicæ Sedis Georgius nomine. Nam & Synodum ipsam habemus, & quantumcumque de rebus Ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, prout potuit Ecclesiis reddere procuravit. Et quoniam omnes res Ecclesiis a quibus ablatæ erant restituere propter concertationem, quam cum Waifario Aquitanorum Principe habebat, non prævaluit, precarias fieri ab Episcopis exinde petiit, & nonas ac decimas ad restaurationes tectorum, & de unaquaque casata duodecim denarios ad Ecclesiam unde res erant beneficiatæ, sicut in libro Capitulorum Regum habetur, dari constituit, usque dum ipsæ res ad Ecclesiam revenirent. Unde & domnus Carolus Imperator, adhuc in regio nomine constitutus, edictum fecit, ut nec ipse, nec filius ejus, neque successores hujusmodi rem agere adtentarent. quod manu propria firmavit, cujus plenitudinem habemus, & de quo Capitulum excerptum in libro Capitulorum ejus, quicumque librum illum habet, & legere voluerit, invenire valebit. Hanc etiam relationem & in scriptura habemus: & quidam nostrum etiam viva voce domnum Hluduuvicum Imperatorem patrem vestrum referre audivimus. Sed & sacri Canones Spiritu sancto dictati, eos qui facultates Ecclesiasticas diripiunt, & res Ecclesiasticas indebite sibi usurpant, Judæ traditori Christi similes computant, & sancti qui cum Deo in cœlo regnant, & in terris miraculis coruscant, divino judicio tanquam necatores pauperum ab Ecclesiæ liminibus & a cœlesti regno secludunt. De quibus sacrilegis in Prophetia Psalmi prædictum est, *Qui dixerunt, hereditate possideamus Sanctuarium Dei. Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Et sicut ignis qui comburit silvam, & sicut flamma comburens montes; ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia.*

Lib. 5. cap. 3.

lib. 1. cap. lxxvii.

ANNO CHRISTI. 858.

Psal. 82. 13.

VIII.

Monasteria etiam religiosa atque præcipue canonicorum, & monachorum, atque sanctimonialium habitacula, quæ ab antiquo tempore sub religiosi habitus rectore vel rectrice fuerunt, & quando parentes vestri primatum regni tenuerunt, & etiam quando S. Remigius Francos ad fidem, operante Domino, convertit, & cum Rege ipsorum baptizavit: & frater vester dominus noster partim juventute, partim fragilitate, partim aliorum callida suggestione, etiam & minarum necessitate, quia dicebant petitores, nisi eis illa loca sacra donaret, ab eo deficerent, & ipse aliquando per vos, sicut nunc patet, aliquando per fratrem vestrum regnum destitutus ab eis perderet, talibus sicut scitis personis commisit, debito privilegio restituite. Nam idem frater vester, & divina inspiratione, & sacerdotali redargutione, & etiam ab Apostolica Sede commonitus, ex aliqua parte quæ perpere egit correxerat: quæ autem adhuc incorrecta erant, quomodo emendare posset, sæpe gemebundus quærebat. Absit autem, ut vos, qui pro restauratione sanctæ Ecclesiæ huc venistis, aut illa quæ ipse emendavit, deterioretis, & sicut ille offendit, & vos offendatis: aut quæ ipse necdum emendare potuit, inemendata sinatis. qui sæpe, sicut & nos testes sumus, fratres vestros de talibus monuistis, & in omni adnunciatione, quam communiter faciebatis, promptissime inde disputabatis. sicut & secus Teudonis villam in loco qui Judicium dicitur, Capitula quæ habemus cum vestris fratribus acceptastis, & in chirographo apud Marsnam manu propria confirmastis. Contra quod si forte aliquis egit, non propterea vos immunes eritis, si illud, quod teste Domino pepigistis & confirmastis, observare, quod absit, non studueritis. Neminem quippe adjuvat, quod aliena mala reprehendit, nisi & ipse illa caveat. quod demonstrat Paulus dicens, *Putas o homo, quod tu evades judicium Dei, qui eadem agis quæ judicas.* Rom. 2. 3.

IX.

Rectores etiam Monasteriorum, quibus Monasteria committitis, firmiter & obnixe præcipite, ut secundum ordinem, & habitum, ac sexum, quo inhabitantes constituti sunt, sollicite & sollerter prævideant, ut secundum debitum ordinem servi vel ancillæ Domini vivant, & necessaria stipendia in victu, & vestitu, & ceteris quibusque habeant, & domos ac servitores, prout competit, sicut religiosi & habitus & conversationis rectores, eis provideant. Susceptionem etiam hospitum & pauperum nullomodo neglegant. * Et quia inconvenientes personæ,

* Baluzius quin &

a *Nam S. Eucherius*) De tota hac narratione, quæ Karoli Martelli memoriam infamat, libenter assentior Cardinali Baronio, qui fabulosam arbitratur, multisque argumentis refelli posse docet, tum eo maxime quod ex vita S. Eucherii, subductis annorum rationibus, constet illum multo ante Karolum vitam clausisse. Mihi quidem quod tam enixe fidem huic relationi adstruere auctores nituntur, suspectam ipsam facit. Ac mirum sane non animadvertisse illos, nec Flodoardum, qui eadem Historiæ suæ inseruit lib. 11. cap. x11. Pippinum in ea regem nominari, & Fulradum Pippini regis Capellanum, cum exploratum sit Pippinum regis nomen nisi decimo post Karoli obitum anno, id est dccli. non sumpsisse. quem ad annum pervenisse Eucherium nemo somniavit. Sunt & alia ejus notæ ac saporis, quibus supersedeo.

* Hic. lit.

ANNO CHRISTI 858.

& res tales quæ religioni non congruunt, Monasteria non introducuntur non dicimus: quoniam seligiosos rectores providentiam & curum debitam inde sumere debere non ignoramus.

X.

Hospitalia peregrinorum, sicut sunt Scottorum, & quæ tempore untecessorum vestrorum Regum constructa & constituta fuerunt, ut ad hoc, ad quod deputata sunt, tencantur, & u rectoribus Deum timentibus ordinentur, custodiantur, ne dissipentur, obtincte. Sed & rectoribus Monasteriorum & Xenodochiorum, id est Hospitalium, præcipite, ut sicut canonica docet auctoritas, & Capitula uvi & patris vestri præcipiunt, Episcopis propriis sint subjecti, & Monasteria atque Hospitalia sibi commissa ipsorum segant consilio. quoniam Episcopi paternam sollicitudinem eis secundum ministerium illorum studebunt impendere. Et quia sæpe unicuique in omni ordine competentem legem & justitiam, una cum fratribus vestris, frequenti adnuntiatione perdonastis, Ecclesiastici & religiosi babitus viri ac feminæ, atque peregrini & pauperes, in quibus specialiter Christus suscipitur, perdonationem vestram sibi sentiane semper adesse.

X I.

Et quia de statu & salute populi Christiani, sicut nobis scripsistis, vultis quærere, primo a vobis ipsis incipite, qui alios debetis corrigere, sicut scriptum est, *Medice cura temetipsum*. & munda debet munus a sordibus esse, quæ ulienas sordes curat detergere. Et quæ in aliis debetis corrigere, nemo in vobis juste vuleat reprehendere. Super quantos enim estis in regni culmine, tantorum moribus debetis servire, & sicut lucerna super candelabrum in domo posita bonitatis exempla monstrure. quia omnium oculi in vos debent intendere. quos si malo exemplo destruxeritis, qui per vos, & a vobis in bonum debuerant ædificari, sub tantis sine dubio in futuro sæculo in pœnis vos necesse * erat torqueri. Propterea oportet, ut qui Rex estis, & dominus uppellamini, in illum semper suspenso corde suspiciatis, a quo videlicet rege regum & domino dominorum, nomen regis & domini mutnatis. Et sicut ille disponit orbem terræ in æquitate, & ud boc, sicut in libro Sapientiæ dicitur, constituit bominem, ut ipse similiter faciat, imitumini illum, si vultis regnare eum illo. quia qui dicit se in Christo manere, debet, sicut ille umbulavit, & ipse ambulare, qui dicit, *Estote & vos perfecti sicut & pater vester cælestis perfectus est*. Et si dixeritis, quomodo possum esse perfectus, cum ulia scripturu dicat, *Si quis in verbo non offendit, ille perfectus est vir*? non cadit a perfectione, qui non peccat malitiæ cupiditate. *Septies enim cadit justus & resurgit: impii autem corruunt in malum*. &, *Justus cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam*. Qualitercumque vero quis peccet, cupiditatis voluntate, aut fragilitatis necessitate, nemo illi melios prævalet indicare, quam conscientiu sua, quæ non potest latere oculos inspectoris sui. Propterea ita oportet vos vivere, judicare, & agere etiam in occulto, quasi sitis sem-

Luc. 4. 23.

* Baluz. edit. est.

Sap. 7.

Matth. 5. 48.

Jac. 3. 2.

Prov. 24. 16.

Psal. 36. 24.

A per in publico. quia sæpe talis vos verbo laudabit, qui corde acriter reprehendet; sæpe etiam illa quæ vobis, & in vobis laudaverit, apud ulios de vobis reprehensibilia judicabit. Sic autem, ut dicimus, adjuvante Domino, vivere, judicare, & agere prævalebitis, si vos non stimulaverit umor privatus, si non vos inflammaverit cupiditas gloriæ, divitiarum, possessionum, & potentatus: si non plus credideritis alienæ linguæ, quam propriæ conscientiæ, si vos non roserit tinea adulationis, si non vos ufferit livor alienæ felicitatis, si vos non vexaverit neglectus animæ, & amor carnis: si credideritis Regem
B Christum non pro se, id est non pro sua necessitate mortuum, sed pro nobis, ut viveremus qui mortui eramus. Et vos, Rex, plus studeatia uliis vivere in salutis suæ utilitatibus, quam vobis ipsis in propriis voluntatibus. si scieritis vos esse morituros, & vos credideritis de factis propriis rationem Domino reddituros, & quæ digne receperitis, sine fine, vel immutatione aliqua habituros.

XII.

Domum vestram domesticam sic nutrite, regite & disponite, ut quando regni populus ad vos convenerit, in vobis & in domesticis vestris videant,
C qualiter se atque domum, cum quanta humilitate atque castitute, quam sobrie, quam juste, quam pie nutrire, disponere debeant, & gubernare. quia sicut quidam sapiens dixit, secundum mores domini erit familia custodita. Et ideo [a] domus Regis schola dicitur, id est disciplina. quia non tantum scholastici, id est disciplinati & bene correcti sunt, sicut ulii; sed potius ipsa schola, quæ interpretatur disciplina, id est correctio, dicitur; quæ alios habitu, incessu, verbo, & actu, atque totius * bonitatis continentia corrigut. Et vos, sicut paxillus non bene infixus, nisi in Domino virtutum innixi fortiter fueritis, & vos cudetis, & qui in vobis pendene
D labentur. Quapropter, sicut dominus sub potestate constitutos ex tentatorum occasione docuit reddere quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo: ita & vos, qui sub Deo estis, & super homines estis, reddire quæ sunt Dei Deo. & sicut Cæsar æquus, quæ subditorum sunt subditis reddite. Reddire Deo puram & immaculatam fidem, & sincerissimum cultum in sacerdotibus, in Ecclesiarum privilegiis, in sacris locis, in Ecclesiasticis & religiosis viris ac feminis, in defensione Ecclesiæ & Christiunitatis, in æquitate & justitiu populi Christiuni, in sublevatione & tranquillitate, & consolatione omnium indigentium, sicut præmisimus, reddire illi quotidia-
E num pensum in quotidiana oratione, in justis & assiduis eleemosynis. Offerte illi devotionem vestram in sacris oblationibus & lacrymis secundum magnitudinem ac multitudinem quotidianorum peccatorum profusis. Reddite subditis judicium cum misericordiu, justitiam cum æquitate. Studete exaltare humiles & Deum timentes; & debellare atque humiliare superbos. Studete a bonis plus diligi, quam timeri. Curate ut mali, si non propter Deum, vel propter timorem vestrum malum agere metuant.

ANNO CHRISTI 858.

* Sirmondi manu pro vanitatis.

a *Domus Regis schola dicitur*.) Ericus monachus in epistola quam præfixit libris carminum de vita S. Germani ad Carolum Calvum Imp. de scholis & studiis sub illo florentibus: *Ita ut merito vocitetur schola palatium, cujus apex non minus scholaribus, quam militaribus consuescit quotidie disciplinis*.

ANNO CHRISTI 858.

Non plus apud vos lingua dolosa, manus plena, obsequium indebitum valeat, quam veritas, æquitas, & sinceritas. Scientes scriptum esse: *Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit.* (Isa. 33. 15.) unde consequenter intelligi debet, & non alius. Munus enim est a lingua, favor: munus a manu, donatio; munus ab obsequio, indebita subjectio. Constituite ministros Palatii, qui Deum cognoscant, ament, & metuant: qui maximam curam gerant, quatenus quicumque [a] necessuosi palatium adierint, & per quos perrexeritis, patrem & consolatorem mirantes, gaudendo vos videre accurrant, non qualiter dicere nolumus, gemendo & maledicendo refugiant. Constituite Comites & ministros reipublicæ, qui non diligant munera, qui odiant avaritiam, qui detestentur superbiam, qui non opprimant, [b] neque dehonestent pagenses, qui messes & vineas, & prata, ac silvas eorum nequaquam devastent: qui eorum pecora vel * friskingas, vel quæque illorum sunt, non prædentur, neque diripiant, & per violentiam ac mala ingenia quæ illorum sunt nullomodo auferant. Qui Episcoporum suorum consilio quæ Dei sunt, & Christianitati conveniunt, faciant, qui placita non pro adquisitione lucri teneant: sed ut ecclesiæ Dei, & viduæ, ac pupilli, & populus justitiam habeant: & plus litigantes ad concordiam salva justitia revocare studeant, quam committere ut ipsi inde aliquod lucrum possint habere. Quos si pacificare non potuerint, tunc sicut rectum est, justum judicium decerni cum magna sollicitudine faciant; scientes scriptum esse, *Indicabo tibi homo quid sit bonum, id est facere judicium & justitiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.* (Mich. 6. 8.) id est, ut quod illi placet, tibi placeat & facias; quod illi displicet, tibi displiceat & non facias. Quod si per fragilitatem feceris, non contumaciter vel pertinaciter in tuo malo facto perseveres: sed statim pedem sicut a ferro calido revoca, & in viam voluntatis Domini tui dirige. Et sicut scriptum est, *quia sunt viæ quæ videntur hominibus bonæ, & ducunt ad interitum,* (Prov. 16. 25.) fac sicut Scriptura tibi præcipit, quicumque es homo, *interroga de via bona, & ambula per eam.* (Hier. 6. 16.) quia sicut dicitur in Evangelio, *ampla via est quæ ducit ad perditionem, & multi vadunt per eam: arcta & angusta via quæ ducit ad vitam, & pauci inveniunt eam.* (Matth. 7. 13.) Propterea quicumque es homo, audi Prophetam, & ora cum Propheta, *Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, & exquiram eam semper.* (Psal. 118. 33.) &, *deduc me in semita mandatorum tuorum.* (V. 35.) & *viam iniquitatis amove a me, & lege tua miserere mei.* (V. 30.) Quia sicut Hieremias propheta dicit. *non est hominis via ejus, nec viri est ut ambulet, & dirigat gressus suos:* (Hier. 10. 23.) sed *a Domino diriguntur gressus viri, & viam ejus volet.* (Psal. 37. 23.) Ipsi comites similiter, quantum potuerint, similes sibi timentes Deum & justitiam diligentes per se ministros constituant. qui sicut seniores suos benignos & affabiles pagensibus suis viderint, & ipsi pro modulo suo illos imitari in omni bonitate & justitia certent.

* al. friscinkas.

XIII.

Homines etiam & potentes sæculi, qui inter istas seditiones legis jugum & justitiam æquitatis refugerunt, & talia ac tanta fecerunt, pro quibus Ecclesiasticam & Episcopalem excommunicationem meruerunt, ad leges & justitiæ tramitem revocate, & ut ad suos Episcopos humiliter, sicut eis necesse est, veniant, jubete vel cogite: & ut Ecclesiæ, in quam peccaverunt, aut cum debita necessaria humilitate satisfaciant, aut humiliter, & veraciter se excusent, qualiter absolvi a Domino per ministerium Episcopale valeant, suadete, atque regia potestate præcipite. Et si forte vos, vel quicumque alii, de eorum societatis & conjunctionis communicatione infecti & condemnati sunt, pœnitentiam quisque se recognoscendo faciat: quia teste sacra auctoritate non poterit absolvi a suis, qui peccatis damnabiliter gravatur externis. Sicut omnes Dominus sanctus propheta David demonstrat dicens, *Ab occultis meis munda me, Domine, & ab alienis parce servo tuo.* (Psal. 18. 13.)

XIV.

[c] Judices denique villarum regiarum constituite, qui non sint cupidi, & non diligant avaritiam, & usuras nec ipsi faciant, nec pecunias regias, vel suas ad usuras donent, neque a suis subditis usuras fieri sinant. quæ omnia vos super omnes ministros vestros odire debetis, & fugere. Et servos regios judices non opprimant, nec ultra quod soliti fuerunt reddere tempore patris vestri ab eis exigant; neque per angarias in tempore incongruo illos affligant: neque per dolos, aut per mala ingenia, sive inconvenientes precationes, colonos condemnent. quia si per tales vel alias hujusmodi factiones, pondus argenti vel auri habueritis in arca, majus & gravius pondus erit peccati, quod habebitis in conscientia vestra, & anima. Ædificent villas vestras moderatis castitiis, ut & honestas necessaria sit, & familia non gravetur. Laborent, & excolant terras & vineas in tempore cum debita sollicitudine: salvent & dispensent laborata cum fideli discretione. faciant [d] nutrimenta congrua & necessaria. custodiant sylvas, unde habeant pastionem: defendant & excolant prata, unde habeant pabula. Quatinus non sit vobis necesse per quascumque occasiones quorumcumque hortatibus circuire loca Episcoporum,

a *Necessuosi*) Vox Hincmaro familiaris, quam usus est in monitis, quæ presbyteris suis in Synodo dedit anno DCCCLII, cap. XIX. *pauperibus aut quibuslibet necessuosis subvenire.* Item in epistola VII, cap. XXXV.

b *Neque dehonestent pagenses*) Pagorum incolas. Agobardus de jure sacerdotii ad Bernardum Episcopum Viennensem: *De servis meis propriis, aut beneficialibus, sive pagensibus.* Einhardus Gebuino Comiti palatii epist. 12. *Rogo dilectionem tuam, ut hunc pagensem nostrum, nomine David, necessitates suas tibi referre volentem exaudire digneris.* Pagensem nostrum dixit, qui ejusdem pagi. In Capitulorum lib. III. cap. LXXIII. Comites pagenses dicuntur, qui in pago erant cui præerat Comes.

c *Judices villarum regiarum*) Provisores seu procuratores. In vita Ludovici Pii ad annum DCCXCV. *Misit inde*, Karolus pater Ludovico in Aquitaniam, *Richardum Comitem, villarum suarum provisorem, præcipiens ut villæ, quæ hactenus usui servierant regio, obsequio restituerentur publico.* Aut majores. Hincmarus ad nepotem: *Per judices sæculares, Helmigarium scilicet mercati palatini telonarium, & Flotarium ac Ursionem villarum regiarum majores.*

d *Nutrimenta*) Quæ alii nutrimina. Rei rusticæ duæ potissimæ sunt partes, agricultura & pastio, seu nutricatus animalium. Ad culturam agri spectant laborata quæ dixit: ad pastionem nutrimenta. Utraque similiter conjungit & distinguit lex Karoli M. lib. II. cap. XXI. *ut de omni conlaborato nona & decima persolvatur: de nutrimine vero pro decima sicut hactenus consuetudo fuit observetur.* & infra Tit.* XLI. cap. XI. *Decima conlaborationum & animalium.*

* Hic. XLVII.

ANNO CHRISTI. 858.

Abbatum, Abbatissarum, vel Comitum & majores quam ratio postulat [a] paratas exquirere, & pauperes Ecclesiasticos, & fidelium vestrorum [b] mansuarios, in carricaturis, & paraveredis contra debitum exigendis gravare, & peccatum de facultatibus indebita consumptis in animam vestram congerere. Neque a Comitibus, vel fidelibus vestris plus studeatis, quam lex & consuetudo fuit tempore patris vestri, de hoc quod de Francis accipiunt, exquirere. Quin potius habeatis unde sufficienter & honeste cum domestica corte vestra possitis vivere, & legationes palatium vestrum adeuntes recipere, & sicut [B] scriptum est, unde possitis de justis laboribus necessitatem patientibus tribuere. quia Rex & largus debet esse, & non quod largitur de injustitia vel iniquitate debet conquirere. Judices vero villarum colonos distringant, ut non Ecclesiasticos homines, vel Francos pauperiores, aut alienos servos propter privilegium regium opprimant, aut silvas vel quæque aliorum sunt in sua vicinitate devastent. Quia Rex justus, qui justitiam debet diligere, ministros ac colonos impios & iniquos non debet habere: sed omnibus in se, & in suis debet imitationem debitam demonstrare. quia si ipse Deum dilexerit, omnes boni diligent illum: & si ipse Deum timuerit, omnes mali timebunt illum. Et Rex [C] atque sui ministri per amorem Dei bonum faciant, & omnes bona facere doceant, & per timorem Dei mala fugiant, & omnes in illis mala fugere discant. Missos etiam tales per regnum constituite, qui sciant qualiter Comites, & ceteri ministri reipublicæ, justitiam & judicium populo faciant. qui sicut Comitibus præponuntur, ita scientia & justitia ac veritate eis præmineant.

X V.

Hæc, quia literis vestris significastis, quod nobiscum de restauratione sanctæ Ecclesiæ, & statu ac salute populi Christiani tractare velletis, dominationi vestræ scripto respondere curavimus. quia & pro inclementia aeris, & pro in- [D] convenientia temporis, & propter imminentem diem Domini nostri Natalis, venire ad præsentiam vestram nequivimus. Operamini vos interim ista, quæ cum fidelibus vestris sine nostra corporali præsentia operari valetis. & cum tempus incongruum & sacris canonibus designatum advenerit, quando & pro paganorum infestatione, & pro exorti tumultus ac deprædationum atque rapinarum miserrima nimis confusione, nobis licuerit cum dominis & confratribus, ac comprovincialibus Archiepiscopis & Coepiscopis Synodum, favente Domino celebrare; quæ his sunt residua, cum eis sicuti cum magistris & patribus tractare, & vestræ dominationi debitum consilium dare studebimus. Et si Deus [A] soliditatem & salutem Ecclesiæ atque regni in manu vestra adunare & prosperari decreverit, quæ cum Archiepiscopis & Coepiscopis nostris plus congruere divinis dispositionibus viderimus, agere sub famulatu recti regiminis vestri studebimus. Potens est enim Deus minus bonum initium in perfecte bonum commutare processum, cui noscitur esse possibile quod impossibile solent homines judicare. Si enim sapientia vestra dignum judicat loqui & tractare [c] cum vicino Rege, ejusque fidelibus, secedente de ista parte regni domno nostro, fratre videlicet vestro: multo magis nos oportet expectare tem- [B] pus canonicum, ut cum fratribus & comprovincialibus Archiepiscopis & Episcopis loquamur, quia generalis causa imminet totius Cisalpinæ Ecclesiæ. Maxime autem nobis necesse est loqui cum illis Archiepiscopis & Episcopis, qui consensu & voluntate populi regni istius domnum nostrum fratrem vestrum [d] unxerunt in regem sacro chrismate divina traditione: quemque sancta sedes Apostolica mater nostra literis Apostolicis ut regem honorare studuit & confirmare. Legite libros Regum, & invenietis quanta reverentia reprobatum & abjectum a Domino Saul ducere dignum duxit sanctus Samuel, cujus locum in Ecclesia nos licet indi- [C] gni tenemus. Et attendite quam magni pendit sanctus David, in loco illius electus & unctus a Domino, mittere manum in Christum Domini: cum Saul non solum ex alia progenie, verum ex alia tribu erat: & illum rejectum, & se electum a Domino cognoscebat: & nihil firmitatis Sauli David fecerat: sed plurimum adjutorium & devotam servitutem ei impenderat. Et neque bello auferre, neque ingenii dolo illi regnum subripere attentavit. Et cum multos ad hoc suasores & auxiliarios habuisset, nulli aurem, ut hoc moliretur, accommodavit: quamvis multas persecutiones, & morti proximas ab eo sæpissime sustinuerit. Insuper & bene scitis quid de illo jusserit, qui licet menda- [D] citer, pro illius tamen gratia adquirenda se manum misisse in Christum, id est unctum Domini nunciavit. Nam si est aliquis qui hæc ignoret, nos ei dicimus, quia gladio eum interficere jussit. Sic & qui infideliter, & contumaciter in unctum qualemcumque Domini manum mittit, dominum Christorum Christum contemnit, & in anima proculdubio spiritalis gladii animadversione perit. Hæc dicimus, non ut exaggerationes contra dominationem vestram incongruas exquiramus, sed ut evidentius pro qualitate nostri ministerii, quid excepta debita fide, & beneficentia, nobis in fratre vestro reverendum sit, demonstremus. Talem vos nempe debemus & volumus credere, ut nec vos regni augmentum cum animæ vestræ detrimento velitis ha-

a *Paratas*) Mansionaticos, hospitia & mansiones cum expensis. Ludovicus Pius in præcepto quod Hispanis ad se confugentibus concessit: *Missis nostris, aut filii nostri, quos in illas partes miserimus, aut legatis qui de partibus Hispaniæ ad nos transmissi fuerint, paratas faciant, & ad subvectionem etiam veredos donent.* Hincmarus Archidiaconis: *Non graves sitis Presbyteris in paratis quærendis, neque ducatis superflue vobiscum homines, vel vestros proprios, vel amicos, seu propinquos vestros, per quos illos gravetis in cibo & potu, & fodro ad caballos.* Dictæ a parando. Hincmarus idem ad Laodunenses: *Ne mansionaticos suis amicis, aut suis hominibus a presbyteris parari faciat.*

b *Mansuarios*) Mansorum colonos qui mansus ad colendum inhabitant. ut Tit * xxxi. cap. xxi. *a mansuariis, vel ab iis qui censum debent.* Ab his ergo carrica- taras & paraveredos, id est carrorum, equorumve ad subvectionem operas, extra ordinem exig. non debere docent.

* *Hic* xxxvi.

c *Cum vicino Rege*) Lothario juniore, quem Ludovicus hoc tempore Karolo subripere, hoc est a Karoli amicitia, promissoque illi auxilio deducere in dis omnibus nitebatur, ut est in * proclamatione adversus Vvenilonem cap. vii.

* *Hic* xxx.

d *Unxerunt in regem*) Unxerat Vvenilo Senonum Antistes, Remorum vacua tunc seda. Karolus ipse tex in eadem proclamatione cap. iii. *Sed & cum aliis Archiepiscopis & Episcopis Vvenilo in diœcesi sua, apud Aurelianis civitatem in basilica sanctæ Crucis, me secundum traditionem Ecclesiasticam regem consecravit, & in regni regimine chrismate sacro perunxit, & diademate atque regni sceptro in regni solio sublimavit.*

ANNO CHRISTI 858.

bere, neque nos cum tali dedecore ad adjutorium Ecclesiastici regiminis, & gubernationis recipere, ut sine sacerdotio simus, quo privati erimus, si contra Deum & rationis auctoritatem nos, Ecclesiasque nostras vobis studuerimus committere. Ecclesiæ siquidem nobis a Deo commissæ non talia sunt beneficia, & hujusmodi Regis proprietas, ut pro libitu suo inconsulte illas possit dare vel tollere. Quoniam omnia quæ Ecclesiæ sunt, Deo consecrata sunt. Unde qui Ecclesiæ aliquid fraudatur, aut tollit, sacrilegium secundum sanctam Scripturam facere noscitur. Et nos Episcopi Domino consecrati, non sumus hujusmodi homines, ut sicut homines sæculares in vassallatico debeamus nos cuilibet commendare, sed ad defensionem, & ad adjutorium gubernationis in Ecclesiastico regimine nos, Ecclesiasque nostras committere, aut jurationis sacramentum, quod nos Evangelica & Apostolica atque canonica auctoritas vetat, debeamus quoquomodo facere. Manus enim chrismate sacro peruncta, quæ de pane & vino aqua mixto per orationem & crucis signum conficit corpus & Christi sanguinis sacramentum, abominabile est, quicquid ante ordinationem fecerit, ut post ordinationem Episcopatus sæculare tangat ullomodo sacramentum. Et lingua Episcopi, quæ facta est per Dei gratiam clavis cœli, nefarium est, ut sicut sæcularis quilibet, super sacra juret in nomine Domini, & sanctorum invocatione. nisi forte, quod absit, contra eum scandalum acciderit Ecclesiæ suæ: & inde sic temperanter agat, sicut Domino docente constituerunt rectores Ecclesiæ Synodali consilio. & si aliquando sacramenta ab Episcopis exacta aut facta fuerunt, contra Deum & Ecclesiasticas regulas, quæ Spiritu sancto dictatæ, & Christi sunt sanguine confirmatæ, irrita sanctæ Scripturæ paginis declarantur, & exigentes atque facientes medicamento exinde salutaris pœnitentiæ indigent. Propterea expectate, Domine, patienter sicut Princeps Christianus, & Ecclesiæ filius, & honorate Ecclesiæ sanctæ rectores: ut vos honoret qui nobis dixit, *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit.* [Luc. 10. 16.] &, *honorantes me honorabo, & hi qui temnunt me, erunt ignobiles.* [1. Reg. 2. 30.] & *qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei:* [Zach. 2. 8.] Et in Psalmo, *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari:* [Psal. 104. 15.] quoniam, *qui malignantur*, id est maligna agunt, *exterminabuntur: sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terram*, [Psal. 36. 9.] hoc est regnum Dei. Et cum venerit tempus & locus, sicut superius diximus, loquemur cum nostris confratribus, & sicut Domini justis dispositionibus viderimus, sine dubio faciemus. Et non est rationabilis causa, quæ contra hoc quod petimus vos debeat stimulare: quia non sumus hujusmodi homines, ut cum cognoverimus voluntatem Domini, velimus aut debeamus quoquomodo resultare, vel rixas & dissensiones, seu seditiones, quas vulgus Werras nominat, debeamus commovere, conserere, vel tenere, quos Dominus pacis prædicatores & sectatores voluit ordinare, & peccata nostra atque nobis commissorum, & etiam totius populi constituit plangere & curare, & bellum cum vitiis, & pacem cum fratribus jussit habere. Nos equidem pacem & quietem, non rixas & bella, optamus & quærimus. quia sicut dicit Apostolus, *non sunt nobis carnalia arma, sed spiritualia, & potentia Deo*, [2. Cor. 10. 4.] quibus sumus calciati pedes in præparatione Evangelii pacis: induti lorica justitiæ & galea salutis, accincti lumbos in veritate, habentes scutum fidei, & gladium Spiritus sancti: quia non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus. Et non militamus terreno regi, sed cælesti, pro salute & nostra, & terreni regis, & totius populi nobis commissi. quorum officium est nulli nocere, contra neminem infideliter agere, omnibus autem velle prodesse. Tandem, domine nobis Rex, contra Deum & contra animam vestram non audiatis illos qui dixerint, si forte vobis dixerint, Non tibi sit curæ, Rex, quæ tibi referunt [a] illi fellones atque ignobiles: hoc fac quod tibi dicimus. quoniam cum nostris, & non cum istorum parentibus tenuerunt parentes tui regnum. Nos autem obsecramus dominationem vestram, attendite potius, si Christianus Rex estis, sicut &, Deo gratias, estis, & in illum creditis, & per illum regnare vultis, *per quem*, sicut scriptum est *reges regnant*, [Prov. 8. 15.] & cujus est regnum, immo orbis terræ & plenitudo ejus; quia idem Deus in carne veniens, qui solus Rex fieri potuit & sacerdos, & in cælum ascendens suum regnum, id est Ecclesiam, inter pontificalem auctoritatem & regiam potestatem gubernandam disposuit, & non elegit ad hoc divites & nobiles, sed pauperes & piscatores. & sicut scriptum est, *ignobilia & contemptibilia mundi elegit, ut confundat fortia.* [1. Cor. 1. 27.] Et fieri potest, ut tales vobis ista dicant, si forte minus necessario Deum timentes vobis dixerint, cum quorum parentibus diabolus, qui secundum Scripturam *est Rex super omnes filios superbiæ*, [Job. 41. 25.] regnum Christi, quod Ecclesia, conturbaverit, & nunc eos in regno suo, id est in inferno, retineat, & secum in sæcula retinebit. Pro certo autem sciatis, quia cum nostris parentibus, id est cum Apostolis, Christus Rex regum regnum suum, id est Ecclesiam, conquisivit, ampliavit, & rexit: & per nos, & nobiscum, utinam non ad judicium nostrum dicamus, eandem Ecclesiam, id est regnum suum, quotidie adquirit, auget, atque gubernat idem Dominus Jesus Christus, sicut dictum est a Domino Ecclesiæ per Prophetam, *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*, [Psal. 44. 17.] id est pro Apostolis creavit tibi Episcopos, qui te regant & doceant. Cum qua Ecclesia nobis a Deo commissa, Rex Christiane & Domine, sicut literis vestris jussistis, jejuniis & orationibus, ac litaniis, Dominum summum gubernatorem in navi sanctæ Ecclesiæ fluitante in hoc mare, id est sæculo naufragoso, peccatis nostris communibus dormientem, pulsare & excitare, & pro vobis deprecari studebimus: ut quantocius pro sua ineffabili pietate evigilet, & imperet ventis & mari, id est * tentationibus diabolicis, & inquietudinibus sæcularium hominum, & sedeat quantulacumque tranquillitas, gratia & misericordia ejusdem Domini nostri Jesu Christi. cui est, & sit potestas, & honor, & gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

* *Sirmondi manu* pro tempestatibus.

a *Illi fellones*) Perfidi & rebelles. Dictio Gallis nota, & frequens apud feudorum juris interpretes, ut cum libro IV. cap. LVI. quærunt, an ex omni fellonia, qua vassallus feudo privatur, dominus in fellonism fecerit, proprietate privetur.

TITULUS XXVIII.

a Synodi Metensis, a de indulgentia Ludovici regis.

HÆC CAPITULA TRACTATA ET CONFIRMATA SUNT
b *ab Episcopis b in Synodo habita apud Mettis civitatem, de indulgentia Hludouvici Regis pro seditione & excessibus in regno fratris sui Karoli perpetratis.*

Dilectis in Christo fratribus & consacerdoribus nostris, legatis videlicet divinæ pacis ac nostræ unanimitaris, Hincmaro, Gunthario, Vvenilonі Archiepiscopis, & venerabilibus Coepiscopis nostris, Herluino, Hildegario, Adventio, Abboni, Hincmaro, Erchanrao, Episcopi quorum nomina subter habentur adscripta. qui favente Domino, & annuentibus gloriosis Principibus nostris Karolo & Hlothario, in Mediomatricum civitatem anno incarnationis Dominicæ DCCCLIX. Indictione VII. v. Kal. Junias synodali decreto convenimus.

CAPIT. I.

Nota, &, pro dolor! nimis est nota discordia atque calamitatis pernicies, quæ factione quorumdam seditiosurum hominum nuper inter fratres reges nostros Hludouvicum & Karolum accidit. Unde tanta ac talia in Ecclesia nobis ad regendum divina dignatione commissa, & in hoc regno perpere sunt admissa, ut ipso etiam auditu horribilia cognuscantur. & si hæc discordiæ pestilentia diutius, operante humani generis antiquo hoste, duraverit, quam exitiabilis & murtisera existat melius ipsi sciris. Qua de re memores quid veritas missis prædicatoribus jusserit, ut divinus Paulus dicit, legatione pro Christo fungentes vos, fratres carissimi, legatus Deo amatæ pacis, quoniam exinde jam gloriosus principes nostros Karolum & Hlotharium Episcopali aucturitate monuimus, ad dominum Hludouvicum Regem gloriosum mediante Domino ordinamus, sicut salvator dicit, *In quamcumque*, inquiens, *domum intraveritis. primum dicite, Pax huic domui. & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertetur*. quia aut erit quisque prædestinatus ad vitam, & cæleste verbum sequetur quod audiet: aut si nullus audire voluerit, ipse prædicator sine fructu non fuerit, quoniam ei a Domino pro labore sui operis merces recompensabitur. Luc. 10. 5.

II.

Post prædicatam vero & postulatam pacem, legatio vestræ fraternitatis hujuimodi erit conditionis, ut iisdem Rex nobis, & utinam Deo, semper amabilis admissorum indulgentiam consequatur.

III.

Videlicet si se de omnibus, quæ per eum malitiosorum hominum persuasione atque seductione in parrochiis nostris, fratrumque nostrorum perpetrata sunt, veraciter recognoverit, sicut

A scriptum est, *Juxta est Dominus his qui tribulato sunt corde*, & *sacrificium Deo est spiritus contribulatus*, quoniam cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Et sicut hi qui ficte Deum quærunt, invenire nunquam merentur, ita prope est Dominus omnibus invocantibus se in veritate. Psal. 33. 19. Psal. 50. 18.

IV.

Et si post verum recognitionem puriter confessus fuerit. quia iterum dicit Scriptura; *Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur*. &, *si confiteamur peccata nostra, fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate*. Prov. 28. 13. 1. Joan. 1. 9.

B

V.

Post puram autem confessionem, si promiserit quæ male gesta sunt per dignos pœnitentiæ fructus, præveniente, adjuvante, & subsequente divina gratia, se pro viribus emendaturum. quia scriptum est, *Facite fructus dignos pœnitentiæ*. ut tanto majora quærat bonorum operum quisque lucra per pœnitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam. Quoniam & illi beati, quorum tecta bonis operibus sunt peccata. & ut scriptum est, quia peccavit, & populum peccare fecit, tanta fiat bona, quæ tanta operiant mala. Luc. 3. 8.

C

VI.

Deinde si spoponderit ad pacem & concordiam præsentaliter in corde & ore: & quantocius rationabiliter, & possibiliter, atque convenienter ex communi sensu fieri poterit, etiam præsentia corporis ad pacem & concordiam cum fratre suo Karolo se rediturum, & in pace ac caritate Deo placita cum præfatis principibus nostris Karolo atque Hluthario, si ipsi eandem pacem & concordiam erga eum servaverint, permansurum, & in se peccantibus debita dimiserit, sicut sua a Deo debita sibi cupit dimit-

a *De indulgentia Ludovici*) Reverso in regnum Ludovico, & operam dante, ut Karoli fratris, ac Lotharii nepotis animos superiora ipsius expeditione offensos sibi reconciliaret, decreta ad illum est ex Synodo Metensi Legatio Episcoporum IX cum mandatis ut indulgentiam illi certis legibus offerrent. Qui fuerit eventus, subjecta legatorum post reditum narratio patefaciet. Ceterum qui secundo loco inter Archiepiscopos nominatur Guntarius Agrippinensis Ecclesiæ Archiepiscopus fuit, qui sequitur Wenilo, Rutomagensis. Inter Episcopos vero, Hildegarius, de quo & Tit * xxvii. Meldensis, Adventius Metensis, Abbo Autissiodorensis. reliquorum sedes ex superioribus notæ jam sunt. * Tit. XXVII.

b *In Synodo habita apud Mettis*) Habita est paulo post discessum Ludovici regis qui sub initium veris, ut est in annalibus Pithœanis dccclix., de Gallia rediens Wormatiæ substiterat. Itaque Wormatiæ illum convenera legati a Concilio missi. Ex 3. Tomo Conc. Galliæ pag. 681.

ANNO CHRISTI 859.

A ti. Quia itidem scriptura dicit, *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum.* [Hebr. 12. 14.] Et cum mala cuncta bonis sequentibus diluantur, tantum est discordiæ malum, quæ nisi extincta funditus fuerit, bonum nullatenus sequi Evangelio teste permittat. & caritas est, quæ operit multitudinem peccatorum, sine qua etiam si quis corpus suum tradat ad ignem, nihil ad ei nisi damnationis judicium proderit. Et Dominus dicit, [Matth. 6. 15.] *Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra.*

V I I.

Post hæc si promiserit, quod jam ulterius tale vel simile schisma in hac sancta Dei Ecclesia, atque in ista Christianitate non reiteret. B Unde scriptum est, [Eccl. 14. 30. Conc. apud S. Macram. c. 7. T. 3. Concil. Gall. pag. 513] *Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lavatio ejus?* Baptizatur quippe a mortuo, qui mundatur fletibus a peccato, sed post baptisma mortuum tangit, qui culpas post lacrymas repetit. Et iterum scriptum est, [2. Pet. 2. 22.] *Canis reversus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti.* quia qui peccatum post pœnitentiam repetit, quasi in lutosa aqua semetipsum volvit; quia dum fletibus suis vitæ munditiam subtrahit, ipsas etiam lacrymas ante Dei oculos sordidas facit.

V I I I.

Tunc demum promittat se ab illorum perditorum hominum tuitione atque favore, per quos C tam graviter Deum offendit, disjungere. & qui quasi ad ejus fidem, sed potius infideliter ad eum venerint, ad rectam rationem in proximo placito ante fratrem suum Karolum, & nepotem suum Hlotharium, sicut Deo teste jam apud Marsnam propria manu firmaverat, venire, si potuerit, faciat. Et quemcumque illorum recta ratio dignificaverit, digne [* Corr. Sirm. pro digno.] honore suo fruatur. & qui per rectam rationem erga seniorem suum justificari non potuerit, & rationabilem misericordiam pro eo expetierit, eandem rationabilem misericordiam illi obtineat. De illo vero, quem recta ratio & justum judicium condemnaverit, ut Rex Christianus cum rege regum Christo concordet, D & alienæ perditioni se non commisculet. quia ut Paulus dicit, [Rom. 1. 22.] *Non solum qui faciunt, sed etiam qui mala facientibus consentiunt, digni sunt morte.* Unde sanctus Innocentius dicit *, [* Dist. 83. c. 3. Error.] quia non multum interest inter commitentis animum, & consentientis favorem. Addo amplius: plerumque dediscit errare, cui nemo consentit. Et iterum S. Paulus cum talibus hominibus nec cibum sumere permittit. Et S. David dum totum se ad fœdera pacis internæ constringeret, testatur quod cum malis concordiam non teneret, dicens: [Psal. 138. 21.] *Nonne qui oderunt te, Deus oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* Inimicos etiam Dei perfecto odio odisse est, ad quod facti sunt diligere, & quod E faciunt increpare: mores pravorum premere, vitæ prodesse. Hinc Phinees peccantium civium gratia coeuntes cum Madianitis perculit, & iram Dei iratus placavit. Et Josaphat, qui tot de anteacta vita præconiis attollitur, de Achab regis amicitiis pene periturus increpatur. cui a Domino per Prophetam dicitur, [2. Par. 19. 2.] *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia jungeris. Et idcirco iram quidem Domini merebaris; sed bona opera inventa sunt in te.* Hinc sacri Canones sancto promulgati Spiritu dicunt, ut hi, qui post excommunicationem vel interdictum cum excommunicatis communicaverint, condemnati anathema

A habeantur. Et S. Cyprianus regis ministerium esse dicit impios de terra perdere, homicidas, perjuros, adulteros, veneficos, sacrilegos non sinere vivere. [Tract. de XII abus. sæc. cap. 22. inter opera Cypr.] Et in libro Regum scriptum est, dicente Domino per Prophetam, [3. Reg. 20. 42.] *Quia dimisisti virum morte dignum, eris anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius.* Et quam noxia sit indebita erga iniquos misericordia, monstratur in opere Saul ac Samuelis. quoniam cui Saul pepercit offendens Dominum, Samuel Propheta in frusta concidit. Nam sicut quisque in se peccantibus debet propter Deum dimittere; ita in Deum peccantes, & Ecclesiam conculcantes, & regni pervasores, & in Christianitatis depopulatores, & in pacis perturbatores, & in B patriæ proditores debet minister Domini rex debitam vindictam propter Deum exercere. Quapropter sciat rex nobis amabilis, quia sicut infirmus sanari non potest qui a medico coquitur, quandiu ferrum ignitum in illius tenetur corpore; ita & nemo sanari potest a peccato, quandiu in peccato manserit, vel quandiu in peccato manenti scienter & libenter communicaverit.

I X.

Tandem si se promiserit adjutorem & cooperatorem Dei pro viribus de cetero & rationabiliter futurum, qualiter Ecclesia Dei, quæ in suo regno, ac regnis nostrorum principum una est, sicut & unum sacerdotium, secundum qualita- C tem periculosi temporis in unoquoque ordine restituatur; & sacerdotes Dei debita privilegia, & Ecclesiasticum vigorem obtineant, & populus justitiam & pacem habeat: congregatis vobis & nostro, immo divino spiritu, qui est remissio omnium peccatorum, per Ecclesiasticam Apostolicæ auctoritatis potestatem illi peccata in nostris parrochiis per illum & ab illo commissa Ecclesiastica pietate & canonico more dimittite, eique indulgentiam postulanti donate, atque illum sacræ communioni, qua ipse se privaverat excommunicatis communicans, restituite.

X.

Et licet multorum annorum, secundum præfixos a sacris Canonibus gradus, pœnitentia hæc D perpetrata facinosa indigerent, tamen confisi de Dei misericordia, apud quem non sic acceptatur mensura temporis ut doloris, nec abstinentia ciborum sicut mortificatio vitiorum, non præjudicantes patrum sententias, quæ de hujusmodi decreverunt, sed potius eorum sequentes humaniorem diffinitionem, hæc scribimus. [Concil. Carthag. 555. c. 31.] Ait " sancta Synodus Africana: Pœnitentibus secun- " dum differentiam peccatorum Episcopi arbitrio " pœnitentiæ tempora discernantur. Et S. Leo A- " [Leo 1. epist. 91.] postolicæ sedis Pontifex: His, inquit, qui in " tempore necessitatis, & in periculi urgentis in- " [Halitgar. lib. 3. c. 9. Regino lib. 1. c. 108. Burchard. lib. 18. c. 4.] stantia præsidium pœnitentiæ, & mox reconcilia- " tionis implorant, nec satisfactio interdicenda " E est, nec reconciliatio deneganda. quia miseri- " cordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec " tempora definire, apud quem nullas patitur " veniæ moras vera confessio, dicente Dei spiri- " tu per Prophetam: [Esa. 44. 26.] *Cum conversus ingemueris* " *tunc salvus eris.* & alibi, *Dic iniquitates tuas* " [Psal. 129. 7.] *prior, ut justificeris.* & item, *Quia apud Do-* " *minum misericordia est, & copiosa apud eum* " *redemptio.* In dispensandis itaque donis non de- " bemus esse difficiles, nec se accusantium gemi- " tus lacrymasque neglegere, cum ipsam pœniten- " di affectionem ex Dei credamus inspiratione con- " ceptam. dicente Apostolo, [2. Tim. 2. 26.] *Ne forte det illis Deus* " *pœnitentiam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a* " *quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.* Et "

S. Gre-

ANNO CHRISTI 858. Homil. 20. „S. Gregorius in Evangelii homilia dicit, Veniat „foras mortuus, id est culpam confiteatur pecca- „tor. venientem vero foras solvant discipuli, ut „pastores Ecclesiæ ei pœnam debeant amovere „quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fe- „cit.

X I.

His perpensis, fratres carissimi, si, ut diximus, jam dictum regem a nobis amabilem ita contemperatum divinæ voluntati & sacræ auctoritati inveneritis, secundum ministerium vobis a Deo traditum cum vestra unanimitate absolvite. Sin alias, vos ullo modo cum eo, quem absolvere non poteritis, ligare nolite: quoniam nec coram Deo, nec in Synodo nos inde auctores habebitis, si agere aliter, quod absit, præsumpseritis. vosque & in Synodo & coram Deo pro facto irrito dabitis rationes.

X I I.

Et si ipse, quod Deus longe faciat, ea quæ egit, unde illum nunc commonere vos mittimus, reiteraverit, omnia & ante divinos oculos, & ad Ecclesiastica judicia, redivivo vulnere curanda vel amputanda noverit revenire. Si quid quoque contra sanctam auctoritatem præsumptum, vel subreptum, sive extortum fuerit, non solum in divinis examinationibus, verum nec in divinis legibus quippiam prævalebit. Et non sit de cetero immemor idem rex gloriosus,
Regino lib. 1. c. 318. Burchardus lib. 19. c. 65. „quod dicit S. Gregorius: Sciendum est, inquiens, „quia quisquis illicita nulla commisit, huic jure „conceditur ut licitis utatur: sicque pietatis ope- „ra faciat, ut tamen si noluerit ea quæ mundi „sunt non relinquat. Quilibet vero tanto a se „licita debet abscidere, quanto se meminit & „illicita perpetrasse. Neque enim par fructus es- „se boni operis debet ejus qui minus, & ejus qui „amplius deliquit, aut ejus qui in nullis, & ejus „qui in quibuslibet facinoribus cecidit. Sed tanto „quisque majora quærat bonorum operum lucra „per pœnitentiam, quanto graviora sibi intulit „damna per culpam. Unde a vobis nostra, quin potius Dei voce commoneatur, ut sic studeat præteritorum pœnitens, & imminentia atque futura cavens, Deo militare in regno terreno, quatenus mereatur conregnare Christo in regno cœlesti.

Hæc quæ sequuntur peracta legatione renuntiarunt Episcopi. ANNO CHRISTI 859.

De indulgentia sua nobis Hludouvicus rex prid. Nonas [a] in Wormatia dixit: Volo vos precari, ut si in aliquo vestros animos offendi, ut hoc mihi perdonetis, ut inantea securus vobiscum loqui possimus. Ad hæc Hincmarus, qui primus in ordine ex sinistra parte illius stetit, respondit dicens: Ista causa cito ad effectum pervenire potest, quia quod nos offerimus, hoc vos petitis. Et monente [b] Grimoldo, ac Theodorico Episcopo, iterum ipse Hincmarus dixit: Nihil contra me fecistis, unde noxium rancorem in mente contra vos teneam: quia si facerem, ad altare ut Domino sacrificarem accedere non auderem. Iterum monentibus eisdem Grimoldo, & Theodorico, ac Salomone, dicente ipso Theodorico hæc verba, Facite sicut senior noster precatur, parcite illi. respondit ipse Hincmarus hæc eadem verba: Quod in me, id est in mea persona, offendistis, & peperci & parco. de hoc autem, quod in Ecclesia mihi commissa, & in populo male est factum, voluntarie vobis dono consilium, & secundum Deum præsto auxilium, ut inde salvi sitis, si vobis placet. Et præfati viri responderunt: Certe bene dicit. & ceteri fratres nostri in hæc verba & senserunt & prosecuti sunt. Tanta & talis indulgentia illi largita fuit, & non altera, neque amplius. De scripto autem, quod confirmatum nobis est traditum, nec ipse a nobis quiddam quæsivit, nec nos illi aliquid diximus: quoniam necdum cum illo ex hujusmodi in ratione eramus. Ipse autem post hæc & alia dixit, nos egisse quod non egimus. ex hoc materiam sumens, quod Guntharius illi familiariter, ut eum instrueret, & ad satisfactionem provocaret, scriptum relegit ita inquiens: Vos mihi transmisistis [c] vestram epistolam cum capitulis. vos venistis cum causa facta. Nos non sumus hic nisi duo vel tres, qui sine aliis huc exilivimus. in illas causas intrare non possum, antequam cum nostris Episcopis inde tractemus: quia, Deo gratias, nihil sine illorum consilio feci. & postea inde respondeam. Nos autem expectabamus, ut consilium a nobis de sua salute oblatum ipse quæreret, & tunc ei secundum illud scriptum donaremus consilium. Ipse autem [d] de suo gradu respondit, quod in illud scriptum non intraret, antequam cum suis Episcopis consideraret. Et sic quicquid in generali causa Ecclesiæ & populi egit, penes illum remansit.

---

a *In Vuormatia.*) Eo enim e Gallia rediens concesserat. Annales Pithœani dccclix. *Ludovicus rex quasi inchoante verno tempore de Gallia rediens Vuormatiam venit.*

b *Grimoldo*) Abbate S. Galli, Ludovici regis Archicapellano. Ratpertus monachus de Monasterio S. Galli, cap. ix. *Corpus S. Othmari in basilicam S. Galli est perlatum, præsente Grimoldo Abbate, & Archicapellano regis Ludovici, & Salomone Constantiensis Ecclesiæ Episcopo viii. Kalend. Novembris, anno* dccclxiv. Quibus ex verbis Salomonis etiam Episcopi sedem agnoscimus. Cur autem Salomoni, & Theodorico item Episcopo Grimoldus abbas præponatur, alia opinor causa non fuit, quam quod idem regis summus erat Capellanus. Meminit Flodoardus lib. iii. cap. xxiv. literarum Hincmari ad Grimoldum abbatem, quibus suggerebat, ut Ludovico suaderet, ne similis deinceps adversus Karolum fratrem tentaret. Sed pro Grimoldo *Grunolde* male eo loco scriptum est.

c *Vestram epistolam cum capitulis*) Synodi epistolam ad legatos, quæ mandatorum capitula continebat. Atque hoc est scriptum, quod legati confirmatum obsignatumque a Synodo se accepisse, & Ludovico relectum a Guntbario fuisse aiunt.

d *De suo gradu respondit*) * De suggesto. Libellus sacrosyllabus Concil. Francofordiensis. *Surgens venerabilis princeps de sella regia, stetit supra gradum suum.* August. de prædestin. Sanctorum cap. 14. *Libri sapientiæ qui meruit in ecclesia Christi de gradu Lectorum ecclesiæ Christi tam longa annositate recitari.*

* *Ex Schedis Sirmondi.*

TITULUS XXIX.

Synodi Tullensis apud Saponarias.

HÆC VENTILATA, DEFINITA, ATQUE obtenta sunt in Synodo duodecim Provinciarum, quæ habita est anno Incarnationis Dominicæ DCCCLIX. *Indictione* VII. a *in territorio Tullensi, sub principibus Karolo, Hlothario*, b *& item Karolo.*

CAPIT. I.

A Ut caritas fraterna & concordia pacis reformetur inter fratres, principes scilicet ac gloriosos reges nostros, Hludouvicum ac Karolum; qualiter & schisma quod ortum est nuper in Ecclesia, ad unitatem benignitatis valeat redintegrari, & status Ecclesiæ pene collapsus restitui, & pax ac justitia in populo Christiano valeat procurari; & qui a fidelitate debita defecerunt, judicio & justitia per rectam rationem, & rationabilem misericordiam possint salvari, & a perverso conamine ad salubriora converti.

II.

B Episcopi namque, secundum illorum ministerium, ac sacram auctoritatem, uniti sint, * ut mutuo consilio atque auxilio reges, regnorumque primores atque populum sibi commissum in Domino regant, & corrigant. & nemo se a solatio mutuo subtrahat, & * synodales conventus secundum jussionem canonicam frequentare procurent. quatenus ordo Ecclesiasticus, qui quasi obliteratus jam fuerat, quoniam synodi propter discordiam regum frequentari non poterant, Episcopali collatione ad necessarium ac debitum statum reduci prævaleat. Unde etiam consensum apud reges expetitum obtinuerunt.

* Carr. manu Sirm. pro &.

* Carr. manu Sirm. pro sed.

III.

C Reges nihilominus ac principes nostri, Karolus, & Hlotharius, atque item Karolus, ad Dei voluntatem, atque sanctæ Ecclesiæ statum, suamque salutem, & populi salvationem, gratias Deo, uniti, & in eadem salutari unitate firmati sunt.

IV.

Perventum est ante conventum Episcoporum, quendam diaconum, c cui Tortoldos nomen est, Episcopalem potestatem in urbe Bajocacensium occupasse, & pollicitationibus atque minis sollicitare multos ac perturbare. Unde definivit sancta Synodus, ut Wenilo Senonum Archiepiscopus, cujus diaconus fuit, adjunctis secum tribus aliis, memoratum diaconum evocatum audiant, & secundum auctoritatem canonicam de eo definiant. Sin autem refugerit eorum cognitionem, annitente principali potestate venire ad audientiam compellatur. Quod si hanc quoque declinaverit, anathemate feriatur.

V.

De quodam etiam subdiacono Anseario, qui vivo & incolumi Episcopo civitatis Lingonum sedem pervasit, simili est sententia definitum. Sed intervenientibus legatis ejusdem subdiaconi, humanior est prolata sententia. videlicet, ut sacramento confirmet, se nunquam talia hujusmodi præsumptione facturum. Cujus sacramenti tenorem huic Capitulo subnectere dignum existimavimus. EGO ANSCARIUS subdiaconus confiteor coram Deo, & sanctis Angelis ejus, reverentiæ sanctæ paternitatis vestræ, contra Dei voluntatem, & contra canonica statuta temere me fecisse in Isaac venerabilem Pontificem, usurpando sedem Ecclesiæ sanctæ sibi commissæ Lingonicæ, & sollicitando clericos & vassallos ejus, omnemque familiam. Atque ideo pro tantæ præsumptionis excessu, per sacri ministerii vestri vobis largitam a Domino potestatem veniam mihi pœnitenti largiri suppliciter deprecor. Deinceps vero, nec in eundem Antistitem, nec in alium quemlibet, nec in illa, nec in alia Ecclesia, hujusmodi præsumptionem facere tentabo, & neque illi, aut alicui suorum clericorum, aut laicorum, in aliqua re impedimentum faciam pro hac causa: * in qua me graviter deliquisse confiteor. Neque insidias eis ullius inquietudinis parabo, neque per me, neque per meorum aliquem propinquorum, sicut nec per quemcumque hominem: sed potius adjutor pro viribus & intelligentia ipsi, suisque ero, prout sibi placuerit. Et qui sibi pro hoc ipso inimici sunt, quos ipse voluerit, si potuero, eidem conciliari procurabo. Sic me Deus adjuvet, & istæ sanctæ Sanctorum reliquiæ. Statuit etiam sancta Synodus,

* Ita manu Sirmondi.

---

a *In territorio Tullensi*) Diem & locum indicat titulus proclamationis Karoli in hac Synodo prolatæ. *Apud Tullensem parrochiam in suburbano ejusdem urbis, quod dicitur Saponarias, anno* dccclix. xviii. *Kalendas Julias*. De loco item Synodus ipsa in epistola ad Brittones: *Universalis Synodus ex diversis partibus ad vicinum locum Tullensi urbi, qui dicitur Saponarias, congregata*. Habita ergo est paucis diebus post Synodum Metensem.

b *Et item Karolo*) Rege Provinciæ & Burgundiæ, Lotharii junioris fratre, quem Cisalpinæ Galliæ, id est vicinæ Alpibus Galliæ regem appellat Hincmarus ad Geraldum Comitem scribens apud Flodoardum lib. III. cap. xxvi. Hunc titolo sequenti Ludovicus rex in sacramento suo cum duobus fratribus conjungit: *Nepotes meos Hludouvicum, Hlotarium, atque Karolum*. Karolus etiam noster eosdem nepotes suos vocat Tit. * xxvii. ut dubium esse non possit de hoc Carolo hic agi. Quare falsum est quod Regino, & alii tradunt illum anno dccclviii. diem obiisse. verisimilius quod in vetere quodam Chronico post quatoor annos excessisse dicitur: *Anno* dccclxii. *Karolus filius Hlothari rex Burgundiæ mortuus*. Quin ad illius quoque anni ultimos menses pervenisse probat Nicolai Papæ ad Lotharium regem epistola IX. Kalend. Decembris indictione IX. hoc est anno dccclxi. scripta, in qua Karoli ipsius fratris ut superstitis meminit.

* Hic xxxii.

c *Cui Tortoldus nomen*) Propinquus erat Wenilonis, cujus opera cum Episcopatum a Ludovico rege obtinuisset, de eo inter cetera questus est in * proclamatione Karolus cap. xii. Synodus judices Tortoldo dedit. quorum sententia dejectus videtur fuisse, cum in Synodo quæ apud Tusiacum anno post hunc proximo celebrata est, Bajocacensium Episcopus interfuisse dicatur non Tortoldus, sed Erchambertus.

* Tit. xxx.

ANNO CHRISTI. 859.

ut nunquam ad eandem Lingonensem Ecclesiam, sive ad [a] Jannacensem, quam jam pridem pari modo adflixerat, debeat adspirare. Et si ita, ut præmisimus, jussis Episcopalibus obedire tefugerit, sententiam superius diacono datam incurrat.

V I.

Vide infra Tit. xxx.

Deinde gloriosus rex domnus Karolus sacræ Synodo libellum appellationis, electorumque judicium inter se & Wenilonem Senonum Archiepiscopum qui ab eo defecerat, & [b] proclamationis diploma porrexit. Unde secundum sacram auctoritatem, & induciæ, ac dierum dilatio est concessa, & certa accusatio per Episcopos, & Synodicas literas præfato Archiepiscopo est intimata secundum regulas divinitus promulgatas.

V I I.

Mota est etiam quæstio [c] de Attone Virdunensium Episcopo, quod oblatione regulari (unde petitio ibidem est præsentata) in monasterio S. Germani Autissiodorensium extiterit, & contra regulas Ecclesiasticas inde discedens, minus provise quam sacra auctoritas doceat, ad ordinem Episcopalem pervenerit. Unde etiam definitum est, dari sibi commeatum veniendi ad aliam Synodum, sicut sacra sanxit auctoritas.

V I I I.

[d] Ad Episcopos siquidem Brittonum, qui se contra auctoritatem a metropoli sua moliuntur discindere, Synodus literas secundum auctoritatem sacram direxit, quatenus ad suam metropolim redeant, eique debito jure se subdant, * nec a canonica & Episcopali communione se segregent. [e] Excommunicatis etiam, sicut sacræ decernunt regulæ, nequaquam communicent, & Salomonem commoneant ut promissam fidem glorioso Regi Karolo observet, & ipse & Brittones communicantes ipsi se sacra communione non privent.

* Sirm. manne.

I X.

Ad memoratos quoque excommunicatos sancta Synodus literas dirigit, eisque spatium usque ad proxime futuram Synodum corrigendi tribuit, monens Ecclesiastica pietate ut convertantur & vivant. quia nisi se correxerint in futura Synodo generali unanimitate anathemate terribili ferientur.

X.

[f] Relecta sunt denique in eadem Synodo quædam capitula, super quibus quorundam fratrum sensus dissentire probantur. Unde convenit inter Episcopos, ut Deo favente, pace ac tranquillitate recuperata, simul conveniant, & prolatis sanctarum scripturarum atque catholicorum doctorum sententiis, quæ saniora sunt concordi unanimitate sequantur.

X I.

Tandem postulavit humiliter Synodus generalis, se ad terram usque prosternens ante Karolum regem, & [g] Rodulfum Biturigum Archiepiscopum, obsecrans & adjurans per crucem & Christi sanguinem, ut privilegium Monaste-

---

a *Januacensem*) Codex Bellovacensis *Janacensem*, quod idem est, sicut Bajocacensis Bajocensis, & Parisiacensis Parisiensis. Januam autem & Genuam illis sæculis multi scribebant pro Genava, ut Janobam civitatem Gregorius Turon. lib. iv. Historiæ cap. xxxi. Et in vita S. Nicetii Lugdunensis episcopi Janubensem & Genabensem urbem. Einhardus Genauvam epistola xxvii. *ut sibi liceat beneficium suum habere, quod ei domnus Karolus Imperator dedit in Burgundia in pago Genauvensi*. Ceterum hoc Capitulum, quod * sextum hic numeratur, pars est superioris. Itaque in universum duodecim esse debeat. Imposuit nobis in tota hac Synodo exemplar Antonii Augustini, quod Baronius secutus est, cum in collectione nostra Synodorum Gallicanarum multo emendatius haberemus, quod suo loco, si Deus annuet, repræsentabimus.

* In Sirmon. editione Capitul.

Tom. 3. Concil. Gall. pag. 137.

b *Proclamationis diploma*) Editum est jam pridem a Petro Pithœo inter scriptores xii. coætaneos. Mutila vero est capituli hujus pars posterior, atque ita restitui debet: *induciæ ac dierum dilatio est concessa, & certa accusatio per Episcopos & Synodicas literas præfato Archiepiscopo est intimata secundum regulas*, &c. Extant hæ Synodi literæ ad Wenilonem, quas Synodus Herardo Archiepiscopo commendarat, Herardus valetudine impeditus per Robertum Cenomanensem misit cum Commonitorio, quod cum cæteris quæ ad hanc Synodum spectant in lucem proferendum erit.

Tom. 3. Conc. Gall. p. 144. & 156.

c *De Attone Virdunensi*) Monachum in Autissiodorensium cœnobio fuisse significat. Monachi autem Episcopi fieri, alioque transferri non poterant sine Abbatis sui, & proprii Episcopi atque Archiepiscopi licentia, quod Hincmari & Ansegisi exempla declarant. Quid vero in Attone præteritum fuerit, non explicat: fraudi tamen id non fuit, quo minus episcopatum retinuerit, & cum laude administrarit, ut Bertarius testatur in * Excerpto, quod de gestis Episcoporum Virdunensium eodem sæculo scripsit ad Dadonem Episcopum.

* Editum Tomo 12. Spicilegii Dacheriani p. 251.

d *Ad Episcopos Brittonum*) Qui se a Turonensis Metropolitani sui potestate subduxerant. Exordium hoc nempe diuturnæ illius controversiæ, quæ inter Turonensem & Dolensem Episcopos paucis ante annis nata sub Nomenoio, ad Innocentii usque III. tempora perduravit. Synodi epistola, cujus hic mentio, scripta est ad Festinarium Dolensem, Wernarium Aletensem, Garurbrium Briocensem, & Felicem Trecorensem Episcopos, a quibus & origo & causa discidii. Narrat enim vetus de ea re Indiculus, quem in S. Michaelis in mari bibliotheca videre nos meminimus, Nomenoium e quatuor Episcopatibus septem fecisse, tribus noviter constitutis: uno apud Dolum monasterium, ubi Archiepiscopi sedem esse jusserit, altero in monasterio S. Brioci, tertio similiter in S. Rabaruali, qui sedes fuit Episcopi Trecorensis. Integram narrationem Analectis inseremus. Cui quidem refragari vulgo Britannicarum rerum scriptores non ignoro: sed fidem illius multa magnopere confirmant: tum illud inprimis, quod Nicolaus Papa Salomoni regi scribit, nullam ad id tempus extitisse memoriam, Brittones in sua regione ullam habuisse metropolim.

e *Excommunicatis etiam*) Et hic rursum aliqua desiderantur, quæ hoc modo restituenda sunt: *Excommunicatis etiam, sicut sacræ decernunt regulæ, nequaquam communicent, & Salomonem commoneant, ut promissam fidem glorioso regi Karolo observet, & ipse, & Brittones excommunicatis communicantes, ipsi se*, &c. Excommunicatos intelligit illos, qui ab Episcopis quibusdam ob varia crimina perstricti hac nota fuerant, ut est in epistola Synodi ad eos scripta, de qua cap. sequenti.

f *Relecta sunt capitula*) Sedecim numero in Synodo Lingonensi paucis ante diebus edita. De his plane, sed de sex primis potissimum, quæ eadem prima etiam sunt in Synodo Valentina, anni dccclv. gravis inter Episcopos orta est disceptatio, ex diversis Gothescalci fautorum vel adversariorum studiis nata. Hæc igitur Capitula cum a Remigio Lugdunensi Episcopo allata ad Synodum fuissent, & post Synodum a Karolo rege Hincmaro ad examinandum proposita, Hincmarus quantopere ea improbaret in utraque adversus Gothescalcum disputatione sua diligenter exposuit. Posterioris autem operis dedicatoriam ad Karolum ab iisdem orditur: *Nuper elapso mense Junio per indictionem vii. anno Incarnationis Dominicæ* dccclix. *dedistis nobis quædam Capitula, sicut nostræ dixistis humilitati, a Remigio reverentissimo Lugdunensium Archiepiscopo nostræ porrecta sublimitati, jubentes ut tempore congruo de his vobis redderemus responsum*, &c.

g *Rodulfum Biturigum Archiepiscopum*) Is Abbas antea fuerat monasterii Floriacensis, abbatiamque tunc etiam Archiepiscopus haud legitime retinebat. Quare paulo inferius ita legendum ex codice nostro: *Rodulfus subscripserat, qui præfatam abbatiam irregulariter retinebat, ratum & inconvulsum*, &c.

ANNO CHRISTI. 859.

A rii S. Benedicti, quod annuente præfato rege firmaverant, quodque idem Rodulfus subscripserat qui præfatam abbatiam integulariter retinebat, ratum & inconvulsum servare studerent, * Quod si Abbas negligens, & sacris regulis inconveniens per directos missos inventus fuerit, ab eadem paternitate removeatur, & alius qui dignus repertus fuerit, substituatur, & privilegii regularis * auctoritas in eodem monasterio quacumque occasione non destituatur.

* *Sirm.* Et, si.

* *alia lect. manu Sirm.* status.

X I I.

Hæc de præcipuis in eadem sacra Synodo fuere statuta. Ceterum specialia de quibusque parrochiis, prout visum fuit, secundum Ecclesiasticam auctoritatem definita, & Episcopis in propriis parrochiis ad exequendum sunt commissa.

X I I I.

Placuit omnibus, ut creditur instinctu divino, qui ad universale Conciliam in vicinia Tullensium confluxerunt, quoniam calamitatum tædio laborabant, quo invenirent aliquid ubi consolationis gratia respirarent. Statuerunt itaque ut pro se invicem omnes, dum advivérent, preces hujusmodi frequentarent. Scilicet ut singuli pro cunctis per singulas hebdomadas feria quarta Missam celebrarent. Post vocationem autem cujuslibet eorum, superstites obtineant ut pro eo qui decesserit, in sedibus septenæ Missæ totidemque vigiliæ Domino persolvantur, a presbyteris autem Monasteriorum sive villarum tres Missæ totidemque vigiliæ dependantur. Exitus autem uniuscujusque vicissim piis currentibus literis innotescat. Præsentes etiam abbates in tam profutura societate recepti eadem se conditione junxerunt.

ANNO CHRISTI. 859. *Ex tom. 3. Concil. Gall. pag. 141.*

ANNO CHRISTI. 859.

T I T U L U S XXX.

Synodi Tullensis apud Saponarias.

Tom. 3. Concil. Gall. pag. 142.

LIBELLUS PROCLAMATIONIS DOMNI KAROLI REGIS adversus VVenilonem Archiepiscopum Senonum, electis judicibus Remigio Lugdunensium, Eirardo Turonorum, VVeniloni Rotbomagensium, & Rodulpho Biturigum Archiepiscopis in sancta Synodo duodecim provinciarum apud Tullensem parrochiam, in suburbano ejusdem urbis quod dicitur Saponarias propria ipsius manu porrectus anno incarnationis dominicæ DCCCLIX. *indict.* XVII. XVIII. *Kal. Julias.*

C A P I T. I.

QUia, sicut dicit sanctus Gregorius, & ex consuetudine * olitana cognoscitis, in Francorum regno Reges ex genere prodeunt, mibi a domno & genitore meo piæ memoriæ Hludouvico Augusto pars regni inter fratres meos Reges divina dispositione est tradita. In qua parte regni vacabat tunc pastore metropolis Senonum, quam, juxta consuetudinem prædecessoram meorum Regum, Weniloni tunc Clerico meo in capella mea mihi servienti, qui more liberi clerici se mibi commendaverat, & fidelitatem sacramento promiserat, consensu sacrorum Episcoporum ipsius metropolis ad gubernandum cummisi, & apud Episcopos, quantum ex me fuit, ut eum ibidem Archiepiscopum ordinarent, obtinui.

Homil. 10. in Evangelia.

* *id est*, antiqua.

I I.

Post hæc de divisione regni inter me & fratres meos ratio est exorta notissima, unde partem divisionis cum mutuis, nostris scilicet nostrorumque fidelium sacramentis, sicut etiam primores regni totius invenerant, tenendam & gubernandam suscepi. Quam divisionem inter me & fratres meos de cetero a me substantialiter tenendam, sicut & alii qui ibi adfuerunt Episcopi, Wenilo mihi fratribusque meis propria manu juravit: pacem etiam & mutuum adjutorium inter me & præfatum fratrem Hludovicum Wenilo sacramento firmavit.

I I I.

Sed & post hoc, electione sua aliorumque Episcoporum ac ceterorum fidelium regni nostri voluntate, consensu & acclamatione, cum aliis Archiepiscopis & Episcopis Wenilo in diœcesi sua, apud Aurelianis civitatem, in Basilica sanctæ crucis, me secundum traditionem ecclesiasticam Regem consecravit, & in regni regimine chrismate sacro perunxit, & diademate atque regni sceptro in regni solio sublimavit. A qua consecratione vel regni sublimitate supplantari vel projici a nullo debueram, saltem sine audientia & judicio Episcoporum quorum ministerio in Regem sum consecratus, & qui throni Dei sunt dicti, in quibus Deus sedet, & per quos sua decernit judicia; quorum paternis correptionibus & castigatoriis judiciis me subdere fui paratus, & in præsenti sum subditus.

I V.

Denique cum seditiones in regno nostro per homines irreverentes cœperunt crebescere, consensu Episcoporum ac ceterorum fidelium nostrorum chirographum invicem conscripsimus, qualiter ego erga eos cooperante Domino agere vellem, & qualiter mibi consilio & auxilio iidem fideles nostri ab inde post modum solatium ferre debuissent. Cui scripto Wenilo apud Bajaroam villam propria manu subscripsit, sicut in præsenti videre potestis.

V.

Deinde cum contra paganos ad insulam loci qui Oscellus dicitur cum fidelibus nostris & terreno itinere ac navigio, sicut scitis, perrexi, quidam a nobis deficientes fuga lapsi sunt. Wenilo autem se pro infirmitate sua illuc ire non posse dicens, ad sedem suam reversus est. Dum autem in procinctu eo nos infirmi degeremus, frater noster Hludouvicus, sicut scitis, cum manu hostili & seditiosis hominibus ex regno suo regnum nostrum irrupit. Ad cujus colloquium sine mea voluntate atque licentia Wenilo venit, quem supplantatorem meum esse cognovi. quod nemo Episcoporum ex regno nostro alius fecit.

ANNO CHRISTI 859.

V I.

De cetero, cum contra prædictum fratrem meum & inimicos meos ac vastatores Ecclesiæ & depopulatores regni qui cum illo erant, cum fidelibus Dei ac nostris perrexi, nec per seipsum, nec per debitum solatium, quod antecessores mei Reges & ego ipse ex Ecclesia illi commissa habere solitus eram, aliquid adjutorii præbuit, præsertim cum hoc devote ab illo petierim.

V I I.

Cum autem ratio & necessitas mihi accidit, de villa Breona ut a prædicto fratre meo secederem, & ipse frater meus Hludouvicus ad hoc sediit in partem regni mei ut mihi meum nepotem subriperet, & homines meos mihi subtraheret, ac fideles meos vastantes * imprimeret, Wenilo cum quo potuit solatio ad prædictum fratrem meum Hludouvicum in meam contrarietatem venit, cum quo erant excommunicati istius regni & seditiosi, de quorum excommunicatione coepiscoporum suorum literas accepit, & missas publicas fratri meo, cum quo ipsi seditiosi erant, in palatio meo Attiniaco, & parrochia & provincia alterius Archiepiscopi fidelis nostri, sine sua licentia ac coepiscoporum consensu, Wenilo excommunicatis vel excommunicatorum participibus celebravit. Et in eo Concilio atque consilio fuit quo nepos meus Hlotharius per mendacia, quantum ex seductoribus suis, subriperetur, & debitum ac sacramento promissum solatium atque adjutorium ex illo mihi subtraherent.

* opprimeret.

V I I I.

Prædictis nihilominus fratris mei consiliariis, & publicis ac secretis tractatibus, Wenilo cum specialibus familiaribus, & inter priores ejus familiariter cum episcopali judicio, ut diximus, excommunicatis, & judicio regni dijudicatis interfuit: quatenus partem regni quam idem frater meus & Wenilo mihi juraverant, & in qua Wenilo me Regem facteverat, sæpe fatus frater meus obtineret, & ego illam perderem.

I X.

Wenilo in eo consilio & tractatu fuit ut Episcopi qui mihi fidei promissæ debitores erant, & consilium atque auxilium manu propria confirmatum ferre debuerant, deficerent, & ad fratris mei Hludouvici obsequium & subditionem se verterent.

X.

De Abbatia sanctæ Columbæ & rebus vel bonoribus regni mei apud Hludouvicum fratrem meum præceptum obtinuit, & literas ad Missos, quo eandem Abbatiam revocarent, Echardum & Theodoricum impetravit. Sed in eisdem literis ad præfatos missos jussionem fratris mei Hludouvici Wenilo obtinuit, ut de muro castelli Melodoni, quod jus regiæ est potestatis, petras haberent licentiam prendere. unde constat quod in plebe istius regni mihi a Deo collati eum studebat colere & satagebat tenere.

X I.

Wenilo in eo consilio & tractatu cum præfatis excommunicatis fuit, ubi consideratum est quatenus illi homines qui mihi fideles erant, & mihi sacramento fidelitatem promiserant, sive nolentes sive volentes fratri meo Hludouvico jurarent ut ei adjutorium ferrent, qualiter regnum meum contra me obtinere potuisset. Et non solum consilio Wenilo interfuit, sed & ipse hoc idem consilium fratri meo Hludouvico contra meam fidelitatem, quam mihi promisit sacramento, donavit.

X I I.

Wenilo per se & per familiares suos, supradictos scilicet excommunicatos, apud fratrem meum Hludouvicum obtinuit, ut vacans episcopatus Bajocacensis scilicet civitatis propinquo suo clerico meo nomine Tortoldo, qui mihi se commendavit, & fidelitatem sacramento promisit, donaretur. qui eundem episcopatum in meu infidelitate & contra fidelitatem mihi promissam consensu Hludouvici fratris mei accepit.

X I I I.

Tandem postquam mihi Deus vires recuperandi mei per solatium fidelium meorum contra fratrem meum donavit, perrexi prope de civitate Wenilonis, qui me contra fratrem meum ad recuperandum regnum meum pergere sciviт, & nullum adjutorium vel per se, promisso ac subscripto consilio, vel per militiam, quæ ex Ecclesia sibi commissa solet exire, adjutorium aliquod præstitit.

T I T U L U S XXXI.

ANNO CHRISTI 860.

In Basilica S. Castoris apud Confluentes.

ADNUNTIATIO DOMNI KAROLI.

Vos scitis, quomodo aliquanti homines, minus quam necesse fuerat Deum timentes, nostrum fratrem Hludouvicum quasi sub bona intentione hoc anno sollicitaverunt, ut in regnum nostrum taliter veniret, sicut ipsi scitis. Unde nos Deus, & vestra fidelitas sic adjuvavit, sicut & bene cognoscitis. Post hoc laboravit, adjuvante Domino, iste carissimus nepos noster, ut inter nos pax fieret, sicut per rectum esse debet: & ut monentibus Episcopis ad illam caritatem & fraternam concordiam rediret, sine qua ullus Christianus salvus esse non potest. Propterea transmisit ad nos suos missos, & mandavit nobis primum tale missaticum, quod nobis impossibile visum fuit. Deinde quia illud missaticum non suscepimus, aliud missaticum nobis sui missi dixerunt, quod quia & secundum Deum salubre, & secundum sæculum utile nobis videtur, volumus vobis illud dicere. & si vobis, ita sicut & nobis videtur, cum vestro consilio volumus illud recipere, & quod Deus concesserit, ad necessarium effectum perducere.

Hæc sunt nomina Episcoporum, qui anno Incarnat. Dominicæ dccclx. *Non. Junii in Secretario* a *Basilicæ S. Castoris consideraverunt cum nobili-*

a *Basilica S. Castoris*) Monasterii S. Castoris prope Confluentes ad Rhenum. Quem in locum, ut Nithardus lib. IV. narrat, convenerat olim, de paterni regni divisione tractaturi, Ludovicus & Karolus iidem cum Lothario fratre Imp. *quotidie ob commune colloquium sanctum Castorem petentes*. ibi nunc pacem, quam superiore

ANNO CHRISTI. 860.

bus laicis firmitatem, quam gloriosi reges nostri Hludowicus, & Karolus, atque Hlotharius inter se fecerunt VII. Idus Junias, in eodem Monasterio, & qui hæc capitula ab omnibus conservanda acceptaverunt.

a b c Hincmarus, Guntharius, [a] Altfridus, Salomon, Adventius, Atto, [b] Franco, Teudericus, Leutbertus, Gebehardus, Christianus, [c] Wlfadus Abba, Witgarius Abba.

Hæc nomina laicorum.

Chuonradus, Eurardus, Adalardus, Arnustus, Warnarius, Liutfridus, Hruodulfus. * Erkangarius, Gislebertus, * Ratbotus, Arnulfus, Hugo, item Chuonradus, Liutharius, Beringarius, Matfridus, Boso, Sigeri, Hartmannus, Liuthardus, Richuinus, Wigricus, Hunfridus, Bernoldus, Atto, Adalbertus, Burchardus, Christianus, Leutulfus, Hessi, Herimannus, item Hruodulfus, Sigardus.

* Ita manu Sirmondi.

SACRAMENTUM FIRMITATIS Hludovici Regis.

Amodo & quandiu vixero, istum fratrem meum Karolum, & nepotes meos Hludovicum, Hlotharium, & Karulum, ad Dei voluntatem, & sanctæ ejus Ecclesiæ statum, & honorem atque defensionem, & ad nostram communem salutem & honorem, & ad populi Christiani nobis commissi salvamentum & pacem, & ad legis ac justitiæ, atque rectæ rationis conservationem, quantum mihi Deus scire & posse donaverit, & ipsi me obaudierint, & a me ipsi quæsierint, vero consilio, & secundum ut mihi rationabiliter & salubriter possibile fuerit, sincero auxilio adjutor ero ad regnum illorum continendum, & nec in vita, [d] nec in membris, neque in regno illorum eos forconsiliabo. In hoc ut ipsi erga me similem promissionem faciant & conservent. Si me Deus adjuvet, & istæ sanctæ reliquiæ.

[e] CAPITULA AB OMNIBUS conservanda.

CAPIT. I.

Ut omnium præteritorum malorum, & contrarietatum, & supplantationum, ac malarum machinationum, atque molitionum seu nocumentorum in invicem actorum abolitio, ita inter nos & apud nos fiat, & a nostris cordibus penitus avellatur cum omni malitia & rancore, ut nec in memoriam ad retribuendum duntaxat mali vel contrarietatis, atque exprobrationis, seu improperii de cetero exinde quiddam veniat.

II.

Ut tanta Domino cooperante inter nos veræ caritatis benignitas abhinc in ante semper maneat de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, sine dolo & simulatione, ut nemo suo pari suum regnum, aut suos fideles, vel quod ad salutem sive prosperitatem ac honorem regium pertinet discupiat, aut forconsiliet, aut per occultos susurrones libenter composita mendacia seu detractiones acceptet.

III.

Ut unusquisque fideliter suum fratrem, ubicumque necessitas illi fuerit, & ipse potuerit, aut per se, aut per filium, aut per fideles suos, & consilio & auxilio adjuvet, ut regnum, fideles, prosperitatem, atque honorem regiam debite valeat obtinere. & veraciter unusquisque erga alterum certatim demonstret, quia in fratris sui adversitate, si evenerit, fraterno modo contristetur, & in prosperitate illius lætetur. & talem fidem, sicut inter nos modo abhinc in ante conservaturos confirmatum habemus, sic unusquisque infantibus fratris sui, si obierit, qui superfuerit conservabit.

IV.

Et quia per vagos & tyrannica consuetudine irreverentes homines pax & tranquillitas regni perturbari solet, volumus ut ad quemcumque nostrum talis venerit, ut de his quæ egit rationem & justitiam subterfugere possit; nemo ex nobis illum ad aliud recipiat vel retineat, nisi ut ad rectam rationem & debitam emendationem perducatur. & si rationem rectam subterfugerit, omnes in commune, in cujus regnum venerit, illum persequamur, donec ad rationem perducatur, aut de regno deleatur.

V.

Similiter & de eo agendum est, qui pro aliquo capitali & publico crimine a quolibet Episcopo corripitur, vel excommunicatur, aut de excommunicatione crimen faciens, regnum & regis regimen mutat, ne debitam pœnitentiam suscipiat, aut susceptam legitime peragat. Interdum etiam incestam propinquam suam aut sanctimonialem, vel raptam, sive adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens secum ducit. Hic talis, cum Episcopus, ad cujus curam pertinebit, nobis notum fecerit diligenter perquiratur, ne morandi vel latitandi locum

anno in insula Rheni ejusdem frustra tentarant, inter se & cum Lothario nepote componunt. Annales Pithœani DCCCLX. *Ludovicus rex, & Karolus frater ejus, nepos que eorum Lotharius, cum primatibus suis in Confluente castello convenientes, pacem inter se & fidelitatem mutuam singuli juramento firmaverunt. cujus sacramenti series hujusmodi fuit*, Amodo & quandiu vixero, &c. integrum enim describit.

a *Altfridus*) Transrhenensis Episcopus dicitur Flodoardo lib. III. cap. XXIII. Hildesheimensis Episcopus in Synodo Moguntina DCCCXLVIII. cui interfuit. vir insignis, Saxo genere, e primariis Ludovici regis consiliariis, ut ex iis etiam patet, quæ Tit. * XXX. XXXIII. & XXXVI. narrantur, & in Annalibus Pithœanis anno DCCCLXIV. atque ex Hincmari epistola * nondum edita ad Ludovicum eundem. * Regino DCCCLXIX. *Altfridum episcopum de Saxonia prudentissimum virum.*

* Hic XXXV. XXXIX. XLII.
* edit. Tom. 2. oper. Hincmari p. 152.
* addit. manu Sirmondi.

b *Franco, Christianus*) Franco Tungrensis Episcopus Tit. * XXXV. & XLIII. iterum occurret. Christianus Tit. * XXX. Episcopus Autissiodorensis, Abbonis successor, atque adeo collega, cum uterque hoc anno interfuisse & subscripsisse legatur Synodo apud Tusiacum.

* Hic XLI. & LII.
* Hic XXXV.

c *Vulfadus Abba*) Resbacensis, opinor, quem Synodo Pistensi anno DCCCLXII. interfuisse, unaque cum aliis privilegium S. Dionysio concessisse, ostendunt tabulæ ejusdem Monasterii.

d *Nec eos forconsiliabo*) Tit. sequenti, & Tit. * XXXVI. Annales Pithœani legunt *forsconsiliabo*, quomodo & superius Tit. * VIII. scriptum *forsconsiliet*. quod idem est sicut forfactum & forisfactum idem. Ut igitur forisfacere hominem homini dicebant, in quem ille forfactum committeret: sic vitam vel honorem, alteri, aut alterum in vita vel in honore forconsiliare, qui malo consilio in illius vitam vel honorem machinaretur.

* Hic XLII.
* Hic X.

e *Capitula ab omnibus conservanda*) Quæ apud Marsnam Tit. * VIII. sanxerant, eadem hoc loco repetunt. Verum ibi octo tantum Capitula, hic duodecim, quatuor in medium e re nata interjectis. In reliquis nullum discrimen, nisi quod cap. XI. addenda fuit mentio Lotharii nepotis, qui huic conventui aderat, cum in Marsnensi Lotharius pater adfuisset.

* Hic X.

ANNO CHRISTI. 856.

in regno alicujus nostrum inveniat, & Dei ac nostros fideles suo morbo inficiat: sed a nobis vel ministris reipublicæ constringatur, & ut simul cum diabolica præda, quam secum duxit, ad Episcopum suum redeat, & de quocumque crimine publico debitam pœnitentiam suscipiat, aut susceptam legitime peragat, compellatur.

V I.

Regino lib. 2. c. 305.

Ut nemo Episcoporum hominem peccantem ab Ecclesiæ Christiana communione alienet, donec illum secundum Evangelicum præceptum, ut ad emendationem & pœnitentiam redeat, commonitum habeat. Qui peccans si commonitus inobediens & incorrigibilis permanserit, & ad emendationem redire noluerit, regiam vel reipublicæ potestatem per se Episcopus, vel per ministros suos adeat, ut constringatur, & ad emendationem ac pœnitentiam peccator redeat. Qui etiam, si ita ad correctionem perduci nequiverit, tunc secundum leges Ecclesiasticas, medicinali separatione, communione Ecclesiastica segregetur.

V I I.

Ut illis hominibus, qui in talibus perturbationibus, sicut in his præteritis annis acciderunt, in Deum & in sanctam Ecclesiam atque in nos peccaverunt, si se ex veritate recognoscentes petierint, & deinceps nobis veraciter fideles esse voluerint, & in regnis nostris pacifici ac quieti, & legibus ac justitiæ obedientes extiterint, rationabilis misericordia impendatur; non solum in indulgentia commissorum, & in concessione proprietatum, verum etiam & in largitione honorum secundum nostram rationabilem possibilitatem.

V I I I.

Ut de rapinis ac deprædationibus, & de conspirationibus atque seditionibus, & de raptis feminarum, sicut Ecclesiasticæ & Christianæ leges, atque progenitorum nostrorum Capitula continent, ita in omnibus & ab omnibus conserventur.

I X.

Ut alia etiam Capitula eorumdem progenitorum nostrorum, de sanctæ Ecclesiæ honore, & immunitate ac conservatione, & de regio etiam honore atque vigore, & populi nobis commissi lege ac justitia, in omnibus & ab omnibus conserventur.

X.

Ut nostri fideles, unusquisque in suo ordine & statu, veraciter sint de nobis securi, quia nullum abhinc in antea contra legem & justitiam, vel auctoritatem, ac justam rationem aut damnabimus, aut dehonorabimus, aut opprimemus, vel indebitis machinationibus adfligemus. & illorum scilicet veraciter nobis fidelium communi consilio, secundum Dei voluntatem, & commune salvamentum, ad restitutionem sanctæ Dei Ecclesiæ, & statum regni, & ad honorem regium, atque pacem populi commissi nobis pertinenti adsensum præbebimus. In hoc ut illi non solum non sint nobis contradicentes & resistentes ad ista exequenda: verumetiam sic sint nobis fideles & obedientes, ac veri adjutores atque cooperatores, vero consilio & sincero auxilio ad ista peragenda quæ præmisimus, sicut per rectum in suo ordine & statu suo principi & suo seniori esse debent.

X I.

Ut sic simul conjuncti, & nos fratres, ac nepos noster adinvicem, & nos cum fidelibus nostris, & fideles nostri nobiscum, & omnes simul cum Deo nos reconjungamus, & ut nobis sit propitius illi pro devoto munere offeramus. & unusquisque omnium nostrum, absque sua propria excusatione vel justificatione, recognoscamus in quibus aut singillatim, aut communiter contra illius mandata & decreta suorum Sanctorum fecimus, aut consensimus, in ordine Ecclesiastico & statu regni, & per singula in medium illa producamus. & nemo nostrum suo aut amico aut propinquo, vel confœderato, immo nec sibi ipsi sæculariter parcat, ut spiritaliter & salubriter parcere possit, quin, sicut præmisimus in præcedenti capitulo, vero consilio, & sincero auxilio illa in commune certatim emendari totis viribus procuremus, quantocius rationabiliter poterimus.

X I I.

Et si aliquis de subditis, in quocumque ordine & statu, de hac convenientia exierit, aut se retraxerit, vel huic communi decreto contradixerit, seniores cum veraciter fidelibus suis hæc secundum Dei voluntatem, & legem ac justam rationem, velit nolit ille, qui divino consilio & decreto, & huic convenientiæ resistens & contradicens fuerit, exequantur. Et si aliquis de senioribus de hac convenientia exierit, aut se retraxerit, vel huic communi decreto, quod absit, contradixerit, cum plures seniorum nostrorum fideles, & regnorum primores in unum convenerint, eorum qui observaverint consilio, & Episcoporum judicio, ac communi consensu, qualiter de eo qui debite admonitus incorrigibilis perseveraverit agendum sit, favente Domino decernatur. Et ut obnoxius suprascripta capitula a nobis auxiliante Domino, inviolabiliter observentur, & nos illa observaturos certius credatur, manibus propriis subterfirmavimus.

Adnuntiatio domni Hludowici Regis apud Confluentes lingua Theodisca.

C A P I T. I.

Vos scitis quid in isto regno devenit. & ideo huc convenimus, ut de Dei volontate & sanctæ Ecclesiæ statu, & de nostra ac vestra communi salute atque honore, & de pace populi Christiani, cum Dei adjutorio & fidelium nostrorum consilio tractaremus.

I I.

Et misimus hoc super Episcopos, & ceteros fideles nostros, ut illi hoc invenirent, qualiter nos ad hæc, quæ diximus, exequenda adunaremus. Et volumus ut sciatis, quia sicut illi invenerunt, & scripto nobis ostenderunt, ad invicem adunati sumus, sicut fratres per rectum esse debent, & nos simul cum ipso nepote nostro, & ille nobiscum. Et etiam suos fratres nepotes nostros in hac adunationis firmitate nobiscum recepimus. ita tamen, si & ipsi hanc firmitatem erga nos fecerint & observaverint.

I I I.

Et sciatis, quia non volumus, ut ullus inter nos abhinc inantea alia verba portet, nisi talia, quæ Deo sint placita, & quæ ad nostram communem salutem, & nostrum honorem pertineant: ut sic simus, sicut fratres in invicem, & patrui cum nepotibus, & nepotes cum patruis esse debent. Et si aliquis fuerit, qui hoc facere temtaverit, producatur in medium ad rationem, & taliter inde castigetur, ut nemo alius similia agere tentet.

ANNO CHRISTI. 856.

ANNO CHRISTI. 860.

IV.

Et volumus, ut Ecclesiæ & casæ Dei, & Episcopi, & Dei homines, clerici & monachi, [a] & nonnæ, [b] talem mundeburdem & honorem habeant sicut, tempore antecessorum oostrorom habuerunt.

V.

Et volumus, ut vos, & ceteri homines fideles nostri, talem legem & rectitudinem, & tale fulvamenrum lo regnis oostris habeatis, sicut anrecessores vestri tempore antecessorum nostrorum babuerunt: & nos talem honorem & rectam potestatem in oostro regio oomine apud vos habeumus, sicut nostri aotecessores apud vestros antecessores habuerunt. & justitia & lex omnibus conservetur: & pauperes homines talem defensionem habeanr, sicut tempore antecessorum oostrorum lex & consuetudo fuit. & sicur hie fideles nostri commuoiter consensesunr, & scripto nobis demonstraverunt, & nos cum illorum consilio consentimns, & observari commuolter volumus. Et si aliqnis boc perturbare voluerit, a oullo nostrum recipiatur, oisi ut aut ad rectam rationem, aut ad ratiooabilem lodulgeotiæ concessionem deducatur.

VI.

Sed & de istis rapinis & deprædationibus, quas jam quasi pro lege multi per consuetudinem teoent, ab boc die, & deinceps [c] de Dei banno, & de nostro verbo bannimus, ut nemo hoc amplius præsumar. Sed unusquisque infra patriam cum pace, & sioe oppressione pauperum & circummanentium consistar, & in hostem, vel ad placitum, sive ad cortem veniens, [d] de suo sic Warnitus, & de domo sua moveat, ut cum puce veoire, & oobiscum stare, & ad domum suam redire possit. Et qui hoc transgressus fuerit, sicut tempore antecessorum nostrorum consuetudo fuit, & in illorum cupitulis continetur, volumns, ot hoc in illis transgressoribus emendetur.

VII.

Similiter & de conspiratiooibus, & de raptis feminarom tam viduarum quam & puellarum, atque nonnurum, bannimus ex Dei & oostro verbo, ut nullus hoc in regnis oostris agere præsumat. & si quis hoc præsumpserit, secuodum legem, & sicut io capitolaribus progenitorum nostrurum continetur, sic hoc emendare cogatur.

Hæc eadem domnus Karolus Romana lingua adnuntiavit, & ex maxima parte lingua Theodisca recapitulavit.

Post hæc, domnus Hludouvicus ad domnum Karolum fratrem suum lingua Romana dixit: Nunc, si vobis placet, vestrum verbum habere volo de illis hominibus, qui ad meam fidem veneruot.

Et domnus Karolus excelsiori voce lingua Romana dixit.

Illis homioibus, qui contra me sic fecerunt sicut scitis, & ad meum fratrem venerunt, propter Deum, & propter illius amorem, & pro illius gratia, totum perdono, quod contra me misfecerunr: & illorum alodes de hæreditate & de conquisitu, & quod de donatione nostri Senioris habuerunt, excepto illo quod de mea donatione venit, illis concedo: si mihi firmitarem fecerint, quod io regno meo pacifici sint, & sic ibi vivant, sicut Christiaoi in Christiano regno vivere debent. In hoc si frater meus meis fidelibus, qui cootra illum nihil misfecerunt, & me quando mihi opus fuit adjuvaverunt, similiter illorum alodes, quos io regno illius habent, concesserit. Sed & de illis alodibus, quos de mea dooatione habuerunt, & [e] etiam de honoribus, sicut cum illo melius considerabo, illis qui ad me se retornabunt voluntarie faciam.

Et domnus Hlotharius lingua Theodisca in supra adnuntiatis Capitulis se consentire dixit, & se observaturum illa promisit.

Et tunc domnus Karolus iterum lingua Romana de pace commonuit, & ut cum Dei gratia sani & salvi irent, & ut eos sanos revideret oravit, & adnuntiationibus finem imposuit.

---

a *Et nonnæ*) Deo devotæ sanctimoniales, Tit. seq. & in Flotildis visionibus: *Vidit se in quodam amæno loco, velumque nigrum se super caput habere. de quo cum requisisset, audivit quod fieri nonna deberet.* Flodoardus lib. III. cap. XXVII. de Hincmari epistolis: *Teutberga Abbatissa, pro ordinatione Avennaci monasterii, de numero clericorum & nonnarum: significans se disposuisse XX. clericos, & XL. nonnas ibidem consistere posse.* Sic etiam appellantur in Synodo Bonifacii anno DCCXLII. & in altera Leptinensi Vocabantur & nonnanes, ut in Capitulis Karoli M. *De monasteriis minutis, ubi nonnanes sine regula sedent, volumus ut uno in loco congregatio fiat regularis, & Episcopi provideant ubi fieri possit.* & in Synodo Moguntina sub Karolo eodem cap. XX. & passim. Nomen ex reverentia inditum, quo modo apud Græcos caloyeri monachi dicti, & calogrææ monachæ. Nonnos enim, & nonnas, nunc etiam Itali avos & avias dicunt. Quare ut hic nonnæ sunt monachæ, sic inter monachos etiam, eos qui priores erant, nonnos a minoribus ob paternam reverentiam vocari jussit regula S. Benedicti.

b *Talem mundeburdem*) Tuitionem ac defensionem, ideo fere cum horum altero conjungitur. Tit. [*] XXI. cap. V. *sub tuitione Ecclesiastica, & regia mundeburde,* Tit. [*] XXXIII. *Mundeburdem autem, & defensionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ pariter conservabimus.* & apud Marculfum in Formula de mundeburde regis. Alii mondeburdem scribebant, ut in epistola Karoli majoris domus pro S. Bonifacio in codice S. Remigii: *Et nobis suggessit, quod sub nostro mundeburdo, vel defensione eum recipere deberemus.* & in Karoli Calvi præcepto pro Monasterio Celleusi: *quod monasterium sub tuitione & mundeburdo ex longo tempore constat esse Comitis prædictæ civitatis.*

* Hic XXXV.
* Hic XXII.

c *De Dei banno, & de nostro verbo bannimus*) Tit. seq. sub finem. *De quibus omnes admoneri, atque omnes ex Dei banno & nostro cavere præcipimus.* Hic bannus est edictum, & bannire publico banno edicere. Decretia Childeberti regis cap. VIII. *Similiter Colonia convenit, & ita bannivimus, ut unusquisque judex latronem ut audierit ligare faciat.* In Capitulis quæ Missis dominicis data fuerunt a Karolo M. cap. XX. *De banno domni Imperatoris, quod per semetipsum solitus est bannire, id est de mundeburdio Ecclesiarum, & viduarum, orphanorum, & minus potentium.* Quod igitur in commune vocabant aut præcipiebant, id quia banno, id est publica denuntiatione, indicebatur, bannus erat. Aliæ fuerunt hujus vocis ab eodem fonte notiones, de quibus postea suis locis.

d *De suo sic vvarnitus*) Tit. [*] XLIII. cap. XXIV. & *ad loc omnes vvarniti sint*, id est parati & necessariis rebus instructi. quæ nunc eadem vernacula nostra ejus vocis est notio. ut cum domum vvarnitam dicimus omni instrumento & suppellectile sua ornatam atque instructam. Sive in hostem igitur, hoc est in exercitum, sive ad placitu & publicos conventus, sive ad cortem & palatium regis veniendum est, sic de suo paratum unumquemque domo sua progredi jubet, ut nulli gravis esse cogatur, atque ab omni præda & direptione abstineat. * Hic LII.

e *Etiam de honoribus*) Beneficiis, aut dignitatibus & muneribus publicis quibus fungebantur. Contendebat Ludovicus, ut qui a Karolo ad ipsum desciverant, pristinos honores reciperent, quibus spoliati a rege fuerant: sed obtinere non potuit. Annales Pithœani DCCCLX. *Ludovicus tamen eis qui priore anno a Karolo deficientes sibi effecti sunt, honores quos prius habuerunt impetrare non potuit. Dilata enim res est in proximo placito finienda.* At nunc etiam suspensa remanet.

TITU-

TITULUS XXXII.

Post reditum a Confluentibus.

HÆC QUÆ SEQUUNTUR DOMNUS KAROLUS reversus a Confluente cum consilio fidelium suorum per regnum suum denuntianda, & observanda direxit.

a HÆc [a] Missi nostri discurrentes faciant.

CAPIT. I.

Omnibus in suo missatico firmitatem, quæ inter nos & carissimum fratrem nostrum, atque dilectos nepotes nostros facta est, notam faciant.

II.

Capitula etiam, quæ apud Confluentes accepta sunt a nobis, & communibus fidelibus nostris, adnuntient.

III.

Sed & illa Capitula, quæ ante per regnum nostrum observanda misimus, cum Capitulis Episcopalibus, & progenitorum nostrorum Imperatorum, adcognitent, & cognitamentum, quod modo apud Confluentes fecimus, omnibus innotescant: & firmitatem ab omnibus, qui ita contra nos misfecerunt, sicut notum est, & de quibus carissimus frater noster * petiit, qui alodes in regno nostro habere volunt, sicut in cognitamento nostro scriptum est, firmamentum recipiant. Ita tamen, ut si [b] majores homines voluerint, ad nos veniant, & in præsentia nostra ipsam firmitatem faciant: homines vero illorum ante Missos nostros eandem firmitatem faciant.

* *Sirm. manu* nos petiit. — b

IV.

Ut Missi nostri eis qui firmitatem fecerint, alodes illorum, quos de hæreditate, & de tali conquisitu, qui de nostra donatione non venit, habuerunt, & quos senior noster domnus Imperator eis dedit, si præcepta illius ostenderint, quantum in ipsis præceptis inde continetur, illis reddant.

V.

Ut omnes qui firmitatem fecerint, & quibus alodes reddiderint, diligenter inbrevient. Et si aliqui eam facere noluerint, similiter inbrevient, & nobis renuntient.

VI.

De rapinis autem, & violentiis, & cæteris injustitiis, quas in istis præteritis annis, postquam ista perturbatio exorta est, in regno nostro fecerunt, quantum rationabiliter potuerint, Missi nostri pacificare procurent. Et si de ipsa pacificatione [c] Wadii ad nostram partem venerint, ex toto, sicut frater noster carissimus nos petiit, ex nostra auctoritate perdonent, in hoc ut talia de cetero non faciant. c

VII.

De pacificatione vero illorum, qui in regno nostro consistentes, postquam Deus suam nobis ostendit gratiorem misericordiam, per illorum indebitam præsumptionem, rapinas, & violentias, atque alias injustitias fecerunt, si Wadii ad nostram partem exierint, Missi nostri inbrevient, & nobis renuntient, ut nos inde commendemus quid nobis tunc visum fuerit.

VIII.

Et ut pax in regno nostro per illorum missaticum, sicut nos adcognitavimus, & capitula a nobis directa commendant, omnibus modis observetur, diligenter provideant: & qualiter eam quisque observaverit, absque respectu alicujus personæ, ut veritatem inde nobis renuntient, diligenter inspiciant. Et quicquid exinde quod commendamus per se adimplere non potuerint, ad Missos majores per ipsum missaticum constitutos referant, ut cum illorum consilio & auxilio omnia impleant.

Firmitas autem, quam a prædictis hominibus Missi nostri debent recipere, ista est: De ista die in ante, Karoli, Hludovici Imperatoris filii, regnum illi non forconsiliabo, [d] neque werribo, si me Deus adjuvet, & istæ sanctæ reliquiæ. d

Confirmatio seniorum nostrorum Regum modo apud Confluentes facta ista est.

Quod ad Dei voluntatem, & sanctæ ejus Ecclesiæ statum & honorem, atque defensionem, &

---

a *Missi nostri discurrentes*) Sub finem Tituli huius: *De his Missi nostri discurrentes, cum consilio majorum Missorum, ut præmisimus, studeant.* & in Formulis antiquis frequenter. Qui in provincias ad certum aliquod negotium mittebantur, ut hoc loco ad denuntianda & observanda ea quæ apud Confluentes statuta fuerant, & Tit. seq. *Missi ad hoc constitutum exequendum*, Missi discurrentes præ ceteris appellare jure poterant, quod in missaticis suis non subsisterent, sicut majores Missi dominici, qui ad justitias faciendas erant constituti: sed impositum munus celeriter obirent, eoque perfuncti regrederentur.

b *Majores homines*) Capita Ludovici Pii: *sive de ceteris quæ ad correctionem majorum hominum pertinent.* Cujusmodi fuere vassi dominici, qui alios sub se vassos habent: & qui homines boni generis a Karolo M. dicuntur in Capitulis ex lege Salica, Romana, & Gombata cap. XII. *Ut homines boni generis, qui infra Comitatum inique, vel injuste agunt, in præsentia regis ducantur, & rex super eos districtionem faciat.* Majores natu, & superiorum natalium, in Synodis antiquis, majores personæ in legibus Burgundionum. Tit. XXXVIII. cap. IV.

c *Si vuadi ad nostram partem venerint*) Si sicut debeantur. Wadium est pignus, & in vvadium dare, pignori dare Hincmarus in Capitulis anni DCCCLII. cap. XI. *Ut nullus presbyter præsumat calicem, vel patenam, aut pallium altaris, tabernario, negotiatori, aut cuilibet laico in vvadium dare.* atque Ita Tit. * XXXI. cap. XXIV. quod vvadium dixerat, pignus interpretatur ex lib. III. Capitulorum. Hoc vero loco vvadios dicit, non pignus, sed multam quæ a reo delicti causa debebatur, & pro qua vvadium dari mos erat. Quo sensu Synodus Cabillonensis II. cap. XVIII. *Dictum est nobis, quod in quibusdam locis Episcopi & Comites ab incestuosis, & ab his qui decimas non dant, vvadios accipiant, & a presbyteris pro quibusdam negligentiis, & inter se pecuniam dividant.* Hoc debitum vvadii Odoni lib. I. de vita S. Geraldi cap. XXIV. Idem rursus cap. XXV. *quomodo consequens esset ut exactiones vvadiorum sine indulgentia exegisset?* — * *Hic* XXXVI

d *Neque werribo*) Nullam in regno seditionem excitabo. Supra Tit. * XXIII. cap. XV. *rixas & dissensiones, seu seditiones, quas vulgus werras nominat, commovere.* & Tit. * XLIII. cap. XVIII. — * *Hic* XXVII. — * *Hic* LXI.

ANNO CHRISTI 860.

A ad illorum communem salutem & honorem, & ad populi Christiani illis commissi salvamentum & pacem, & ad leges, ac justitiæ atque rectæ rationis conservationem, quantum illis Deus scire & posse donaverit, vero consilio, & secundum quod illis rationabiliter & salubriter possibile fuerit, sincero auxilio adjutores sibi invicem ad regnum illorum continendum erunt: & nec in vita, nec in membris, neque in regno, aliquis eorum suum parem foreonsiliabit.

Adnuntiatio autem illorum ista est.

CAPIT. I.

B Quia secundum quod in prædicta firmitate continetur, deinceps observare volunt, & Domino adjuvante observabunt.

II.

Et non volunt, ut aliquis inter eos alia aliqua verba porrer, nisi quæ Deo sint placita, & ad communem salutem & honorem sint pertinentia. & si aliquis aliter præsumpserit, in medium adducatur, & taliter inde castigetur, ut nemo alius similia agere tenter.

III.

Et volunt, ut Ecclesiæ, & casæ Dei & episcopi, & Dei homines, clerici, monachi & nonnæ, talem mundeburdem & honorem habeant, sicut tempore antecessorum suorum habuerunt.

C IV.

Et volunt, ut fideles illorum talem legem & justitiam, & tale salvamentum in regnis illorum habeant, sicut antecessores eorum tempore antecessorum illorum habuerunt: & ipsi Reges talem honorem & rectam potestatem habeant, sicut ipsorum antecessores habuerunt: & justitia & lex omnibus conservetur. Et si aliquis hoc perturbare voluerit, a nullo eorum recipiatur, nisi ut aut ad rectam rationem, aut ad rationabilem indulgentiæ concessionem deducatur.

V.

Et ut illi homines, qui in isto regno contra seniorem nostrum domnum Karolum [a] mispriserunt, si se recognoverint, propter Deum, & propter fratris sui deprecationem, quicquid contra eum misfecerant eis vult indulgere. Et sicut præscriptum est, alodes illorum de hæreditate, & de conquisitu, quod tamen de donatione sua non venit; sed & illos alodes, quos de donatione domni Imperatoris Hludouvici habuerunt, eis concedit, si talem firmitatem ei fecerint, sicut prædiximus.

VI.

Sed & de rapinis, & deprædationibus & de conjurationibus, & de conspirationibus, & de raptis feminarum, tam viduarum, quam & puellarum atque nonnarum, firmiter bannierunt, ut amodo & deinceps nullus præsumat: & qui præsumpserit, secundum leges divinas & humanas, & secundum Capitula Imperatorum ac prædecessorum suorum, hoc emendare cogatur. Et ut unusquisque infra patriam cum pace, & sine oppressione pauperum & circummanentium consistat: & in hostem, vel ad placitum sive ad curtem veniens, de suo sic Warnitus de domo sua moveat, ut cum pace venire, stare, & ad domum suam redire possit.

Summa Capitulorum, quæ apud Confluentes manda acceptata sunt a senioribus nostris Regibus, & illorum fidelibus, hæc est.

CAPIT. I.

De illorum concordia & fraterna conjunctione, atque mutuo adjutorio, sicut in cognitamento illorum continetur.

II.

Et de illorum indulgentia qui in isto regno mispriserunt, si se recognoverint, & deinceps a talibus se cavere voluerint, & in regno pacifici esse voluerint, sicut in cognitamento illorum continetur.

III.

De lege & justitia omnibus unicuique in suo statu & ordine conservanda.

IV.

Ut a rapinis ac deprædationibus, atque a conjurationibus & conspirationibus & seditionibus, & a raptis feminarum se omnes caveant: & qui deinceps talia præsumpserit, sicut in cognitamento illorum continetur, secundum leges Ecclesiasticas & mundanas, & secundum capitula prædecessorum regum, hoc emendare cogetur, & in compositione, & in harmiscara, & in pœnitentia ab Episcopo parrochiæ illius suscipienda.

Capitula autem Imperatorum, domni Karoli, & domni Hludouvici, de talibus rebus, ut de multis pauca hic ponamus, ista sunt.

Si quis infra regnum rapinam fecerit, aut cuiquam nostro fideli, ejusque homini aliquid vi abstulerit, in triplo cui aliquid abstulit legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est LX. solidos, nobis persolvat. postmodum vero a Comite ante nos adducatur, ut in bastonico retrusus, usque dum nobis placuerit pœnas luat. Nam si publice actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam, juxta sanctorum canonum sanctionem. si vero occulte, sacerdotum D consilio ex hoc agat pœnitentiam. quoniam raptores, ut ait Apostolus, nisi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui vero de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerit, gravius inde judicetur: quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur qui ex eis aliquid abstulerit aut rapuerit. Extorres namque a liminibus sanctæ matris Ecclesiæ tales personæ, usque ad satisfactionem Ecclesiæ, quam læserunt, sunt habendæ, atque firmiter denotandæ. Lib. 6. c. 96.

E *Et item*. Si quis in exercitu infra regnum sine jussione dominica per vim hostilem aliquid prædari voluerit, aut fœnum tollere, aut granum, sive pecora majora vel minora domosque infrangere vel incendere, hæc ne fiant omnino prohibemus. Quod si ab aliquo præsumptiose factum fuerit, LX. solidos, si liber est, sit culpabilis, & omnia similia restituat, aut cum XII. testibus se purget. si vero servus hoc fecerit, capitali crimini subjaceat, & dominus omnia similia restituat, quia servum suum non correxit, nec custodivit, ut talia non perpetraret. quoniam si nos ipsos comedimus, cito deficiemus. Unusquisque tamen custodiat exerci- Lib. 3. c. 189.

a *Mispriserunt, misfecerunt*) Posterior ætas tertiam vocalem in hujusmodi verbis in secundam vertit, misfactum *mesfait*, misprendere *mesprendre*. eodemque modo in aliis, quibus prima syllaba idem sonat quod male ac perperam. * Hincmarus Laudunensis ad Hincmarum Remensem: *Rex dixit, quod misdictum illi fuerat*. * *addit. manu Sirmondi.*

ANNO CHRISTI. 860. *Lib. 3. c. 65.*

cum suum, ne aliqua deprædatio infra regnum fiat.

Et item. Si quis domum alienam cujuslibet infregerit, quicquid exinde per vim abstulerit, aut rapuerit, vel furaverit, secundum legem eam illi, cujus domus fuerit infracta & spoliata, in triplum componat, & insuper bannum dominicum solvat. Si servus hoc fecerit, sententiam superiorem accipiat, & insupee secundum legem suam compositionem faciat. Si quislibet homo aliquod tale damnum alicui fecerit, pro quo plenam compositionem facere non valeat, semetipsum in Wadio pro servo dare studeat, usque dum plenam compositionem adhibeat.

Tit. xiv. In Silvaco cap. 12.

De capitulis autem a nobis per regnum nostrum directis, ista excerpta sunt.

Ut unusquisque Missus in suo missatico provisionem habeat, ut si aliquis de nostris fidelibus per missaticum suum transierit, aut ibi consistens vel commanens rapinas vel deprædationes, aut talia inlicita fecerit, de quibus Deus offendi solet, & populus pro oppressione gemere: quatenus hoc subtiliter & veraciter investiget, & secundum legem emendari faciat, nobisque renuntiet: qualiter inde nos sic ordinemus, ut nec ipsum, nec alium hoc agere delectet.

Ibid. cap. 13. *Et item*. Ut Missi in illorum missaticis curam habeant, ne homines nostri aut alii quilibet, vicinos suos majores vel minores tempore æstatis, quando ad herbam caballos mittunt, vel tempore hiemis, quando marascalcos illorum ad fodrum dirigunt, vicinos majores vel minores deprædentur. & si egerint, hoc etiam, ut prædiximus, veraciter missi nostri investigent, & legaliter emendatum nobis renuntient. ut in seniore hoc sic emendemus, quatenus homines suos in potestate habeat, & contenti sint debitis, & indebita injuste non appetant.

ANNO CHRISTI. 860.

* Volumus etiam, ut de beneficiis destructis, & silvis venditis, tam ex republica, quam ex rebus Ecclesiasticis, Missi nostri omnes admoneant, ut de cetero qui illa habent exinde se caveant, & hoc quod male actum est, quantum potuerint, emendare procurent, ne vindictam secundum capitularia prædecessorum nostrorum sustinere cogantur.

* *Hæc Tituli istius propria sunt, non repetita ex aliis.*

Capitula autem legum divinarum atque mundanarum, & Imperatorum, de raptis feminarum, & de conspirationibus, & de conjurationibus, & de Ecclesiarum infractoris, atque clericorum dehonorationibus, & de Comitibus, qui in Comitatibus suis injusta faciunt, hic non adnotavimus, quia & cognita sunt, & majori districtione indigent. De quibus omnes admonere, atque omnes ex Dei banno & nostro cavere præcipimus. De his interim Missi nostri discurrentes, cum consilio majorum Missorum, ut præmisimus, studeant: donec plenitudinem capitulorum & adnunciandam & observandam, ad communem omnium nostrum salutem & pacem, per regnum nostrum adjuvante Domino disponamus.

TITULUS XXXIII.

ANNO CHRISTI. 861.

Edictum in Carisiaco.

[a] *HOC EDICTUM CONSTITUIT DOMNUS KAROLUS in Carisiaco, anno Incarnationis Dominicæ* DCCCLXI.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis KAROLUS gratia Dei rex omnibus regni nostri fidelibus.

PErvenit ad nos, quia quod ad timorem incutiendum, ne aliquis bonum denarium, id est merum & bene pensantem, rejicere audeat, more prædecessorum nostrorum, pro generali utilitate regni nostri commendavimus, aliqui Missi ad hoc constitutum exequendum, minus intelligentes devotionem voluntatis nostræ, & obsequentes intentioni voluntatis suæ, quasnam adinventiones, quod multum Dominus detestatur, & in mallatione, & in exactione intromittunt: cum in eo, quod ad regni utilitatem jubetur & agitur, non privata contra generalem utilitatem commoditas, neque aliquod turpe lucrum, quod in Christiana religione, & in regia dignitate, aut in Missorum fidelium sinceritate non condecet, se debet ullo modo immiscere. Propterea necessariam duximus, ut commendationem nostram ex hoc scribere rogaremus, quæ ex more in nostro palatio [b] apud Cancellarium retineatur, & inde per Missos nostros dirigatur: ut nemo per ignorantiam, nemo per industriam ab ea valeat deviare. Unde volumus, quia & timor utilis, & consideratio misericors, & discretio moderata in hac commendatione nostra est necessaria propter paupertatem hominum, quia necesse fuit in istis tem-

a *Hoc edictum*) Mutilum erat in codice Bellovacensi. quod deerat adjecimus ex Laudunensi. De bonis denariis non rejiciendis antea cautum fuerat alio edicto. in cujus executione cum dupliciter a Missis peccaretur, hoc est in mallatione sive citatione ad mallum, & in exactione, banni videlicet ac multæ quam irrogabant: in utroque rex quem modum teneri placeat nova lege statuit.

b *Apud Cancellarium*) Edictorum quippe regiorum custos Cancellarius. Proinde ab illo Capitula qui non habent accipere jubentur, Tit. * XII. cap. XI. & Tit. XXXI. cap. XXXVI. Idem enim edicta ipsa condebat, quod ex Adalardo docet Hincmarus epistola XII. cap. XVI. Additio IV. Capitulorum. *Sequentia inter nostra Capitula recommenda generali consultu Erchambaldo Cancellario nostro inserere jussimus*. Eadem regis nomine populo adnuntiabat. Tit. * XLIII. post cap. XXXII. *Et tunc jussit Gauzlenum Cancellarium ut hæc sequentia in populum recitaret*. Quibus omnibus in locis Cancellarius absolute dictus pro summo Cancellario, vel archicancellario: cum alioqui Cancellarii quoque essent, dicique solerent qui sub illo erant secretarii ac notarii palatii. ut in diplomata Karoli nostri regis pro S. Martino Turon. quod anno XXXII. Indictione s. hoc est anno post hoc edictum proximo datum est: *Gauzlenus regiæ dignitatis Cancellarius ad vicem Ludovici recognovi*. quod in aliis est, *regiæ dignitatis*, vel *sacri palatii notarius*.

* *His* XIV. & XXXVI.

* *Hic* LII.

ANNO CHRISTI 861.

poribus [a] conjectum de illis accipere, & ad navium compositionem, & in Nortmannorum causa, pro regni, sicut res conjacet, salvamento; ut omnes cognoscant, quia non quæstum inhonestum, sed publicam regni utilitatem quærimus. Salva constitutione, & in postmodum *Lib. 4. c. 33.* jure firmissimo permanente, quæ in capitulari avi & patris nostri ex hoc scripta habetur: quilibet Francus homo convictus, quia bonum denarium, id est merum & bene pensantem, post hunc bannum nostrum ejecerit, [b] medietatem francilis banni componat. De colonis autem, & servis cujuslibet potestatis, si in civitatibus, vel mercatis aliis deprehensus aliquis fuerit denarium reicere, Missus reipublicæ provideat, ut si non invenerit illum denarium merum, & bene pensantem, ut cambiare illum mercanti jubeat, Si autem illum denarium bonum invenerit, consideret ætatem, & infirmitatem, & sexum hominis, quia & [c] feminæ barcaniare solent, & aut ictibus, prout viderit competere, aut minutis virgis cum ratione & discretione illum, qui denarium bonum rejecit, castiget; quatenus & ceteri timorem habeant, & homo crudeliter non damnetur, Et qui post hunc præsentem bannum inventus fuerit pro tali conceptione non castigatus; habeat Missus reipublicæ in civitatibus, & in mercatis, denarium sic affectatum, ut deprehensum in fronte denario calefacto salvis venis taliter coquat, ut ipse homo non pereat, & videntibus signum castigationis ostendat, Missi autem nostri colonos & servos pauperes cujuslibet potestatis non mallent, nec bannum francilem solvere cogant: sed advocatus eorum, non cum aliqua nova adinventione, sed quia de sua advocatione coloni vel servi contra bannum nostrum bonum denarium, id est merum & bene pensantem rejecerint, sicut lex est, malletur. Et unusquisque advocatus pro omnibus de sua advocatione si suo sacramento eos inculpabiles de hoc banno nostro reddere non potuerit, unum tantum integrum bannum componat: in convenientia, ut cum ministerialibus de sua advocatione, quos invenerit contra hunc bannum nostrum fecisse, sicut supra diximus, cum necessaria & moderata discretione castiget. Et si causa exegerit, ut advocatus de uno solo colono vel servo malletur, quia contra bannum nostrum fecerit, nolumus, quia nec lex est, ut, sicut audivimus aliquos interprendere, advocatus Francus suam legem, sed coloni, vel servi de sua advocatione legem componat: nisi forte ipse cum eo hoc induxerit, qui contra nostrum fecerit bannum. Hanc autem nostram de præsenti tempore constitutionem, salva in postmodum, ut diximus, ex hoc prædecessorum nostrorum constitutione, & in palatio nostro, & in civitatibus, & in mallis, atque in placitis, seu in mercatis relegi, adcognitari, & observari mandamus,

ANNO CHRISTI 861.

---

a *Conjectum accipere*) Contributionem exigere. Tit. v. cap. iv. De his quæ presbyteri adventantibus Episcopis pendere debent: *Presbyteri sale conjectum faciant, ut Episcopi solatium habeant, & ipsi non graventur.* & Tit. *xli. a. H. It.* *conjectus exigatur*, de exactione constituta Nortmannis. Conjectus ergo, sive conjectum, Græcæ vocis imitatione, symbola dicitur, id est pensitatio & tributum, quod aliqua de causa exigitur & confertur. Karolus M. in Capitulis non editis: *Ut liberi homines nullum obsequium Comitibus faciant, nec Vicariis, neque in prato, neque in messe, neque in aratura aut vinea, & conjectum ullum vel residuum eis resolvant, excepto servitio quod ad regem pertinet, & ad heribannitores, & his qui legationem ducunt.* & in Capitulis anni dccevii. *Et unicuique ex ipsis qui in hoste pergunt, fiant conjectati solidi quinque.* id est solidi quinque ex aliorum conjectu tribuantur.

b *Medietatem francilis banni*) Bannus hoc loco non edictum, ut supra, sed fredum, id est multa & compositio, quæ ob neglectum, violatumque bannum fisco solvebatur. Gregorius Turon. lib. v. cap. xxvii. de Chilperico: *De pauperibus & junioribus Ecclesiæ, vel Basilicæ bannos jussit exigi, pro eo quod in exercitu non ambulassent.* Hinc illa frequenter in Capitulis: *Qui ista irruperit, bannum dominicum omnimodis componat.* Francilis itaque bannus intelligitur franci, id est liberi hominis multa, quæ Francorum compositio dicitur in lege Ripuariorum Tit. xviii. cap. iii. *Medietate compositionis francorum culpabilis judicetur.* Quæ porro medietas francilis banni, seu compositionis Francorum hic dicitur, in Karoli M. Capitulis, quorum testimonium superius usi sumus, semiplena leudes liberi hominis appellatur.

c *Feminæ barcaniare solent*) Tricari & tergiversari. Id nostrum *barguigner*, quod proprie est licitando cunctari.



 ANNO CHRISTI. 862.

TITULUS XXXIV.

Synodi Pistensis.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS,
a *Karolus gratia Dei* [a] *rex, & Episcopi, Abbates quoque, & Comites, ac ceteri in Christo renati fideles, qui ex diversis provinciis super fluvium Sequanam. in*
b [b] *locum qui Pistis dicitur, ubi exigentibus peccatis nostris aliquandiu sedes fuit Nortmannorum, convenimus, anno Incarnationis Dominicæ* * DCCCLXII. *anno vero* XXIII. *regni domni nostri Karoli Regis gloriosi, Indictione* x.

** aliqui codices 863. at annum 862 designans, inquit Labbeus, indict. x. & an. 23. Karoli.*

CAPIT. I.

REges & Episcopi, qui ante nos fuerunt, ducti amore & timore divino, cum ceterorum fidelium Dei consilio atque consensu, plura statuerunt capitula, providentes qualiter sancta Dei Ecclesia statum debitum & honorem, & regni habitatores in omni statu & ordine haberent legem atque justitiam. Nos etiam, pro qualitate rerum & opportunitate temporum, quædam huic causæ convenientia capitula superaddidimus. Sed diabolo satagente supervenientibus perturbationibus tam a paganis, quam a nomine tenus Christianis miserabiliter excitatis, incepta bona defecerunt, & in tantum in hoc regno mala horribilia increverunt, ut in nobis videamus & sentiamus completum quod olim est per prophetam prædictum, *Terram vestram in conspectu vestro alieni devorant, & erit sicut in vastitate hostili*, & pervenit gladius usque ad animam, quoniam alieni insurrexerunt in nos, & fortes quæsierunt animas nostras, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Contra quos defensionem paravimus: sed defensionis auxilio, sicut necesse fuerat, hactenus adjuti non sumus. Unde compellente cordis dolore nobis est exclamandum, quod rex bonus obsidionis angustia tribulatus exclamavit, dicens: *Dies tribulationis & blasphemiæ dies iste. venerunt filiæ usque ad partum, & vires non habet parturiens*. Hæc omnia vidimus, sensimus, & dolemus, quia cum hostes irruerunt, defensores nostri præparati sunt, sed ad præparata non convaluerunt: quia illum Spiritum sanctum, qui requievit super adjutorem in opportunitatibus in tribulatione * Christum Deum nostrum, vel quem per impositionem manus Episcopalis in consignatione accepimus, contristatum malignis operibus a nobis effugavimus, spiritum scilicet consilii & fortitudinis. quem quia ita ut nobis necesse fuerat non habemus, ideo contra inimicos nostros stare viriliter & vincere fortiter non valemus. Quæ utraque sibi necessaria sunt conjuncta: quia neque virtus sine consilio, nec consilium sine virtute, utilis esse potest. Quid igitur prosunt qui per consilium præparantur, dum ad prælium fortitudine non procedunt? Filiæ quippe usque ad partum veniunt, quando apta consilia usque ad desiderium efficiendi operis procedunt. sed virtutem non habet parturiens, quia dum infirmus quisque consilia concipit, hæc ad utilitatem aliquantam per partum operis non producit. Videmusque impletum quod ad nos est ante prædictum populo contra voluntatem suam facienti, *Anathema in medio tui: non poteris stare coram inimicis tuis*. Qui contra placatus placentibus sibi dixit: *Nullus stabit contra vos*. Sed & ideo terram nostram in conspectu nostro alieni devorant, quoniam alienos a Deo diabolos effugata sancti Spiritus gratia in animas nostras recepimus. Ideo terra nostra deserta est sicut in vastatione hostili, quia flores & fructus fidei, spei, & caritatis, & humilitatis, & castitatis, & sobrietatis, ac ceterarum virtutum, ab agro cordis nostri devastavimus, & pro illis spinas vitiorum, & urticas peccatorum, & cicutas vanitatis in nobis ipsis, etiam laborantes ut inique agamus, non increscere, sed incrementare cum studio fecimus. Ideo habitatores terræ occisi & fugati sunt, quia nos ipsos peccati gladio occidimus, & omnia bona, quæ nobis Dominus sive in intellectu naturali, sive in doctrina, sive in divitiis, sive in honoribus, si-

Esa. 1. 7. — *Psal. 53.* — *4. Reg. 19. 3.* — *Josue 7. 13.* — *Deut. 11. 25.*

** alia lect. manu Sirm.* Christum Dominum nostrum, quem &c.

a *Rex & Episcopi*) Inde Synodus regalis appellatur in privilegio de libertate S. Dionysii, quia rex aderat, & Synodus universalis, quia ex diversis provinciis convenerant Episcopi, qui privilegio eidem subscribunt numero amplius XXX. Ex annorum autem Christi nota & Indictionis, Julio mense vel Augusto habitam colligimus, cum annus Karoli XXIII. inchoatus jam esset, Indictio X. nondum finita. Quod plane confirmant verba privilegii Synodi ipsius de villa Litado, pro S. Martino Toron. *Cum super fluvium Sequanæ, in loco qui Pistas dicitur, unanimiter sacrosanctum Concilium ageretur anno* DCCCLXII. & subscriptio, *Data mense Augusto, XX. ipsius mensis.*

b *Locum qui Pistis dicitur*) Pistas nostri fere Pixiacum ad Sequanam esse tradunt. Rem incertam facit, quod pagum Pinciacensem, sive, ut Titulo * XI. scriptum est, Pincesisum, ipsum esse non abnuunt Pixiacensem pagum, in quo Archidiaconatus est Ecclesiæ Carnotensis. Qui autem consentaneum est, a Pistis Pincesisum formari, vel tam diversis nominibus eundem locum designari? Accedit quod Aimoinus lib. V. cap. XXXV. Karoli regis describens iter ab Andegavis ad Ambianos, *per Cenomannos, & Ebroicensi oppidum, ac secus castellum novum apud Pistas*, Ambianos pervenisse scribit. absurda porro itineris illius ratio videatur, nisi Pistas multo infra Pixiacum fuisse intelligamus. De Pistis sane constat, primum ad Sequanam fuisse, deinde pontem & castellum habuisse. Ibi præterea sedes aliquandiu fixisse Nortmannos, quod Titulus hic testatur. Et quoniam Nortmannos in Osceilo Sequanæ fluminis insula resedisse, indicat Karoli proclamatio adversus Wenilonem cap. V. idemque diserte affirmat Hincmarus in libello de villa Noviliaco, qui editus est cum Flodoardo, haud vanus fortasse conjector fuerit, qui Pistas eo loco quærendas suspicetur. In Episcopatu Rotomagensi fuisse argumento est epistola Hincmari, quam Weniloni Rotomagensi scripserat, *de operariis & opera quam faciebat ad Pistas in Sequana*, cujus meminit Flodoardus lib. III. cap. XXI. * Ex Chronico Fontanellensi docemur Pistas olim fuisse Petromantalum.

* Annales Bertiniani ad an. DCCCLXII. *Carolus omnes Primores regni sui ad locum, qui Pistis dicitur, ubi ex una parte Andella, & ex altera Audura Sequanam influunt, circa Junii Kalendas cum multis operariis & carris convenire fecit, &c.* nunc quoque ad illos confluentes locus est qui *Pistres* dicitur.

** Hic XIII.* — *Tit. XXX.* — ** Ex Schedis Sirmondi.*

ANNO CHRISTI 862.

ve in familiaritatibus quas nobis contulit apud nobis potentiores, ad carnis voluptatem convertimus: & nos, & omnia, quæ nobis Dominus dedit, ab illius voluntate, pro qua nobis facienda illa donavit, avertimus. Quod unusquisque potest in seipso recognoscere, si etiam de singulis membris suis cogitat quid fecit & quid facit, quod Deus ad operandam suam salutem donavit. Et sicut de membris corporis invenit apud semetipsum, ita de membris animæ poterit invenire, quæ per spiritalia vitia dispergit atque disperdit, & spiritales virtutes a Deo sibi collatas aut effugat, aut conculcat. Ideo Ecclesiæ & villæ incensæ sunt, quia ignis avaritiæ & rapacitatis, atque invidiæ, & adulteriorum, ac ceterarum immunditiarum, non solum per naturalem sexum, sed etiam per eum sexum qui est contra naturam, sine pœnitentia & sine resipiscentia in nobis exarsit, & ardet. Et quoniam illum spiritum, qui super humilem & quietum, & sermones suos trementem requiescit, per superbiam & inobedientiam ac præsumptionem a nobis expulimus, ideo Sanctorum ac protectorum nostrorum corpora de sepulchris suæ requietionis effosa sunt. Et quia nos spiritui maligno justa Dei permissione potestatem habenti, & super nos ascendenti non resistimus ut fugiat a nobis: idcirco servi & ancillæ Dei de locis suis expulsi sunt, & nos de quiete cœlestis paradisi, & de consortio cœlestis Ecclesiæ, id est Angelorum sanctorum, ejecti sumus, nisi per dignos pœnitentiæ fructus ad hæc unde cecidimus redeamus. Et quia nos tales efficimur, de

Isa. 1. 23. qualibus Dominus per prophetam dixit, *causa viduæ non ingreditur ad eas*, quia sic apud nos est facta venalis justitia, ut ad eam nemo possit pervenire, nisi viam ei aperuerint munera: ideo vota fidelium, & pretia peccatorum, quæ sacris locis conlata fuerunt, propter peccata nostra de hoc regno sunt penitus exportata. & vendentes justitiam & veritatem, & in his scilicet ipsum Christum, qui est nobis a Deo factus justitia, & qui dixit ego sum Veritas, nisi digne pœnituerint, cum Juda traditore Christi æterna exspectant incendia. Et quia sanguis sanguinem tetigit, id est culpæ culpis adjunctæ

Osee. 4. 2. sunt, & sicut scriptum est, *Adulterium, & homicidium, & mendacium, & furtum, & perjurium inundaverunt*, & iniquitates nostræ super-

Psal. 37. 5. gressæ sunt capita nostra: ideo nobiles nostri, & de Episcopali ordine, & de aliis ordinibus, interierunt, & capti cum maximo detrimento & regni & Ecclesiæ sunt, aut redempti, aut interempti. Et quia nos per peccata nostra a terra viventium peregrinati sumus, idcirco sicut scriptum

Hier. 14. 18. est, *Propheta & Sacerdos ierunt in terram quam ignorabant*. Et post hæc omnia, pius pater, cujus multis miserationibus non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes ejus, materna pietate nos flagellat, & expectat ut ipsa vexatio donet intellectum auditui nostro, qui illa credere noluimus, quæ per Scripturas nobis se illaturum promisit, si illius voluntatem non fecerimus. Et ostendit nobis in exterioribus vastationibus, quæ de interioribus depopulationibus intelligere debeamus, ut iis intellectis ad il-

A lum redeamus, qui iterum nobis in Scriptura multipliciter promisit. inter quæ veraciter ipsa Veritas dixit: *Revertimini ad me, & ego revertar ad vos*. &, *quare moriemini in peccatis vestris?* Et quia non credidimus promittenti, credamus tamen aliquando vel juranti. *Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat*. & nisi conversi fuerimus, sicut jam videmus, gladium suum * vibrabit, arcum suum, id est vindictam tetendit, & paravit ad exercendam duriorem vindictam. Sicut item de reprobis dictum est: *Ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum*. Et hoc quod videmus & sentimus pars est vindictæ. quia majora, & plura, & graviora venient super nos, nisi fuerimus

B conversi, ut scriptum est: *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos*. Unde sicut dicit Apostolus, *Sicut exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato ad serviendum immunditiæ & iniquitati, ita exhibeamus membra nostra servire justitiæ in sanctificationem*. Quia stipendia, id est retributio, peccati mors, gratia autem Dei pro bonis operibus ipsa donata est vita æterna. Et sicut quando solemus de istis frequentibus itineribus reverti ad mansiones nostras detonsi & delavati [a] cum drappis & calciamentis depannatis, tunc nos reficimus & reparamus: ita vel nunc reparemus nos per cor contritum & humiliatum, & per confessiones ex puro corde, & per benignitatem mentis, & per concordiam cum Dei voluntate, quia per discordiam & regnum istud temporale

C imminutum & pene desertum, & æternum regnum perditum habemus. Quia nec omnes reges esse possumus, nec regem super nos a Deo constitutum, qui sicut scriptum est imposuit homines super capita nostra, habere sustinemus. non attendentes, quia sicut dicit Apostolus, *non est potestas nisi a Deo: & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit*. Quoniam Deus, qui essentialiter est rex regum & dominus dominantium, participatione nominis & numinis, id est potestatis suæ, voluit & esse & vocari Regem & Dominum pro honore & vice sua Regem in terris. Et sicut Archangelus, qui nunc est diabolus, cum suis sequacibus, quia per humilitatis subjectionem conditori suo subditus esse noluit, & per æqualitatem caritatis Coangelis suis socius esse despexit, de cælo cecidit: ita & illi,

D qui potestati a Deo constitutæ propter Deum & in Deo subjecti esse nolunt, & pares vel coæquales in regno habere non sufferunt; per quam debitam subjectionem & parilem æqualitatem Dei amici & Angelorum consortes esse poterant, subjecti diabolo Dei inimici constituuntur. Quapropter de diabolo scriptum est, *Ipse est rex super universos filios superbiæ*. & illius subjectis Dominus, apud quem non est vicissitudinis obumbratio, quandiu in ipso malo perseverant, semper in Evangelio dicit: *Vos ex patre diabolo estis*. non quia a diabolo sint facti aut generati, sed quia diabolum imitati. Reparemus ergo nos per pœnitentiam & confessionem, & per eleemosynas, unusquisque secundum possibilitatem suam; & quantum quisque recognoscit se a Deo aruisse per culpas, tantum bibat compunctionis suæ lacrymas. Et tunc profi-

ANNO CHRISTI 862.

Malac. 3. 7.
Ezech. 33. 11.
Ezech. 18. 32. & 33. 11.
* *alia lect. manu Sirm.* vibravit.
Psal. 7. 13.
Psal. 10. 7.
Sap. 5. 21.
Rom. 6. 19.
Rom. 13. 1. 2.
Job. 41. 25.
Joan. 8. 44.

---

[a] *Cum drappis & calciamentis*) Drappi hodie Gallis sunt panni. sed ut pannos Itali vocant vestes ipsas e panno: ita hoc loco drappos dixit vestes e drappis. Drappos autem deppannatos, vestes usu detritas & derasas. qua forma item detonsos homines & delavates dixerat pro intonsis & illotis. Drapporum & drappalium nomen frequens apud Marculfum, & reliquos formularum auctores. Leguntur & drappæ laneæ in epistola Salomonis Brittonum regis ad Hadrianum II.

ANNO CHRISTI. 862.

cient in aqua ista quas a * facimus firmitates, * si restruxerimus, quas in nobis destruxerunt peccata, virtutum munitiones. Quæ & tunc proficient, si mala quæ fecit quis prius prout potuerit emendaverit, aut rapta solvendo, aut per indulgentiam deprecando, aut mala cetera per dignam pœnitentiam abolendo. Et tunc proficiet, si inante custodierit, ne de illis se sordidet, de quibus se emendavit, quia scriptum est, *Lavamini, mundi estote. auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, dicit Dominus. quiescite agere perverse, discite benefacere.* quia qui se bonis operibus & lacrymis & orationibus a peccato mundat, & iterum gravia peccata perpetrat, talis est, ut sanctus Petrus dicit, sicut porcus qui se * jactat in luto, & sicut canis qui remanducat vomitum suum. & timere debet ne ipsas lacrymas in conspectu Dei reddat immundas, per quas potuit mundari a peccatis. Quæ non dicimus, ut si iterum aliquis ceciderit post confessionem in peccatum, in peccatis quasi desperatus jaceat: sed ut a peccatis quantum potest se caveat. Et si fragilitate ceciderit, quia scriptum est, *Numquid qui cadit non adjiciet ut resurgat?* dicat, nunc cœpi, & per immutationem dexteræ Excelsi semper per pœnitentiam resurgat, ne illum ultimus dies in peccatis inveniat, & sine fine perditus fiat.

a * *alia lect. manu Sirm.* fecimus.
* *addit. manu Sirmon.* per bona opera.
Esa. 1, 16.
* *alia lect. manu Sirm.* lavat.
Psal. 41. 9.
Psal. 76. 21.

I I.

Unde quia solent medici, quando generalis infirmitas vel morbus in terram venit, generalem medicinam conficere, unde omnes possint sanari: ita nunc communem hanc medicinam, cooperante & medicante Domino, statuimus ad recuperandam & conservandam sanitatem nostram, ne & in isto sæculo gravius affligamur, & in futuro sæculo, quando de isto corpore exierimus, æternis tormentis cruciemur. Id est, ut unusquisque Episcopus in sua parrochia, & Missi in illorum Missaticis, & Comites in illorum Comitatibus, cum maximo studio & summa diligentia curam habeant, ut quicomque raptores & deprædatores ibi sunt, cujuscumque homines sint, ad rationem deducantur, & secundum legem quæ ibi malefacta habent emendent, * aut solvant secundum legale placitum, aut per indulgentiam sibi impetrent perdonari. Et Episcopi, secundum qualitatem & quantitatem peccatorum, absque acceptione personarum, rapacibus, & his similibus vitiis nominatis & convictis pœnitentiæ leges injungant, inspecta discretione & qualitate, prout cuique ad salutem viderint expedire. Ad quæ specialiter exequenda, quædam de pluribus capitulis prædecessorum regum & Synodalium hic ponere dignum duximus: commonentes Episcopos, Missos, & Comites, ut illa capitula, quæ inde ante hos annos in unum collecta fuerunt, & in Carisiaco Episcopis & Missis nostris per universum regnum nostrum ad exequendum donavimus: sed & illa, quæ consensu fidelium nostrorum fieri jussimus, quando cum fratre nostro Hlothario glorioso Imperatore apud Valentianas loquuti fuimus, & fidelibus nostris denuntiari & observari præcepimus, ad præsentiam reducant, & illa relegant. Et quia hæc pauca hic brevitatis causa subscripsimus, in talibus rebus, quæ eis advenerint ad emendandum, & hic inde capitula non invenerint, per illa & per alia capitula regia & synodalia, quæ emendanda sunt, & emendanda præviderint, emendare procurent. Si vero, & juxta diabolicam calliditatem, & secundum humanam fragilitatem, nova quæcumque acciderint, quia nova morborum genera nova quærunt medicamentorum experimenta, morem sequentes prædecessorum nostrorum, sancti Spiritus gratia illustrati contra venena diaboli ministrare curabimus medicinalia antidota Christi.

* *alia lect. manu Sirm.* &.
Tit. XXIII.
Tit. XXXI.

I I I.

Communi placito constituimus, ut usque ad Missam sancti Remigii, id est Kalendas Octobris, spatium habeant illi, qui in istis temporibus istas deprædationes & alia malefacta criminaliter & publice fecerunt, ut inde apud Deum, & apud eos quibus male fecerunt, se pacificent. & quisquis hoc non fecerit, bannum nostrum dupliciter componat. Scilicet, ut quia postquam illas rapinas, & alia mala facta in Carisiaco, & postea apud * Confluentes, cum dilecto fratre nostro Hludowico glorioso rege, & nepote nostro Hlothario, forbannivimus, & post istum bannum per consensum omnium factum illa emendare, sicut eis spatium dedimus, noluerunt: & omnia quæ commiserunt legaliter componere compellantur, & per publicam pœnitentiam, secundum sacros canones, Deo & Ecclesiæ in quam peccaverunt satisfaciant. Quibus si obedire noluerint, aut per fidejussores ad præsentiam nostram perducantur, aut omnia quæ in regno nostro habent, b in bannum nostrum mittantur, & Episcopali auctoritate a communi Ecclesiastica & omnium fidelium societate excludantur.

* *Tit.* XXXI
b

I V.

De honore autem Ecclesiarum ac servorum Dei, & de rapinis, atque aliis malis seu præsumptionibus ab ista die & in reliquum compescendia, capitula avi & patris nostri temporibus constituta hic subjungere, & ut omnimodis observentur, ex banno nostro præcipere dignum & necessarium duximus. Scriptum est enim in illis capitulis. Si quis infra regnum rapinam fecerit, aut cuiquam nostro fideli, ejusque homini aliquid vi abstulerit, in triplo cui aliquid abstulerit, legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est LX. solidos nobis persolvat. Postmodum vero ante nos a Comite adducatur, ut in bastonico, vel in alio carcere trusus, usque dum nobis placuerit pœnas luat. Nam si publice actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam. quoniam raptores, ut ait Apostolus, nisi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui vero de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerint, gravius inde judicentur: quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium

Lib. 6. *c.* 96.

---

a *Facimus firmitates*) Castella & munitiones ut Tit. * XXI. post finem edicti: *Castella & firmitates & haias.* Pontibus enim & castellis Sequanam & Ligerim munire illo sæculo necesse fuit propter incursiones Nortmannorum. Tit. * XLIII. cap. XXVI. *De castellis super Sequanam, & super Ligerim ex utraque parte.* De Castello novo apud Pistas paulo ante dictum est ex Aimoino, iterumque audiemus Tit. * XXXI. De ponte scribit Hincmarus Karolo regi apud Flodoardum lib. III. cap. XVIII. *De operepontis, quem rex cum ipso, ac ceteris nonnullis fidelibus suis, faciebat ad Pistas in Sequana.*

* *Hic* XXXVI.
* *Hic* LII.
* *Hic* XXXVI.

b *In bannum nostrum mittantur*) In fisci potestatem redigantur. * Tit. XXXI. cap. VI. *& sic ipsæ res illi judicio scabiniorum in bannum mittantur.* Hincmarus Karolo regi de Hincmaro nepote: *Quicquid de rebus & facultatibus Ecclesiasticis ad gubernandum acceperat, jussione vestra in bannum, quod jure lingua Latina proscriptio confiscandi vocatur, est missum.*

* *Hic* XXXVI.

ANNO CHRISTI 862.

est, & sacrilegus vocatur qui ex eis aliquid abstulerit, aut rapuerit. Extorres namque a liminibus sanctæ matris Ecclesiæ tales personæ, usque ad satisfactionem Ecclesiæ quam læserunt, sunt habendæ, atque firmiter denotandæ. Et item sanctus Paulus, per quem Christus loquutus est, dicit, quia neque rapaces, neque homicidæ, neque adulteri regnum Dei possidebunt. Et item, si quis fornicator est, aut adulter, aut rapax, aut homicida, cum hujusmodi nec cibum sumere Christi discipulo, id est Christiano, licet ante satisfactionem, id est correctionem, ac emendationem, & dignam pœnitentiam. Et sanctus Joannes Apostolus talem salutare, & ad domum recipere vetat. Et sacri canones Spiritu sancto per eos dictati qui in cælo cum Deo regnant, & in terris miraculis coruscant, constituerunt dicentes: Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem ac religiosum exspoliaverit, & mandaverit ad ipsum Episcopus, ut eum audiat, & is contempserit, invicem mox scripta percurrant per omnes provinciæ Episcopos, quoscumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur, donec audiat, & reddat aliena. Et de rebus ac facultatibus Ecclesiasticis dicunt: Si quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam accipere vel dare voluerit præter conscientiam Episcopi, vel ejus cui hujusmodi officia commissa sunt, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit. Et item in Capitulis avi & patris nostri scriptum est, de his qui in exercitu quoscumque secum ducunt, quod & nos infra patriam volumus observare. Deinceps omnibus denuntiare volumus, ut unusquisque cognoscat omnes qui in suo obsequio sunt, sive sui sint*, sive alieni, ut ille de eorum factis rationem se sciat redditurum; & quicquid in pace violanda deliquerint, ad ipsius debeat periculum pertinere. ea scilicet conditione, ut pacis violator, primum juxta facinoris qualitatem, sive coram nobis, sive coram Misso nostro, dignas pœnas persolvat: & senior, qui secum talem duxerit, quem aut constringere noluit, aut non potuit, ut nostram jussionem servaret, & insuper in regno nostro prædas facere non timuerit; pro illius negligentia, si ante eum de his non admonuerit, & postquam negligentia contemptoris ad ejus notitiam pervenerit, eum corrigere, sicut decet, neglexerit, honore suo privetur: ut scilicet neuter illorum sine justa vindicta remaneat. Vos autem Episcopi, Evangelica & Apostolica atque Episcopali auctoritate seniorem & regni quemlibet potentem, si commonitus juxta Evangelicum præceptum se suosque homines corrigere noluerit, & licet ipse talia non faciat, tamen si sui vel in suo obsequio manentes talia fecerint, si eos non correxerit, & emendari quæ faciunt non obtinuerit, eosque ad pœnitentiam non perduxerit: ipse excommunicetur secundum sacros canones, donec suos homines ad emendationem & pœnitentiam reducat. quia melius judicavimus illum excommunicari, per cujus* fortiam sui talia faciunt, quam omnes illos, qui nec Deum timent, nec Episcopos, nec Missos reipublicæ propter ejus *fortiam reverentur, & excommunicati ipsi non corriguntur, & alios suo morbo inficiunt. quia, dicente Apostolo, non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt morte. Non est liber a consensu, qui quod emendare potest, emendare negligit. quapropter sine dubio peccati se participem facit. Si autem ipse potens, vel senior, satisfecerit Episcopo & Missis regiis, quia suos homines ad emendationem, & ad pœnitentiam non potest adducere: sed ipsum vult aut a talibus immunem ostendere, aut digne satisfacere, & hujusmodi maleficos a suo obsequio rejicere, & ut Dei inimicos persequi: tunc ille non excommunicetur, aut ab excommunicatione absolvatur. Et item in Capitulis Imperatorum scriptum est, *Comites vero ministris Ecclesiæ in eorum ministeriis, ut hoc plenius, & de vestris, & de se, & de suis hominibus obtinere possint, adjutores in omnibus fiant. Et quicumque prima & secunda vice de his a Comite admonitus non se correxerit, volumus ut per eundem Comitem ejus negligentia ad nostram notitiam perferatur, ut nostra auctoritate, quod in nostro Capitulari continetur, subire cogatur.* Et item. *De pace in exercitali itinere servanda usque ad marcham, hoc omnibus notum fieri volumus, quod quicumque auctorem damni sibi illati nominatim cognoscit, ut justitiam de illo quærat & accipiat.* Et item. *Si quis in exercitu, vel infra regnum, sine jussione Dominica per vim hostilem aliquid prædari voluerit, aut fœnum tollere, aut granum, sive *pecora majora vel minora, domosque infringere vel incendere, hæc ne fiant omnino prohibemus. Quod si ab aliqua præsumptiose factum fuerit, LX. solidos, si liber est, sit culpabilis, & omnia similia restituat, aut cum XII. testibus se purget. Si vero servus hoc fecerit, sententiæ capitali subjaceat, & dominus omnia similia restituat, quia servum suum non correxit, nec custodivit, ut talia non perpetraret. quoniam si nos ipsos comedimus, cito deficiemus. Unusquisque tamen custodiat exercitum suum, ne aliqua deprædatio infra regnum fiat.* Similiter & collectas, quas Theotisca lingua *Herizuph* appellant, & infractiones immunitatum, & incendia, & assalituras in domos, & conjurationes, & conspirationes, & seditiones, & raptus feminarum, sicut & divinæ & humanæ leges prohibent, & prædecessores nostri reges prohibuerunt, firmiter ex banno nostro & nos prohibemus.

Nos quoque Episcopi, auctoritate Dei & sacrorum Canonum, sicut sancti Pontifices DCXXX. in Calchedunensi Concilio conspirationem fieri prohibuerunt, & sicut cetera Concilia Episcoporum hujusmodi perniciosa facta vetuerunt, & nos prohibemus. quia facientes illa per eorum judicium, qui cum Deo jam in cælo regnant, a cœlesti Ecclesia & a Christianorum societate separati sunt: nisi per dignos pœnitentiæ fructus ad hoc redeunt, ut sanctæ Ecclesiæ possint readunari. Similiter ut hæc capitula, quæ hic annotata sunt, ita per hæc & illa omnia, quæ in suprascriptis locis, scilicet in Carisiaco, & apud Valentianas, collecta & constituta sunt, observari præcipimus, & omnes communiter confirmamus.

Si autem aliquis quicumque inobediens extiterit, cum summa festinatione Episcopi, & Comites, & Missi nobis notum facere curent, ut quantocius ad nostram præsentiam illum venire jubeamus, & dignam ultionem secundum judicium fidelium nostrorum sustineat. Et si, quod absit, talis emerserit, qui Dei timorem postponat, & Ecclesiasticam auctoritatem contemnat, & regiam potestatem refugiat: sciat quicumque ille fuerit, quia & secundum canonicam auctoritatem, & ab omnium Christianorum cœtu, & a sanctæ Ecclesiæ consortio, & in cælo & in terra alienus efficietur, & regali potestate, atque omnium regni fidelium unanimitate, sicut Dei & Ecclesiæ inimicus, & regni devastator,

Marginal notes (left): 1. Cor. 6. 10. — 1. Cor. 5. 11. — 2. Joan. v. 10 — Tolet. 3. c. 11. — Gang. c. 7. — Lib. 3. c. 15. — * addit manuscr. homines. — * id est injuriam, vi portatu aliquid, lusitas molestia, al. lect. formam.

Marginal notes (right): ANNO CHRISTI 862. — Lib. 22. cap. 23. — Lib. 2. c. 14. — Lib. 5. cap. 189. — al. corpora. — Regino lib. 2. cap. 43. cap. 17. et. 6. 1.

ANNO CHRISTI. 862.

ſtator, perſequetur, uſque dum a regno exterminetur. Et ſi aliquis Comes fuerit, qui hoc in ſuo Comitatu fecerit, aut ibi talia increſcere permiſerit, unt ipſe illa non emendaverit, aut nobis nota non fecerit, ut noſtra auctoritea talia corrigatr ſciat quia talem ſententiam inde ſuſtinebit, ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum conſuetudo fuit. Epiſcopus autem, ſecundum Toletani Concilii capitulum ſeptimum, ad quem pertinere noſcuntur illi, qui talia contra Dominum & Eccleſiæ pacem faciunt, ſi eos quolibet munere, vel favore, aut neglegentia admonere ooluerit, ut aut revertentes ſuſcipiat, aut contemnentes de Eccleſia rejiciat; excommunicatus a collegio cererorum Epiſcoporum habebitur, quouſque emendationis vel damnationis eorum ab eo ſententia promulgetur. Quoniam niſi communiter certaverimus, ut in omnibus juſtitia omnibua conſerverur, nec rex pater patriæ, nec Epiſcopi propitiatores, & reconciliatores populi ad ſalutem æternam, nec qui

Tolet. 6. c. 7. Regino lib. 2. cap. 293.

A in participarione nominis Chriſti Chriſtiani vocantur, boc quod humano ore dicimur, in divinis oculis eſſe valemus. Ut autem hæc, quæ obſervanda ſupra ſcripſimus, ac prænominavimus, nunc & de cetero certius & expreſſius u nobis atque a ſucceſſoribus noſtris inconvulſa ſerventur, propriis manibus bis ſubſcribere communi conſenſu decrevimus: ea conditione ſervata, ut quia omnes in cunctis ordinibus u regia ditione ſibi capetunt competentia legis jura ſervari, regiæ quoque poteſtati in cunctis ordinibus lex B juris debiti, & honor ab omnibus obedienter & fideliter, cooperante Domino, conſervetur.

Poſt hæc omnia relecta & conlaudata, communi conſenſu decrevimus, ut ſi aliquis homo propter mala facta, quæ emendare & per legem per pœnitentiam noluerit, ſeniorem ſuum dimiſerit, aut ab illo propter hæc ejectus fuerit, ab alio non recipiatur, donec illa quæ male fecit emendet, & per legalem compoſitionem, & per Eccleſiaſticæ ſatisfactionis pœnitentiam.

ANNO CHRISTI. 862.

TITULUS XXXV.

Quando Hlotharius ad oſculum receptus eſt.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXII. *quando Hludouvicus Karolo mandavit, ut cum eo ſimul & Hlotharium reciperet ad oſculum atque conloquium, miſit Karolus per eum, & per Altfridum, atque per Salomonem, & per Adventium, & per Hattonem Epiſcopos, Hlothario hæc quæ ſequntur capitula dicens quia* [a] *pro his cauſis ei non auderet communicare, niſi ita perficeretur, ſicut ibidem ſcriptum eſt. Renuntiantibus autem ex parte Hlotharii Hludouvico, & præfatis Epiſcopis, Karolo, & Hincmaro, itemque Hincmaro, & Hodoni, atque Chriſtiano Epiſcopis, quod ita ſe velle, & ſe facturum eſſe fuerat profeſſus Hlotharius, ſub hac convenientia receperunt eum ad oſculum atque conloquium Karolus, atque Epiſcopi, qui cum eo fuerunt.*

CAPIT. I.

** Hic tit. 5551.*

POſteaquam proxime * apud Confluentes nos invicem mutua indulgentia, annuente Deo, communi fidelium noſtrorum conſilio reconciliavimus, & ſacramento de obſervandu inter nos pace, & de præſtando alterutrum adjutorio nos confirmavimus, & capitula u communibus fidelibus noſtris dictata, & nobis relecta nos obſervaturos promiſimus, & publice communibus fidelibus noſtris adnuntiavimas; vobis, unice & cariſſime frater, reputare non volo, ut illa quæ invicem nobis promiſimus, hactenus erga me obſervata noo habeatis. nec ſpero ut vos, aut aliquis alius mihi reputare poſſit aut velit, at ſimiliter erga vos illa obſervata non habeam. Quod ſi quis fecerit, paratus ſum inde vobis certam reddere rationem, & dignam facere ſatisfactionem. Et ſi aliquis mihi reputare voluerit, quod quantum ex me eſt, illa quæ debeo nepoti noſtro Hlothario obſervata non habeam, ſimiliter pararus ſum certam reddere rationem, & congruam facere ſatisfactionem. Qualiter autem ea quæ mihi promiſit, C ille erga me obſervata habeat, noo ſolum ego, ſed & plures alii ſciunt.

II.

Sed & ſicut nobis tunc ibi convenit, ut tempore ſtatuto ad locum condictum cum primoribus regnorum noſtrorum conveniremus, ut ibi quæque in regnis noſtris emendatione digna & neceſſaria erant, & in ſancta Dei Eccleſia, & in noſtro ac populi ſalvamento, tractaremus; & nos erga fideles noſtros, & fideles noſtri erga nos emendaremus, & obſervanda de cetero ſtatueremus: & ſemel, & ſecundo ad hæc exequenda paratus ſui, & ad hoc etiam nunc con-D veni, ſicut ſæpe mihi per communes fideles noſtros mandaſtis.

III.

Pro quibus autem cauſis cum præfato nepote noſtro antea loqui non volui, quam vobiſcum inde acciperem conſilium, quædam volo hic deſignare; quædam vero poſtea congruo loco & convenienti modo vobis innoteſcere.

IV.

Quando altera vice pro bis quæ dixi tractandis

a *Pro his cauſis*) Diſcidii cauſam Karolus, cum a Lotharii colloquio abſtineret, triplicem exponet, Engeltrudis adulterium, Judith raptum, & Theutpergæ repudium. de quibus mox ordine ſingulatim.

ANNO CHRISTI 862.

a ad Tusiacum veni, adportavit mihi, & Episcopis regni nostri, Boso ex parte domni Apostolici epistolas: quasdam nepoti nostro & Episcopis regni sui mittendas, quas illi secundum mandatum domni Papæ transmisimus: quasdam autem nobis legendas & observandas, quarum & hic textum habemus. In quibus invenimus nos increpatos, cur fornicarios in regno nostro immorari permitteremus. & non solum ipsam feminam, sed & omnes faventes facinori ejus, a corpore & sanguine Domini excommunicatos, usque dum ipsa mulier ad virum suum rediret. Et scimus, sicut sanctus dicit Gregorius, quoniam qui resecanda, si potest, non corrigit, ipse illa committit. Nos autem audivimus prædictam feminam in regno nepotis nostri commorari, & hanc sententiam postea non audivimus immutatam. Et qui gravamur nostris, timemus alienis etiam communicare peccatis, communicando excommunicatis.

V.

Regino lib. 2. cap. 187.

b Filiam nostram Judith viduam, secundum leges divinas & mundanas sub tuitione Ecclesiastica & regio * mundeburde constitutam, Balduinus sibi furatus est in uxorem. quem post legale judicium Episcopi regni nostri excommunicaverunt, secundum sacros canones, & diffinitionem sancti Gregorii Papæ, qui dicit: *Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, & consentientes ei, anathema sint*. Quæ & verbis, & literis, & nos & Episcopi regni nostri nepoti nostro Hlothario innotuimus. Nos etiam, sicut scitis, consiliu & consensu fidelium nostrorum communiter confirmavimus, ut nemo nostrum hujusmodi hominem in regno suo recipiat, neque immorari permittat: sed ad rectam rationem reddendam, & ad pœnitentiam agendam, sicut statutum est, illum redire cogat. Qualiter autem nepos noster Hlotharius non solum erga nos, & consanguinitatem nostram, verum & contra Deum, & sacram auctoritatem, & communem Christianitatem inde egerit, spero quia vos non lateat, quod est plurimis cognitum. Et sanctus Paulus, per quem locutus est Christus, dicit, *Non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt morte*.

* Correct. Sirm. pro mandeburdu.

Greg. tt. pag. 20.

Rom. 1. 32.

VI.

c Nota est vobis causa c de uxore nepotis nostri Hlotharii, unde & a nobis, & ab Episcopis regni nostri, sed & ab aliis Episcopis præsentibus nobis consilium quæsivit & audivit: sed secundum illud consilium exinde non fecit. Scimus etiam, quia & ad domnum Apostolicum pro hoc transmisit, & ab illo epistolas exinde recepit. Negare quoque non volumus, nos scire quid domnus Apostolicus & illi, & quibusdam Episcopis inde mandavit: & scimus, quod negare non possumus, nec volumus, quoniam non debemus, quia domni Apostolici commendatio ab Evangelica veritate, & ab Apostolica atque canonica auctoritate in nullo discordat: & secundum mandatum illius de hoc facto executum non audivimus, nec videmus. Illa etiam sancta, & prima in toto orbe terrarum sedes, per divinum Paulum, cœlestem scilicet tubam, qui ad tertium cœlum, & ad paradisum raptus hoc ab ipso Domino didicit, nobis & omnibus Christianis semper in omni mundo clamat, cum hujusmodi nec cibum sumere. Et per B. Joannem Apostolum, qui de æterno & vivo Christi pectoris fonte in cœna, quando sacramenta redemptionis nostræ sunt celebrata & tradita, super eo recumbens hausit, quod redemptis omnibus propinavit, manifestissime sedes Apostolica interdicit hujusmodi hominem non debere quenquam in domum suam recipere, nec ave ei dicere: quia qui dicit ei ave, communicat operibus ejus malignis. Et per beatum Gregorium Papam in homiliis Ezechielis dicit, quia sicut ille qui fide a Deo recedit, apostata est: ita & ille, qui a Deo recedit opere, sine dubio apostata est. Quoniam, sicut dicit Apostolus, *Fides sine operibus mortua est*. Et item, sicut alius dicit Apostolus, *Sunt qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant*. Et ipse Dominus dicit de semel, & secundo, ac tertio legaliter commonito, & non correcto, ut sit nobis sicut gentilis & publicis criminibus implicatus. cum quo & Apostolica & canonica auctoritas nec cibum sumere, ut præmisimus, nobis concedit.

Jac. 2. 20. 22. Tit. 1. 16.

VII.

Propterea, unice & frater carissime, & vobismetipsis accipite, & mihi consilium date, & ipsi nepoti nostro suæ salutis & honoris date consilium, & præstate auxilium. quia & ego ad hoc, quantum mihi Dominus scire &

---

a *Ad Tusiacum*) Villam Tullensis territorii, in qua insignis XIV. provinciarum celebrata est Synodus anno DCCCLX. mense Octobri. In eaque actum inter cetera de Engeltrude Bosonis Comitis conjuge, quæ relicto viro, in regno Lotharii jam pridem pessima fama vagabatur. Hincmarus de divortio Lotharii: *Sicut Bosonis mulier, de qua in Synodo apud Leucorum civitatem habita, fuimus cum interpellatione commoniti*. Vetus adnotatio in codice Nicolai Fabri: *Dum celebraretur Concilium in villa Tusiaco, hæ Epistolæ Apostolicæ directæ sunt causa Bosonis, & uxoris ejus*. Intelligit autem has ipsas a Bosone allatas Nicolai I. epistolas, tum ceteras ad alios, tum illam, qua Karolum ut de Engeltrude Lotharium moneret hortabatur: *Unde vestram*, inquit, *exhortamur regiam magnitudinem, ut corrigatis Lotharium regem nepotem vestrum, ne tantum piaculum permittat manere in regno suo: hoc est, non consentiat fugitivam uxorem Bosonis Comitis tam diu remanere ut non reddatur viro suo*. Integra extat in Annalibus Ecclesiasticis, sed anno DCCCLXII. inserta, cum ad DCCCLX. referenda videatur.

b *Filiam Judith viduam*) Nupserat illa prius Edilulfo regi Anglorum, ut coronationis acta declarant, quæ suo loco sub finem post Capitula subjiciuntur. Illo mortuo cum rediisset in Galliam, Balduinum Comitem ipsius nuptias appetentem, patre inscio, Ludovico ut * ferunt fratre approbante, volens secuta est * Balduinus Karoli metu in Lotharii regno primum, dein Romæ delituit, quoad rex Nicolai Papæ precibus inflexus annuit, ut nuptiæ legitimæ Autissiodori conjungerentur sub exitum anni, ut ex Hincmari ad Nicolaum epistola, quam Flodoardus lib. III. cap. XII. recitat, colligere est, DCCCLXIII. Quod ergo furatus uxorem hic dicitur Balduinus, itemque ab Hincmaro in epistulis ad Theodoricum Cameracensem, & ad Hungarium Trajectensem Episcopos, quarum mentio apud Flodoardum lib. III. cap. XX. & XXIII. eo nempe dictum est, quod illam sine patris assensu duxerat. volentem alioqui, ut dixi, secutam fuisse Balduinus affirmabat, ut Nicolai ad Karolum epistola a. testatur: *Qui vestram se habere indignationem eo quod Judith filiam vestram illum præ ceteris diligentem, sine vestræ voluntatis consensu in conjugium elegerit, eamque volentem acceperit, ore proprio retulit*. Hic porro est Balduinus, a quo genus & origo veterum Flandriæ Comitum.

* ita Scheda Sirmondi.

c *De uxore Hlotharii*) Theutberga Huberti Abbatis sorore, quam Lotharius Waldrada pellice inducta repudiavit. De quo divortio, præter Synodos Aquisgrani, Metis, Romæ habitas, & præter Nicolai, aliorumque epistulas, liber extat Hincmari Archiepiscopi. Res hoc anno inchoata, variis deinceps modis tum feracium agitata & protracta, non alium, quam quem Lotharius vitæ finem, sortita est.

ANNO CHRISTI 862.

posse donaverit, sum paratus simul vobiscum agere, si voluerit ipse recipere.

VIII.

Quod autem consilium ego, cum Episcopis, & ceteris fidelibus nostris, sollicitus & pro nostra communi, vestra scilicet & mea, sed & pro ipsius nepotis nostri salute & honore, & pro communi omnium fidelium nostrorum indemnitate & salvatione, nunc proxime, & in Synodo, & in placito nostro accepi, vobiscum nullum bonum negare, sed omne bonum meum paratus sum participare, dico si placet, & si ita vobis bene visum fuerit, accipiamus communiter. Et si melius nobis, per rationem, & auctoritatem divinam, & humanam nostræ salvationi & christianitati congruentem, ostenderitis, paratus sum illud cum omni devotione accipere, & vobiscum, Deo cooperante, & communium fidelium nostrorum consilio & auxilio adminiculante, libentissime sequi & exequi.

I X.

Quia scriptum est dicente bono rege, qui tamen deliquit ut homo, & recognovit se ut
Psal. 27. 7. felix, *ex voluntate mea confitebor illi*: profiteatur idem nepos noster coram vobis, & coram Episcopis, qui vobiscum fuerint, & remandet nobis per vos & per illos quia vult secundum domni Apostolici, & Episcopale, immo divinum consilium, ad placitum convenire cum Episcopis, & fidelibus atque amicis Dei, & nostris ac suis, quoniam hæc causa generalis est omnibus Christianis: & aut ostendere, quia secundum legem divinam & humanam Christianis congruam hoc factum de uxore sua habeat executum; aut secundum Dei consilium, & legem Christiano regi convenientem, hoc & illa duo quæ præmisimus, emendare velit & debeat. Et paratus sum cum tali caritate & honorabilitate illum recipere, sicut Christianus rex Christianum regem, & sicut diligens patruus dilectum nepotem debet recipere, & in illius amicitia ad illius salvationem & honorem, si ita fecerit, permanere. Et constituatur tempus congruum, & locus opportunus, quando simul pacifice conveniamus, & hanc causam, sicut de nobis ipsis, quia sicut Scriptura dicit, os nostrum & caro nostra est, ad communem nostram, & fidelium nostrorum salvationem & honorem diffiniamus. ne qui fidelibus nostris, & omnibus Christianis in bono exemplum esse debemus, perditionis exemplum donemus, & qui malorum correctores esse debemus, caput malorum, quod absit, fiamus. Sed & ea quæ, ut supra diximus, apud Confluentes promisimus nos tractaturos, & observanda constituturos, tractemus & statuamus, & qui undique propter peccata nostra, & malum discordiæ, quod in regnis nostris manet, percutimur, placato Deo misericordiæ illius solatium consequi mereamur. Et non sit nepoti nostro hoc agere in mente sua durum,
Prov. 28. 14. quia scriptum est: *Qui mentis est dura, corruet in malum*. sed timeat Deum, & compescat istud scandalum, quod tam grande in ista Christianitate sine ulla necessitate est generatum, & propagatum: cum per rationem & auctoritatem potuisset ad debitum effectum perduci, quod multis hominibus videtur sine plena ratione & auctoritate debita executum. Et quia scriptum
Ibid. est: *Beatus homo qui semper est pavidus*; &
Prov. 8. 17. Dominus dicit: *Diligentes me diligo*, pro amore & timore Dei honoret se, & suam Christianitatem, & suum nomen regium, & exuat se, & nos omnes ab ista calumnia quæ illum sequitur, & per illum, ac propter illum, nos propinquos illius: & honoret inde Deum, sciens Dominum dicere, *Honorantes me honorabo, & qui temnunt me erunt ignobiles*. 1. Reg. 2. 30.

X.

Et si ita noluerit, faciat quod judicaverit faciendum. ego in vestra amicitia & debita fraternitate persistere, & omni debito obsequio illam promereri cupiens, qui non quæro quæ sunt illius, sed illum, si eum salubriter habere non possum, me Deo pro illius amicitia tollere nolo. Nec ad malum alicui præstare auxilium volo, quia legimus in Scriptura, Dominum dixisse cuidam regi, *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt me amicitia jungeris: idcirco iram Domini merebaris quidem*, & sicut ibidem 2. Par. 19. 10. in reliquo scriptum est. Et item legimus, quia de quacumque impietate impius conversus fuerit, & ex corde se converti velle dixerit, jam non inter impios computatur, & a piis pie recipi debet, & salubriter potest, dicente Scriptura, *Verte impios & non erunt*: non quia non Prov. 12. 7. erunt in essentia, sed non erunt in impietatis culpa. Hæc autem diximus, non ut nepotem nostrum in numero impiorum computari cupiamus, quem piorum numero sociari a Domino exoptamus.

Sequuntur adnuntiationes, quas tres reges apud Sablonarias adnuntiare debuerant:

Adnuntiatio domni Hludouvici.

CAPIT. I.

Sicut scitis, qui ibi adfuistis, quando proxime apud Confluentes nos, adjuvante Domino, conjunximus, & capitula a nobis, & a fidelibus nostris observanda statuimus, convenit nobis, ut congruo tempore, & opportuno loco, iterum simul conveniremus, & cum Dei adjutorio, & fidelium nostrorum consilio, quæ in statu sanctæ Ecclesiæ, & in nobis, & in regnis nostris, atque in nostris fidelibus emendanda erant, emendaremus, & ut emendata de cetero observanda statueremus. Et ad hæc agenda jam per tres vices & tempus & locum condiximus: sed aut mihi, aut fratri meo, aut communi nepoti nostro tales causæ acciderunt, pro quibus hoc quod condiximus, implere non potuimus.

I I.

Interea pervenit ad me, quia meus frater, & communis nepos noster, ita inter se non erant, sicut tunc fuerunt, quando nos simul conjunximus. Et ideo ad hoc veni, ut inter eos privatus mediator existerem, & ipsi sic inter se sint, sicut per rectum esse debent. Unde frater noster per me, & per Episcopos nostros, ac per Episcopos nepotis nostri, & scripto & verbo tales causas nepoti nostro mandavit, pro quibus [a] illi sic privatus non erat, sicut antea fuerat. quas si ille emendare vellet, sicut ei mandabat, voluntarie illi erat sicut diligens patruus dilecto nepoti, & Christianus rex Christiano regi esse per rectum debet. De quibus causis nos, & Episcopi qui nobiscum fuerunt ex parte nepotis

a *Ille sic privatus*) Familiaris & amicus. utuntur & in Adnuntiatione sua Karolus & Lotharius. Inde in vernacula nostra *prive'* familiaris; & *privauté* familiaritas.

ANNO CHRISTI 862.

nostri, fratri nostro, & Episcopis qui cum eo erant, tale responsum reddidimus: quia illas causas, quas ei reputabat, paratus erat aut emendare, aut de illis certam reddere rationem & dignam facere satisfactionem. Quod responsum & frater noster, & Episcopi libenter receperunt: &, Deo gratias, sunt ita modo frater, & nepos noster, sicut per rectum esse debent.

III.

Et volumus, ut sicut nobis convenit, inter nos fideles Missi discurrant, & quæ in uniuscujusque nostrum regno emendanda sunt, & alter alteri innotuerit, emendentur: & casæ Dei, & sacerdotes, ac servi Dei legem & honorem debitum habeant: & unusquisque fidelium nostrorum in regnis nostris, cujuscumque nostrum sit homo, legem & justitiam, & in se, & in suis proprietatibus, & in suis honoribus habeat, sicut tempore antecessorum nostrorum habuerunt, & sicut inter nos jam convenit, & in illis capitulis est constitutum, quæ antecessores nostri reges constituerunt, & sicut nos apud Marsnam firmavimus, & sicut nunc proxime apud Confluentes statuimus. donec, adjuvante Deo, congruo tempore & opportuno loco iterum similiter conveniamus, & una cum communi fidelium nostrorum consilio, quæ perfecta non fuerint, pacifice tractemus atque perficiamus: & ita nos ad invicem adjuvemus, ut cum Dei adjutorio nos & fideles nostros salvemus, & oppressoribus sanctæ Ecclesiæ resistamus. Et hanc adcognitationem ideo scribi communi consensu fecimus, ut unusquisque nostrum illam habeat, & certius sciat, quid & qualiter exinde observare expressius debeat. quia non decet ut rex a sua cognitatione deviet, sicut non convenit ut Episcopus a sua recta prædicatione discordet.

Adnuntiatio domni Karoli.

CAPIT. I.

Hoc quod dilectus frater noster dixit nos proxime apud Confluentes constituisse, quantum fuit ex me, hactenus observavi, & observare cupio; si & erga me ita fuerit observatum. & ei reputare non volo, ut ipse similiter erga me illa observata non habeat. Credo etiam, quia nec ille velit, nec aliquis alius mihi reputare possit, ut erga eum illa observata non habeam. Quod si aliquis fecerit, paratus sum, aut illa quæ emendanda sunt emendare, aut de hoc quod mihi reputatum fuerit, certam reddere rationem.

II.

Et si hic communis nepos noster fecerit, sicut frater noster, & Episcopi, qui cum eo inter nos mediatores fuerunt, mihi & Episcopis qui mecum erant, ex parte illius nuntiaverunt, & frater noster nunc dixit; & ita mihi familiaris & amicus atque adjutor secundum rationabilem possibilitatem extiterit, sicut nepos patruo, & Christianus rex Christiano regi esse per rectum debet: sic ei privatus & amicus atque adjutor secundum rationabilem possibilitatem esse volo, sicut diligens patruus dilecto nepoti, & sicut Christianus rex Christiano regi per rectum esse debet.

III.

De fidelibus autem Missis inter nos discurrendis, & de his quæ in regnis nostris emendanda sunt emendandis, & de statu atque honore Ecclesiarum, & sacerdotum ac servorum Dei, & de lege ac justitia conservanda unicuique fidelium nostrorum in regno nostro, cujuscumque nostrum sit homo, & in illo, & in suis proprietatibus, & in suis honoribus, & de capitulis observandis, sicut frater noster nunc dixit, ita & ego per omnia cupio observare.

Adnuntiatio Hlotharii.

CAPIT. I.

Postquam iste patruus meus Hludouvicus me in sua bonitate in filii loco suscepit, sic erga me semper [a] in sua mercede fecit, sicut & illum decuit, & mihi necesse fuit. Unde paratus sum illi debitum obsequium exhibere, sicut per rectum debeo facere.

II.

Et de his quæ patruus meus Karolus proxime nunc, quando primum simul convenimus, mihi mandavit, sic observare cupio, sicut patruus meus Hludouvicus, & Episcopi, qui cum eo inter me & patruum meum Karolum mediatores fuerunt, ex mea parte illi, & Episcopis, qui cum eo erant, nuntiaverunt. Et si ipse mihi ita privatus & amicus atque adjutor secundum rationabilem possibilitatem extiterit, sicut patruus nepoti, & Christianus rex Christiano regi esse per rectum debet: ita & illi familiaris, & amicus atque adjutor secundum rationabilem possibilitatem esse volo, sicut diligens nepos dilecto patruo, & Christianus rex Christiano regi esse per rectum debet.

III.

De fidelibus autem Missis inter nos discurrendis, & de his quæ in regnis nostris emendanda sunt, & de statu atque honore Ecclesiarum, & sacerdotum ac servorum Dei, & de lege ac justitia conservanda unicuique fidelium nostrorum in regno nostro, cujuscumque nostrum sit homo, & in illo, & in suis proprietatibus, & in suis honoribus, & de capitulis observandis, sicut isti mei patrui nunc dixerunt, ita & ego per omnia cupio observare.

Quoniam istas, quæ præcedunt, adnuntiationes Hludouvicus, & Hlotharius, cum illorum sequacibus, postquam coram omnibus, qui adfuerunt, trium regum consiliariis fere ducentis, tam Episcopis, quam abbatibus, & laicis, relectas penitus rejecerunt, ne populo legeretur, ut causa Hlotharii penitus taceretur: hanc quæ sequitur adnuntiationem, domnus Karolus, istis ipsis verbis jam vesperi adnuntiavit, apud Sabloarias, anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXII. *Indict.* X. III. *Nonas Novembris, in ipsa casa, ubi relectæ fuerant præcedentes adnuntiationes, in quam pauci alii intraverunt, quam qui antea fuerant, quoniam fere plena de ipsis erat.*

---

a *In sua mercede fecit*) Tit. * XVI. cap. 1. *ut ad vos fuos denominatos fideles in sua mercede transmitteret*. id est gratuita indulgentia. Karolus M. in Capitulis anni DCCCXIII. *qualiter in domini regis mercede eleemosyna fiat facta*. Alio sensu in mercede, vel ad mercedem suam se facere dicebant, quod spe fiebat divinæ remunerationis. Pippinus in diplomate pro S. Dionysio: *Propterea in nostra mercede, & remedio animæ genitoris nostri Karoli, donamus ipsum locum*, &c.

ANNO CHRISTI. 864.

Adnuntiatio Karoli.

Siene ego verbis & feripris per fratrem meum, & Epitcopos nepoti meo mandavi, & illi de A sua parte mihi renuntiaverunt, sic illi amicus esse, & illum salvare volo, sicur avunculus per rectum nepotem salvare debet: si ille, sicut nepos per rectum avunculum salvare debet, me & meos salvaverit.

ANNO CHRISTI, 864.

TITULUS XXXVI.

Edictum Pistense.

ADNUNTIATIO DOMNI KAROLI APUD PISTAS.

CAPIT. I.

Multas gratias vobis agimua de vestra fidelirate, & de vestra bona voluntate, quam semper erga nos in omni adjutorio & obsequio demonstraris, sicut vestri antecessores erga nostros anrecessores demonstraverunt. Et quia pacem, quam jam prærerito tertio anno hic communiter confirmavimus, & adcognitari fecimus, secundum quod causa in quibusdam locis conjacuit, & si non omnes, sicut desideravimus, tamen ex majori parte observastia: & quia pleniter, & cum pace ad hoc nostrum placitum convenistis.

II.

Et quia bonam voluntatem vestram in istis & in alus videmus, & experti sumus, fiducialius vos commonemus, ut & de ipsa pace observanda, & de istis operibus, quæ contra Dei & sanctæ ejus Ecclesiæ, & nostros communes inimicos Nortmannos incepimus, sine defectu & lassatione viriliter laboretis: scienres qualiter nobis placuisset, si istas firmitates hic factaa habuissemus, quando in rali angustia, sicut experti estis, ad Meldis contra eos communiter laboravimus. Unde nos Deus, sicut suæ misesicordiæ placuit, manifesto suæ clementiæ indicio adjuvavit.

III.

Ee quoniam illa, quæ jam tertio anno hic una cum consensu & consilio fidelium nostrosum constituimus, & vobis adcognitari fecimus, libenter audisse & suscepisse comperimus: quæ nunc etiam, ad nostram communem salutem, & pacem atque honorem, hic fidelium nostrorum consensu atque consilio constiruimus, vobis per scriptum nota facere volumus, ut illa plenius audire, & ad illud scriptum recurrendo, quod in singulis comiratibus dari & relegi, atque haberi præcipimus, firmius retinere, & certius observare possitis. Quæeriam ab Episcopis, vel eorum ministris, per singulos comitatus de eorum parrochiis aperto sermone, ut ab omnibus possint inrelligi tradi volumus.

KAROLUS GRATIA DEI REX.

Notum esse volumus omnibus Dei & nostris fidelibus, quoniam hæc quæ sequuntur capitula, nunc in isto placito nostro, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCLXIV. anno videlicet regni nostri ipso propitio XXV. indictione XII. VII. Kalend. Julias, in loco qui dicitur pistis, una cum fidelium nostrorum consensu atque consilio constituimus, & cunctis sine ulla refragatione per regnum nostrum observanda mandamus.

B CAPIT. I.

Primo consideravimus de honore Ecclesiarum & sacerdotum, ac servorum Dei, & immunitate rerum ecclesiasticarum, ut nullus sibi de ipsis sebus contra auctoritatem præsumat; & Comitea Episcopia & ministris Ecclesiæ in eorum ministeriia adjutores in omnibus fiant, sicut in capitulari prædecessorum ac progenitorum nostrorum continetur, in secundo lib. cap. XXIII. Et quicumque Comitum, vel ministrorum reipublicæ, hæc quæ mandamus observare neglexerit, si prima & secunda vice de his admonitua non se correxerit, volumus ut negligentia Comitis ad nostram notitiam per Episcopos, & C per Missos nostros deferatur, & aliorum negligentia per Comites ad nostram notitiam perferatur, ut nostra auctoritate, quod in capitulari prædecessorum nostrorum continetur subire cogantur.

II.

Post hæc de urphanorum & viduarum causis, & de regalibus justitiis, & summopere de raptoribus puellarum, & viduarum ac sanctimonialium, & de hia qui presbyteros flagellare præsumunt, & qui presbyteros de ecclesiis sine Episcoporum consensu eicere, vel recipere, aut censum de manso, vel ex his quæ domnus & genitor noster in suis capitularibus Ecclesiis in D immunirate concessit, exigere non timent: & qui censa de rebus ecclesiasticia ad Ecclesiaa persolvere detrectant: ut firmiter a Missis, & a Comitibus nostris inquirantur, & acriter distringantur, & plena justitia inde fiat, secundum quod in capitularibus avi & patris nostri statutum haberur: & ipsi contemptores legum, divinæ scilicet & humanæ, ad nostram præsentiam legaliter perducantur: ut inde consilio fidelium Dei ac nostrorum commendemus, quid de talibus hominibus sit faciendum, qui nec Deum timent, nec contra sanctos canones facere, nec legem & præceptum regium infrin- E gere pertimescunt. salva censura ecclesiastica, & episcopalis pœnitentiæ vindicta.

III.

Ut lex & justitia unicuique in suo ordine omnibus conservetur & pacem, quam proxime, teste Deo, propriis manibua communi consensu confirmavimus, quando hic placitum nostrum habuimus, sic omnes & infra patriam & quando ad placitum unusquisque venerit, & quando redierit, & quando necessitas nobis evenerit, ut hostem nostrum adnuntiemus, usque constituta loca secundum consuetudinem & capitula prædecessorum nostrorum observare procuret. Ee

ANNO CHRISTI 864.

qui contra hanc confirmationem per contemptum venerit, aut quantocius, quod contra hanc confirmationem excessum fuerit, emendare neglexerit, ab Episcopis, & Missis, & Comitibus nostris hoc nobis nuntiari mandamus: quatenus tantum Dei, & nostrum, ac totius Christianitatis contemptum, sicut secundum leges divinas & humanas invenerimus, emendare curemus, ne ipso nostro judicio a Deo, quod absit, condemnati simus. Et videant Episcopi, & Missi, ac Comites nostri, ne si contra nostram communem confirmationem aliquis per contemptum fecerit, & emendare noluerit, per alium quam per illos, qui ad hoc constituti sunt, hunc contemptum sciamus. quoniam si per alium, quam per illos hoc, sicut non convenit, audierimus: sicut nec ipsi immunes a peccato erunt, sic nec ab ultione immunes existent.

I V.

Volumus, & expresse mandamus Comitibus nostris, ut sicut in xxiv. capitulo secundi libri capitulorum decessorum nostrorum continetur, vassalli nostri, nobis & nostræ conjugi famulantes, condignum apud omnes honorem habeant, sicut a genitore nostro, & a nobis sæpe admonitum est: & sicut ipsi volunt se a nobis honoratos tenere, ita & nobis famulantibus, sicut consuetudo fuit antecessorum nostrorum, debitum honorem exhibeant.

V.

Volumus, & expresse Comitibus nostris mandamus, ut villæ nostræ indominicatæ: sed & villæ de monasteriis, quæ conjugi nostræ, & filiis ac filiabus nostris concessa atque donata habemus, quæque sub immunitate consistunt, cum salvamento, & debita reverentia in comitatibus illorum consistant. Sed & quæ homines nostri, ac illorum, illarumque, qui sine ulla differentia & nostri sunt, cum salvamento & debito honore habere possint. Et non ignorent, neque obliviscantur Comites ac Missi nostri, nos scire

v. Reg. 2. 30. quod dominorum Dominus de se dicit: *Honorificantes me, honorificabo: & qui contemnunt me, inhonorati erunt.*

V I.

Et quoniam humana fragilitas proclivior est ad contra justitiam faciendum, quam ad justitiam exequendam; & diabolus semper certat, ut fragilitati humanæ oculos mentis claudat, ne castigationem Dei videat, & semetipsam emendet: sicut ad nos perventum est, quidam leves homines de istis Comitatibus, qui devastati sunt a Nortmannis, in quibus res, & mancipia, & domos habuerunt; quia nunc ibi mancipia & domos non habent, quasi licenter malum faciunt: quia, sicut dicunt, non habent, unde ad justitiam faciendam adducantur. & quia non habent domos ad quas secundum legem [a] manniri & banniri possint, dicunt quod de mannitione vel bannitione legibus comprobari, & legaliter judicari non possunt. Contra quorum malas insidias, consensu & consilio fidelium nostrorum statuimus, ut Comes missum suum ad illam terram, in qua domos quis habuit, mittat, & eum bannira & mannire jubeat. Et quoniam lex consensu populi, & constitutione regis fit, Franci jurare debeant, quia secundum regium mandatum nostrum ad justitiam reddendam vel faciendam legibus bannitus vel mannitus fuit. & sic ipsæ res illi [b] judicio scabiniorum in bannum mittantur, &, si necesse fuerit, ipse in forbannum mittatur, * quia ad justitiam reddendam venira noluerit. Et mandet Comes, qui hoc executus fuit, alteri Comiti, in cujus Comitatu res, & mancipia habet, quid inde factum habet: & ex nostro verbo illi mandet, ut per illa quæ in suo comitatu habet, illum distringat, quatenus ad justitiam reddendam, vel faciendam in suum comitatum redeat.

* *ita manu Sirm. pro* qui.

V I I.

Audivimus etiam, quia hujusmodi leves homines in aliis comitatibus deprædationes & injustitias faciant, & ad illum comitatum, in quo commanent, & in quo illas malitias non faciunt, factis malitiis in aliis comitatibus reveniunt. Unde mandamus, & Comitibus nostris expresse præcipimus, ut illi Comites, in quorum comitatibus tales homines injustitias faciunt, illis Comitibus hoc mandent, in quorum comitatibus refugium habent: & una mente, unoque consensu, & uno certamine, ad tales homines comprehendendos se erigant & decertent, ut Ecclesiæ Dei, & ministri ejus, & servi Dei, ac populus pacem & quietem habere possit.

V I I I.

Ut denarii ex omnibus monetis, meri ac bene pensantes, sicut in capitulari prædecessorum ac progenitorum nostrorum regum libro quarto, xxxis. capitulo continetur, in omni regno nostro non rejiciantur usque ad Missam sancti Martini. & in omnibus civitatibus, & vicis, ac villis, tam nostris indominicatis, quam & his quæ de immunitate sunt, vel de comitatibus, atque hominum nostrorum, sive cujuscumqua sint per omne regnum nostrum, a judicibus nostris, & ab eis quorum villæ sunt, una cum ministris reipublicæ, secundum quantitatem locorum & villarum, tanti ac tales de ipsis incolis & inibi commanentibus constituantur, qui inde providentiam habeant, ne boni denarii reji-

a *Manniri & banniri*) Citari & vocari ad placitum ac judicium. Differre tamen ista liquet ex lib. iv. xxv. *non manniatur, sed a Comite banniatur*. Hoc igitur discrimen, quod mannire dicebantur causatores, ipsi cum alter alterum, ut in jus ambularent, coram testibus admonebat. Hincmarus Laudunensis ad Remensem: *Ansgarius regia potestate ipsas obtinuit, non advocato meo ad mallum, ut publicæ se habent leges, pro rebus ipsis mannito*. Bannire vero Comites, Vicarii, & judices alii, cum per bannum ad placita vocabant. Unde qui vocatus ad placitum non venerat, si mannitus fuerat, mannitionis seu manninæ compositionem adversario solvebat: si bannitus, bannum Comiti componebat. Hincmarus epistola iv. cap. xv. *Comites & Vicarii, vel etiam Decani plurima placita constituunt, &, si ibi non venerint compositionem ejus exsolvere faciunt. Et quia prius per manninas veniebant, excogitarunt quidam, ut per bannos venirent ad placita. quasi propterea melius esset, ne ipsas manninas alterutrum solverent. hæc ideo facientes, ut ipsi bannum acciperent.*

b *Judicio scabiniorum*) Judicum. Karolus M. in Capitulis Aquensibus, anno ix. de eo cui ad mortem damnato vita concessa est: *nec inter scabinios ad legem judicandam locum teneat*. Hi ad omnia placita septeni minimum conveniebant. lib. iii. cap. xl. *exceptis scabineis vii. qui ad omnia placita præesse debent*. In placito de mancipis S. Remigii evindicatis, cujus antea meminimus, octo numerantur: *Ipsi enim videntes, cognoscentesque rei veritatem atque comprobationem, statum se recrediderant, & per judicium scabiniorum, quorum hæc sunt nomina Geimfridus, Ursoldus, Fredericus, Ursiandus, Hroderaus, Herebelus, Rasbertus, Gislebardus, reconiaverunt servitium multis diebus injuste retentum vel neglectum.*

ANNO CHRISTI 864.

cipiantur, & noo nisi meri & bene pensantes acciplantur.

I X.

Ut illi, qui ex hac causa providentiam habebunt, sacrameoto jorent, quod sicut eis ex hac causa injunctum fuerit, quantum scierint & potuerint, debeant fideliter observare, & illum hominem quem scietint merum & bene pensantem denarium rejicere, non debeant celare, sed ministris reipublicæ eum debeant notum facere. De qao sacramento quicumque comprobatus fuerit perjuratus, & secundum legem mundanam ut perjurus puniatur, sicut in capitulari decessorum ac progenitorum nostroram continetur, in fine capituli x. ex tertio libro, & secundam legem Ecclesiasticam publicæ pœnitentiæ subigatur.

B

X.

Ut ab ipsa Missa sancti Martini, per omne regnum nostrum non nisi istius nostræ novæ monetæ meri & bene pensantes denarii accipiantur. Et quicumque ab illa die alium denarium negotiandi causa protulerit, a Comite, & a ministris ejus, auferatur ab eo, sicut in libro capitulorum II. decimo octavo capitulo contineatur.

X I.

C

Ut in denariis novæ nostræ monetæ, ex una parte nomen nostrum habeatur in gyro, & in
a medio [a] nostri nominis monogramma. ex altera vero parte, nomen civitatis, & in medio crux habeatur.

X I I.

Sequentes consuetudinem prædecessorum nostrorum, sicut in illorum capitulis invenitur, constituimus ut in nullo loco alio in omni regno nostro moneta fiat, nisi [b] in palatio nostro, & [c] in Quentovico, ac Rotomago; quæ moneta ad Quentovicum ex antiqua consuetudine pertinet: & in Remis, & in Senonis, & in Parisio, & in Aurelianis, & in Cavillono, & [d] in Metullo, & in Narbona. b c d

X I I I.

Ut hi, in quorum potestate deinceps monetæ permanserint, omni gratia & cupiditate, seu lucro postposito, fideles monetarios eligant, sicut Dei, & nostram gratiam volunt habere. Et ipsi monetarii jurent, quod ipsum ministerium, quantum scierint & potuerint, fideliter faciant. & mixtum denarium, & minus quam debet pensantem non monetent, nec monetari consentiant. & sine ulla fraude, & absque malo ingenio, contra eos, quorum argentum ad purgandum acceperint, ipsum [e] argentum exmerent, & sine fraude, tam in pensa, quam in purgatione denarios concambient. Contra quod sacramentum, si quilibet fecisse reputatus fuerit, [f] judicio Dei se examinet: & sicut contra hoc fecisse comprobatus fuerit, quia non majorem fraudem facit, si mixtum denarium, & minus quam debeat pensantem monetaverit, quam si in purgatione & concambio argenti per malum ingenium fraudem de argento reipublicæ, & de argento rerum Ecclesiasticarum, & de facultate pauperum fecerit; sicut constitutum est de falsis monetariis in libro IV. capitulorum, XXXIII. capitulo, manum perdat, & ut e f

a *Nostri nominis monogramma*) Ea erat nota & character, ut cum litera unica videretur, unde monogramma est dictum, omnes tamen nominis literas exprimeret. Denariorum enim quos describit forma hæc erat, qualis hodie passim in plurimorum scriniolis spectari solet.



Monogrammatis antiquissimus olim usus fuit in diplomatibus regum nostrorum, in quibus nomen non integrum, ut mos nunc est, signabatur, sed hoc unico charactere.
[*] *Secus esse, cum postea comperisset Sirmondus, manu ad oram libri sui notavit.* — [*] Karolus Calvus instituisse primus videtur, ut nummis imprimeretur: cum ante illum, quod in Karoli M. & Ludovici Pii denariis observare est, pro monogrammate principis effigies, aut aliud quippiam incidi soleret.

b *Nisi in palatio nostro*) Hæc moneta palatina dicebatur, cujus specimen nunc datum est. Vetuerat aliquando Karolus M. monetam ullo alio loco esse, nisi in palatio. Qua de re præter capitulum XII. lib. II. aliud extat ejusdem non editum: *Ut in nullo loco moneta percutiatur, nisi ad curtem, & illi denarii palatini mercentur, & per omnia discurrant.*
Editum est a V. C. Steph. Baluzio Tom. 1 Capital. pag. 464.

c *In Quentovico*) Hujus loci denarium vidimus hac inscriptione: *Karlus Dei gratia rex*, in altera facie, *Quentovici*. Quentovici porro mentio est in præcepto Ludovici Imp. de divisione inter filios, quod editum est a Pithœo post Theganum: *Adartensis, Boloniensis, Quentovica, Cameracensis, Vermandensis*. Idem, ni fallor, qui Wicus simpliciter appellatur in alio diplomate Karoli M. apud Aimoinum lib. v. cap. I. *Neque per civitates tam in Rodomo, quam & in VVicus, neque in Ambianis*. de quo & Dagobertus rex de mercato S. Dionysii: *Ad Rothomum portum, & ad VVicus portum, qui veniunt ultra mare*. & Alcuinus epistola XII. *Revertenti mihi de VVicus propter causas necessarias*. [*] Beda lib. 4. cap. I. *Assumpsit Theodorum cum Ebroini licentia, & perduxit eum ad portum cui nomen est Quintovvic, & navigavit Britanniam*. Quibus ex locis quo in tractu Quentovvicus olim fuerit facilius est conjicere, quam certam & veram sedem indicare.
[*] addit. manu Sirmondi.

d *In Metullo*) Metullam vicum prope Burdigalam commemorat Chronicum Montis Dei de gestis Normanorum: *Anno* DCCCCXLVIII. *Normanni Burdigalam Aquitaniæ Judæis prodentibus captam depopulatamque incendunt, deinde Metullam vicum populantes incendio tradunt*. De illa agi hoc loco non puto. de altero malim, quod in finibus Pictonum Mellum hodie appellant, alias Metallum dictum fuisse probant antiquæ chartæ Comitum Augensium, in quarum potestate oppidum id erat. Acta visitationis Simonis A. Bituricensis: *apud Prioratum S. Hilarii de Metullo distantem a Prioratu de Lezignano per III. leucas Pictavinas*. Metollum præterea, sed sine loci designatione, nominant gesta Dagoberti regis c. XLI. *Plumbum quod ei ex Metullo exactum, in secundo semper anno solvebatur libras octo millia ad cooperiendam Ecclesiam, concessit*.

e *Argentum exmerent*) Purgent, & merum reddant. Duo in denariis requirebantur, ut puro fierent argento, non mixta, & ut pensam, id est pondus haberent legitimum. In quibus hæc inerant, meri & pensantes dicebantur. Synodus Francofordiensis cap. v. *De denariis, si mera sunt argenta, & pleniter pensantes*.

f *Judicio Dei se examinet*) infra iterum cap. xx & Tit. [*] XXXIX. cap. III. & VII. Quibus ex locis liquet solitos olim, cum de crimine suspectus atque insimulatus quispiam fuerat, si per testes comprobari non poterat, ad Dei judicium compellere, ut ex ejus eventu vel liberaretur, vel condemnaretur. Karolus M. in Capitulis anni IX. cap. IX. *ut omnes judicio Dei credant absque dubitatione*. Quod genus examinis merito improbat ac refellit Agobardus in libello, quem de eo argumento scripsit. in quo & varios ejus modos explicat: *Mitte unum de tuis, qui congrediatur mecum singulari certamine, ut probet me reum tibi esse si occiderit: aut certe jube ferrum vel aquas calefieri, quas manibus illæsus attrectem: aut constitue cruces, ad quas immobilis perseverem*. Quadruplex genus recenset, monomachiam, ferrum ignitum, aquam ferventem, & crucem. aquam frigidam prætermittit, cum in aquam colligati demittebantur. de quo judicio prolixa est Hincmari epistola ad Hildegarium Episcopum Meldensem. *Et vani homines*, inquit Agobardus, *nominant ista judicium Dei. Unde probari potest judicium esse Dei, quod Deus nunquam præcepit?* Verum hæc omnia tandem legibus tum Ecclesiasticis, tum civilibus damnata & abrogata sunt.
[*] *Hic XLV.*

ANNO CHRISTI 864.

facrilegus, ac pauperum spoliator, publicæ pœnitentiæ judicio Episcopali subjiciatur. In illis autem regionibus, in quibus secundum legem Romanam judicia terminantur, juxta ipsam legem culpabilis judicetur.

X I V.

Ut in proximis Kalendis Julii, per hanc duodecimam indictionem, habeat in Silvanectis civitate unusquisque Comes, in cujus comitatu monetam esse jussimus, Vicecomitem suum cum duobus aliis hominibus, qui in ejus comitatu res & mancipia vel beneficia habeant, & suum monetarium cum ipsis habeat: quatenus ibi accipiant per manus suas de camera nostra, ad opus uniuscujusque monetarii, de mero argento cum pensa libras quinque, ut habeat unde initium monetandi possit incipere: & pensam argenti, quam ex camera nostra acceperit, per manus eorum, per quas illud accepit, Sabbato ante initium Quadragesimæ, in monetatis denariis in præfato loco, & cum ipsa pensa, cum qua argentum acceperat, unusquisque monetarius in nostra camera reddat.

X V.

Ut nullus more solito pro ullo lucro vel avaritia hoc leviter accipiat: sed omnes ab ipsis Kalendis Julii, argentum suum in constitutis monetis concambiari faciant: scientes quia post Missam sancti Martini nulli alii denarii in regno nostro, nisi istius novæ nostræ monetæ recipientur: & ab ipsis Kalendis Julii ipsi novi denarii ab omnibus accipiantur. Et quicumque liber homo ab ipsa die denarium merum novæ nostræ monetæ in regno nostro rejecerit, sicut in præfato libro, & capitulo regio continetur, bannum nostrum, id est solidos sexaginta, componat. Si vero servi Ecclesiastici, aut Comitum, aut vassallorum nostrorum hoc facere præsumpserint: quia in præfato Capitulari continetur, ut sexaginta ictibus vapulent, & hac occasione indiscreti homines modum in disciplina faciebant; constituimus fidelium nostrorum consensu atque consilio, ut quorumcumque coloni & servi pro hoc convicti, non cum grossa fuste, sed nudi cum virgis vapulent. & in civitatibus, atque vicis, seu villis, Episcopi per suos ministros, vel presbyteros providentiam una cum reipublicæ ministris accipiant, ne & in hac causa modus disciplinæ transgrediatur: sed taliter fiat, qualiter & homines castigentur, & quasi pro intentione, vel occasione castigationis disciplinam facientes, peccatum non incurrant, & disciplinam sustinentes in corpore suo debiliores non fiant. Quod si quis hoc mandatum nostrum transgressus fuerit, nobis ab Episcopis nuntietur: quatenus taliter castigetur, ne deinceps mandatum nostrum quenquam delectet contemnere. Et si dominus, vel magister quilibet, aut advocatus talium hominum, eos vel Comiti, vel Misso nostro, ad disciplinam sustinendam contradixerit, vel Misso nostro jussus præsentare noluerit, prædictum bannum sexaginta solidorum componat, sicut in prædicto capitulari habetur.

X V I.

Ut si aliquis homo a proximis Kalendis Julii, de hac nova nostra moneta mixtum, vel minus quam debeat pensantem denarium invenerit, constringat eum qui ipsum denarium ad negotiandum protulit, & ipse dicat a quo eum accepit: & sic de manu ad manum veniat, usque dum ad falsitatis auctorem perveniatur. Et inventus mixti vel minus quam debeat pensantis denarii monetator, in illa terra, in qua judicia secundum legem Romanam terminantur, secundum ipsam legem judicetur: & in illa terra, in qua judicia secundum legem Romanam non judicantur, monetarius, sicut supra diximus, falsi denarii manum dexteram perdat, sicut in quarto libro capitulorum continetur, capite trigesimo tertio. Et qui hoc consenserit, si liber est, sexaginta solidos componat: si servus vel colonus, nudus cum virgis vapulet.

ANNO CHRISTI 864.

X V I I.

Ut diligenter Comites & ministri reipublicæ per suos comitatus ac ministeria provideant, ne in aliquo loco occulta vel fraudulenta moneta fieri possit. & si inventus ac comprobatus quilibet fuerit fraudulentam monetam percutiens, sicut constitutum est de falso monetario, ex præfato capitulari prædecessorum nostrorum, manus ei amputetur: & qui hoc consenserit, si liber est, sexaginta solidos componat, si servus vel colonus, nudus cum virgis vapulet.

X V I I I.

Et, si falsus monetarius, aut de illis locis, in quibus monetam fieri jussimus, aut occulte monetam percutiens, aut denarium falsum de nova moneta ad negotiandum proferens, ut constringi & puniri non possit, sicut est constitutum, in fiscum nostrum, vel in quamcunque immunitatem, aut alicujus potentis potestatem, vel proprietatem confugerit: si in nostrum confugerit fiscum, requiratur a ministro nostro: & si ille eum defenderit aut occultaverit, nuntietur nobis, quatenus ita in eo secundum capitulare regium judicetur, ne ullus alius unquam falsitatem nostra auctoritate vel potestate consentire aut defendere audeat. Si autem in immunitatem, vel potestatem, aut proprietatem alicujus potentis confugerit, secundum quod in tertio libro capitularis, XXVI. capitulo continetur, de eo qui furtum, aut homicidium, vel quodlibet crimen foris committens infra immunitatem fugerit, inde fiat. id est mandet Comes, vel publicæ rei minister Episcopo, vel abbati, vel illi, quicumque locum Episcopi, aut abbatis, vel abbatissæ tenuerit, vel potentis hominis, in cujus potestatem vel proprietatem confugerit, ut reddat ei reum. Si ille contradixerit, & eum reddere noluerit, in prima contradictione, solid. XV. culpabilis judicetur: si ad secundam inquisitionem eum reddere noluerit, XXX. solid. culpabilis judicetur: si nec ad tertiam inquisitionem consentire voluerit, quidquid reus damni fecit, totum ille, qui eum infra immunitatem retinet, nec reddere vult, solvere cogatur: & ipse Comes veniens licentiam habeat ipsum hominem infra immunitatem quærendi, ubicumque eum invenire potuerit. Si autem in prima inquisitione Comiti responsum fuerit, quod reus infra immunitatem quidem fuisset, sed fuga lapsus sit, juret quod ipse eum ad justitiam cujuslibet disfaciendam fugere non fecisset, & sit ei in hoc satisfactum. Si vero intranti in ipsam immunitatem, vel in cujuslibet hominis potestatem, vel proprietatem, Comiti collecta manu quilibet resistere tentaverit, Comes hoc ad regem, vel principem deferat, & ibi judicetur: & sicut ille qui in immunitate damnum fecit, DC. solidos componi debet, ita qui Comiti collecta manu resistere præsumpserit, DC. solid. culpabilis judicetur.

XIX.

ANNO CHRISTI, 864.

XIX.

Ut melius & commodius hæc providentia de bonis denariis non reiciendis, & de monetæ falsæ denariis custodiri possit, volumos ut unusquisque Comes de comitatu suo omnia mercata inbreviari faciat, & sciat nobis dicere, quæ mercata tempore avi nostri fuerunt, & quæ tempore domni & genitoris nostri esse cœperunt, vel quæ illius auctoritate constituta fuerunt, vel quæ sine auctoritate illius facta fuerunt, vel quæ tempore nostro convenire cœperunt, vel quæ in antiquis locis permanent, &, si mutata sunt, cujus auctoritate mutata fuerunt. Et ipsum brevem unusquisque Comes ad proximum placitum nostrum nobis adportet, ut decernere possimus, quatenus necessaria & utilia, & quæ per auctoritatem sunt, maneant, quæ vero superflua, interdicantur, vel locis suis restituantur. & mercata die Dominico in nullo loco habeantur, sicut in primo libro Capitulorum, capitulo CXLV. habetur.

XX.

Regino lib. 2. c. 426.

Ut Comes, & reipublicæ ministri, ac ceteri fideles nostri provideant, quatenus justus modios, æquusque sextarius, secundum sacram scripturam, & Capitula prædecessorum nostrorum, in civitatibus, & in vicis, & in villis ad vendendum & emendum fiat: & mensuram secundum antiquam consuetudinem de palatio nostro accipiant, & non pro hoc occasione a mansuariis, vel ab his qui censum debent, major modius, nisi sicut consuetudo fuit, exigatur. Et ipsi homines, qui per villas de denariis providentiam jurati habebunt, ipsi etiam de mensura, ne adulteretur, provideant; sicut in libro tertio capitulorum, cap. XC. continetur. Et si quis reputatus fuerit mensuram adulterasse, & cum majori modio vel sextario annonam vel vinum accepisse, & cum minori mensura venundare; si liber homo est, aut secundum suam legem [a] se inde sacramento idoneum reddat, aut si hoc fecisse, vel fieri jussisse, aut consensisse comprobatus fuerit, hoc unde mensuram adulteravit, id est vinum & annona, a ministris reipublicæ tollatur ab eo; insuper & bannum nostrum, id est solidos LX. componat. Si autem colonus, vel servus inde reputatus fuerit, aut judicio Dei se inde examinet, aut si inde convictus fuerit, hoc ut supra diximus, unde mensuram adulteravit perdat, insuper & virgis * nudo corpore vapulet. Et sive liber, sive colonus, vel servus de hoc convictus fuerit, post legalem emendationem, episcopale judicium suscipiat, quia contra tale interdictum Domini fecit dicentis: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, unde regnum Dei sibi clausit, & infernum sibi aperuit. Quod peccatum inter illa criminalia peccata computatur, de quibus dicit Apostolus, quod qui ea fecerit, cum hujusmodi nec cibum sumere Christiano licet. & inde sacri Nicæni canones clericos gradus perdere jubent: & de tali causa, unde sæculares homines vitam perdunt, inde clerici Ecclesiasticum gradum amittunt. Ministri autem reipublicæ se caute custodiant, ne pro has occasione ducti cupiditate, per aliquod malum ingenium, a liberis hominibus, vel colonis, seu servis, sua injuste tollant. quia si inde ad nos clamor venerit, & inde convicti fuerint, sic injustitiam istam exsolvent, sicut illi qui in suo ministerio [b] tortum faciant. In illis autem regionibus, in quibus secundum legem Romanam judicantur judicia, juxta ipsam legem committentes talia judicentur: quia super illam legem, vel contra ipsam legem, nec antecessores nostri quodcunque capitulum statuerunt, nec nos aliquid constituimus. Similiter per civitates & vicos, atque per mercata, ministri Reipublicæ provideant, ne illi qui panem coctum, aut carnem [c] per deneratas, & vinum per sextaria vendunt, adulterare & minuere possint. Sed quantos mensurabiles panes in unaquaque civitate de justo modio Episcopi, vel abbatis, seu Comitis ministeriales a pistoribus suis recipiunt, tantos mensurabiles panes de æquo modio a pistoribus qui panem vendunt, fieri faciant. Quod si inventi fuerint adulterare, vel minorare, ut supra diximus, secundum suum modum culpabiles judicentur. Homines etiam, qui providentiam habere debebunt, ne mancæ mensuræ fiant, si de perjurio quod juraverunt, quia hoc consentire non debuissent, revicti fuerint, secundum legem puniantur: sicut in fine capituli decimi ex libro tertio capitulorum habetur: & postea ab Episcopo publicam pœnitentiam de perjurio accipiant.

* Sirm. manu nudo corio.

ANNO CHRISTI. 864.

Psalm. 14. 5.

Concil. Nicæni c. 17.

XXI.

Et quia per tres jam annos [d] bannum pro rejectione bonorum denariorum perdonavimus, volumus ut modo, secundum discretionem, quam Missis nostris commendavimus, reWadiatum persolvatur, & ubi reWadiatum non est, reWadietur & solvatur: quatenus ex hoc, & ex disciplina constituta ita constricti, deinceps cessent denarios bonos reicere. Et quoniam audivimus, occasione accepta pro reWadiato ban-

---

a *Si idoneum reddat*) Purget se, atque immunem probet a crimine de quo impetitur. Tit. * IX. cap. VI. Ragamfridu, qui præcepta falsa regio nomine compilasse dicebatur, interdictum ne a parrochia Remensi abscederet, *donec se ab illis quæ ei impingebantur idoneum redderet*. Id fiebat aut sacramento, ut hoc loco: aut per testes juratos, ut lib. III. cap. LXIV. aut judicio Dei cujus exemplum est in Synodo Francofordiensi cap. IX. de Petro Episcopo: *Exivit ejus homo ad judicium Dei, neque per regis ordinationem, neque per sanctæ Synodi censuram, sed spontanea voluntate. qui etiam a Domino liberatus idoneus exivit.*

* Hic XI.

b *Tortum faciant*) Damnum vel injuriam inferant. cap. XIII. & XXVI. Tituli hujusce. Pro eodem torturæ quoque positum nomen animadverti in rescripto Godefridi Ducis & Marchionis, Virduni edito adversus torturas Advocatorum, quibus affligebant Ecclesias fidei suæ commissas.

c *Per deneratas vendunt*) Denariorum pretio quasi per denariatas. Sic denarata ceræ legitur in charta Besuensi: aut denerata de cera, in Charta ingenuitatis, qua Ansa famula ingenua facta est, in Tabulario S. Vitoni: *ut annis singulis unam deneratam de cera persolvat*. Et ibidem in testamento Bertarii: *persolvant duas deneratas de cera ad altare S. Vitoni in Kalendario sui transitus*. Duas deneratas de cera dicit quod in alia Besuensi charta est, persolvere in cera duos denarios.

d *Bannum revvadiatum*) Hincmarus Landunensis ad Remensem. *Et pro eo quod illa mansa intraverat, ut bannum revvadiaret interpellaretur.* Item in alia epistola: *Videns autem quia mei homines cogerentur revvadiare, quod me in villam Pauliacum secuti fuerant.* Revvadiant bannum, qui ad banni multam judicio damnati pro ea dant vvadium. eodemque modo in aliis. Wichardus abbas Frotario Episcopo Leucorum: *Videtur tamen nobis, si vos ita judicaveritis, ut quicunque de ipsis mancipiis, qui se subtrahere de nostra dominatione moliuntur, servitutem suam coram vobis revvadiare faciatis, ut deinceps per justitiam subacti hanc fraudem perpetrare nequeant.* Et in evindicatione mancipiorum S. Remigii, *revvadiaverunt servitium*, ut supra scriptum est.

ANNO CHRISTI 864.

uo, quofdam plus u pauperibus accepiffe, quam bannus levet: hoc a Miffis noftris diligenter requiri volumus. & quicumque plus ab eis acceperunt quam juffimus, cogantur illis reftituere, & illos abfque ulla excufatione ad præfentiam noftrsm Miffi noftri adducant: quatenus pro noftram harmifcaram ita caftigentur, ne ulterius tali coludio eos delectet opprimere pauperes.

XXII.

Ut a colonis, qui jam pro rejectione bonorum denariorum flagellati, vel flagellandi funt, nulla alia exactiu requiratur: & fi ab aliquo corum aliquid inde acceptum fuir, a Miffis noftris cogaeur reftitui. Ee qui beneficia, vel alodes, iu duobus, vel eribus, aut quatuor comitatibus habent, & non habeut in uuoquoque comitaeu, unde pleuum bannum valeant folvere; vel qui in uno tsutum comitatu alodem, vel beneficia habeut, & non tantum ibi habent, unde plenum baunum valeant folvere: Miffis noftris hoc notum faciant, & hoc ab eifdem Miffis noftris diligenter inbrevieeur, & nobis renuntietur, ut noftra difcretione difceruamos, qualiter & caftigacio ex compofitione fiat, & homines ultra menfuram & indebite non graventur: quia ficut fancta Scriptura dicit, non inde requirimus datum, fed fructum, id eft non inde requiritnus iohoneftum lucrum, fed regni ex caftigatiune profectum. Turpe vel inhoneftum eft lucrum, ue Auguftinus exponit, per varius circumventioues & occafiones lucrandi caufa inhunefte res qua libee congregari. Et non fulum in psuperioribus, fed etiam in ditioribus, confiderare volumus difcretiouem, quam deceffures noftri reges in quarto libro capitulorum pofuerunt, capitulo LVIS. decernentes ut de debito, inquiunt, quod ad opus noftrum fuerit reWadiatum, talis confideratio fiat, ut is qui iguoranter peccavit, non totum fecundum legem componere cogatur, fed juxta quod poffibile vifum fuerit. is vero, qui tantum mala voluntate peccavit, totam legis compofitionem cogatur exfolvere.

XXIII.

Ut nullus deinceps in regno noftro mixturam anri vel argenti ad vendendum facere vel confeutire præfumat. & nullus a Miffa fancti Remigii, id eft a proximis Kalendis Octobris, aurum vel argentum ad vendendum vel emendum nifi purificatum proferat. Et fi quis inventus fuerit poft præfatas Kaleudas Octubris aurum vel argentum, vel quodcumqoe [a] fabricinium ex auro vel argento, mixtum ad vendendum vel emendum portare, a miniftris reipublicæ ipfum quod portaverit ab eo tollatur, & ipfe per fidejuffiores, fi res & mancipia in illo comitaeu non habee, ad præfentiam noftram eum ipfo auro vel argento adducatur, ut nos inde commendemus, qualiter culpabilis judicetur. Si vero res, & mancipia, vel mobile, per quæ diftringi legaliter poffit, in ipfo comitatu habuerie, fecundum legem ad noftram præfentiam veuire jubeatur. Et fi quifquam inventus fuerit, fuum aurum vel argentum, vel quodcumque fabricinium ex auro vel argento, portare sd fabrum ut purgetur, provideant reipublicæ miniftri, ne hac occafione ab eo quod fuum fuerie tollaue. Quod fi fecerint, & ad nos inde reclamatio venerit, ficut ille qui tortum in fuo comitatu vel minifterio fecerit, in noftra vel fidelium noftrorum præfeutia culpabilis judicabitur. Faber vero, qui poft præfatss Kaleudas comprobarus fuerie, aurum vel argentum ad vendendum, vel emendum adulteraffe, vel mifculaffe, in illis regionibus, in quibus judicia fecundum legem Romsnam terminaueur, juxta illam legem puniatur: in u-llis autem regionibus regui noftri, fecundum capitulare regium, ficue falfam monetam percutiens, manum perdat. Et liber homo, qui hoc confenferit, ficut in præfato contiuetur capitulo, bannum noftrum, id eft folid. LX. componat: colonus, vel fervus, nudus cum virgis flagelletur. Si vero Judæus fuerit, ipfum quod mixtum proferer perdat, & baunum noftrum, ficut tempore prædecefforum noftrorum confuetudo fuit, componat.

XXIV.

Ut in omni regno noftro non amplius [b] vendatur libra auri puriffime cocti, nifi duodecim libras argenti de novis & meris denariis. Illud vero aurum, quod coctum quidem fuerit, fed non tantum, ue ex eo deauratura fieri poffie, libra una de auro vendatur decem libris argenti de nuvis & meris denariis. Et omnimodis provideant tsm Comites, quam ceteri omnes miniftri reipublicæ, ne aliqua adjectione, vel fraude, per occafionem aliquid amplius vendatur, ficut de fuis honoribus volunr gaudere. Et quicumqoe hauc commendationem noftram aliquo ingenio infirmsre, vel fraudare, feu aliter immutare inveutus fuerit, fi liber homo fuerit, bannum noftrum, id eft LX. folidos componat: fi colonus, vel fervus, nudus cum virgis flagelletur.

XXV.

Et quoniam in præfatis capitulis continetur in libro tertio, csp. LXXV. ut nullus fine permiffu regiu bruniam, vel arma, extranea dare aut vendere præfumat: & in eodem libro cap. VI. defignata funt loca regni, ufque ad quæ negotiatores [c] brunias & arma ad veoundandum portare & vendere debeant: quod fi inventi fuerint ultra portantes aut venundantes, ut omnis fubftantia eorum auferatur ab eis; dimidia quidem pars partibus palatii, alia vero medietas inter Miffos regios & inventorem dividatur: quia peccatis noftris exigentibus in noftra vicinia Normanni deveniunt, & eis a noftris

a *Fabricinium ex auro vel argento*) Vafa aurea vel argentea, aurum omne, argentumve factum. quæ fabricaturæ dicuntur in formulis antiquis.

b *Vendatur libra auri*) Auri ad argentum proportio fere olim, etfi aliquando variatum, apud Græcos decupla fuit, apud Romanos paulo plufquam, ut fic loquar, duodecupla. Itaque aureum illi nummum decem ejufdem ponderis argenteis mutabant, hi duodecim & femiffe. Quanquam autem diverfa ratio videatur, quando non maffa cum maffa fimpliciter, neqoe fignati nummi cum fignatis, fed maffa cum nummis comparatur: hic tamen puri auri libra duodecim quoque denariorum libris æftimatur. Arcadius vero Imp. lege unica Cod. Theod. *De argenti pretio quod thefauris infertur*; pro fingulis libris quinos folidos aureos inferri jubet. Quod fi tunc auri libra folidos LXXII. continebat, ut in l. XIII. Cod. *De fufceptoribus præpofitis & arcariis*, confeqoens eft ut maffæ argenti ad aurum fignatum ratio Arcadii lege fuerit, quæ eft unius ad quatuordecim.

c *Brunias*) Loricas. fic enim exponunt gloffographi. atque ita intelligendum quod in lege Ripuariorum. Tit. XXXVI. cap. XI. fcriptum eft, ut qui vveregildum folvere debet, *bruniam bonam pro folidis duodecim tribuat*. & in Capitulis Karoli M. ad Theotonis villam anno DCCCV. editis: *Omnis homo de XII. manfis bruniam habeat*.

ANNO CHRISTI. 864.

bruniæ, & arma, atque caballi, aut pro redemptione dantur, aut pro pretii cupiditate venundantur: cum pro redemptione unius hominis ista donantur, vel pro pauco pretio venundantur, per hoc auxilium illis contra nos præstitum, & regni nostri maximum fit detrimentum, & multæ Dei Ecclesiæ destruuntur, & quamplurimi Christiani deprædantur, & facultates ecclesiasticæ, & regni exhauriuntur: propterea una cum consensu atque consilio nostrorum fidelium constituimus, ut quicumque post proximas Julii Kalendas, hujus duodecimæ indictionis, Normannis quocumque ingenio, vel pro redemptione, vel pro aliquo pretio, bruniam, vel quæcumque arma, aut caballum donaverit, sicut proditor patriæ, & expositor Christianitatis * ad perditionem gentilitatis, sine ulla retractatione, vel redemptione de vita componat. Quæ omnia omnibus citissime a Missis nostris & Comitibus nota fiant, ne de ignorantia se excusare valeant.

*Paulo aliter codex Metensis: qui & alia quædam addit. Vide Baluz. p. 1573.

XXVI.

a Ut [a] pagenses Franci, qui caballos habent, vel habere possunt, cum suis Comitibus in hostem pergant. & nullus per violentiam, vel per aliquod malum ingenium, aut per quamcumque indebitam oppressionem, talibus Francis suas res aut caballos tollat, ut [b] hostem facere, & debitos paraveredos secundum antiquam consuetudinem nobis exsolvere non possint, neque Comes, neque aliquis minister reipublicæ. Quod si fecisse aliquis eorum comprobatus fuerit, sic hoc cogatur componere, sicut de illis est constitutum in capitularibus regiis, qui totum in suo comitatu vel ministerio faciunt.

*Cod. Meten. armis.

XXVII.

Ut juxta regium capitulare, quod domnus & genitor noster anno XVI. regni sui cap. V. constituit, Comites vel Missi nostri diligenter inquirant, quanti homines liberi in singulis comitatibus maneant, qui per se possunt expeditionem facere: vel quanti de his, quibus unus alium adjuvet, quanti etiam de his, qui a duobus tertius adjuvetur vel præparetur: nec non de his, qui a tribus quartus adjuvetur & præparetur, sive de his, qui a quatuor quintus adjuvetur & præparetur, ut expeditionem exercitalem facere possint, & eorum summam ad nostram notitiam deferant: ut illi qui in hostem pergere non potuerint, juxta antiquam, & aliarum gentium consuetudinem, ad civitates novas, & pontes ac transitus paludium operentur, & in civitate atque [c] in marca Wactas faciant, ad defensionem patriæ omnes sine ulla excusatione veniant. Et qui de talibus hostem dimiserint, [d] heribannum juxta discretionem, quæ in progenitorum nostrorum tertio libro capitulorum cap. XIV. continetur, persolvant. Et qui ad defensionem patriæ non occurrerint, secundum antiquam consuetudinem, & capitulorum constitutionem judicentur.

XXVIII.

Ut illi Franci, qui censum de suo capite, vel de suis rebus, ad partem regiam debent, sine nostra licentia ad casam Dei, vel ad alterius cujuscumque servitium se non tradant, ut respublica quod de illis habere debet non perdat. Quod si aut seipsos, aut res suas ad casam Dei, aut ad alterius cujuscumque servitium sine licentia nostra tradere voluerint, sicut in capitulari avi nostri continetur de his qui pro furto se in servitium tradere cupiunt, Comites vel Vicarii hoc eis non consentiant, sed ex banno nostro prohibeant. Quod & si contra bannum nostrum fecerint, ipsi qui eos receperint, bannum nostrum, id est solid. LX. componant: & si ipsos in servitio suo habere voluerint, vel illorum res, de quibus census ad partem regiam exiebat, tenere voluerint, censum, quem ipsi Franci debebant, vel qui de illorum rebus exire solebat, ad nostram regiam partem componant, sicut in præfato capitulorum libro tertio cap. XV. & LXXXVI. & in libro IV. cap. XXXVI. habetur. Et quia, sicut in sacris ecclesiasticis regulis invenitur, prior observatio durior, posterior autem exigente causa inclinatior fuit: post hæc præfata capitula decessorum & progenitorum nostrorum, hujusmodi, sicut prædiximus, Francis hominibus res suas ad casam Dei, vel aliis tradere ac vendere, eosque ad divinum servitium converti, si vellent, non prohibuerunt, sicut in capitulis libri primi cap. CXXXII. & CXXXIV. & in libro II. cap. XXXI. & in libro IV. cap. XIX. continetur. Si quis de talibus Francis de suis rebus tradere vel vendere voluerit, non prohibemus. tantum ut jus regium, quod sibi debetur, sine ratione non perdat: quia injustas consuetudines noviter institutas imponere cuique non volumus: quas in quarto libro eorundem capitulorum prohibitas cap.* XLVI. legimus. De illis autem, qui secundum legem Romanam vivunt, nihil aliud, nisi quod in eisdem continetur legibus, definimus.

XXIX.

Ut illi coloni, tam fiscales, quam & ecclesiastici, qui sicut [e] in polypticis continetur, & e

a *Pagenses Franci*) Liberi. quo sensu in his Capitulis passim, & apud alios, ut cum de servis quæritur qui Francas feminas accipiunt, id est liberæ conditionis. Inde bannum francile supra liberi hominis bannum interpretati sumus. Præcipit ergo, ut qui per pagos liberi sunt homines, & caballos habent, cum pagi Comite in exercitum pergant, & debitos paraveredos de more præstent. A caballis caballarii equites dicti in Capitulis Aquensibus Karoli M. anno VII. & ab Hincmaro in epistola ad Karolum regem: *Per villas in quibus non solum homines caballarii, sed etiam ipsi coctiones rapinas faciunt.*

b *Hostem facere*) Hostis est exercitus. l' *host* a majoribus nostris. Capitula Karoli M. Bononiæ ad litus maris edita DCCCXII. *Ut in hoste nemo parem suum, vel alterum bibere cogat: & quicumque in exercitu ebrius inventus fuerit, ita bibendo sola aqua utatur, quousque se male fecisse cognoscat.* Quare hostem facere, est expeditionem, ut proximo cap. loquitur, exercitalem facere. quod exercitare in quodam alio Capitulo dixit Carolus idem Imp. *De liberorum hominum possibilitate, ut juxta qualitatem proprietatis exercitare debeant.* alibi *hostilitatem facere*, ut in diplomate pro Maurilio Episcopo Andegavensi. Hinc *hostilis apparatus*, Tit. sequenti cap. XIII. & *hostiliter præparatus*, infra sub finem Tituli hujus, & in iisdem Aquensibus Capitulis.

c *In marca wactas faciant*) Excubias in limitibus agant. Ludovicus Pius in præcepto, quod Hispanis fecit, qui ad se confugerant: *In marca nostra explorationes & excubias, quod usitato vocabulo wactas dicunt facere non negligant.* Inde suum *wache* Germanis, *guet* nostris.

d *Heribannum persolvant*) Heribannus dicebatur mulcta, quam luebat is, qui ad exercitum vocatus venire contempserat. Karolus Imp. in Capitulis Bononiensibus cap. IX. *Quicumque liber homo inventus fuerit anno præsente cum seniore suo in hoste non fuisse, plenum heribannum persolvere cogatur.* Einhardus epist. XXII. *Et ideo non videtur mihi justum esse, ut heribannum solvere debeant, qui non alicubi fuerunt, nisi ubi ipse Imperator præcepit.* Inde heribannator in Capitulis, heribanni exactor.

e *In polypticis*) Sic appellarunt libros censuales, sive rationum publicarum. In Codice Theod. *De discussoribus* L. II. vetat Imperator, ne *acceptæ semel securitates, & regestæ polypticis*, id est, paulo post exponit, ratiociniis publicis insertæ, *a discussoribus & apparitoribus denuo postulentur.* Quæ in his libris continebantur, fidem perpetuo faciebant. unde fides polypticorum Cod. eod. *De indulgentia debitorum.*

ANNO CHRISTI. 864.

ipsi non denegant, [a] carropera & manopera ex antiqua consnetudine debent, [b] & margillam, & alia quæque carricare, quæ illis non placent, renuunt; quoniam adhuc in illis antiquis temporibus forte margila non trahebatur, quæ in multis locis tempore avi ac domni & patris nostri trahi cœpit: & de manopera [c] in scuria battere nolunt, & tamen non denegant quia manoperam debent; quidquid eis carricare præcipitur de opera carroperæ, quando illam facere debent, sine ulla differentia carricent: & quidquid eis de opera manoperæ, quando illam facere debent, præcipitur, similiter sine ulla differentia faciant.

XXX.

Ut quoniam in quibusdam locis coloni, tam fiscales, quam & de casis Dei, suas hæreditates, id est mansa quæ tenent, non solum suis paribus, sed & clericis canonicis, ac villanis presbyteris, & aliis quibuscumque hominibus vendant, & tantummodo [d] sellam retinent: & hac occasione sic destructæ fiunt villæ, ut non solum census debitus inde non possit exigi, sed etiam quæ terræ de singulis mansis fuerunt, jam non possint agnosci: constituimus, ut præcipiatur a nostris ministerialibus, & a ministris Ecclesiasticis, ut hoc nullo modo de cetero fiat, ne villæ destructæ atque confusæ fiant. & quidquid de singulis sine licentia dominorum, vel magistrorum, per quoscunque venditum est, recipiatur, & singulis mansis, de quibus terræ venditæ sunt, & de quibus census decidit propter eorum impossibilitatem qui mansa deservire non possunt, restituatur: & juxta qualitatem vel quantitatem terræ, vel vinearum ad singulos mansos pertinentium, postquam restaurati fuerint, ab unoquoque manso census ad partem dominicam exigatur.

XXXI.

De adventitiis istius terræ, quæ a Nortmannis devastata est, constituimus, ut sicut in capitulari avi nostri Karoli Imperatoris habetur, unusquisque Comes de suo comitatu, & nomina eorum, & qui sunt eorum seniores, describi faciant: & ipsos advenas, qui a tempore avi nostri, atque a tempore domni & patris nostri, in illorum comitatibus commanent, secundum consuetudinem quæ illorum temporibus fuit, eos ibi manere permittant. Illos vero, qui persecutione Nortmannorum nuper de istis partibus in illas partes confugerunt, Episcoporum Missi cum Missis reipublicæ taliter de illis partibus in istas partes redire faciant, ut non opprimantur, nec aliquis census, vel quæcumque exactio ab illis exigatur: & habeant licentiam, quæ in illis partibus suo servitio promeruerunt, vel quocumque justo ingenio adepti sunt, commendandi. Et illi qui nullum lucrum de opare in vineis sperant, Kalendis Septembris unusquisque ad locum suum jam perventus sit: & qui lucrum de vineis in illis partibus promeruerit, octo dies post Missam sancti Remigii in istas partes jam sit perventus, & sibi in istis partibus in futurum provideat, & suo seniori serviat. Et si necesse illi fuerit, ad Missam sancti Martini ad suum conductum in illas partes redeat, & usque ad Kalendas Aprilis ibidem unusquisque immorandi licentiam habeat. indeque ad terram suæ nativitatis, & ad senioratum suum unusquisque redeat, & usque ad medium Majum propter seminationem ibidem maneat. Indeque, si illi necessitas fuerit, ad suum conductum redeat. & inde ad messiones in terram suam unusquisque redeat, & de cetero ibidem permaneat. Si autem de istis partibus in illis partibus femina maritum, aut maritus feminam accepit, illud conjugium, quia non est legale, neque legitimum, sicut Leo in suis decretis, & sanctus Gregorius in suis epistolis monstrant, dissolvatur, & cujus fuerit vir vel femina, mancipium suum quæque potestas recipiat, & suæ potestatis homini conjungere faciat. & si infantes inde nati sunt, secundum legem, & antiquam consuetudinem nostram, infantes matrem sequantur. In illis autem regionibus, quæ legem Romanam sequuntur, secundum eandem legem fieri exinde decrevimus.

XXXII.

Ut conlimitanei & vicini Comites in una die, si fieri potest, mallum non teneant, maxime post octavas Paschæ, propter Francos homines, & advocatos qui ad utraque malla non possunt concurrere. sed mittant sibi invicem missos, & si unus die Lunis mallum habuerit, alter die Jovis, aut die Lunis sequentis hebdomadæ mallum habeat. & ne grave ei sit, qui suum mallum interjecit, qui uno anno primus tenuerit mallum, sequenti anno consentiat alteri primum tenere. Et si sacramenta legalia in primo die Lunis post Pascha juranda devenerint, aut in aliis feriis, quando mallum tenere debuerat; mittat quisque Comes missum suum, qui ipsa sacramenta ausculet, ne ipsi homines [e] jectivi fiant.

---

a *Carropera & manopera*) Duplex genus servitutis. Carropera sunt, quas Tit. [*] xxxii. cap. xiv. carricaturas dixit, cum carri, vecturæque opera debetur. manopera servitium manuale dicitur lib. iii. cap. lv. quia opus manu fit. unde manoperarii in diplomate Karoli Calvi pro S. Dionysio. Inferior ætas corvadas appellavit, *Corvées*. Ad carropera itaque spectat quod de vehenda margila sequitur: ad manopera, battere in scuria. In Polyptico S. Remigii: *Faciunt carropera de annona aut vino in leugis xvi. sin autem, dabunt denarios xvi.* & alio loco: *Carroperas & manoperas inter totos circulos quinquaginta.*

[*] *Ibi, xxvii.*

b *Et margilam*) Terræ adipem vocat Plinius de ratione agens emendandæ terræ lib. xvii. cap. vi. *Alia est ratio, quam Britannia & Gallia invenere, alendi eam ipsa: quod genus vocant margam. Est autem quidam terræ adeps, ibi densante se pinguitudinis nucleo.* Quæ ergo marga primum, eadem post margila dicta est. Hodie vulgo a plerisque marna, ab aliis marla nuncupatur.

c *In scuria battere*) Lib. i. cap. xvii. de his quæ die Dominico facere non licet: *nec lanam carpere, nec linum battere.* Battere est tundere & percutere. linum battere, tundendo purgare. Hic de messe intelligendum, quam coloni nostri battendo & flagellando purgant. Quare scuriam, quæ apud nos stabulum nunc equorum significat, latius olim usurparunt pro ea quam granicam vocitant. Hincmarus adversus nepotem: *Scuriam ipsius interclusit, & annonam de terris dominicatis collectam sine licentia presbyteri in eam misit.* Polyptichus S. Remigii. *Faciunt & pelturam ad cortem, scurias, & hortum claudendum.*

d *Sellam retinent*) Mansi cujusque. Hincmarus ibidem cap. v. de Capella, quam Attala Episcopus Ecclesiæ Lauduneasi donarat: *excepto atriolo ad sepulturam, & excepta sellula manselli ipsius Capellæ, cum hortulo.*

a *Jectivi inveniantur*) Cap. sequenti: *se inter se jectiscant. & contra causatores suos jectiscant, &c. sine compositione ac jectitione.* Ex formulis solemnibus antiquis apparet jectivos proprie dictos fuisse, qui vadimonium deseruerant, & ad placitum venire neglexerant. Formula cix. quæ Indiculus regalis de jectivis inscribitur: *Nec ipse ad placitum venit, nec missum direxit, qui ulla sonia nuntiaret, & placitum suum neglexit, & jectivus exinde remansit.* Hoc senio jectiscere fuerit deserti vadimonii arcessere, jectitio actio ipsa. Sed jectivos etiam universe dicebant omnes, qui in re alia quavis negligentes fuissent, ut in Formulis iisdem clviii. & clxxi. qui debitum colonitium, aut servitutem non reddiderant. & in charta audientiali clvii. *Interim vero usque ad placitum neutra pars ex ipsis jectiva appareat*, id est caussæ deiuisæ censeatur.

ANNO CHRISTI. 864.

a inveniantur. Et ipse sic mallum suum teneat, ut [a] barigildi ejus, & advocati, qui in aliis comitatibus rationes habent, ad suum mallum occurrere possint.

XXXIII.

Et quia sacramenta post quadraginta noctes legaliter juranda accipiuntur, & in præfatis prædecessorum & progenitorum nostrorum capitulis invenitur, ut postquam Comes & pagenses de qualibet expeditione hostili reversi fuerint, ex hoc die super XL. noctes sit bannus recisus, b quod in [b] lingua Theodisca scaftlegi, id est armorum depositio vocatur: multi inde contendunt, & se inter se jectiscunt. Alii enim suum sacramentum quadragesimo die, in quo illud accipiunt, jurare volunt: & in tantum contendunt, ut etiamsi intra Quadragesimam sacri jejunii quadragesimus dies advenerit, suum sacramentum se jurare debere contendant, & contra causatores suos, si ad hoc audiendum non venerint, jectiscant. Numerant enim dies, & non numerant cum eis noctes: sicut numerantur dies, & non numerantur noctes, a Nativitate Domini usque ad Purificationem sanctæ Mariæ, & a Resurrectione Domini, usque ad Ascensionem Domini. Quadragesimo enim die & Purificatio sanctæ Mariæ a Nativitate Domini, & quadragesimo die a Resurrectione Domini, quæ est in Dominica die, Ascensio Domini celebratur, quæ evenit quinta feria, id est Jovis die. Et de diebus sine memoria noctium, Dominus per Jonam Prophetam dicit: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur*. Et quadraginta dies simul cum noctibus in jejunio Heliæ prophetæ, & Moysi, quando legem secundo accepit, & ipsius Domini jejunio computantur. In quibus sex septimanæ, id est quadraginta & duo dies, fiunt usque ad Resurrectionem Domini, quæ fit Dominica die, sicut & initium Quadragesimæ. Et hæc non sine Dei mysterio fiunt, per quem conditores legum justa decernunt. Unde, sicut in quibusdam regionibus rectius tenere comperimus, una cum consensu & fidelium nostrorum consilio constituimus, ut ab ipsa die, quo sacramentum accipitur, post quadraginta dies & quadraginta noctes, id est XLII. die de sex septimanis, ipsa feria qua illud sacramentum accepit, sicut Pascha ipsa feria fit, qua initium Quadragesimæ accipitur, qui sacramentum legaliter accipit, legaliter in locis constitutis juret, sicut in capitulorum libris decessorum & progenitorum nostrorum continetur. Et amodo nulla dissensio vel retractatio in regno nostro a quolibet ex hoc fiat. Quod mandatum nostrum si quis contemnere præsumpserit bannum nostrum, id est LX. solidos componat. Et si ipsa dies intra Quadragesimæ sacra jejunia evenerit, nemo illud sacramentum quod accepit, in Quadragesima jurare præsumat. quia ex hoc jam etiam manifestam Dei vindictam vidimus, & audivimus. Et si quis præsumpserit, similiter bannum nostrum componat, & inde pœnitentiam episcopali judicio faciat. Ipsam autem Quadragesimam a quarta feria, id est a capite jejunii, cum ipsa quarta feria, qua publice pœnitentes pœnitentiam accipiunt, observari usque ad sanctam resurrectionem secundum consuetudinem antiquam præcipimus. Sed expectet, qui sacramentum ante Quadragesimam servatum accepit, si XL. dies & XL. noctes ante illud Quadragesima non habuit, sine ulla legali compositione, vel jectione, usque ad diem Lunis post octavas Paschæ: & tunc quod legaliter accepit, legaliter perficiat.

Jone 3. 4.

Regino lib. 2. cap. 318.

XXXIV.

Notum fieri volumus omnibus Dei & nostris fidelibus, quoniam quidam Comites nostri nos consuluerunt de illis Francis hominibus, qui censum regium de suo capite, sed & [c] de suis rescellis debebant; qui tempore famis, necessitate cogente, seipsos ad servitium vendiderunt. Unde cum Episcopis, & ceteris Dei ac nostris fidelibus, tractavimus quid nobis esset agendum; & quod cum eis inde invenimus ac constituimus, præsenti edicto decrevimus. Id est quia non in lege Salica ex hoc expressius quiddam invenimus, continetur tamen in tertio capitulorum libro cap. XXIX. de homine libero, qui se loco Wadi tradidit in alterius potestatem, & ibi constitutus damnum aliquod cuilibet fecerit: ut is, qui eum loco Wadii suscepit, aut damnum solvat, aut hominem in mallo productum amittat, perdens simul debitum, propter quod eum pro Wadio suscepit: & qui damnum fecit, dimissus juxta qualitatem rei cogatur emendare. Si vero liberam feminam habuerit, & usque dum in pignore extitit filios habuerit, liberi permaneant. Et in lege digito Dei scripta legimus, ut si attenuatus frater noster se in servitium tradiderit, sex annis serviet illi qui eum emit, & septimo egredatur liber gratis. Quæ sacra historia & observantes moraliter ædificat, & altiori sensu intelligentes illuminat. In lege etiam, quam prædecessores nostri, & nominatissimi Imperatores constituerunt, de his qui filios suos, fame, aut alia aliqua necessitate cogente, vendunt, plura habentur capitula, quæ omnia hic non necesse duximus ponere. Tamen illud capitulum, quod cum sanctis ecclesiasticis regulis ex maxima parte concordare invenimus: hic ponere necessarium duximus, in quo dicit, Ut quicumque ingenui filios suos, (quod & de ipsis liberis hominibus, qui se vendunt, observari volumus) qualibet necessitate, seu famis tempore, vendiderint ipsa necessitate compulsi, emptor si quinque solid. emit, sex recipiat: si decem, duodecim solidos similiter recipiat, aut si amplius, secundum supra scriptam rationem augmentum pretii consequatur. Sanctus autem Gregorius, etiam de his qui liberi a paganis capti fuerint, si aliquis eos redemerit, ipsi qui redempti sunt procurent, ut tantum pretium redemptori suo donent, sicut ab eo redempti fuerunt, & in sua libertate permaneant. Si autem ecclesia eos redemerit, gratis sine compositione liberi fiant. Quod & nos per regnum,

c

a *Barigildi ejus*) Apparitores. unde nunc etiam apud Italos barigelli vocantur principes apparitorum.

b *Linga Theodisca scaftlegi*) Armarum depositio. Verba sunt Cap. XXXII. Additionis IV. quod depromptum est ex Capitulis anni XVI. Ludovici Augusti. Teutonibus hodie *leggen* est deponere, *scaft* quid sit dicere non habent. Affine huic, sed diversæ significationis vocabulum *scatz*, vel *scaz*, pro munere aut pretio sumi videtur in epistola Hincmari Laudunensis ad Remensem de Grivone: *quod Romam ipsum non pro alia re ire rogabam, nisi ut inde scatz mihi daret. quod ego mirabar si diceret, cum quisquid habebat beneficii gratis ei dedissem, & sine ullo pretio.* & in missatico ejusdem apud Hincmarum Remensem post finem libri IV. capitum: *quicquid de rebus sua Ecclesiæ fecit, & ordinavit, non per scaz, vel per aliquam propinquitatem, aut amicitiam inde fecit.*

c *De suis rescellis*) Reculis, aut reiculis, ut supra Tit. [*] VI. ex Synodo Arvernensi.

[*] Hic VII.

ANNO CHRISTI. 864.

una cum consensu & fidelium nostrorum consilio, observari regia auctoritate præcipimus. Et si quis dixerit, quia non vult aot tempore famis, aut pro alia necessitate, pretium suum dare pro libero homioe, si semper illum servum habere non debet: attendat quid ei Dominus per Apostolum suum dicat: *Qui habuerit*, inquiens, *substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, non manet caritas Dei in eo:* & qui non habet hanc caritatem, etiamsi ad martyrium, & ad ignem se tradidit, sine ista caritate remissionem peccatorum suorum habere non poterit, & nullatenus in regnum Dei intrabit: quia pro Deo suos denarios, vel suam annonam, quæ a Deo accepit, dare non indurat, cum Deus seipsum & sanguinem suum pro eo in cruce clavis & lancea transfixus fudit. Et quia hominum ingenia, qui Deum non timent, Diabolo suadente, multa mala excogitant: potest fieri, ut qui tales homines liberos necessitate, ut diximus, cogente in servos suscipiunt, in alteras partes illos dispendant & vendant. propterea una cum consensu & fidelium nostrorum consilio constituimus, quod in antiquis legibus decretum invenimus, ut si hujusmodi personas aliqui aut ad exteraneas gentes, aut ad transmarina loca transferre, aut venundare præsumpserint: ipse qui hoc contra statuta præsumpserit, constitutionem regii banni componat. Et si talis homo antea liber, usque dum in tali servitio fuerit, de libera femina filios habuerit, ipsi filii liberi permaneant, sicut in præfato XXIX. cap. III. libri capitulorum decessorum ac progenitorum nostrorum habetur de eo qui se loco Wadii in alterius potestatem commiserit: salva constitutione legis Romanæ, in eis qui secundum illam vivunt.

1.Joan.3.17.

XXXV.

Et sciant Comites nostri, quia per singulos comitatus Missos nostros dirigemus, qui specialiter de his quæ nunc constituimus inquirant, qualiter in his nostram jussionem adimplere certaverint, sicut in secundo libro capitulorum decessorum ac progenitorum nostrorum continetur, cap. XVIII. Et quicumque negligens inde inventus fuerit, præcipiemus ut ante nostram præsentiam venire jubeatur, & rationem reddat, utrum hoc quod jussimus facere noluerit, aut non potuerit: aut si aliqua re præpediente id facere non potuit, cur nobis ipsam impossibilitatem ad tempus non adnuntiavit. Quia si ipse hoc non voluit, aut suæ negligentiæ causa non potuit, nos talem invenire volumus, qui hoc, quod jubemus, servare velit aut possit.

XXXVI.

Volumus, ut sicut in secundo libro capitulorum decessorum ac progenitorum nostrorum continetur cap. XXIV. hæc capitula, quæ nunc & alio tempore consultu fidelium nostrorum a nobis constituta sunt, a Cancellario nostro Archiepiscopi, & Comites eorum de propriis civitatibus, modo aut per se, aut per suos Missos accipiant. & unusquisque per suam diœcesim ceteris Episcopis, Abbatibus & Comitibus, & aliis fidelibus nostris ea transcribi faciant, & in suis comitatibus coram omnibus relegant, ut cunctis nostra ordinatio & voluntas nota fieri possit. Cancellarius autem noster nomina Episcoporum & Comitum, qui ea accipere curaverint, notet, & ea ad nostram notitiam perferat, ut nullus hoc prætermittere præsumat.

XXXVII.

Et quoniam fideles nostri in istis, quæ in Sequana fiunt, & in aliis operibus laborant, & [a] heribergum nostrum, quod præterito anno hic fieri jussimus, homines & de illa parte Sequanæ in istas partes venientes, & de istis partibus in illas partes euntes destruxerunt, per occasionem quia in illo contra debitam reverentiam manere cœperunt: & nunc istud heribergum non sine labore & dispendio fidelium nostrorum fieri fecimus: volumus, & expresse mandamus, ut sicut nec in nostro palatio, ita nec in isto heribergo aliquis alius sine nostra jussione manere præsumat, nec illud aliquis destruat. Quod si aliquis præsumpserit, & a custodibus, quos ad hoc deputatos habemus, nobis notum factum fuerit, non sine debita vindicta præsumptor evadet. Quia semper parati esse volumus, & vos paratos esse jubemus, ut in istis partibus, & in aliis quibuscumque nobis necesse fuerit, & contra paganos, & contra alios quoscumque, sicut consuetudo fuit, & vestri antecessores nostris antecessoribus auxilium præbuerunt, & vos nobis debitum & necessarium adjutorium exhibuistis: ita nunc & semper communiter ad Dei voluntatem, & sanctæ Ecclesiæ, atque istius Christianitatis defensionem, & nostram communem salutem & pacem obtinendam & defendendam in omnibus, quantum Deus auxilium præstare dignatus fuerit, parati semper & in omnibus simus.

Et post hæc omnia lecta.

C A P I T. I.

Monemus fidelitatem vestram, ut hæc firmiter observetis, & semper sicut Dei & nostri dilecti fideles parati sitis, ut si necessitas nobis evenerit, aut contra paganos, aut contra quoscumque alios, ut statim quando unicuique nuntius venerit, aut nobis necesse audierit, sine ulla dilatione hostiliter præparatus, in Dei & nostrum servitium ad communem utilitatem possis movere, & certissime nobis occurrere. Et volumus, & expresse mandamus, ut quicumque istis temporibus castella, & firmitates, [b] & haias sine nostro verbo fecerunt, Kalendis Augusti omnes tales firmitates disfactas habeant: quia vicini & circummanentes exinde multas deprædationes & impedimenta sustinent. Et qui eas disfacere non voluerint, Comites, in quorum comitatibus factæ sunt, eas disfaciant. Et si aliquis eis contradixerit, ad tempus nobis notum facere curent. Qui si hoc, sicut mandamus, adimplere neglexerint, sciant quia, sicut in istis capitulis, & capitularibus prædecessorum nostrorum continetur, tales Comites quæremus, & in illorum comitatibus constituemus, qui nostrum mandatum facere velint & possint.

a *Heribergum nostrum*) Paratam mansionem, & hospitium quod paramentum dixit Hincmarus Karolo regi: *& antequam de paramento vestro ad mansiones redeant*. & paulo post; *hanc admonitionem eis quotidie, quando ad paramentum vestrum venerint, relegat*. Inde heribergare in Capitulis Bononiensibus Karoli M. pro. II. hospitio excipere, *herberger*. & heribergagium in literis S. Ludovici regis, quibus Cormelias villam a procuratione regia & heribergagio, seu gista liberam esse declarat.

b *Et haias*) Clausuras. Haiæ nobis hodie sunt sepes quælibet. olim, ut hinc apparet, pro militari vallo & munitione usurpatæ.

ANNO CHRISTI. 864.

I I.

Et qui interpellatus est, ut hic aliquam causam debeat deffinite, instet usquequo diffinita sit ratio de qua interpellatus habetur. Et qui pro sua causa hic demorandi habet necessitatem, & ipse nobiscum stare poterit, quantum ei necessitas fuerit. Sed & vassalli nostri cum tantis hominibus, sicut eis commoditas fuerit, nobiscum remaneant, & nobiscum pergant.

A

I I I.

Vos autem alii, sed & ipsi qui nobiscum remanebunt, in eundo, & in patria remanendo, & ad nos redeundo, pacem a uobis communiter confirmatam servantes, ite cum Dei & nostra gratia. Et Deus uobis concedat, ut cito, & per plures annos, sani & læti nos invicem videamus, & de Dei super nos misericordia & gratia gaudeamus.

T I T U L U S XXXVII.

ANNO CHRISTI. 865.

Apud Tusiacum.

a *HÆC QVÆ SEQVUNTUR CAPITULA MISIT domnus rex Karolus in Burgundiam, exequenda per * Gauslinum & Fulconem, & per VValtarium & * Lantvinum, de Tusiaco, anno Incarnationis Dominicæ* DCCCLXV.

* manu Sirmond. pro Gaussenium & Lancuvinum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus graria Dei rex omnibus Episcopis, Abbatibus, Abbatissis, Comiribus, & vassis nostris, seu cunctis Dei & nostris fidelibus in regno Burgundiæ consistentibus salutem.

Volumus, & expresse præcipimus, ut in his quæ subjecta sunt exequendis, & in aliis, quæ ad Dei voluntatem, & sanctæ Ecclesiæ statum, atque ad nostram fidelitatem, & ad nostrum honorem, ac ad regni solidiratem, necnon ad commnne fidelium nostrorum salvamentum pertinent, unusquisque secundum quod suo ordini & suæ personæ competit, istis Missis nostris obedienres & adjutores & in omnibus existatis.

CAPIT. I.

Ut sicut nostri infideles, & communes contrarii nostti, se invicem confirmaverunt ad nostram contrarietatem, ut nullus de his quæ consideraverint suum parem discoopetiat vel prodat, neque ad illa quæ adimplere volunt dimittat: ita fideles nostri se confirment ad Dei voluntatem, & nostram fidelitarem, & ad honorem & sanctæ Ecclesiæ statum, & regni utilitatem, & illotum commune adjutorium & salvamentum. Et nullus fidelium nostrotum cuicumqne infideli nostro quocumque modo se conjungat, aut in aliquo favest, vel in quacumque causa, in qua illum impedire potuerit, illi parcat, nisi statim ad fidelitatem nostram se convertere voluerit. Et si pro certo agnoscere potuerit qui contra istud capitulum fecerit, non nobis celet. Et si aliquis audierit, quod pari suo fideli nostro necessitas evenerit, aut evenire debeat, ad resistendum infideli nostro: non ex-

B

pectet ut illi hoc mandetur, sed statim sit præparatus, sicut Dei fidelis & noster, ad suum parem in nostra fidelirate adjuvandum, & quantum potuerit pergere festinet.

I I.

Ut omnes, qui fidelitatem nobis adhuc promissam non babent, fidelitatem uobis promittant, sicut in capitulis avi & patris nostri continetur.

I I I.

C

Ut qui fidelitatem nobis promiserunt, & post illud sacramentum ad infideles nosrros in nostrum damnum se conjunxeruut, proprietas illorum [b] in nostrum indominicatum recipiatur, donec ipsi per fidejussores in nostram præsentiam veniant.

I V.

Ut nullus infidelium nosrrorum, qui liberi homines sunt, in nostro regno immorari, vel proprietatem habere permittatur, nisi fidelitatem

a *Hæc misit in Burgundiam*) In codice Laudunensi legatio hæc sequenti regum Adnuntiationi postponitur. Parvi autem refert utra antecedat. id certum est, utramque boc anno apud Tusiacum editam fuisse.

b *In nostrum indominicatum*) Cap. v. *in nostrum dominicatum*, hoc est in dominatum & potestatem. In literis Henrici Episcopi Tulleosis de donatione Simonis Ducis Lotharingorum, & Arleidis conjugis, pro S. Mansueto: *alodium suum quod emerant, & in suo indominicatu jam dudum possederant*. Hincmarus de villa Noviliaco: *Defuncto Tilpino tenuit rex Carolus Remense Episcopium in suo dominicatu, & dedit villam Novlliacum in beneficio Anschero Saxoni*. Qui fundum ut dominus possidebat non ut beneficiarius, in ejus dominicatu fundus esse dicebatur. Dominicatura etiam dicta in præcepto Ludovici junioris de Abbatia in Calvo monte, *quam ipse & antecessores longo tempore in dominicatura habuerant*, tunc vero S. Dionysii monasterio concedebatur.

ANNO CHRISTI 865.

nobis promiserit, & noster, aut nostris [a] fidelis homo deveniat.

V.

Ut illæ traditiones injustæ, & a nostris antecessoribus atque a nobis probibitæ, quæ factæ sunt aut [b] mulieribus, aut matribus, aut quibuscumque personis, ut liberius ipsi traditores nostram infidelitatem perficere possint, aut justitiam in Comitatibus non reddant, tanquam factæ non fuerint pro nihilo habeantur. Et sicut ipsi ipsos alodes in sua manu tenuissent, ita de ipsis alodibus fiat: & si nec ita ad fidelitatem nostram, aut ad justitiam reddendam adduci potuerint, ipsi alodes in nostrum dominicatum recipiantur, & certa illorum descriptio nobis apportetur. Ipsi autem infideles nostri in nostro regno locum habere non permittantur. Similiter & de commendationibus quarumlibet facultatum vel pecuniarum fiat. Et si ad casam Dei aliquid commendatum habent, ipse Episcopus, vel rector Ecclesiæ, ubi commendatæ sunt, aut illis præsentaliter in præsentia Missorum nostrorum reddant qui eas commendaverunt, aut coram Missis nostris sigillentur, & sub sigillo custodiantur, donec ipsi veniant qui eas commendaverunt, aut coram Missis nostris illa recipiant, & perinde distringantur, ut ad fidelitatem nostram, & ad pacem Ecclesiæ ac regni revertantur.

VI.

Ut de injustis commutationibus, quæ ad casas Dei factæ sunt sine regia auctoritate, Missi nostri * requirant, ut eas dissolvant, sicut in Capitulatibus * avi & patris nostri continetur. Et si mortua manus, vel præceptum regium, super eas interjacet, describantur diligenter atque fideliter qualiter factæ sunt, & nobis missi nostri renuntient: & signatis ipsis præceptis, sicut lex Romana præcipit, ad nostram præsentiam deferri faciant, sicut in Capitularibus progenitorum nostrorum continetur.

* cod. Divion. inquirant, & eas &c.
l. 5. c. 47.

VII.

Quia, ut competimus, plures a nobis petierunt alodes, & petentes parum, plus inde acceperunt, volumus ut Missi nostri hoc diligenter inquirant & describant, & ipsos homines cum præceptis ad nostram præsentiam venire faciant.

VIII.

Ut Missi nostri de omnibus censibus, vel paraveredis, quos Franci homines ad regiam potestatem exsolvere debent, inquirant, & ubi per neglectum dimissum est, exsolvi faciant, & diligenter de singulis Comitatibus cuncta describant, & nobis renuntient. Similiter & de * terris censalibus, & de rebus ad casas Dei traditis, unde census ad partem regis exivit antiquitus. Et si aliquis aliquam auctoritatem regiam inde ostenderit, ad nostram præsentiam ipsam auctoritatem deferri faciant.

* Sirm manu pro ceteris.

IX.

Ut Missi nostri de locis ad claustra canonicorum, vel monachorum, ubi necesse fuerit, nostra auctoritate exequantur, sicut in Capitulatibus avi & patris nostri continetur.

X.

Ut de nonis & decimis ad casas Dei reddendis Missi nostri exequantur, sicut in præfatis Capitularibus continetur.

XI.

Ut de uno manso ad Ecclesiam dato nullus census, neque caballi pastus, a senioribus de presbyteris requiratur, sicut in præfato Capitulari continetur. Sed neque de terrulis, ac vineolis pro loco sepulturæ ad easdem Ecclesias datis: neque de decimis, sicut in canonibus, & in præfatis capitularibus continetur. Et ubi inventum fuerit a Missis nostris, quod seniores sine conscientia Episcoporum presbyteros de Ecclesiis ejiciunt, vel in Ecclesiis statuunt; Missi nostri, sicut in præfatis capitularibus continetur, inde faciant. Et Episcopi de clericis hominum nostrorum ita faciant, sicut in eisdem Capitularibus continetur.

Lib. 1. c. 85.
Lib. 1. c. 84.

XII.

Ut Missi nostri justitias, quantum temporis qualitas permiserit, omnibus indigentibus faciant: & quod modo pro qualitate vel brevitate temporis facere non potuerint, Comitibus commendent, ut tempore congruo eis legem & justitiam faciant. Et in suis memorialibus adnotent, de quibus Comitibus commendaverunt: ut si iterum illi homines se reclamaverint, quod justitiam habere non potuerunt, nos ipsi investigemus, & decernamus quare hoc ipsi Comites dimiserunt.

XIII.

Ut si infideles nostri se adunaverint ad devastationem regni nostri, fideles nostri, tam Episcopi, quam Abbates, & Comites, & Abbatissarum homines, sed & ipsi Comites, ac vassi nostri, seu ceteri quique fideles Dei & nostri de uno missatico se in unum adunare procurent, & Missi nostri de ipso missatico providentiam habeant, qualiter unusquisque Episcopus, vel Abbas, seu Abbatissa, cum omni plenitudine & necessario hostili apparatu, & ad tempus suos homines illuc transmiserit, [c] cum guntfanonario, qui de suis paribus cum Missis nostris rationem habeat: & qualiter ipsi Comites, & vassi nostri, seu ceteri quique Dei fideles ad hoc occurrerint, nobis scripto renuntient. Et si de uno missatico ad hoc prævalere non potuerint, ad alium missaticum celeriter missos suos dirigant, & omnes, sicut prædiximus, de alio missatico ad illos qui indigent præparati occurrant. Et si illi duo missatici ad hoc non suffecerint, nobis ad tempus hoc mandent, qualiter aut per nos, aut per filium nostrum, aut sicut viderimus, eis necessarium solatium transmittamus, quatenus

---

a *Fidelis homo deveniat*) Vassallus, qui fidelitatem regi ipsi, vel alicui ejus vasso debeat.

b *Mulieribus aut matribus*) Mulieres posuit pro uxoribus. ut Synodus apud Compendium sub Pippino cap. XIII. *Si quis vir mulierem suam dimiserit*. & iterum: *vir illius accipiat mulierem legitimam*. Arsenius Nicolai Papæ legatus in epistola ad Episcopos scripta hoc ipso anno DCCCLXV. *de quanta scelera Engeltrudis quondam Bosonis Comitis mulier perpetrasset*. Idem Itali vulgo faciunt, quibus uxor est *moglie*. Et nos similiter feminam pro uxore dicimus: quod veterum etiam fit exemplo, ut in Titulo præcedenti: *Si femina maritum, aut maritus feminam acceperit, illud conjugium dissolvatur*. * Tertull. de exhortat castit. *Recogitemus quam alium se homo sentiat, cum forte a sua femina cessat.*

* addit. manu Sirmondi.

c *Cum guntfanonario*) Vexillifero, vel duce. Mansit vocis usus apud Italos, qui vexillum gonfalonem vocant. Ac Romæ nunc etiam Gonfanonarium, sive ut vulgo enuntiant, Gonfalonarium Ecclesiæ nuncupant magistrum, seu præfectum vexilli militiæ Ecclesiasticæ: & apud Florentinos superioribus sæculis status fuit magistratus, qui Gonfalonarius justitiæ dicebatur.

in

ANNO CHRISTI 865.

in regno nostro nullus noster infidelis vel contrarius locum nocendi habeat.

X I V.

Ut quia, sicut audivimus, quidam in domibus suis resident, quamdiu pacem habere possunt, & cum necessitas venit, dicunt se in nostrum venire servitium: volumus, ut aliquis de his, qui in illa terra manent, & eam contra inimicos nostros defendere debent, deinceps hanc occasionem habeat. Sed cum necessitas fuerit, sicut prædiximus, ad Missos nostros, & ad pares suos occurrant. & si quem specialiter ad nos venire mandaverimus, aut ipse nobis necessariam causam de nostra fidelitate nuntiare voluerit, B plenitudinem hominum suorum illic ad nostram fidelitatem exequendam dimittat, & Missis nostris vel paribus suis hoc notum faciat. Aliter autem in nullam partem de illa terra pergat, nisi cum communi consilio * & commendatione Missorum nostrorum, aut reliquorum fidelium nostrorum, qui illam terram defendere debent. Et Missi nostri, cum Episcopis & Comitibus, ac vassis nostris, qui super aquas commanent, per quas infideles nostri ad regnum nostrum tran- A seunt, ordinent qualiter illæ naves custodiantur, ne infideles nostri ad regnum nostrum devastandum transire possint. Et per cujus neglectum ipsæ naves postea bene custoditæ non fuerint, nobis renuntietur, ut nos decernamus, qualiter de illo contemptore præcepti nostri quasi de proditore patriæ agi debeat.

* al. manu firm. vel,

X V.

Ut si Missi nostri talem causam in illa terra invenerint, quam ad debitum finem, nec per ista capitula, nec per capitula progenitorum nostrorum, neque per legalia capitula perducere possint, nobis rationabiliter & veraciter remandare procurent, ut nos illis remandemus qualiter inde agere debeant.

X V I.

Ut ministri Comitum in unoquoque Comitatu dispensam Missorum nostrorum, a quibuscumque dari debet, recipiant, sicut [a] in tractoria nostra continetur, & ipsi ministerialibus * missorum nostrorum eam reddant. Missi autem nostri provideant, ne pro hac occasione inde ministri Comitum amplius, nisi quantum in tractoria nostra continetur, inde exigant.

a

* manu firm. pro ministrotum.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLV. *XI. Kalend. Martii, hæc quæ sequuntur,* [b] *Hludouvicus & Karolus reges in Tusiaco villa populo adnuntiaverunt.* b

SIcut vos, & plures alios audisse credimus, jam secundo & tertio in isto tempore convenire insimul proposuimus: sed variis occupationibus præpedientibus, hoc usque modo implere nequivimus. Nunc quia, Deo gratias, insimul convenimus, volumus vos scire, quoniam ad nullius deceptionem, vel condemnationem, neque pro ulla indebita cupiditate insimul convenimus. Propter quæ autem, excepto debito ac fraterno desiderio, ut nos invicem dilectione mutua videremus, noster conventus fuerit, vobis nota facere volumus: & quæ Deo placita, & nobis ac fidelibus nostris salubria, proficua sunt, una cum Dei adjutorio & vestro, ac ceterorum communium fidelium nostrorum consilio & auxilio, tenere immutabiliter, & augere utiliter volumus.

C A P I T. I.

PRimo nostras, & sanctæ Dei Ecclesiæ, ac regni nobis commissi necessitates, fraterne & sincera mente ad invicem exposuimus.

I I.

Illa, quæ nuper cum fidelium nostrorum consilio apud * Confluentes inter nos confirmata fuerunt, diligenter rememoravimus, quæ inviolabiliter adjuvante Domino conservabimus.

* Tit. XXXI.

I I I.

Sicut Deus hoc in corde nostro videt, volumus & vos scire, quoniam de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta adunati, id C est unanimes effecti sumus, quantum ipse dederit, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, ad Dei voluntatem, & nostrum communem honorem & salvamentum, & ad sanctæ Dei Ecclesiæ statum, & sacerdotum ac servorum ejus debitum honorem & vigorem, ac regni nobis a Deo commissi soliditatem restituendam & conservandam: ut Ecclesia & regnum, quod Deus in manus progenitorum nostrorum adunavit, & nobis misericordia sua commisit, in nostro tempore necessariam defensionem & tuitionem, & honorem atque soliditatem habeat.

---

a *In tractoria*) Missis omnibus ad legationes suas profecturis tractoria dabatur, id est epistola, cujus beneficio suscipiebantur, & conjectum accipiebant. Lib. IV. Cap. XXX. *Si quis literas nostras despexerit, id est tractoriam quæ propter Missos recipiendos dirigitur.* Ideo tractoriam *stipendialem* appellat Agobardus in libello de insolentia Judæorum. In tractoriis porro adnotari solebat quantum cuique Misso pro ejus conditione suppeditari oporteret. Qua de re Ludovici Pii extat constitutio in eodem libro cap. LXXIII. *De dispensa Missorum, qualiter unicuique juxta suam qualitatem dandum, vel accipiendum sit: videlicet Episcopo panes XL. friskingæ tres*, &c. ubi triplicem gradum distinguit, aliamque dispensam decernit Episcopo, aliam Abbati, Comiti, aut ministeriali, aliam denique vasallo regio.

b *Hludouvicus & Karolus*) Annales Pithœani alterum horum regum conventum ante sex menses habitum, fœdusque in eo initum commemorant his verbis: *Anno* DCCCLIV. *Hludouvicus & Karolus reges & fratres apud Duficam villam mense Septembri convenientes fœdus ineunt: & quicquid inter eos levitate humana, vel suggestione malignam perperam gestum fuerat, sibi mutuo dimittunt, cuncta retro oblivioni tradenda censentes. Hujus autem fœderis pactum inviolabiliter omni tempore conservandum, testes & admonitores idonei ex utraque parte statuuntur. Nam Hludouvicus ex parte Karoli Hincmarum Remensem Episcopum, & Engilramnum Comitem: Karolus vero ex parte Hludouvici Luitbertum Archiepiscopum, & Altfridum Antistitem elegit. ut si forte ab aliquo ejusdem pacti jura læderentur, his admonentibus, & gesta priora ad memoriam revocantibus, facilius in pristinum statum reformari possent.*

ANNO CHRISTI. 865.

I V.

Quoniam, sicut dicit sancta scriptura, qui suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior, consideravimus & confirmavimus in fide nostra inter nos de uxoribus & filiis nostris, qui ita fideliter nobis subditi & obedientes fuerint, sicut filii patribus & suis senioribus esse debent: ut unusquisque nostrum alterius filios sicut proprios in vera dilectione habeat: & qui superstes de nobis alteri fuerit, illius qui decesserit uxori & filiis, sicut inter nos convenit, debitum & necessarium adjutorium præstet & fidem conservet.

V.

Consideravimus & statuimus, ut communes fideles nostri, quorum consilio & auxilio sanctam Dei Ecclesiam, & regnum nobis commissum gubernare debemus, debitum honorem & salvamentum habeant, & ipsi ad Dei voluntatem & ad nostrum debitum honorem & vigorem & salvamentum, & ad sanctæ Dei Ecclesiæ statum, & ad regni soliditatem & defensionem, qualiter populus in regno nostro legem & justitiam, & pacem ac tranquillitatem habeat, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, fideli consilio & auxilio nobis sint in omnibus adjutores. Et si aliquis, quod absit, ab hoc deviare tentaverit, unanimiter ut ad hoc redeat illum convertere decertemus. & si ad hoc reduci non potuerit, unanimiter studeamus, ut vel sibi soli noceat, & contra hoc quod salubriter conservare debemus, non possit damnabiliter agere. Et omnes, tam nobis amici, quam & contrarii, certissimum teneant, quoniam qui contra quemlibet nostrum quiddam adversi machinatus vel molitus fuerit, apud alium locum familiaritatis & amicitiæ non habebit.

ANNO CHRISTI. 865.

V I.

Vos scitis, qualiter [a] nepos noster Hlotharius, per suam juventutem, & per levium hominum consensum & hortamentum, & etiam per eorum favorem, qui illum salvare debuerant, fecit & facit contra illam legem, quam Deus primo in paradiso primis hominibus dedit, & quam in Evangelio per præsentiam carnis cum hominibus habitans renovavit, & confirmavit; quæ ad omnes homines pertinet, qui secundum Deum legitimo utuntur conjugio. Unde & universalis Ecclesia Dei pulsatur, & sacerdotes sunt dehonorati, & populus Christianus sicut de mali morbi contagio est maculatus. Propterea quod Deus dixit, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. & sicut scriptum est, *Ipse os nostrum & caro nostra est*: & Ecclesia nobis & illi commissa, & regnum unum est, & populus ac Christianitas una est: consideravimus ut ad illum Missos nostros mittamus, & ei tale consilium mandemus, qualiter & ipse coram Deo salvus, & coram sæculo honoratus esse valeat, & Ecclesia, & regnum, quod illi ad salvationem commissum est, solidum esse possit, & populus Dei salvus sit, & legem ac justitiam, & pacem ac tranquillitatem habeat.

V I I.

Quia etiam ipse suos Missos ad nos transmisit quasi consilium quærens, per nostros Missos, & de his unde nobis mandavit, quantum nobis Dominus dedit, ei verum & sincerum consilium remandamus, & talem voluntatem nostram esse erga eum, sicut vobis dicimus, illi per eosdem Missos nostros mandamus.

a *Nepos noster Hlotharius*) Pertinent hæc ad divortium Lotharii, de quo supra Tit. [*] xxx. cap. vi. Cujus causa post damnatam Romæ Synodum Metensem, quæ Teutbergæ repudium approbarat, post exauctoratos Theutgaudum Trevirensem, & Guntarium Agrippinensem Archiepiscopos, qui Synodo illi præsederant, missus est hoc anno, ut Anastasius scribit, a Nicolao Papa in Galliam legatus Arsenius Episcopus Hortensis.

* *Hic* xxxv.

ANNO CHRISTI. 868.

T I T U L U S XXXVIII.

Apud Compendium.

* *Jam constituta in Synodo Suessionensi anno 853. (pag. 53.) anno autem 868. Compendii renovata. Videsis notas Baluzii pag. 1274.*

C A P I T U L A K A R O L I R E G I S I N C O M P E N D I O F A C T A anno regni ejus XXVIII. *indictione* XV.

C A P I T. I.

Ut Missi nostri per civitates & singula monasteria tam Canonicorum quam Monachorum sive Sanctimonialium, una cum Episcopo Parrochiæ uniuscujusque in qua consistunt, cum consilio etiam & consensu ipsius qui locum retinet, vitam ibi degentium & conversationem inquirant, & ubi necesse est corrigant, & ubi desunt, congruas officinas construere jubeant; & ubi sunt factæ, & per negligentiam sunt destructæ, instaurari præcipiant; & victum, & potum, & vestitum, atque cetera necessaria, pro qualitate & possibilitate loci & inhabitantium necessitate ordinent; & hospitalitatem supervenientium hospitum, & receptionem pauperum ibidem disponant & ordinent. Ecclesiæ quoque luminaria & ornatum debitum ordinent; & thesaurum, & vestimenta, seu libros diligenter inbrevient, & breves nobis reportent. Inbrevient etiam quid unusquisque Ecclesiarum prælatus, quando prælationem Ecclesiæ suscepit, ibi invenerit, & quid modo exinde ibi minus sit, vel quid & quantum sit superadditum. Quid etiam Nortmannis per nostram commendationem, sive sine nostra commendatione datum sit, quidve relictum, vel quid a quoquam in eleemosyna datum. Numerum etiam Canonicorum & Monachorum sive Sanctimonialium uniuscujusque loci describant, & nobis referant; ut secundum qualitatem & quantitatem loci, cum consilio Episcoporum & fidelium nostrorum, ubi minor numerus fuerit, nostra authoritate addamus; ubi vero indiscretione prælatorum superfuerit, ad mensuram redigamus. Inquirant quoque quot tempore avi nostri Karoli & Domni genitoris nostri Hludovici unoquoque in loco fuerint, & quot modo sint; & ubi loca a Nortmannis sive a quibuslibet aliis destructa sunt & penitus adnullata, quot ibi nunc propter paucitatem rerum & devastationem eorumdem constitui vel ordinari possint; ut inde cum consensu fidelium nostrorum ordinemus quid de cetero agendum sit. Et qualiter abbatiarum prælati, & in lo-

ANNO CHRISTI 868.

cis factis inhabitantes, de his quæ Missi nostri præceperunt obedierint, nobis diligentissime & capitulatim referatur.

II.

Ut Missi nostri diligenter investigent per singulas Parrochias, simul cum Episcopo, de monasteriis quæ Deum timentes in suis proprietatibus ædificaverunt, & ne ab hæredibus eorum dividerentur, parentibus & prædecessoribus nostris sub immunitatis defensione tradiderunt, & postea in alodem sunt data: ut describant quæ sint, & a quo vel quibus in proprietatem data sunt, & nobis renuntiare procurent; ut cum Episcopis & ceteris fidelibus nostris consideremus quid & qualiter inde secundum Dei voluntatem & nostram salutem agere debeamus.

III.

Ut Missi nostri per singulas Parrochias una cum Episcopo Parrochiæ ipsius requirant de capellis & Abbatiolis ex casis Dei in beneficium datis, qualis census inde exeat, ut Ecclesia de qua sunt exinde vestituram habere possit, & nobis renuntient; ut hoc nostra auctoritate commendetur atque firmetur, & secundum qualitatem & quantitatem loci Clericos & luminaria ibi ordinent, & loca restaurari faciant.

IV.

Denuntiandum est omnibus, & a Missis nostris ordinandum, ut omnes Ecclesiæ & presbyteri sub immunitate ac privilegio, & ordinatione atque dispositione Episcoporum singularum Parrochiarum, in quibus consistunt, secundum auctoritatem Canonicam & Capitularia domni Karoli Imperatoris avi nostri & pii Augusti Hludouvici domni & genitoris nostri permaneant.

V.

Ut Missi nostri diligenter investigent cum Episcopo & prælatis Monasteriorum, & per fideles & strenuos viros in unaquaque Parrochia, de rebus Ecclesiasticis in eadem datis, & sicut evidentibus & veris indiciis ac auctoritatibus compererint, diligenter a quo & quibus datæ sint, vel quantum exinde sit describant, & nobis renuntient.

VI.

Ut Missi nostri expresse & cum omni diligentia cum Episcopo & prælatis Monasteriorum per singulas Parrochias requirant de rebus Ecclesiasticis unde nonæ & decimæ solvi debent & non solvuntur, & persolvi ab easdem res retinentibus faciant. Et si aliqua contradictio, quæ rationabilis videatur, oborta fuerit, describatur; & prælatus ipsius casæ Dei unde res esse noscuntur, & ille qui eas detinet, & nonam ac decimam solvere detrectat, simul cum Missis nostris ad nostram jubeatur venire præsentiam; ut tunc veritate comperta, & diffinitione decreta, quod rationabiliter invenerimus, inde præcipiamus. Volumus etiam ut investigent Missi nostri qualiter illi qui easdem res Ecclesiasticas, unde decimæ dantur sive non dantur, possident, illas salvas habeant, & in casticiis, & in silvis custoditis, vel si terræ aut mancipia inde perdita sunt, vel aliquid hujusmodi, aut si familia oppressa sit contra legem, & omnia per breves nobis renuntient.

VII.

Ut Missi nostri per singulas Parrochias Comi- A tibus & reipublicæ ministris ex banno nostro præcipiant ne malla vel placita in exitibus & atriis Ecclesiarum & presbyterorum mansionibus neque in Dominicis vel festivis diebus tenere præsumant. Sed Comes convenientem locum consideret, & inveniat ubi stationem ad mallum tenendum constituat: quia nefas est ibi reos puniri, ubi respectu divinæ reverentiæ misericordiam consensu fidelium nostrorum, & decreto prædecessorum nostrorum, consequuntur.

VIII.

Ut Missi nostri Comitibus & omnibus reipublicæ ministris firmiter ex verbo nostro denuntient atque præcipiant, ut a quarta feria ante initium quadragesimæ, nec in ipsa quarta feria, B usque post octavas Paschæ, mallum vel placitum, nisi de concordia & pacificatione discordantium, tenere præsumant. Similiter etiam a quarta feria ante nativitatem Domini usque post consecratos dies observent. Necnon & in jejuniis quatuor temporum & rogationibus, simili observatione feriatos dies venerari omnimodis studeant.

IX.

Ut Missi nostri omnibus per singulas Parrochias denuntient, quia si Episcopus aut ministri Episcoporum pro criminibus colonos flagellaverint cum virgis propter metum aliorum, & ut ipsi criminosi corrigantur, C cum tali discretione sine ulla occasione indebita, sicut in Synodo conlocutum est, & vel inviti pœnitentiam temporaliter & corporaliter agant, ne æternaliter pereant, si seniores ipsorum colonorum indigne tulerint, & aliquam vindictam inde exercere voluerint, aut eosdem colonos ne distringantur contendere præsumpserint, sciant quia & bannum nostrum component, & simul cum excommunicatione Ecclesiastica nostram harmiscaram durissimam sustinebunt.

X.

Ut Missi nostri omnibus reipublicæ ministris denuntient, ut Comes vel reipublicæ ministri, simul cum Episcopo unuscujusque Parrochiæ sint D in ministeriis illorum quando idem Episcopus suam Parrochiam circumierit, cum Episcopus ei notum fecerit: & quos per excommunicationem Episcopus adducere non potuerit, ipsi regia auctoritate & potestate ad pœnitentiam atque rationem vel satisfactionem adducant.

XI.

Sciant etiam fideles nostri quia concessimus in Synodo venerabilibus Episcopis ne super beneficia Ecclesiastica vel præstarias, etiamsi Episcopus aut quilibet Monasteriorum prælatus irrationabiliter petierit, præcepta confirmationis no- E stræ ullo modo faciamus. Et ideo ab irrationabili petitione se unusquisque compescat.

XII.

Ut Missi nostri omnibus per illorum missaticum denuntient, ne commutationes rerum vel mancipiorum quilibet prælatus earundem rerum Ecclesiasticarum sine licentia vel consensu nostro facere præsumat, neque mancipia Ecclesiastica quisquam nisi ad libertatem commutet. Videlicet ut mancipia quæ pro Ecclesiastico dabuntur, in Ecclesiæ servitute permaneant; & Ecclesiasticus homo qui commutatus fuerit, perpetua libertate fruatur.

TITULUS XXXIX.

[a] Apud S. Arnulfum.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLVIII, *Indictione prima, Metis civitate, apud S. Arnulfum, hæ pactiones inter Hludovicum & Karolum gloriosos reges factæ sunt, his præsentibus, Hincmaro Archiepiscopo, Luitberto Archiepiscopo, Altfrido Episcopo, item Hincmaro Episcopo, VVitgario Episcopo, Odone Episcopo, regni Karoli gloriosi regis* XXIX.

A Modo & deinceps, ad Dei voluntatem, & sanctæ Ecclesiæ restaurationem & honorem atque defensionem, & ad nostrum communem honorem & salvamentum atque profectum, & ad salvationem ac pacem Christiani populi nobis commissi, isti fratri meo Karolo & consilio & auxilio in vera fraternitate, quantum Deus mihi scire & posse dederit, fidelis adjutor ero. Et si Deus nobis amplius adhuc de [b] regnis nepotum nostrorum donaverit; & in acquirendo, ac in dividendo, sicuti plus æqualiter, aut nos, aut nostri communes fideles invenerint, quos communi consensu elegerimus, & in ipsa divisione consentiendo, & in habeodo, & in conservando atque defendendo, tam istud quod habemus, quam & quod nobis de præfatis regnis Dominus concesserit, absque dolositate, aut deceptione, vel superabreptione, illi sincerus auxiliator & cooperator ero, sicut verus frater vero fratri per rectum esse debet: in hoc ut ipse similiter erga me conservet. Mundeburdem autem, & defensionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ pariter conservabimus: in hoc ut Romani Pontifices nobis debitum honorem conservent, sicut eorum antecessores nostris antecessoribus conservaverunt. si me Deus adjuvet, & isti sancti.

Similiter & Karolus Hludouvico promisit.

a *Apud S. Arnulfum*) In Monasterio S. Arnulfi, quod nobilissimum olim, & patrum nostrorum memoria fuit in suburbano Metensi. Leutbertus, qui post Hincmarum nominatur, Archiepiscopus fuit Moguntinus, Witgarius Episcopus Augustanus, sive de Augustiburc, ut loquitur Hincmarus in epistola quadam ad nepotem: *Clatensius compresbyter mihi dixit, quod Hadulfo missaticum ad VVitgarium Episcopum de civitate Augustiburc pro libro Pateris commiseris, de quo missatico non se excendisit.*

b *De regnis nepotum nostrorum*) Ludovici regis Italiæ, & Lotharii regis, quos videbant legitimis hæredibus carere. Karolus vero, tertius illorum frater, jam pridem sine liberis decesserat.

ANNO CHRISTI. 869.

TITULUS XL.

Apud Pistas.

HÆC QUÆ SEQUUNTUR CAPITULA CONSTITUTA sunt a domno nostro Karolo rege glorioso, cum consilio & consensu Episcoporum, ac ceterorum Dei & suorum fidelium, qui adfuerunt in loco qui dicitur Pistis, anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXIX. *anno autem* [c] *regni sui* xxx. *Indictione* II. *& ab eo denuntiata sunt a se, & ab omnibus fidelibus suis, secundum uniuscujusque ordinem & personam, inviolabiliter conservanda.*

CAPIT. I.

De honore & cultu Dei atque sanctarum Ecclesiarum in regno nostro decernimus, ut sicut tempore avi & patris nostri excultæ & honoratæ fuerunt; & sicut a nostra largitate honoratæ & ditatæ sunt, vel dinceps fuerint, salva æquitatis ratione, ita sub immunitate permaneant. Archiepiscopi quoque, & Episcopi, & ceteri sacerdotes, ac servi & ancillæ Dei, quique vel quæque in ordinis sui dignitate honorem atque immunitatem secundum sacras leges & canones habeant.

II.

Ut ab Archiepiscopis, & Episcopis, & ab aliis fidelibus nostris, honor regius & potestas, ac debita obedientia, atque adjutorium ad regnum nostrum continendum & defensandum, nobis in omnibus & ab omnibus secundum uniuscujusque ordinem & dignitatem atque possibilitatem, sicut tempore antecessorum nostrorum juste & rationabiliter consueverat, exhibeatur.

III.

Ut omnes nostri fideles veraciter sint de nobis securi, quia quantum sciero, & juste ac rationabiliter potuero, Domino adjuvante, unumquemque secundum sui ordinis dignitatem & personam honorare & salvare, & honoratum, ac salvatum conservare volo, & unicuique eorum in suo ordine, secundum sibi competentes leges, tam mundanas quam ecclesiasticas, se-

c *Regni sui* xxx.) Cum anni Karoli Calvi consurgant ex obitu Ludovici patris, hoc est XII. Kalendas Julias anni dcccl. sequitur anno dccclxix. post XII. Kalendas Quintiles exordium fuisse anni ejus XXX. Sed quia indictio II. quæ adscribitur finem habitura erat proximo Septembri, reliquum est ut placitum hoc Pistense Julio, vel Augusto mense celebratum intelligamus.

ANNO CHRISTI. 869.

ctam rationem & justitiam conservabo: & nullum fidelium nostrorum contra legem & justitiam, vel auctoritatem ac justam rationem, aut damnabo, aut dehonorabo, aut opprimam, vel indebitis machinationibus affligam: & legem, ut prædiximus, unicuique competentem, sicut antecessores sui tempore antecessorum meorum habuerunt, in omni dignitate & ordine, adjuvante Domino, conservaturum perdono, cuilibet duntaxat ex eis, qui mihi fideles & obedientes, ac veri adjutores atque cooperatores, juxta suum ministerium & personam, consilio & auxilio, secundum suum scire & posse, & secundum Deum ac secundum sæculum fuerint, sicut per rectum unusquisque in suo ordine & statu, regi suo & suo seniori esse debet. Et capitula, quæ avus & pater noster pro statu & munimine sanctæ Dei Ecclesiæ ac ministrorum ejus, & pro pace ac justitia populi, & quiete regni constituerunt; & quæ nos cum fratribus nostris regibus, & nostris ac eorum fidelibus communiter constituimus; sed & quæ nos consilio & consensu Episcoporum, ac ceterorum Dei & nostrorum fidelium, pro suprascriptis causis in diversis placitis nostris conservanda statuimus, permanere inconvulsa decernimus.

IV.

Ut quia regia nostra potestas hoc, adjuvante Domino, exequi per omnia cupit, regni ministri, quantum Deus scire & posse illis donaverit, Episcopis & ceteris sacerdotibus, ac servis & ancillis Dei, ut suum ministerium implere possint, sicut ab antecessoribus nostris imperatoribus & regibus, & a nobis constitutum est, adjutorium præstent: & sanctis Ecclesiis, & sacerdotibus, ac servis & ancillis Dei, secundum sacras leges, tam mundanas quam ecclesiasticas, & secundum capitula avi & patris nostri, ac nostra, debitum honorem & immunitatem conservent & exhibeant, ut quiete pro stabilitate regni ac nostra & illorum salute Dominum exorare possint.

V.

Ut Episcopi Comitibus, Missis, & vassis nostris, sed & suis ipsis subditis, tam clericis quam laicis, & Comitum ac vassallorum nostrorum hominibus, paternam benignitatem secundum suum ministerium & debitum honorem ac legem & justitiam, unicuique secundum suum ordinem & dignitatem impendant & conservent, sicut sacræ leges, tam mundanæ quam ecclesiasticæ, & capitula avi & patris nostri decernunt, & sicut in capitulis a nobis & a fratribus nostris regibus ac communibus fidelibus nostris est constitutum, & sicut temporibus avi & patris nostri justa & rationabilis consuetudo fuit. Similiter Comites, & Missi, ac vassi nostri, Episcopis ac presbyteris debitam reverentiam, & vassallis Episcoporum legem & justitiam, & debitum honorem impendant, secundum præfatas leges, & præfata capitula, ac præfatam consuetudinem.

VI.

Ut si Episcopi suis clericis injuste fecerint, secundum quod sacri canones & sacræ leges, quas Ecclesia Catholica probat & servat, præfigunt, hoc eorum judicio, quorum interest, emendare procurent.

VII.

Ut si Episcopi suis laicis injuste fecerint, & ipsi laici se ad nos inde reclamaverint, nostræ regiæ potestati secundum nostrum & suum ministerium ipsi Archiepiscopi & Episcopi obediant, ut secundum sanctos canones, & juxta leges quas Ecclesia Catholica probat & servat, & secundum capitula avi & patris nostri, hoc emendare curent, & sicut temporibus avi & patris nostri justa & rationabilis consuetudo fuit.

ANNO CHRISTI. 869.

VIII.

Ut presbyteri parochiani suis senioribus debitam reverentiam & competentem honorem atque obsequium secundum suum ministerium impendant, sicut in legibus sacris, & in præfatis capitulis continetur; & sicut temporibus avi & patris nostri justa & rationabilis consuetudo fuit. Quod si ipsi presbyteri non fecerint, seniores illorum Episcopis, non per occasionem aut malitiam, sed per rationem & veritatem, hoc innotescere studeant: & Episcopi presbyteros secundum suum ministerium & leges ecclesiasticas taliter castigent, ut hoc illos emendare delectet. qualiter cum necessaria benignitatis concordia, & illi pro senioribus suis orare, & seniores illorum sacra officia & divina mysteria puro corde per illos suscipere possint.

Lib. 2. Capitul. c. 84.

IX.

Ut si Abbates, vel Abbatissæ, aut Comites, seu vassi nostri, aut ceteri laici, clericos probabilis vitæ & doctrinæ Episcopis canonice consecrandos, suisque in Ecclesiis constituendos obtulerint, nulla qualibet occasione eos Episcopi vel ministri eorum rejiciant: & Episcopi prævideant quem honorem presbyteri pro Ecclesiis suis senioribus suis tribuere debent. & Episcopi parrochias & decimas antiquis Ecclesiis servent. & seniores immunitatem de manso ad Ecclesiam dato conservent. & non sine auctoritate vel consensu Episcoporum presbyteri in quibuslibet Ecclesiis constituantur, vel compellantur, sicut in primo libro capitulorum avi & patris nostri, & sicut in capitulis patris nostri anno XVI. imperii ejus factis continetur. Et senioribus presbyterorum hoc sufficiat, & amplius per ingeniosas machinationes a presbyteris non exigant vel exquirant, nisi sicut in eisdem capitulis avi & patris nostri, ac nostris est constitutum, ne Deum offendant, & pro lucro terreno, quod absit, suas animas perdant, & nostram offensam incurrant, ac post debitam emendationem dignam harmiscaram a nobis dispositam sustineant. Et Episcopi tam seniores presbyterorum quam presbyteros, sed & seipsos custodiant: ne laici per ignorantiam, & presbyteri per necessitatem, & ipsi Episcopi, vel ministri eorum, per cupiditatem & avaritiam, quod absit, in simoniacam hæresim cadant: quia, ut sanctus Gregorius dicit, qui præmio, vel gratia, aut supplicatione indebita, ad sacros ordines accedit vel promovetur hæreticus a domino deputatur, tam ille qui promovetur, quam ille a quo taliter promovetur, & cujus interventu taliter promovetur. & qui pro tali ordinatione illicita quolibet malo ingenio, quod Deum latere non potest, aliquid dederit vel acceperit, vel mediator factus fuerit, a Deo, sicut canones Dei spiritu conditi demonstrant, condemnatur per illorum judicium, qui cum Deo in cœlis regnant, & in terris miraculis coruscant. Damnantur utique in præsenti sæculo, comburendi igne perpetuo, tales negotiatores pravi, cum quod juste bene meritis dare gratis debent, justitiam, sicut Judas Christum, qui (ut dicit Apostolus) factus est nobis a Deo justitia, vendidit, ita & isti Deum patrem omnipotentem, & eandem justitiam Christum, atque consubstantialem illis sanctum Spiritum, qui per impositionem manuum sacerdotalium

Lib. 1. capitul. c. 84.

Capitulare anno 829. c. 1.

Lib. 4. Indict. 13. epist. 95. 100. & lib. 7. Indict. 2. epist. 110.

ANNO CHRISTI. 869.

hominibus tribuitur, quoniam sanctæ Trinitatis una est natura, voluntas, & operatio, gradus ecclesiasticos temporali commodo dantes, vel accipientes vendunt. & qui pretium proinde donant, emunt peccatum, & hæretici fiunt: & qui pramium proinde accipiunt, sicut idem sanctus demonstrat Gregorius, facti & ipsi hæretici eos malitiæ suæ gladiis occidunt, quos vivificare orationis suæ intercessione debuerunt.

X.

Ut nemo Episcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri jubent; & donec illum qui peccavit, & inde aut sponte confessus, aut aperte convictus fuerit, secundum evangelicam præceptum, ot ad emendationem & pœnitentiam redeat, commonitum habeat. Qui peccator, si commonitus de certa & manifesta causa, ut ad emendationem & correptionem redeat, inobediens & incorrigibilis permanserit, & ad emendationem redire noluerit, & excommunicationem canonicam de causis designatis & manifestis parvipenderit: regiam vel reipublicæ potestatem per se vel per ministros suos, aut per literas suas Episcopus adeat, ut constringatur, quatenus ad emendationem ac pœnitentiam isdem peccator redeat. ne dicatur nobis a Domino, quod olim populo veteri ab eo legimus dictum, *Anathema in medio tui: non poteris stare coram inimicis tuis.* Si autem idem peccator de manifesta & comprobata, vel a se sponte confessa causa ad pœnitentiam venire voluerit: sed ipsam pœnitentiam propter faidam secundum canones suscipere & quiete agere non potuerit: Episcopus per se, vel per ministros, aut per literas suas, regiam nostram, vel reipublicæ nostræ potestatem adeat, ut ipsa [a] faida secundum constitutionem avi & patris nostri legaliter pacificetur, aut juxta leges, secundum quas in aliis regionibus quilibet vivunt, sedetur: & tunc peccator medicinam pœnitentiæ secundum sacros canones cum pia & salubri discretione secundum regulas sacras suscipiat, & peragat, & reconciliationem atque communionem percipiat, sicut in eisdem sacris regulis discretissime ac misericorditer continetur.

a

L. b. 10. capitul. c. 27.

X I.

Ut Comites, & Missi, ac vassi nostri, & ministeriales regni nostri, unusquisque secundum ordinem & dignitatem, ac possibilitatem suam, pacem & justitiam in suis ministeriis faciant, & juste omnes sub Dei respectu judicent, attendentes quod Dominus omnibus judicantibus dicit, *In quo judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.* &, *Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore.*

Matth. 7. 2.
Psal. 105. 3.

X I I.

Ut Episcopi, atque Abbates, & Comites, ac vassi nostri, & omnes fideles laici, concordi dilectione & unanimi voluntate, ad Dei, & sanctæ Ecclesiæ, ac nostrum & regni nostri honorem
A & statum, atque commonem nostram salvationem, sine invidia & malivolentia, atque indebita contentione, communiter decertare procurent, ut pax & justitia, & vera cum Dei voluntate concordia inter nos omnes, & in regno nostro maneat: quia sicut sancta scriptura dicit: *Justitia elevat gentem, miseros facit populos peccatum.* & ubi non est vera cum Dei volontate concordia, ibi nisi ad judicium non habitat Deus, qui sicut psalmus dicit, *facit unanimes habitare in domo*, id est in sancta Ecclesia. in qua fideliter consistentibus spiritum caritatis infondit, qui propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos, tradidit semeripsum pro nobis, & cum essemus mortui in peccatis nostris, convivificavit nos in semetipso, ut essemos sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate, & simus sectatores bonorum operum, in quibus cum fide recta perseverantes perveniamus omnes, ipso præveniente, adjuvante, & subsequente, ad regna cælorum.

Prov. 14. 34.

B

X I I I.

Episcopi privilegia Romanæ sedis & regum præcepta Ecclesiis suis confirmata vigili solertia custodiant, at exinde auctorabili firmitate tueantur. Nonas & decimas unde statotum est absque alicujus contradictu recipiant. De terris censalibus & potestate Ecclesiæ suæ & cultoris indominicatis & absitaribus & manufirmatis major Ecclesia, quæ caput episcopatus est, decimam recipiat. Similiter & de * carruca indominicata. De mansis hæreditariis presbyter parrochiæ, sicut constitatum est, decimum consequatur. Et ne de hoc contentio oriatur, summopere cavendum est.

*Caput istud deerat in editione Sirmondi restituit Baluzius ex cod. Rivipullensi.

C

* f. curte.

Adnuntiatio Karoli Regis.

CAPIT. I.

Volumus vos scire, quia secundum consuetudinem antecessorum nostrorum consideravimus in hoc placito, cum Episcopis & ceteris fidelibus nostris, de honore sanctæ ecclesiæ, & Episcoporum, ac ceterorum servorum Dei, ut debitam honorem habeant, sicut tempore antecessorum nostrum habueruot, & omnibus fidelibus nostris, unicuique in suo ordine, legem & justitiam conservabimus, sicut eorum antecessores tempore antecessorum nostrorum habuerunt.

D

I I.

Et volumus atque jubemus, ut vassalli Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum, atque Comitum & vassorum nostrorum, talem legem & justitiam apud seniores suos habeant, sicut eorum antecessores apud illorum seniores tempore antecessorum habuerunt. Et si aliquis Episcopus, Abbas, aut Abbatissa, vel Comes ac vassus noster, suo homini contra rectum & justitiam fecerit, & se inde ad nos reclamaverit, sciat quia sicut ratio & lex atque justitia est, hoc emendare faciemus.

---

a *Faida pacificetur*) Tit. * XII. faidam ostendimus dictam fuisse apertam & capitalem inimicitiam ob cæsum aliquem de propinquis susceptam. Et quia reipublicæ interest hujusmodi simultates coerceri, propterea legibus sæpe cautum de faidis coercendis atque sedandis. Lex Frisionum satis habuit certorum locorum inducias præscribere in Additione Tit. I. *Homo faidosus pacem habeat in Ecclesia, in domo sua, ad Ecclesiam eundo, de Ecclesia redeundo, ad placitum eundo, de placito redeundo.* Karolus Magnus faidas penitus sedandas sanxit anno Imperii quinto cap. VI. *Si faidosus quis sit, discutiatur quis ex duobus contrarius sit, ut pacati fiant, & distringantur ad pacem, etiamsi noluerint.* Idem sanxit & Ludovicus lib. IV. cap. XXVII. Faidæ autem pacificatio pretio fiebat, quod a faidoso persolvebatur, recipiebat is qui faidam, ut loqui solebant, levabat & portabat. Karolus idem lib. 2. legis Longobardorum Tit. XXXVII. cap. I. *Si quis pro faida pretium recipere noluerit, ad nos sit transmissus, ut nos eum dirigamus, ubi damnum minime facere possit. Simili modo etiam qui pro faida pretium dare noluerit, nec justitiam inde facere, tunc ad nos sit transmissus, & in tali loco eum mittere volumus, ut majus damnum non crescat.*

* Hic XIV.

ANNO CHRISTI, 869.

III.

Et vulumus atqua jubemus, ut Episcopi utqua Abbates, Comites ua vussi nostri, concordi dilectiona & uuauiml voluntara, ud Dei & sanctæ Ecclesiæ, ac uostrum & regui nostri honorem, & statum, atque commuuem nustram salvationem decertare procureut, ut pax & justitia, & varu cum Dei voluntate concordia, inter nos umnes, & in regno nustro maneat: & omnes ita sint semper parati, ut si nobis nacessitas avenerit, ad defensiuuem patriæ centra paganos, aut contru al os Dei, & uostros inimicos, sicut consuetudo suit tempore auta-

A cessorum nostrorum, ubsque mora, statim ne eis nuntiatum suerit, pussint venira.

IV.

Et vulumus ue sciatis, quia commendavimus, ut uuusquisque de sua opera tale certamen habeat, sicut scit nacasse esse ad defeusiouem istius sanctæ Dei Ecclesiæ, secundum nustram commendationem. Gratias vobis agimus, quiu fideliter secundum nostram commendationem in nostru venistis servitiu. Et ite cum Dei gratia sani & salvi, & Deus nubis concedat, ut irarum cum sanitate & gandiu ad suam voluntatem reconjungamur.

ANNO CHRISTI. 869. ANNO CHRISTI. 864.

TITULUS XLI.

Quando Karolus rex Metis coronatus est in regno Hlotharii.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXIX. Indictione II. v. Idus Septembris, Metis civitate [a] *in Ecclesia S. Stephani martyris, hæc quæ sequuntur capitula Adventius Episcopus ipsius civitatis coram rege, & Episcopis qui adfuerunt, publice populo & scripto, & verbis denuntiavit.*

CAPIT. I.

VOs saltis, & multis in plurimis reguis est cognitum, quantos & quales aventus tempora seniuris nostri, quem hacteuus habuimus, pro aausis notissimis commuuiter sustinuimus, & quanto dolore, quantaque angustia da illius infansta morte nuper cordibus perculsi sumus. Uude nuicum resugium, & singulariter salubra consilium, rege & principe nostro destituti ac desolati, nubis umnibus esse cousideravimus, ut jejuniis & orationibus ad aum nos converteremus, qui est adjutor in opportunitatibus in tribulatione, & cujus est consilium, ac cujus ast regnum, & ut scriptum est, cui volucrit dabit illud. & in cujus manu corda sunt regum, & facit unanimes habitare in domo, solvens madium parietam & faciens utraque uuum: daprecantea ipsius misaricordiam, ut daret nobis regem ac principem secundum cor suum, qui in judicio & justitiu nos in omni ordina ac professiona regeret, salvaret, atque defendaret juxta voluntatem ajus, & corda omnium nostrorum unanimiter in cum inclinaret atque uuiret, quem ipsa ad salutem & profectum nustrum præscitum & alectum atque prædestinatum habeat secuudum misaricordiam suam.

II.

Quia denique voluntatem Dei, qui voluntatem timentium sa facit, & deprecationes axaudit, in concordi unanimitata nostra videmus hunc regni hujus hæredem esse legitimum, cui nos sponta commisimus. domuum videlicet præsentem regam ac principem nustrum Karolum, ut nobis præsit & prosit: videtur nubis, si vobis placet, ut sicut post illius verba vobis munifestabimus, signo certissimo demuustremus, quia illum u Deo electum & nobis datum principem credimus, & cidem largituti Deo ex suis bena-

B ficils non sumus ingrati; sed gratiarum actiones illi resareutes, oremus quatenus & aum nobis ad salutem & defensiunem sanctæ suæ Ecclesiæ, & ad uuxilium atque prufectum omnium nostrum cum saluta ac pace & tranquillitate nobis conservet diutius; & nos fideli devutiona illi obsequenteas, utque uprata salvatione fruentes sub illius udmiuistratione in suo gubernet servitio.

III.

Et si illi placet, dignum ipsi, & necessarium uubis esse videtur, ut ax ejus ora uudiamus, quod u Christianissimo rege, fideli & unanimi in servitio illiur populo, unicuique in suo orC dine, convenit audire, ac devota mente suscipere.

Post hæc Rex Karolus hæc quæ sequuntur per se in eadem Ecclesia cunctis qui affuerunt denuntiavit.

Quia sicut isti venerabiles Episcopi unius ex ipsis voca dixarunt, & certis indiciis ex vestra unanimitata moustraverunt, & vos acclamastis, me Dei alectione ud vestram salvatiunem & profectum, atqua regimen & gubernationem huc udvenisse: sciatis me honorem & cultum Dei utque sanctarum Ecclesiarum, Domino adjuvante, conservara, & unumquemque vestrum, secundum sui ordinis dignitatem & persunam, juxta meum scire & possa honurare & salvare, D & hunoratum ac salvatum tenere velle, & unicuiqua in suo ordine, secundum sibi competentes leges tam ecclesiasticas quam mundanas, legem & justitiam conservare. in hoc, ut honor regius & potestas, ac debita ubedientia, atqua adjuturium ad regnum mihi a Deo datum continendum & defensandum, ab unoquoque vestrum secundum suum ordinem & dignitatam atque possibilitatem mihi exhibeatur, sicut vestri antecessures fideliter, justa & rationabiliter meis antecessoribus axhibuarunt.

* manu correxit Sirm. pro Junio.

a *In Ecclesia S. Stephani*) Quæ Metansium Episcoporum sedes. Mortuo Placentiæ in Italia Lothario mensa * Augusto anni hujus DCCCLXIX. simul ac in Galliam perlatus est nuntius, Karolus ad vacuum ejus regnum occupandum Metas advolavit, ibique ab aliquot utriusque regni Episcopis consecratus est. Coronationis acta sub finem Capitulorum edita. hoc vero loco Adnuntiationes, quæ coronationem antecesserunt. Ceterum Karolus, etsi regni Lotharii possessionem, ut sequentia docebunt, integram non retinuit, successionis tamen hujus epocham suis deinceps diplomatibus adjecit, ut in præcepto pro Monasterio S. Germani apud Aimoinum lib. v. cap. XXXIV. & in altero pro Ecclesia S. Martini Turonensis: *Data Kalendis Augusti Indictione X. anno XXXVIII. regni domni Karoli Imperatoris in Francia, & in successione Lotharii VIII. & Imperii II. Actum Monasteriolo*, atque in aliis passim.

ANNO CHRISTI. 869. *ET POST HÆC HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS hæc quæ sequuntur capitula, jubente ac postulante Adventio ipsius civitatis Episcopo, & ceteris Episcopis Trevirorum provinciæ, Attone scilicet Ecclesiæ Viridunensis Episcopo, & Arnulfo Tullensis civitatis Episcopo, Francone Tungrensis civitatis Episcopo, conhibentibus provinciæ Remorum Episcopis, coram Episcopis & rege cunctis qui adfuerunt, in eadem Ecclesia publice denuntiavit.* ANNO CHRISTI. 869.

CAPIT. I.

NE alicui forte videatur, incongrue ac præsumptiose me, ac provinciæ nostræ venerabiles Coepiscopos facere, quoniam de altera provincia ordinationi & causis hujus provinciæ nos immiscemus: sciat nos contra canones sacros non agere, quoniam Remensis & Treverensis Ecclesiæ in hac regione Belgica cum sibi commissis Ecclesiis sorores & comprovinciales habentur, sicut auctoritas ecclesiastica, & antiquissima demonstrat consuetudo. Ac per hoc unanimi consensu & synodalia judicia exercere, & quæ a sanctis patribus constituta sunt debent concorditer custodire, hac privilegii conditione servata, a ut [a] qui prior de Remensi & Treverensi Episcopis fuit ordinatus, prior etiam habeatur.

II.

Et lex divinitus inspirata præcipit dicens: *Si* Deut. 23. 25. *transieris per messem amici tui colliges spicas, manu confricabis ad manducandum, falcem autem non mittas*, vel *falce non metas*. Messis est populus, ut Dominus monstrat in Evangelio dicens: Matth. 9. 37. *Messis quidem est multa, operarii autem pauci; rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam*. quia vos pro nobis Episcopis debetis orare, ut vobis digna possimus loqui. Messis autem amici, est populus in provincia alteri Metropolitano commissa. Unde vos hortando, quasi manu operis confricando, ad Dei voluntatem & vestram salutem in corpus unitatis Ecclesiæ valemus & debemus traicere. In parrochianos autem provinciarum aliis Metropolitanis commissarum falcem judicii non mittimus: quia nec est unde, nec nostrum esse consideramus.

III.

Est & alia causa, quia isti venerabiles Domini & confratres nostri provinciæ istius Episcopi, non habentes metropolitanum Episcopum, exiguitatem nostram sic in suis, sicut & in specialibus nostris causis, nos fraterna caritate jubent & commonent agere. Est ita, Domini fratres? Et responderunt ipsi Episcopi, Ita est.

IV.

Præter ea, quæ domnus Episcopus & frater noster Adventius vobis ex sua & ceterorum suorum ac nostrorum fratrum & venerabilium Episcoporum voce dixit, in hoc etiam animadvertere potestis voluntatem Dei esse, ut præsens domnus & rex noster, qui in parte regni, quam hactenus tenet & tenuit, & nobis, ac Ecclesiis nostris, & populo sibi commisso utiliter præest ac præfuit, & salubriter prodest & profuit, inde ad hunc locum Domino ducente pervenerit. Quo etiam vos ejus inspiratione confluxistis, & ipsi vos sponte commeodastis, cujus instinctu animantia omnia in arcam Noe, significantem Ecclesiæ unitatem, nullo cogente convenerunt. quia sanctæ memoriæ pater suus, domnus Hludouvicus pius Imperator Augustus, ex progenie Hludouvici regis Francorum inclyti, per B. Remigii Francorum Apostoli catholicam prædicationem cum integra gente conversi, & cum tribus Francorum millibus, exceptis parvulis & mulieribus, [b] vigilia sancti Paschæ in Remensi metropoli baptizati, & cœlitus sumpto chrismate, unde adhuc habemus, peruncti & in regem sacrati, exortus per beatum Arnulfum, cujus carne idem Hludouvicus pius Augustus originem duxit carnis, & [c] a Stephano Papa Romano, ante sanctæ Dei genitricis & semper virginis Mariæ altare, Remis in Imperatorem est coronatus: & demum factione quorumdam terreno imperio destitutus, in prædictam regni partem, unanimitate Episcoporum & fidelis populi, ante sepulchrum S. Dionysii eximii martyris Ecclesiæ sanctæ est redditus, & [d] in hac domo, ante hoc altare protomartyris Stephani,

---

a *Qui prior de Remensi & Treverensi*) Hincmarus idem in epistola ad Nicolaum Papam. quæ apud Flodoardum legitur lib. III. c. XIII. *Inter quas, Remensem scilicet & Treverensem, Ecclesiam hæc semper distinctio fuit, sicut in Ecclesiasticis monumentis invenimus, & vetustissimam consuetudinem semper obtinuisse comperimus, ut isdem Episcopus non loci, sed dignitate ordinis prior secundum sacras regulas haberetur, qui foret qualibet istarum Ecclesiarum metropoli antea ordinatus.* Consimilia sunt quæ in altera ad Ludovicum Transrhenanum scribit apud Flodoardum eundem lib. III. cap. XX. creberque omnino & multus in hoc argumento Hincmarus, ut Remensem Ecclesiam Treverensi non imparem esse doceat. Inde adversus Gothescalcam disserens ita concludit: *Qua* Remis *nec minor est Trevirorum urbe prima provincia Belgicæ, propter quod ante est condita: nec inferior, quia in secunda est provincia regionis Belgicæ constituta.*

b *Vigilia S. Pascha*) Quo anni die, aut quo mense baptizatus Clodoveus rex fuerit, nihil proditum est a Gregorio Turonensi. Hincmarus hoc loco, & in epistola III. cap. XIV. de vigilia Paschæ conjecit, propterea quod vigiliæ Paschæ & Pentecostes publicis olim ac solemnibus baptismis fuerant destinatæ. sed hallucinatus est. Constat enim ex Aviti Viennensis epistola, quam ad Clodoveum ipsum regem statim post ejus baptismum scripsit, baptismum in Natali Domini suscepisse. *Cujus*, inquit, *splenderem congrue Redemptoris nostri nativitas inchoavit, ut consequenter eo die ad salutem regenerari ex unda vos pareat, quo natum redemptioni sua cœli dominum mundus accepit. Igitur qui celeber est natalis Domini, sit & vestri. quo vos scilicet Christus ortus est mundo: in quo vos animam Deo vitam præsentibus, famam posteris consecratis.*

c *A Stephano Papa*) Karolus Calvus Nicolao Papæ: *Post obitum divæ recordationis avi nostri Karoli excellentissimi Imperatoris, genitor noster Hludouvicus piissimus Augustus, Deo donante, paternum adeptus imperium, Remorum venit ad urbem, ubi præcessor vester sanctæ memoriæ Stephanus summus Pontifex ei obviam venit, atque in imperii honorem eum Deo inspirante consecravit.* Quæ pluribus narrantur in vita Ludovici, & a Flodoardo lib. II. cap. XIX.

d *In hac domo*) In basilica Metensi. Flodoardus idem lib. II. cap. XX. Karolus rex in eadem epistola ad Nicolaum Papam: *Ibi etiam*, Metis in Ecclesia B. Stephani, *piissimus Imperator ab omnibus Episcopis, clero & populo est venerabiliter coronatus, & pristino restitutus imperio.* Quo ritu res peracta, exponit auctor vitæ Ludovici, ubi de conventu apud Theodonis villam DCCCXXXV. *Sequenti vero Dominica, quæ sacra Quadragesima initium præcedebat, in Metis civitatem domnus Imperator, sed & Episcopi, & populus universalis illius conventus venit: & inter Missarum celebrationem septem Archiepiscopi, septem reconciliationis Ecclesiasticæ orationes super eum cecinerunt. & omnes populi hoc viso pro plenaria restitutione Imperatoris multas Deo gratias reddiderunt.*

cujus

ANNO CHRISTI. 864.

cujus nomen interpretatum resonat coronatus, per Domini sacerdotes, acclamatione fidelis populi, sicut vidimus qui adsuimus, corona regni est imperio restitutus. Et quia, ut in historiis sacris legimus, reges quando regna obtinuerunt, singulorum regnorum sibi diademata imposuerunt, non incongruum videtur istis venerabilibus Episcopis, si vestræ unanimitati placet, ut in obedientia regni, unde vos ad illum sponte A convenistis, & vos eis commendastis, sacerdotali ministerio ante altare hoc coronetur, & sacra unctione Deo consecretur. Quod si vobis placet, propriis vocibus consonate. Et in hoc conclamantibus omnibus, dixit idem Episcopus: Agamus ergo unanimiter Deo gratias, decantantes Te Deum laudamus.

Et post hæc ab episcopis cum benedictione sacerdotali est idem rex coronatus.

TITULUS XLII.

ANNO CHRISTI. 870.

Pactio Aquisgranensis.

ANNO INCARNATIONIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI DCCCLXX.
a *Indictione* III. *pridie nonas Martii*, a *anno* XXXII. *Karoli gloriosi regis, Aquis-*
b *grani palatio* b *hæ pactiones inter ipsum & Hludouvicum regem fratrem ipsius factæ sunt.*

c c INGELRAMNUS COMES ex parte Karoli regis.

Sic promitto ex parte senioris mei, quod senior meus Karolus rex fratri suo Hludovico regi talem portionem de regno Hlotharii regis consentie habere, qualem aut ipsi justiorem, & plus æqualiorem, aut communes fideles eorum inter se invenerint. Nec eum in ipsa portione, vel in regno quod antea tenuit, per aliquam fraudem vel subreptionem decipiet, aut forconsiliabit: si frater suus Hludoovicus eandem firmitatem & fidelitatem, quam ex parte senioris mei illi habeo promissam, iste frater suus Hludouvicus seniori meo ex parte sua, quamdiu vixerit, inviolabiliter servaverit.

ITEM LEUTFRIDUS COMES ex parte Hludouvici regis.

Sic promitto ego ex parte senioris mei, quod B senior meus Hludouvicus rex fratri suo Karolo regi talem portionem de regno Hlotharii regis consentie habere, qualem aut ipsi justiorem, & plus æqualiorem, aut communes fideles eorum inter se invenerint. Nec in ipsa portione, vel in regno quod antea tenuit, per aliquam fraudem vel subreptionem decipiet, aut forconsiliabit: si frater suus Karolus eandem firmitatem & fidelitatem, quam ex parte senioris mei illi habeo promissam, iste frater suus Karolus seniori meo ex sua parte, quamdiu vixerit, inviolabiliter servaverit.

C Hæc eadem tertius Theodericus Comes ex parte gloriosi regis Karoli, & quartus Radulfus Comes ex parte Hludouvici regis prosecuti sunt. Isti præsentes fuerunt, Luthertus Archiepiscopus, Altfridus Episcopus, Odo Episcopus, Adalelmus Comes, Ingelramnus Comes, Luitfridus Comes, Theodericus Comes, item Adalelmus Comes.

a *Anno* XXXII. *Karoli*) Initium annorum Karoli ex XII. Kalend Julias ducendum esse monuimus. Hinc sequitur Martio mense anni dccclxx. nondum expletum fuisse annum ejus XXX. Quare scribendam hoc loco non XXXII. sed XXX. eandemque ob causam Tit. sequenti legendum XXXI. non XXXIII.

b *Hæ pactiones*) Ægre ferente, ut par erat, Ludovico regnum Lotharii, cujus ipse partem speraverat, universum a Karolo usurpari, inita tandem per utriusque legatos pactione conventum est, ut regnum hoc inter ipsos æquis portionibus divideretur. Itaque divisio ea facta est, quæ proximo Tit. continetur. De his autem plura Aimoinus lib. V. cap. XXI. XXIV. XXV.

c *Ingelramnus Comes*) Camerarius hic Karoli regis, eique, ut Aimoini verbo utar, domesticissimus. Qui post hæc suasione Richildis reginæ honoribus suis exutus, & a regis familiaritate summotus, Ludovico Transrhenensi auctor fuit, ut in Galliam cum exercitu iterum veniret anno dccclxxv. Aimoinus lib. V. cap. XXXII.

TITULUS XLIII.

Divisio regni Lotharii.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXX. *regni Karoli* XXXIII. *Indictione* III. VI. *Idus Augusti, fuit hæc divisio facta, a in Procaspide super fluvium Mosam inter gloriosos reges Karolum & Hludouvicum.*

ET HÆC EST PORTIO QUAM SIBI Hludouvicus accepit.

b Coloniam.
Treveris.
Utrech.
Stratsburch.
Basulam.
Abbatiam Suestre.
Berch.
Niu monasterium.
Castellum.
Indam.
S. Maximini.
Ephternacum *. (* alia lect. manu Sirm. Ephterniacum.)
Horteam.
S. Gangulfi.
Faverniacum.
Polemniacum.
Luxovinm.
Luteram.
Balmam.
Offonis villam.
Megeni monasterium.
S. Deodati.
Bodonis monasterium.
Stivagium *. (* alia lect. manu Sirm. Stivaium.)
Romerici montem.
Morbach.
S. Gregorii.
Mauri monasterium.
Eboresheim.
Homowa.
Masonis monasterium.
Homburch.
S. Stephani in Strastburch.
Erenstein.
S. Ursi in Salodoro.
Grandivallem.
Altam petram.
Justinam.
Vallem clusæ.
Castellum Carnones.
Heribodesheim.
Abbatiam de Aqnis.
Hoenchirche.
Augustchirche.
Comitatum Testrebant *, (* Vita S. Svviberti cap. xi.)
Batua.
Hattuarias *. (* al. lect. manu Sirmon. Hattuaris.)

A Masau subterior de ista parte.
Item Masau superior, quod de ista parte est.
Liugas quod de ista parte est.
Districtum Aquense.
Districtum Trectis *. (* al. lect. manu Sirm. Tectis.)
In Ripuarias Comitatus v.
Megeneosium.
Bedagowa.
Nitachowa.
Sarachowa subterior.
Blesitchowa.
Selme *. (* Var. lect. manu Sirm. Sciine.)
Albe chowa.
Suentisium.
B Calmontis.
Sarachowa superior.
Odornense, quod Bernardus habuit.
Solocense.
Basiniacum.
Elisc howe.
Warasch.
Scudiogum.
Emaus.
Basalchowa.
In Elisario Comitatus II.
De Frisia duas partes.

De regno quod Hlotharius habuit, super istam divisionem, propter pacis & caritatis custodiam, superaddidimus istam adjectionem.

C Civitatem Mettis, cum Abbaria S. Petri, & S. Martini, & Comitatu Moslensi, cum omnibus villis in eo consistentibus, tam dominicatis, quam & vassallorum. De Arduenna, sicut flumen Urta surgit inter Bislanc & Tumbas, ac decurrit in Mosam: & sicut recta via pergit in Bedensi, secundum quod communes fideles nostri rectius invenerint, excepto quod de Condustro est ad partem Orientis trans Urtam. Et Abbatias Prumiam & Stabolau, cum omnibus villis dominicatis & vassallorum.

ET HÆC EST PORTIO QUAM Karolus de eodem regno sibi accepit.

D c Lugdunum.
Vesontium.
Viennam.
Tungris.
Tullum.
Viridunum.

a *In Procaspide*) Inter Heristallium & Marsnam in pago Leodicensi. Aimoinus lib. v. cap. xxv. *Karolus Pontigonem veniens legatos accepit, nuntiantes ut ipse ad Heristallium veniret, & frater ejus Hludouvicus ad Marsnam venturus esset, & in meditullio eorundem locorum Kalendis Augusti colloquerentur.* & post alia: *Tandem v. Kalendas Augusti ad locum colloquii convenerunt.*

b *Coloniam, Argentinam.* Quod in tota hac enumeratione nulla fit mentio Moguntiæ, Spitæ, & Wormatiæ, argumento est illas civitates ad regnum Lotharii non pertinuisse, sed ad regnum Ludovici. atque hos nimirum pagos fuisse, qui propter vini copiam, ut alio loco dictum est, transrhenanis provinciis adjecti sunt, cum Ludovici Pii filii paternum imperium inter se dividerent. * Annales incerti 876. *cunctas civitates regni Ludovici in Occidentali litore Rheni positas, id est Moguntiam Vormatiam, & Nemetum.* (* addit. manu Sirmondi.)

c *Lugdunum, Vesontium, Viennam*) Non fuerant hæc in antiquo regno Lotharii, sed eidem postea cum aliis es Karoli fratris successione obtigerant.

ANNO CHRISTI 870.

Cameracum.
Vivarias.
Uccia.
Montem Falconis.
S. Michaelis.
Culdini monasterium.
S. Mariæ in Bisfinciono.
S. Martini in eodem loco.
S. Augentii.
S. Marcelli.
S. Laurentii.
Leudensi.
Sennonem.
Abbatiam Mellam.
Melbarium.
Lobias.
S. Gaugerici.
S. Salvi.
Crispinno.
Fossas Marilias.
Hunulcurt.
S. Gervasii.
Maalinas.
Ledi.*
Sumniacum.
Antonium.
Condatum.
Merrebecchi.
Tielivinni.
Luitosa.
Calmontis.
S. Maria in Deonant.
Echa.
Andana.
Wasloi.
Altum montem.
Comitatum Texandrum.
In Brachanto comitatus IV.

A Cameracensium.
Hanioum.
Lomensem.
In Hasbanio comitatus IV.
Masau superior de ista parte Mosæ.
Masau subterior, quantum de ista parte est.
Liugas quod de ista parte Mosæ est, & pertinet ad Velsatum.
Scarponinse.
Viridunin se.
Dulminse.
Arlon,
Vaurense comitatus II.
B Mosminse.
Castricium.
Condrust.
De Arduenna, sicut flumen Urta surgit inter Bislanc & Tumbas, ac decurrit ex hac parte in Mosam: & sicut recta via ex hac parte occidentis pergit in Bedensi, secundum quod Missi nostri rectius invenerint.
Tullense.
Aliud Odornense, quod Termarus habuit.
Barrense.
Portense.
Salmoringum.
C Lugdunense.
Viennense.
Vivarias.
Uectiam.
De Frisia tertiam partem.

* *Et in Crastina, scilicet IV. Idus ejusdem mensis, simul convenerunt, & valefacientes se mutuo ab invicem discesserunt: Hludowicus videlicet Aquis rediens; & Karolus Leptinis uxorem suam obviam sibi venire jubeas. partem ipsius regni quam accepit sicut placuit sibi divisit.*

* *istud deerat in edit. Sirm. adjecit Bal.*

TITULUS XLIV.

Apud Gundulfi villam.

a ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXIII. *Indictione* * v. *quinto Idus Septembris, in placito generali* b *apud Gundulfi villam* c *cum Hludowicus sacramenta superius scripta disrupisset, & æquivoco suo itidem Hludowico Imperatori se conjunxisset, &* d *sacramenta quæ superius scripta sunt fieri jussisset, Ingilberga regina, & legatis sedis Apostolicæ, Formoso scilicet & Gaderico, præsentibus, hac tempestate urgente, Episcopi omnes ex regno gloriosi regis Karoli hanc professionem infra scriptam fecerunt, & omnes laici hoc sacramentum similiter infra scriptum juraverunt.*

*manu Sirm. f. VI.

PROFESSIO EPISCOPORUM. A

QUantum sciero & potuero, adjuvante Domino, consilio & auxilio secundum meum ministerium fidelis vobis adjutoero, ut regnum, quod vobis Deus donavit vel donaverit, ad ipsius voluntatem, & saoctæ Ecclesiæ ac debitum regium honorem vestrum, & vestram fideliumque vestrorum salvationem, habere & obtinere possitis.

SACRAMENTUM LAICORUM.

Quantum sciero & potuero, adjuvante Domino, consilio & auxilio fidelis vobis adjutor ero, ut regnum quod habetis, ad Dei voluntatem, & sanctæ Ecclesiæ & vestrum honorem, atque ad vestram salvationem continere possitis; & quod Deus adhuc vobis concesserit, adquirere, & contra omnes homines defendere valeatis.

a *Anno* dccclxxiii.) Scribendum dccclxxii. non solum quia AimoinusGundulfi villæ placitum ante Hadriani Papæ obitum commemorat, quem omnes consentiunt anno dccclxxii. mense Novembri decessisse: sed quia Hadriani obitum, ut sequentia docebunt, te ipsum antecessit. Adde quod nisi hanc æram statuas, præposterus ordo fuerit, & Titulus hic sequenti postponendus.

b *Apud Gundulfi villam*) Tit. * xliii. cap. iv. Palatium regium ad Mosellam Tullo Leucorum finitimum. Aimoinus lib. v. cap. xxviii *Karolus a Burgundia ad Gundulfi villam, placitum illuc antea conditum habiturus, Kalendis Septembribus revertitur.* Villa Gundolfi in Annalibus Pithœanis, Gundovilla Frotario Leucorum Episcopo in epistola xx. ad Hilduinum: *Recordari siquidem vestra paternitas valet, quod cum in palatio Gundovillæ domnus Imperator hoc anno floret, vestram continens manum, jussit ut in fronte ipsius pal til solarii opus construerem, de quo in Capellam veniretur*, &c.

* Hic ist.

c *Cum Hludowicus sacramenta disrupisset*, Parte scilicet regni Lotharii, quam in divisione sortitus erat, Ludovico Imp. Lotharii fratri clam reddita. Rem narrat Aimoinus loco supra scripto: *Hludowicus apud Tridentum cum Engilberga loquens*, Luduvici Imp. conjuge, *partem regni Lotharii, quam contra Karolum accepit, neglectis sacramentis inter eos pactis, sine consensu ac conscientia hominum quondam Lotharii, qui se illi commendaverant, clam reddidit.* Diu adnixus apud Karolum fuerat per epistolas & legatos Hadrianus Papa, ut a Lotharii regno, tanquam Ludovico ejus fratri jure debito abstineret, idemque nunc missi, non a Joanne Hadriani successore, ut quibusdam visum est, sed ab Hadriano ipso, ut constat ex Tit. * xliii. cap. iv. legati. Formosus Portuensis, & Gadericus Veliternensis Episcopi contendebant. Sed Karolo persuaderi non potuit.

* Hic ist.

d *Sacramenta quæ superius scripta sunt*) Desiderantur hæc sacramenta, quæ nimirum eo spectabant, ut una conjuncti duo Ludovici, patruus ac nepos, partem alteram regni Lotharii Karolo extorquerent. Karolus ergo tempestati occurrens, novis quoque sacramentis suos sibi in hoc placito devinciendos putavit. Aimoinus post superiora: *Unde utrinque sacramenta prioribus sacramentis, quæ cum fratre suo pepigerat, diversa, & adversa inter eos sunt facta.*

ANNO CHRISTI. 873.

TITULUS XLV.

e Apud Carisiacum.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXIII. *regni vero domni Karoli* XXXIII. *Indictione* * v. *hæc capitula, quæ sequuntur, ab eodem rege statuta sunt in placito generali apud Carisiacum, omnium cum voluntate & consensu, & a præfato rege, & ab omnibus qui præsentes fuerunt confirmata.*

*manu Sirm. VI.

CAPIT. I.

QUia necesse est, ut quod male reioerescit, iterum recidatur; de constitutionibus antecessorum nostrorum & nostris, quæ in illorum & nostris capitulis constitutæ sunt, ad resecan- B da mala, quæ specialiter iterum reemerguot, Missis & Comitibus nostris firmiter exequenda proponimus. Id est, ut quando Missi vel Comites nostri latronem, vel aliquem malefactorem, vel infidelem nostrum forbannierint, hoc

e *Apud Carisiacum*) Titulus hic aliter in Codice Laudunensi conceptus est: *Anno Incarnationis dominicæ* dccclxxii *Indictione* vi. *pridie Nonas Jan. has quæ sequuntur Capitula domnus rex Karolus in Carisiaco palatio cum fidelium suorum consilio decrevit, & per suum regnum denuntiari & observari mandavit.* Anno Christi dccclxxii. & Karoli xxxii. congruit Indictio non quinta, sed sexta. Quare ita restituendum est. * De his Capitulis, ut videtur, Aimoinus lib. iii. cap. xxxix.

* addit. manu Sirmondi.

ANNO CHRISTI. 873.

A nobis in nostro palatio, & aliis Missis & Comitibus scire faciant: ut si ad nostram curtem venerit, inde faciamus quod nostrum est. Et si de uno missatico vel comitatu, in alium missaticum vel comitatum fugerit, Missus vel Comes, in cujus missaticum fugerit, per fidejussores constringat, ut velit nolit illuc reveniat, & ibi malum emendet, ubi illud perpetravit. Et si fidejussores non habuerit, sub custodia illum habeat, donec ad illum Comitem, in cujus comitatu forbannitus fuerit, illum revenire faciat. & si alodem habuerit, vel in illo comitatu unde fugit, vel in illo comitatu ad quem fugit, Comes ipsum alodem in fiscum recipiat. Et qui talem forbannitum receperit, secundum
B quod constitutum est in capitularibus avi &
Capitul. 23. patris nostri in libro tertio, si francus est, cum duodecim similibus francis juret, quod ipsum latronem vel forbannitum esse non scisset, licet pater ejus sit, aut frater, aut propinquus. Si hoc jurare non potuerit, vel ab alio convictus fuerit, quod latronem vel malefactorem, aut infidelem nostrum forbannitum in hospitio suscepisset, sicut ipse forbannitus, & ut infidelis judicetur.

II.

Ut Comites & Missi nostri maximam curam adhibeant, quatinus in illorum comitatibus & missaticis populus justitiam & pacem habeat, & de latronibus exturbandis maximam certamen
C habeant. Et si talis malefactor, aut infidelis noster emerserit, ut per se illum comprehendere Comes in suo comitatu non possit, accipiat homines tam nostros, quam Episcoporum, vel Abbatum, & Abbatissarum, in suo comitatu commanentes, & sic illum persequatur donec comprehendat. Et qui ad talem malefactorem accipiendum vocatus fuerit, & se inde retraxerit, ut ad hoc adjutorium non præstet; si liber homo fuerit, bannum dominicum componat; & si colonus fuerit, LX. ictus accipiat. Et si talis malefactor in illa persecutione occisus fuerit, qui eum occiderit leudem inde non
D solvat, & nullus illi inde faidam portare præsumat. Quod si quis facere præsumpserit, per certos fidejussores ad nostram præsentiam perducatur.

III.

De illis liberis hominibus, qui [a] infames vel
a clamodici sunt de teloneis, vel latrociniis, & rapacitatibus, & assalturis, vel deinde infidelitate nostra, & cum furto non comprehenduntur: si eis jam vita perdonata est propter aliquod malefactum, fiat de illis sicut in Capitulari avi & patris nostri continetur, in libro III. cap. XLVII. & si jam de latrocinio revicti sunt, fiat de illis sicut de revictis. Si autem illis adhuc vita perdonata non fuit, & revicti non sunt, & res & mancipia vel mobile habent, fiat de illis sicut in quarto libro capitulorum cap. [illegible] dicitur, cum ad mallum Comitis venerint. Si autem ad mallum non venerint, banniantur, & per res & mancipia * distringantur ut veniant. si autem non venerint, fiat de illis sicut in ca-

* in edit. Baluz. mancipia vel mobile.

A pitulari continetur. Et si post secundam Comitis admonitionem ad mallum venire noluerint, rebus eorum in bannum missis venire, & justitiam reddere compellantur. Et si talis est, quem aut parentes, aut propter faidam homines accusare noluerint, aut ausi non fuerint, & cum malefacto comprehensus non fuerit, & negaverit; juret cum duodecim talibus francis, quorum testimonium leges publicæ non rejiciunt, quod teloneum, vel latrocinium, aut rapinam non fecerit: & post hæc juret ipse tantum, quod deinceps teloneum vel latrocinium non faciet, neque facienti consentiet; & si scierit qui hæc fecerit, illis ministris nostris, per quos talis causa emendari debet, non celet. Et qui res & man-
B cipia vel mobile non habent, per quæ distringi possint, ut ad mallum veniant; & ibi aut se legaliter, ut permisimus, [b] excondicant, aut si se b
excondicere non potuerint, quod male fecerint legaliter emendent: post secundam bannitionem Comitis, si ad mallum non venerint, comprehendantur secundum præfatum capitulare lib. III. cap. [illegible] quo dicitur de latronibus qui magnam habent blasphemiam. Quicumque aliquem "
ex his comprehenderit, nullum damnum exin- "
de patiatur. comprehensus autem, si fidejussores "
habere potuerit, per fidejussores ad mallum adducatur: si fidejussores habere non potuerit, a ministris Comitis custodiatur, & ad mallum per-
C ducatur. Et si aliquis eum accusaverit, fiat de illo secundum præfatum capitulum libri capitularis. si autem eum nullus accusaverit, excondicat se prædicto modo, & juret quod deinceps teloneum vel latrocinium non faciet, neque facienti consentiet; & si scierit qui hoc faciet, non celet ministris regni, per quos talis causa emendari debet. Si vero tales, ut prædiximus, ad mallum adduci non potuerint, in forbannum mittantur, & de his Missi vel Comites, sicut supra diximus faciant; & de illis qui tales receperint sicut præscripsimus, fiat. Si autem fiscalinus noster ita infamis in fiscum nostrum confugerit, vel colonus de immunitate in immunita-
D tem confugerit, mandet Comes judici nostro, vel advocato cujuscunque casæ Dei, ut talem infamem in mallo suo præsentet. Et si talem præsentaverit, si aliquis eum comprobare voluerit, faciat: & si nullus eum comprobare voluerit, tamen suam infamiam ad Dei judicium purget, & per illud Dei judicium aut liberetur, aut condemnetur. Si autem judex noster, vel advocatus de casa Dei, commonitus talem blasphemum Comiti in mallo suo non præsentaverit, fiat inde secundum Capitulare libri tertii cap. XXVI. Et si servus alicujus ita clamosus est, Comes dominum servi commoneat, ut eum in mallo præsentet, & præsentatum, si aliquis comprobare voluerit, faciat: & si nullus eum comprobare voluerit, ad Dei judicium prædicto modo se examinet, & per illud Dei judicium aut liberetur, aut condemnetur. Si autem dominus servi eundem servum suum Comiti in mallo præsentare noluerit, fiat inde secundum Capitulare libri tertii, cap. XLIV.

ANNO CHRISTI. 873.

---

a *Infames vel clamodici*) Qui magnam, ut infra loquitur, habent blasphemiam, hoc est, qui gravi criminis alicujus infamia laborant. Clamosum eodem sensu & blasphemum post dicet.

b *Se excondicant*) Purgent se, atque idoneos reddant. Hincmarus in epistula ad nepotem, quam supra citavimus: *quod Hadulfo missaticum tuum commiseras, de quo missatico non se excondixit*. Non excusavit se, aut non satisfecit.

ANNO CHRISTI. 873.

IV.

a De illis hominibus, qui [a] cum Carlomanno præteritis annis tanta mala & tanta scelera in regno nostro fecerunt, sicut tunc & verbis & scriptis præcepimus, ita Comites & Missi nostri exequantur in eos, in quibus nostra jussio, quam consilio fidelium nostrorum jussimus, executa non est. Id est, ut fidelitatem nobis pro-

b mittant, [b] sicut tunc scarivimus, & scriptam Comitibus nostris dedimus. Et cui aliquid abstulerunt, aut emendent, aut deprecentur, & pœnitentiam faciant, sicut tunc constitutum fuit. Et qui seniores, sicut tunc præcepimus, acceptos non habent, per fidejussores ad nostram præsentiam perducantur, & alodes quos habent Comites, in quorum comitatibus sunt, in fiscum recipiant.

V.

Ut unusquisque Comes in suo comitatu provideat, ut qui fidelitatem nobis adhuc promissam non habent, fidelitatem nobis promittant sicut in capitulis avi & patris nostri continetur.

VI.

Ut unusquisque Comes in comitatu suo magnam providentiam accipiat, ut nullus liber homo in nostro regno immorari, vel proprietatem habere permittatur, cujuscunque homo sit, nisi fidelitatem nobis promiserit.

VII.

Et quia audivimus, quod malefici homines,

c [c] & sortiariæ, per plura loca in nostro regno insurgunt, quorum maleficiis jam multi homines * informati, & plures mortui sunt: quoniam sicut sancti Dei homines scripserunt, regis ministerium est impios de terra perdere, maleficos & veneficos non sinere vivere: expresse præcipimus, ut unusquisque Comes in suo comitatu magnum studium adhibeat, ut tales perquirantur & comprehendantur. Et si jam inde comprobati masculi, vel comprobatæ feminæ sunt, sicut lex & justitia docet, disperdantur. Si vero nominati vel suspecti, & necdum inde comprobati sunt, vel per testes veraces inde comprobari non possunt, Dei judicio examinentur: & sic per illud Dei judicium aut liberentur aut condemnentur. Et non solum tales istius mali auctores, sed & conscii ac complices illorum, sive masculorum, sive feminarum, disperdantur, ut una cum eis scientia tanti mali de terra nostra pereat.

* infirmati Baluz.

VIII.

Quia sicut & per scripturas, & per auctoritatem, & per rationem manifestum est, duo sunt quibus principaliter mundus hic regitur, regia potestas, & pontificalis auctoritas: & in libro Capitulorum avi & patris nostri conjuncte ponitur, ut res & mancipia Ecclesiarum eo modo contineantur, sicut res ad fiscum dominicum pertinentes contineri solent: juste & rationabiliter de rebus & mancipiis, quæ [d] in regia & in ecclesiastica vestitura fuerunt, uniformiter & uno modo tenendum est. Ut sicut quæcumque res & mancipia in regia vestitura avi & patris nostri & nostra fuerunt, & nunc ab aliis detinentur, demonstretur qualiter de regia vestitura avi & patris nostri, & nostra exierunt: quia plures inde per mendacium quædam obtinuerunt, & quidam plura per fraudem obtinent. Ita & de rebus quæ in Ecclesiarum vestitura fuerunt, unde quæstio fuerit, demonstretur qua auctoritate in proprietatem eas quisque obtineat. Et quoniam quidam non contradicunt, quod res & mancipia quæ tenent, in vestitura nostra, vel antecessorum nostrorum, sive Ecclesiarum Dei, non fuissent, sed patres illorum morientes eis in hæreditatem dimiserunt: ideo non volunt inde ullam auctoritatem ostendere, sed suam hæreditatem probare: contra illos dicitur, quia potest fieri, ut aliquis de fisco regio, vel de rebus Ecclesiæ [e] aliquid proprindat, aut per fraudem obtineat: & mortuo illo filius ejus, aut filia, illas res tenere in hæreditatem

Lib. v. capitul. c. 167. — Addit. iv. c. 104. — d — e

a *Cum Carlomanno*) Filius hic Karoli Calvi, Meldensis Ecclesiæ clericus ac Diaconus, hoc tandem anno patris jussu ob varias grassationes & perduellionem oculis orbatus, retrususque in monasterium Corbeiense. quod docent Annales Pithœani DCCCLXXIII. Flodoardus lib. III. l. XVIII. Aimoinus l. v. c. XXIX. & XXXI. & alii. De sceleribus autem ac latrociniis per Karlomannum, ejusque homines perpetratis, præter ea quæ apud Aimoinum & reliquos edita leguntur, luculenta extat Hincmari Remensis ad Remigium Archiepiscopum, ceterosque provinciæ Lugdunensis Episcopos epistola, post ejus a patre fugam scripta anno DCCCLXXI. Vidimus & synopsim actorum Synodi Silvanectensis hoc anno regis imperio ac voluntate adversus Karlomannum coactæ. In qua judiciariis Episcoporum sententiis Diaconi gradu exauctoratus ad laicam communionem revocatus est. Actorum porro exordium a Karoli regis filium criminantia proclamatione ad Ansegisum Senonensem, Hildegarium Meldensem, ac ceteros ejus Synodi Episcopos missa, hæc quæ sequuntur inter cetera continebat. *Proinde quamvis specialiter accusationes, atque testificationes necessariæ non forent de his quæ omnis Ecclesia regni nostri, cunctumque regnum nobis a Deo commissum magnis gemitibus & publicis non solum vocibus, sed & depopulationibus per Karlomannum, carne non mente filium nostrum, Ecclesiæ Meldensis Senonum diœceseos Diaconum sibi salutis clamat: tamen ut ordinabiliter inde ministerium exequi valeatis, per nos cujus carne est filius, propter regnum ministerium nobis a Deo commissum, clamores Episcoporum ac ceterorum sacerdotum, canonicorum quoque & monachorum, atque sanctimonialium, & virorum illustrium, ac promiscui sexus ætatis seu conditionis, quæ ad nos de illo venerunt, velut & per voces præsentium audire potestis, canonico judicio vestro, quorum interest de Diacono judicare, proponimus*, &c.

Tom. 3. Concil. Gall. pag. 4[illegible].

b *Sicut tunc scarivimus*) Statuimus & præscripsimus. ut Tit. * XLIII. cap. XVI. *vel unum eorum qui cum eo scariti sunt*, id est designati & constituti.

* Hic LII.

c *Et sortiariæ*) Ita nunc etiam apud nos strigæ ac maleficæ vocantur. Hincmarus de divortio Lotharii ad XV. Interrogationem: *alii potu, alii autem cibo a sortiariis dementati, alii vero tantum carminibus a strigis fascinati*. Citatur & ab Ivone par. VIII. cap. CXXIV. & a Gratiano XXXIII. Q. I. canon. *Si per sortiarias atque maleficas* ex Hincmaro eodem, sed operis nomine suppresso. Depromptum est autem ex epistola nondum edita, * quam Synodi Tusiacensis mandato ad Aquitaniæ Archiepiscopos scripsit de nuptiis Stephani, & filiæ Ragemundi Comitis: cui edendæ locus erit inter acta Synodi ejusdem.

* Edita est Tom. 3. Conc. Gall. pag. 173 & Tom. 2. operum Hincmari p. 647.

d *In regia & in ecclesiastica vestitura*) Quæ fiscus vel Ecclesia possedit. Lib. IV. cap. XXXIV. *Si quis proprium nostrum, quod in vestitura genitoris nostri fuit*, id est, quod genitor quoque noster possederit. & Append. II. cap. VII. *ut non mittantur testimonia super vestituram domni Pippini regis*. id est, in controversiam non vocentur quæ in Pippini possessione fuerunt. In his enim & similibus locis vestitura est ipsa possessio.

e *Aliquid proprindat*) Invadat & usurpet. In formula notitiæ sacramentalis: *Quod terram suam de eorum potestate nec porprisi, nec pervasi*. Unde *porprisum* in Capitulis Ludovici II. cap. III. & *res proprisæ*. lib. v. cap. CXI. *De rebus proprisis, ut ante Missos & Comites, & judices nostros veniant, & ibi accipiant finitivam sententiam: & in antea nullus præsumat alterius res proprindere*. Ab eo quod est proprindere proprisæ res dictæ, sicut ab eo quod est interprindere Tit. * XXVIII. interprisum. Hincmarus Ludovico Balbi F. *ut sicut in nomine interprisum est, ita sit & in ambasciata*. Sic & a misprindere misprisum Tit. XXVI. *

* Hic XXXIII.

* Hic XXXI.

ANNO CHRISTI. 873.

velit. Propterea per capitula avi & patris nostri, quæ Franci pro lege tenenda judicaverunt, & fideles nostri in generali placito nostro conservanda decreverunt, discernendum est de quali hæreditate auctoritas non debet requiri, sed legitima hæreditas ab aliquo approbari. Ostenditur enim in eis capitulis, ubi de rebus alienis alicui per malum ingenium venditis, vel datis loquitur, quæ sit unicuique legitima hæreditas, cum dicitur inter alia: Similiter de omnibus justitiis ad eum pertinentibus rationem reddere compellatur, excepta sua legitima hæreditate, quæ ei per successionem parentum suorum legitime evenire debuit. & de hac legitima hæreditate non est auctoritas requirenda. sed si interpellatio inde fuerit, legitima hæreditas approbanda. Quia vero de rebus ex fisco regio, & de rebus ecclesiasticis, quæ ita, ut in eisdem capitulis habetur, contineri debent, sicut res ad fiscum dominicum pertinentes contineri solent, auctoritas est requirenda: per quam auctoritatem quisque illas retineat, in ipsis capitulis demonstratur, cum dicitur: „Ubicumque commu-
Lib. v. c. 37. Addit. iv. 108. edit. Baluz. tationes, quæ tam tempore nostro, quam tempore genitoris & avi nostri, legitime & rationabiliter, atque utiles Ecclesiis Dei factæ sunt, permaneant: ubicumque vero inutiles, & incommodæ, atque inrationabiles factæ sunt, dissolvantur, & recipiat unusquisque quod dedit. Ubi vero mortua manus interjacet, aut alia
* Baluzius: vel irrationabilis. quælibet causa, quæ * rebellis esse videatur, inventa fuerit, diligenter describatur, & ad nostram notitiam perferatur." Sed & justum atque rationabile videtur, ut si rectores Ecclesiarum negligenter res quas acceperunt in commutationem neglexerunt, & commutantes commutatas excoluerunt, non compensentur excultæ & neglectæ æqualiter: sed sicut tunc fuerunt compensentur, quando commutata fuerunt. & ita compensatio ad nostram notitiam perferatur, & nostro ac fidelium nostrorum judicio, utrum permanere an dissolvi debeant istæ commutationes, decernatur.

IX.

Ibid. 105. Ut sicut in capitulis avi & patris nostri continetur, Missi nostri, ubi boni scabinei non sunt, bonos scabineos mittant; & ubicumque malos scabineos inveniunt, ejiciant, & totius populi consensu in locum eorum bonos eligant; & cum electi fuerint, jurare eos faciant, ut scienter injuste non judicent.

X.

Ibid. 107. Volumus, ut secundum Capitulare avi & patris nostri, quicumque de scabineis deprehensus fuerit propter munera, aut propter amicitiam injuste judicasse, per fidejussores missus ad præsentiam nostram veniat: & omnibus scabineis denuntietur, ne quis etiam justum judicium vendere præsumat.

XI.

Ibid. 106. Volumus, ut secundum Capitulare avi & patris nostri, in comitatu omni hi qui meliores & veraciores inveniri possunt, eligantur a Missis nostris ad inquisitionem faciendam, & rei veritatem discendam, & ut adjutores Comitum sint ad justitias faciendas.

XII.

Lib. capitul. iv. 28. Volumus, ut secundum capitula avi & patris nostri & nostra, mallus neque in Ecclesia, neque in porticibus, aut atrio Ecclesiæ, neque in mansione presbyteri juxta Ecclesiam habeatur: quia non est æquum ut ibi homines ad mortem judicentur, & dismembrentur, & flagellentur, ubi, si confugerint, secundum aliud capitulum pacem habere debent. Domus vero, sicut in ca-
Supra Titul. xi. c. 7. Lib. iv. capitul. c. 28. pitulis avi & patris nostri continetur, a Comite in loco ubi mallum tenere debet construatur, quatenus propter calorem solis & pluviam publica utilitas non remaneat. Minora vero placita Comes, sive intra suam potestatem, vel ubi impetrare potuerit, excepto in Ecclesia, & porticibus, atque atrio Ecclesiæ, & mansione presbyteri, habeat, sicut in eisdem capitulis continetur.

TITULUS XLVI.

ANNO CHRISTI 874.

Reclamatio Episcopi Barcinonensis apud Attiniacum.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXIV. *hæc quæ sequuntur capitula domnus rex Karolus in Attiniaco Kal. Julii statuit.*

CAPIT. I.

a Episcopus Barcinonensis se reclamavit, quod Tyrsus presbyter Cordubensis in Ecclesia intra muros ipsius civitatis sita, seorsim conventus agens, pene duas partes ex decima ipsius civitatis sibi usurpat: & sine illius licentia Missas & baptisteria in eadem civitate præsumit celebrare: & convocatos ab Episcopo ad matrem Ecclesiam, etiam in solemnitatibus Paschæ ac Nativitatis Domini, ad se revocat, atque contempto Episcopo eis communionem largitur.
Can. 16. „Unde sacrum Nicænum Concilium dicit: Quicumque temere ac periculose, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec agnoscentes Ecclesiarum regulam, discedunt ab Ecclesia presbyteri, aut diaconi, vel quicumque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debent in aliam Ecclesiam recipi: sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad sua parrochias revertantur. quod si non fecerint, oportet eos communione privari." Hoc de Tyrso, qui inregulariter a sua civitate discessit, decretum est. Ceterum de ipso, & de aliis contemptoribus. An-
Can. 5. tiochenum Concilium dicit: „Si quis presbyter, aut diaconus, Episcopum proprium contemnens se ab Ecclesia sequestravit, & seorsim colligens altare constituit, & commonenti Episcopo non

a *Episcopus Barcinonensis*) Frodoinus, opinor, qui Synodo Tricassinæ subscripsit anno DCCCLXXVIII. Subscripsere itidem ex eadem ora Hispaniæ Synodo apud Tusiacum anno DCCCIX. Adebulfus Barcinonensis, Audesindus Roscellensis, & Wisadus Urgellitanus Episcopi; Pontigonensi & Tricassinæ Theotarius Gerundensis. Parebant enim illo tempore, post Karoli M. & Ludovici victorias, regum nostrorum imperio tum hæ, tum vicinæ aliæ ejusdem tractus civitates: quarum Episcopi proinde & Galliæ placita Synodosque frequentabant, & controversias suas, vel apud Archiepiscopum Narbonensem, cui suerant attributi, vel in publicis, ut hoc loco, conventibus agitabant.

ANNO CHRISTI 874.

A „adquieverit, nec consentire vel obedire voluerit „semel & iterum convocanti: hic damnetur omnimodo, nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si Ecclesiam conturbare & sollicitare persistit, tanquam seditiosus per potestates exteras opprimatur. Hinc etiam Africæ provinciæ canones decreverunt. Sed tantum hoc capitulum de Antiocheno Concilio posuisse sufficiat. De Basilicis (Aurel. 1. c. 17.) autem & decimis, sacri canones decreverunt, ut omnes basilicas, quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidie construuntur, secundum priorum canonum regulam, in ejus Episcopi, in cujus territorio positæ sunt, potestate consistant. Et sanctus Gelasius in decretis suis:

B (Cap. 27.) „Quatuor, inquit, tam de reditu, quam de „oblatione fidelium, prout cujuslibet Ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est „decretum, convenit fieri portiones: quarum „una sit Pontificis, altera clericorum, pauperum „tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus, „sicut sacerdotis intererit, integram ministris Ecclesiæ memoratam dependere quantitatem: sic „cleros ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea vero quæ Ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi „veraciter prorogata locorum doceat instantatio „manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris „ædibus destitutis in lucrum suum Præsul impendia his designata convertat. Ipsam nihilominus

C „adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur: tamen, juxta quod scriptum est, „ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est, oportet etiam „præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ „præconiis non taceri. Et hæc quidem de reditibus illis & oblationibus fidelium decreta sunt: quæ specialiter ad Episcopos Ecclesiarum in illis regionibus pertinent, quæ non abundant rebus, sed tantum de fidelium decimis ac votis subsistunt. Ceterum de rusticanis parrochiis, quantum Episcopus in partibus Septimaniæ atque Galliciæ a presbyteris exigere debeat, Bracarense Concilium capitulo secundo, & Toleta-

D num Concilium capitulo quarto demonstrant. (Lib. 5. c. 43. additio 10. 72.) De his autem, qui contra auctoritatem, & Barcinonensis Episcopi voluntatem, Tyrsum presbyterum in Ecclesia Barcinonæ civitatis retinent, Capitulare Augustorum domni Karoli, & domni Hludouvici, decernit hoc modo: De his, qui sine consensu Episcopi presbyteros in Ecclesiis constituunt, vel de Ecclesiis ejiciunt, vel ab Episcopo, vel a quolibet Misso dominico admoniti obedire noluerint, ut bannum nostrum rewadiare cogantur, & per fidejussores ad palatium nostrum venire jubeantur: & tunc nos decernamus, utrum nobis placeat, ut aut illum bannum persolvant, aut aliam harmiscaram sustineant. Quia vero longum est istos ad præsentiam regis adducere, vel periculosum est [a] lon-

A gius a marcha eos abducere, domnus rex commendabit suo Marchioni, qualiter eos distringat atque castiget. De decimis vero, quæ in potestate & dispositione Episcopi esse debent, quas illi a matre Ecclesia abstrahunt, & pro suo libitu alibi donant, idem Capitulare dicit: „Quicumque decimam abstrahit de Ecclesia, ad „quam per justitiam debet dari, & eam præsumptiose, vel propter munera, aut amicitiam, „vel aliam quamlibet occasionem, ad aliam Ecclesiam dederit, a Comite, vel a Misso nostro „distringatur, ut ejusdem decimæ quantitatem „cum sua lege restituat. Et item: De his qui „nonas & decimas jam per multos annos, aut „ex parte, aut ex toto dare neglexerunt, volu-

B „mus ut per Missos nostros constringantur, ut „secundum Capitularem priorem solvant unius „anni nonam & decimam cum sua lege, & insuper bannum nostrum. & hoc eis denuncietur, „quod quicumque hanc negligentiam iteraverit, „beneficium, unde hæc nona & decima persolvi „debuit, amissurum se sciat. (Lib. 5. c. 145.)

I I.

De hoc quod se reclamavit, quoniam castrum [b] Terracinense suæ subditum potestati, factione Baionis, per presbyteri insolentiam suo resultat ministerio, definitio præfati Antiocheni Concilii sequenda est in causa insolentiæ presbyteri. Contra factionem autem Baionis, sequendum est

C capitulum Carthaginensis Concilii*, quo dicitur: „Visum est universis ab Imperatoribus postulari defensores, propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum Episcoporum provisione delegentur. (* Concil. Afr. 4. c. 7) Sequendum est etiam supra positum capitulum ex capitulari Augustorum, de his qui sine consensu Episcopi presbyteros in Ecclesiis suis constituunt, vel de Ecclesiis ejiciunt.

I I I.

De hoc quod se reclamavit, quia Gotus quidam Madascius, fraude atque subreptione, per præceptum Ecclesiam sancti Stephani nobilem & antiquam impetravit: ubi postposito Dei cul-

D tu, fœda efficitur conversatio rusticorum: & similiter Ricosindus Gotus, fraude & subreptione, agrum sanctæ Eulaliæ per præceptum obtinuit: jussio regia hæc per fideles Missos diligenter ac veraciter inquirere jubeat, & ipsam inquisitionem per fidelium custodiam sub sigillo ad notitiam suam perferri faciat. Et si inventum fuerit, quod prædicta Ecclesia sancti Stephani, & ager sanctæ Eulaliæ, a præfatis Gotis per præcepta obtenta sunt, ipsa præcepta secundum legem sigillentur, & una cum ipsa inquisitione ad præsentiam regiam perferantur: ut secundum jura forensia, qui in precibus fuere mentiti, non illis prosint quæ impetraverunt: & ibi careant ipso scriptorum beneficio, quo perducentur rescripta, & regia magnificentia recipiat quod est sui juris Barcinonensis Ecclesia.

---

a *Longius a marcha*) A Pyrenæo. hæc enim marca seu limes Hispaniæ. lib. III. cap. LXXIV. *Qui trans Ligerim manent, atque in Hispaniam proficisci debent, montes Pyrenæos marcham esse cognoscant*. Quare de hac marcha Ludovicus Pius ad populum Emeritanum, quæ apud Einhardum epistola est XXXIX. *Volumus proxima æstate exercitum nostrum ad marcam nostram mittere, ut ibi præparatus sedeat, donec vos mandetis quando promovere debeat*. Marca igitur & marcha limes seu fines cujusque regionis: & Marchio, Comes marcæ præpositus. Vita Ludovici anno DCCCXXXVI. *relictis tantum Marchionibus, qui fines regni tuentes, omnes, si forte ingruerent, hostium arcerent incursus*. Inde Bernardus Comes Barcinonis, quia in marca Hispaniæ præsidebat, Marchio etiam dictus a nonnullis.

b *Castrum Terracinense*) Vicinum id Barcinoni ad Rubricatum amnem. indigenis hodie *Tarraco*.

TITU-

TITULUS XLVII.

Synodi Pontigonensis.

SYNODUS QUÆ FUIT ACTA apud Ticinum palatium, anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXVI. *Indictione* IX. *mense Februario. & postea fuit confirmata ipsa Synodus* [a] *apud Pontigonem, cum Missis domni Apostolici Joannis, aliisque multarum provinciarum Episcopis.*

Electio Karoli Imperatoris ab Italici regni Episcopis & ceteris confirmata.

A

b GLoriosissimo, & a Deo coronato, magno & pacifico Imperatori, domno nostro Karolo perpetuo Augusto, nos quidem omnes Episcopi, Abbates, Comites, ac reliqui, qui nobiscum convenerunt, Italici regni optimates, quorum nomina generaliter subter habentur inserta, perpetuam optant prosperitatem & pacem. Jam quia divina pietas vos, beatorum principum Apostolorum Petri & Pauli interventione, per vicarium ipsorum, domnum videlicet Joannem summum pontificem, & uni ersalem Papam, spiritalemque patrem vestram, ad profectum sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque omnium invitavit, & ad imperiale culmen sancti Spiritus judicio provexit: Nos unanimiter vos protectorem, dominum, ac defensorem omnium nostrum eligimus. cui & gaudenter toto cordis affectu subdi gaudemus, & omnia quæ ad profectum totius sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque omnium salutem decreveritis & sancieritis, totis viribus annuente Christo, concordi mente & prompta voluntate observare promittimus.

B

Et subscripserunt illi, qui in Italia adfuerunt.

Anspertus sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus subscripsi.

Joannes sanctæ Aretinæ Ecclesiæ humilis Episcopus subscripsi.

C

Joannes Episcopus sanctæ Ticinensis Ecclesiæ subscripsi.

Benedictus Cremonensis Episc. subsc.

Teudalfus Dertonensis Episc. subsc.

Adalgaudus Vercellensis Episc. subsc.

Azo Eporediensis Episcopus subscripsi.

Gerardus exiguus in exigua Laudensi Ecclesia Episcopus subscripsi.

Hilduinus Astensis Ecclesiæ Episc. subsc.

Ratbernus sedis Augustanæ Episc. subscripsi.

Leodoinus Mutinensis Episc. subscripsi.

Hildradus Albiensis Episc. subsc.

Bodo humilis sanctæ Aquensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Sabbatinus Jenuensis Eccl. Episc. subsc.

Eilbertus Comensis Episc. subsc.

Adelardus servus servorum Dei Veronensis Episcopus subscripsi.

Ego Paulus sanctæ Ecclesiæ Placentiæ Episc. subsc.

Ego Andreas sanctæ Florentinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Reginerius Abbas subscripsi.

Signum [c] Bosonis inclyti Ducis, & sacri palatii Archiminístri, atque Imperialis Missi.

Signum Richardi Comitis.

Signum Walfridi Comitis.

Signum Liutfridi Comitis.

Signum Alberici Comitis.

Signum Supponis Comitis.

Signum Hardingi Comitis.

Signum Bodradi Comitis palatii.

Signum Cuniberti Comitis.

Signum Bernardi Comitis.

Signum Airboldi Comitis.

Acta sunt hæc in palatio Ticinensi anno Domini dccclxxv. *regni Domni Imperatoris Karoli Hludowici Augusti piæ memoriæ filii in Francia* xxxvi. *imperii primo, indictione* ix.

Confirmatio Cisalpinorum.

Sicut domnus Joannes Apostolicus, & universalis Papa, primo Romæ elegit, atque sacra unctione constituit: omnesque Italici regni Episcopi, Abbates, Comites, & reliqui omnes, qui cum illis convenerunt, domnum nostrum gloriosum Imperatorem Karolum Augustum unanimi devotione elegerunt sibi protectorem ac defensorem esse: ita & nos, qui de Francia, Burgundia, Aquitania, Septimania, Neustria, ac Provincia, pridie Kalendas Julii, in loco qui dicitur Pontigonis, anno xxxvii. in Francia, ac Imperii primo, jussu ejusdem domni & gloriosi Augusti convenimus, pari consensu ac concordi devotione eligimus & confirmamus.

Et subscripserunt omnes Cisalpini Episcopi qui adfuerant, quorum nomina subter sequentia capitula, quæ confirmaverant, tenentur adscripta.

---

a *Apud Pontigonem*) Pontigonis inter villas regias clarum & celebre nomen fuit. Ponticonem appellat Gregorius Turon. lib. iv. cap. xxiii. & lib vi. cap. xxxvii. quomodo legendum & in Annalibus Pithœanis, ubi Panticona scriptum est dccclviii. Anastasius item in vita Stephani iii. Papæ, quem Pippinus rex in Gallias advenientem eo loco excepit, Ponticonem palatium vocat. Pontigo fiscus dicitur in chronico Frodoardi dccclix. quo fere modo apud alios passim, nisi quod Pontionem etiam elisa litera legere est, ut in præcepto Karoli nostri pro S. Martino: *Actum Pontione palatio imperiali.* At Pontionis hodie nomen manet vico pagi Catalaunensis, qua Lingonas spectat. Quo in tractu Pontigonem olim villam regiam fuisse, tum ex aliis superiorum scriptorum verbis, tum ex his colligere est, quæ Aimoinus habet lib. v. cap. xxxv. *Imp. Karolus de Compendio Carisiacum, indeque per Suessionas ad Remensem civitatem, & sic iter suum per Catalaunos, & Pontigonem, atque Lingonas peragens, de Francia Italiam petit.*

b *Gloriosissimo*) Ludovico Imp. rege Italiæ vita functo, Karolus Romam profectus, Imperator a Joanne viii. Pontifice consecratus est die Natalis Christi exeuntis anni dccclxxv. Inde Ticinum repetens Synodum habuit mense Februario dccclxxvi. in qua Imperator ab Italici regni Episcopis, proceribusque acclamatus est, & capitula quæ sequuntur xv. edidit. Tum in Franciam reversus alteram apud Pontigonem Synodum eodem anno convocavit: in qua imperium illi pariter a Cisalpinis confirmatum est, & recepta Capitula quæ Ticini fuerant promulgata. Hoc igitur loco Synodi utriusque acclamationes, & Capitula, cum subscriptionibus continentur.

c *Bosonis inclyti Ducis*) Ducem in eodem placito creatum ostendit Aimoinus lib. v. cap. xxxii. *Roma exiens* Karolus Imp. *Papiam redit, & placitum suum habuit. & Bosone uxoris suæ fratre Duce ipsius terræ constituto, & corona ducali ornato, cum collegis ejus, quos idem Dux expetiit, eodem regno relictis, iter acceleravit.* Frater erat Richildis reginæ.

ANNO CHRISTI. 876.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI.

INCIPIUNT CAPITULA

quæ domnus Imperator Karolus, Hludouvici Augusti piæ memoriæ filius, una cum consensu & suggestione venerabilium Episcoporum, & illustrium optimatum, reliquorumque fidelium suorum, ad honorem sanctæ Dei Ecclesiæ, & ad pacem ac profectum totius Imperii sui fecit, anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi * DCCCLXXVI. *regni vero sui in Francia* XXXVI. *Imperii autem sui primo, Indictione* IX. *mense Februario, in palatio Ticinensi.*

* cod. Bellov. dccclxxvii.

CAPIT. I.

UT sancta Romana Ecclesia, sicut est caput omnium Ecclesiarum, ita ab omnibus honoretur & veneretur, neque quisquam contra jus & potestatem ipsius aliquid injuste agere præsumat. sed liceat ei debitum tenere vigorem, & pro universali Ecclesia pastoralem exhibere curam, atque sacris precibus omnium pro omnibus interpellare auctorem.

II.

Ut honor domno & spiritali patri nostro Joanni summo Pontifici, & venerabili universali Papæ, ab omnibus conservetur: & quæ secundum sacrum ministerium suum auctoritate Apostolica decreverit, cum summa veneratione ab omnibus suscipiantur, * & debita illi obedientia in omnibus conservetur.

* ut, manu sum.

III.

Et licet in omnibus id observare velimus præcipue tamen sancimus, ut in termino beatorum Petri & Pauli Apostolorum principum nemo in eundo & redeundo, vel ibi morando aliquam vastationem & deprædationem facere præsumat: & quæ ipsius sanctæ Dei Ecclesiæ propria sunt, nemo aliqua iniqua machinatione sine voluntate ipsius sacri Pontificis, sibi vindicare præsumat. Quod si quisquam fecerit, restitutis male præsumptis, immunitatem ipsius Ecclesiæ persolvat, & bannum nostrum tripliciter componat.

IV.

Ut Ecclesiasticus honor, & sacerdotalis atque clericalis reverentia, debita competentique sinceritatis religione ab omnibus amplectatur, & in omnibus custodiatur, sicut avi & genitoris nostri monent edicta.

V.

Ut Imperialis honor ab omnibus fideliter observetur: & quæ ab eo, seu per epistolam, seu per legatos præcipiuntur, a nullo impune audeant violari.

VI.

Ut Episcopi ministerium suum secundum sacros & sancto Spiritu promulgatos canones peragant, parrochias suas absque alicujus impedimento, prædicando, corrigendo, & confirmando circumeant. & in hoc agendo nullus eis contraire, & quod ad ministerium illorum pertinet contradicere in ipsis parrochiis audeat, vel eis exinde aliquam molestiam inferat. sed adjutor, si oportuerit invitatus a Pontifice quisque Ecclesiæ filius existat: ut liceat eis criminalia scelera, & alia quæque corrigenda inquirere, discutere, & dijudicare canonice. Quod qui temerarie proterve præsumpserit, triplicem legem, & triplex bannum nostrum persolvat.

VII.

Ut Episcopi secundum sacram jussionem Domini nostri Jesu Christi prædicationem per se, vel per suos, congruenter exerceant, & presbyteros suos ut similiter faciant instruere procurent. Et ut sæculares fideles laici diebus festis, qui in civitatibus sunt, ad publicas stationes occurrant: & qui in villulis & possessionibus sunt, ad publicum officium in plebem festinent. & nullus latibulosa Missarum in suis domibus officia celebrare præsumat sine sui rationabili licentia Episcopi.

VIII.

Ut Episcopi in civitatibus suis proximum Ecclesiæ suæ claustrum instituant, in quo ipsi clero secundum canonicam regulam Deo militent: & sacerdotes suos ad hoc constringant, ut Ecclesias suas non relinquant, & alibi habitare præsumant. Sint etiam subjecti proprio Episcopo secundum canonicam auctoritatem: nec per contumaciam ab eorum potestate dissiliant. Neque sæculari potestati ad hoc eis commendare se liceat, aut eos quilibet recipere audeat, ut contra canonicas leges, & debitam Episcopi potestatem quodammodo defensentur. Hujusmodi vero sacerdotes Episcopalis illico censura disciplinis ecclesiasticis subdat. nec fas est omnium eorum sollicitudinem Episcopos non gerere, quibus in committendis sacris ordinibus dignum visum est communicasse.

IX.

Ut in domibus sacerdotum, propter malæ opinionis famam, habitatio feminarum penitus tollatur, neque illi in domos earum intrare indiscrete præsumant, ne nomen Dei, quod absit, per illos blasphemetur, per quos laudari pie & jugiter debet. Venationem quoque nullus tam sacri ordinis exercere præsumat: neque arma militaria pro qualicumque seditione portare audeat, aut habitum quemlibet tantum apicem sacerdotii non decentem assumat.

X.

Ut res Ecclesiasticas, tam mobiles, quam & immobiles, nemo invadere vel auferre præsumat. & quæ a rectoribus Ecclesiæ hactenus, ob timorem vel favorem, alicui [a] libellario vel emphyteuticario jure dolose, & cum damno de-

a *Libellario jure*) Quod aliis est libellario nomine, aut titulo. cum interveniente libello, seu scriptura, res venditur certo pretio, & certa pensione in annos singulos constituta. Leo Marsicanus libro II. Historiæ Casinensis cap. VIII. de Aligerno Abbate: *Libellos plurimos de rebus hujus monasterii fecit, ut monasterium a Sarracenis dirutum ex eis pecuniis reficeret. Nam in Aprutio de curte Tulliana solidos accepit* CCC. *&* *annuo censu* XXXII. *a Gisonis filiis. Item ibidem facto eis libello de curte Vinzana* CCCC. *modiorum, sexcentos accepit solidos, annuo autem censu solidos* XX. &c. Libellariam ab emphyteusi hoc inter cetera differre docent, quod emphyteusis nisi mutato possessore non renovabatur: libellaria plerumque statis temporibus data pecunia renovari solebat.

ANNO CHRISTI 876.

trimento, Ecclesiæ amissæ videntur, ad pristinum jus revertantur. quatenus liceat illis, quibus earum cura commissa est, quieto & pacifico ordine eas tenere, & pro nobis, ac regno nobis a Deo commisso orare, pauperibusque debita stipendia erogare, familiam Ecclesiæ juste & rationabiliter regere & gubernare. Transgressoribus autem indicimus, injuste præsumpta restituere, & sicut superius præfixum est, triplicem legem, & triplex bannum nostrum persolvere.

X I.

Ut decimæ conlaborationum & animalium secundum sacra præcepta Domino absque fraude & aliqua retractatione offerantur: & in potestate Episcopi maneat, qualiter a presbyteris dispensentur canonice, & ut Ecclesias baptismales, quas plebes appellant, secundum antiquam consuetudinem Ecclesiæ sibi instaurent.

X I I.

Ut Episcopi Comites, & vassos nostros, in parrochia eorum manentes, paterno amore secundum Ecclesiasticum ministerium diligant. Ipsi vero Comites & vassalli, seu reliqua generalitas, prædictos Episcopos ut sanctos patres honorent & venerentur, & ad ministerium illorum peragendum, ubicumque potuerint, eos adjuvare decertent. Si vero, quod non optamus, eis infesti, quo minus quæ Dei sunt exercere possint, reperti fuerint, aut ipsi contra leges officia sua violaverint, & eos quos venerari debent inquietaverint, secundum Capitulare avi & genitoris nostri emendent. Qualiter quoque presbyteros ac reliquos gradus honorent, ipsius capitularis forma doceantur. Ipsi nihilominus Episcopi, singuli in suo Episcopio, [a] Missatici nostri potestate & auctoritate fungantur.

X I I I.

Ut Episcopi & Comites in suis ministeriis commorantes, in suis consistant domibus cum suis vassallis: neque præsumant occasione hospitii in pauperis cujusquam vicini domo nisi rogati commorari: quia ob hoc maxime deprædationes & discordias hactenus pullulasse manifestum est. Prævideant quoque, secundum ministerium unusquisque suum, ne in potestate illorum prædæ & devastationes fiant. & si aliqui hoc facere tentaverint, omni sua virtute illis resistant. Et si ipsi per se constringere illos ad emendationem non potuerint, constitutis Missis nostris renuntient, ut ipsorum judicio legaliter secundum Capitulare avi & genitoris nostri emendetur. Quod si & ipsi hoc emendare nequiverint, ad nostram notitiam perducant.

X I V.

Ut quoties divinum judicium aliquem Ecclesiæ Præsulem e sæculo vocaverit, nullus ad suimet perditionem facultates ejus invadat, diripiat, & ad suos usus transferat: sed erogatariis & eleemosynariis Ecclesiasticis, cum ipsius Ecclesiæ constituto œconomo, liberum sit, canonico more, juste rationabiliterque deputata successuro reservare, vel quibuscumque, sicut expedit, pro ejus spiritu distribuere. Quod qui

A iniqua cupiditate transgredi præsumpserit, ut superius prælibatum est, inrefragabiliter multetur.

X V.

Ut nemo fidelium nostrorum quodammodo aliquem celet, quem nostrum scierit infidelem esse: neque ei sustentationem quamcumque præstare pertentet, si eum ad nostram fidelitatem revocare nequiverit. Quicumque autem contra hoc fecerit, prædecessorum & progenitorum nostrum judicium experietur.

[b] SUBSCRIPTIONES.

b Ex codic. Bellovac.

B Ansbertus Archiepiscopus subscripsi.

Johannes humilis Aretinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Adalardus servus servorum Dei sanctæ Veronensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Adalgaudus Vercellensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Azo Eporediensis Episcopus subscripsi.

Benedictus Episcopus Cremonensis subscripsi.

Hildradus Albensis Episcopus subscripsi.

Gerardus exiguus Ecclesiæ Laudensis Episcopus subscripsi.

Johannes humilis Episcopus sanctæ Ticinensis Ecclesiæ subscripsi.

C Teudulfus Terdonensis Episcopus subscripsi.

Hilduinus Astensis Episcopus subscripsi.

Sabbatinus humilis Jenuensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Signum Bosonis ducis & Missi Italiæ atque sacri palatii Archiministri.

Signum Bernardi Comitis.

Signum Bodoadri Comitis palatii.

Signum Ricardi Comitis.

Signum Airboldi Comitis.

Signum Cuniberti Comitis.

Signum Supponis Comitis.

Signum Alberici Comitis.

Signum item Bernardi.

Signum Hardingi Comitis.

Signum Berardi Comitis.

D Joannes Tuscanensis Episcopus, Legatus sanctæ Sedis Apostolicæ, & domni Joannis summi Pontificis, & universalis Papæ, in his quæ supra scripta sunt interfui, consensi, & subscripsi.

Ansegisus Senonum metropolis Episcopus, sanctæ & Apostolicæ sedis per domnum Joannem summum Pontificem Papam Vicarius, interfui, consensi, & subscripsi.

Joannes Aretinus Episcopus, sanctæ sedis Apostolicæ Legatus, interfui, consensi, & subscripsi.

E Hincmarus Remorum Archiepiscopus subscr.

Aurelianus Lugdunensis Ecclesiæ Episcopus in Christi nomine roboravi.

Frotarius Archiepiscopus consensi, & subsc.

Ottramnus Viennensis Ecclesiæ Archiepiscopus subscripsi.

Joannes Rotomagensis Ecclesiæ Archiepiscopus subscripsi.

Bertmundus Ebreduuensis Ecclesiæ Archiepiscopus subscripsi.

a *Missatici nostri potestate*) Qua præditi sunt qui Missi dominici appellantur.

b *Subscriptiones*) Qui subscriptionum istarum hactenus meminere, plerique omnes synodi seu placiti Ticinensis subscriptiones appellarunt, manifesto errore, cum ad Synodum Pontigonensem pertineant. Quod vero in his Ansegisus Senonum Archiepiscopus, inter sedis Apostolicæ legatos, ut Papæ Vicarius sedet & subscribit, ex iis intelligendum est, quæ ab Aimoino lib. v. cap. xxxiii. in hujus Synodi actis prodita sunt: lectam nimirum in Concilio Joannis Papæ VIII. epistolam, qua primatum Ansegiso tribuebat, eique per Gallias & Germanias vices suas delegabat. Nacti sumus epistolæ hujus, ac reliquarum, quæ in iisdem actis memorantur, exemplaria, quæ in lucem suis locis, id est cum Synodo ipsa proferentur.

Extant Tom. 3 Conc. Gall. p. 412.

ANNO CHRISTI. 876.

Ragenelmus Tornacensis Eccl. Episc. s.
Walterus humilis Aurelianensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Gerboldus Cabillonensis Eccl. Episc. s.
Gislebertus Carnutensis Eccl. Episc. subs.
Hildeboldus Suessionensis Eccl. Episc. s.
Rostagnus sanctæ Arelatensis Ecclesiæ humilis Episcopus subscripsi.
Isaac Lingonensis Ecclesiæ Episc. subsc.
Lantbertus Matisconensis Eccl. Episc. subs.
Ingelwinus sanctæ Parisiacensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Geroldus Ambianensis Eccl. Episc. subs.
Abbo Nevernensis Ecclesiæ Episc. subsc.
Joannes Cameracensis Eccl. Episc. subsc.
Hadebertus Silvanectensis Eccl. Episc. s.
Odo Belgivacorum Episcopus in Christi nomine subscripsi.
Ratbertus Valentinæ Eccl. Episc. subscr.
Bernarius Gratianopolitanæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Agenulfus Gabalitanensis Eccl. Episc. s.
Bilicu Wapincensis Eccl. Episc. subsc.
Alduinus Avenionensis Eccl. Episc. s.
Wido Vellavensis Ecclesiæ Episc. subsc.
Hildebrannus Sagensis Episcopus subsc.
Willebertus humilis Catalunorum Episcopus subscripsi.
Ragenfridus Meldensis Eccl. Episc. subs.

A Heirardus Lixoviensis Eccl. Episc. subs.
Sigenandus Constantiensis Eccl. Epis. s.
Ætherius Vivariensis Episcopus subscr.
Erchambertus Bajocensis Eccl. Episc. s.
Hedenulfus Laudunensis Eccl. Episc. s.
Agilmarus Arvernensis Eccl. Episc. subs.
Anselmus Lemovicensis Eccl. Episc. s.
Adalbertus Morinensis Eccl. Episc. sub.
Willelmus Caudurcorum Eccl. Episc. s.
Lupus Albiensis Eccl. Episc. subscripsi.
Ottulfus sanctæ Trecassinæ Ecclesiæ humilis Episcopus subscripsi.
Berardus Virdunensis Eccl. Episc. subsc.
Arnaldus Leucorum Eccl. Episc. subsc.
B Franco Tungrensis Eccl. Episcop. subsc.
Theodericus Vesontionum Ecclesiæ Archiepiscopus subscripsi.
Wala Autisiodorensis Episcopus subscr.
Adalgarius Augustidunensis Episc. subs.
Hemico Diensis Eccl. Episc. subscripsit.
Aimarus Ruthenensium Eccl. Episc. subscripsi.
Theotarius Gerundensis Eccl. Epis. subs.
Hugo Abba.
Albustus Abbas ex monasterio quod vocatur Bethleem, sive Ferrarias.
Hilduinus Abbas, & Bibliothecarius.
Wlfardus Abba scripsit, & subscripsit.
Ganzlenus Abba, & Archicancellarius.

ANNO CHRISTI. 876. Ex Tom. 3. Concil. Gall. p. 444.

TITULUS XLVIII.

ACTORUM SYNODI PONTIGONENSIS EDITIO ALTERA, illa fortasse quam cum Legatis apostolicis dictasse & in Synodo legisse dicitur Odo Episcopus Bellovacensis.

SAncta Synodus quæ in nomine Domini vocatione Domni Joannis ter beatissimi ac universalis Papæ, & jussione Domni Karoli perpetuo Augusti congregata est in loco qui vocatur Pontigonis anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXVI. Indictione IX. regni præfati invictissimi Imperatoris XXXVII. imperii autem primo, XVII. Kalendas Augusti, hæc capitula quæ subter adnexa sunt instituit.

CAPIT. I.

OBeunte Hludovico, qui Romani imperii jura regebat, domnus Joannes ter beatissimus Papa per Gudericum Veliternensem, Formosum Portuensem, Joannem Aretinum venerabiles Episcopos domnum Karolum tunc Regem ad limina beatorum Apostolorum invitavit, cumque Ecclesiæ ipsius defensorem ac tutorem elegit, imperialique diademate coronavit, eum præ cunctis solum & specialem eligens qui Romani imperii sceptra teneret. Cujus sacris institutionibus pro debito parentes, quod ipse instituit instituimus, & quod ipse confirmavit pari consensu omnes firmamus.

II.

Congregata igitur in Romana urbe sancta Synodo, ante adventum prædicti domni Imperatoris, misit cum consensu omnium epistolas Hluduuvico Regi, filiis quoque ipsius, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ac reliquis primoribus regni sui, monentes eos apostolica auctoritate more paterno servare quæ pacis sunt, ne videlicet aliquam ireptionem in regno præfati Augusti facile tentarent, usque dum simul ad mutuum colloquium venirent, & ipse inter C eos & de pace conservanda, & de jure regnorum secundum sibi a Deo ministerium creditum decerneret pariter & discerneret. Quas epistolas per Odonem Bellovacorum venerabilem Episcopum sibi destinatas & bis delatas omnino recipere renuerunt.

III.

Ipse vero apostolica & paterna monita parvipendens, & fraterna fœdera disrumpens, hostili manu tyrannico more fraternum regnum depopulando invasit; homicidia, stupra, adulteria, sacrilegia, & innumera mala quæ enumerari nequeunt, auctoritas facientium perpetravit.

IV.

D Hæc mala audiens ter beatissimus Papa perpetrata esse in regno spiritalis filii sui domni Karoli semper Augusti, tactus dolore cordis accceleravit mittere Missos suos Joannem videlicet & Joannem venerabiles Episcopos, cum aliis suis epistolis, volens eum monere ut a tanto malo pœnitudinem de præteritis ageret, & tandem fraternum regnum invadere desineret. Quorum legationem secundo commonitus necdum recipere voluit.

ANNO CHRISTI. 876.

V.

Post hos deuique misit iterum alios legatos, Leonem scilicet sanctissimum Gabinensem Episcopum & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Missum & Apocrisiarium, pariterque & Petrum Forosemproniatem venerabilem Episcopum, hæc eadem obsecrando, monendo protestans. Quorum monita utrum recipere velit, adhuc ambiguum constat.

V I.

Verum quia præfatus Leo Gabinensis reverentissimus Episcopus & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Missus & Apocrisiarius, seu & Petrus Forosemproniatis Episcopus, pro quibusdam utilitatibus ecclesiasticis morari hic diutius nequeunt, neque Episcopos de longinquo venientes fatigare longius dignum est, decreverunt Joannem Tuscanensem & Joannem Aretinum venerandos Episcopos, qui legationem præfatorum, pariter cum priori legatione suscipientes, ea quæ peragenda sunt, cum ceteris Episcopis, quos communi consensu elegerint, vice omnium Episcoporum, quidquid seu in evocando seu in contemptoribus feriendo definierint, apostolica auctoritate libere definiant, & quidquid ipsi deliberaverint, & domnus Apostolicus cum omni sancta Romana Ecclesia determinabit, & in perpetuum mansurum statuet & firmabit.

V I I.

Sicut domnus Papa Joannes sanxit, conniventе & consentiente & condecernente domno & gloriosissimo Karolo Imperatore semper Augusto, Ansegisum venerabilem Episcopum Senonum Archiepiscopum suam vicem tenere, & primatum ei Galliæ & Germaniæ contulit in evocanda Synodo & definiendo canonice si quælibet insurrexerint necessaria, & ut graviora ad ipsius notitiam referat, & nos unanimiter omni devotione laudamus, & ut ita ipse primatum teneat Galliæ & Germaniæ decernimus & sancimus.

V I I I.

Synodum quam domnus Joannes Apostolicus & universalis Papa super quorundam depositionem, Formosi scilicet Portuensis Episcopi, & Gregorii Nomenculatoris, seu & Stephani Secundicerii, & Georgii Vesterarii, ceterorumque suorum complicum, sicut in epistola ipsius ad nos missa continetur, nuper instituit, & nos secundum jussionem ipsius, in nullo a capite dissidentes, consentiendo decernimus, omnibusque apostolicis illius sanctionibus per omnia parentes sicut decet obedimus.

I X.

Censuram vero quam domnus Apostolicus super nefandissima acta Hludouvici Regis & complicum ejus, nisi resipuerint, & debitam obedientiam Sedi Apostolicæ exhibuerint, statuit & firmavit, omnes nos qui ad præsentem synodum convenimus, unanimiter decernimus atque firmamus.

T I T U L U S XLIX.

ANNO CHRISTI. 876. Ex Tom. 3. Concil. Gall. p. 446.

Alia quædam acta ejusdem Synodi Pontigonensis.

C A P I T. I.

Libellus proclamationis Ecclesiæ Remensis adversus Hludouvicum Regem Karolo Imperatori oblatus in Synodo Pontigonensi.

PAternis magisteriis instruimur, ut si qua majora negotia vel majores causæ exortæ fuerint, ad sedem Apostolicam prout auctoritas docet & mos antiquus obtinuit, semper referantur. Ideoque quia imperialem excellentiam vestram Synodo præesse, & Vicarios Sedis Apostolicæ præsto nobis adesse gaudemus, calamitates & miserias Ecclesiæ nostræ ac filiorum nostrorum, quas hoc anno ab Hludouvico Rege itemque Hludouvico filio ejus & complicibus eorum, cædes videlicet, homicidia, adulteria, fornicationes, rapinas, sacrilegia, & cetera flagitia quæ nullus enumerare potest, Ecclesia nostra perpessa est, vestræ serenitati innotescimus, obsecrantes ut pro Dei omnipotentis amore, & pro ingenita vobis benignitate, ac pro ministerio imposito, nobis & Ecclesiæ nostræ ac filiis nostris secundum pervulgatam omnibus vestram sapientiam consulatis pariter ac succurratis, ne de cetero talia ac tanta mala Ecclesia nostra ac regnum patiatur qualia hactenus passa est.

I I.

Definitio Synodi Pontigonensis de Adalgaudo presbytero infamato.

Pridie idus Julii, in loco qui vocatur Pontigonis, ita de Adalgaudo presbytero a Legatis Sedis Apostolicæ, Leone Apocrisiario sanctæ Sedis Romanæ, Petro, Joanne, itemque Joanne Legatis memoratæ sanctæ Sedis, ac Ansegiso Vicario ejusdem sanctæ Sedis, & ab omni Concilio definitum est ut illi propria Ecclesia reddatur, & a præfatis Kalendis quatuor mensium dilatio ad famam suam purgandam illi concedatur. Si post quatuor menses purgare se canonice non potuerit, nulla ejus vox postea penitus audiatur.

I I I.

Confessio Leonis Episcopi Missi & Apocrisiarii, cum post Synodum discessurus esset.

Quia Domnus noster Joannes sanctissimus & ter beatissimus Papa nos quidem, me scilicet Leonem Gabinensem Episcopum & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Missum & Apocrisiarium, & Petrum venerabilem Forosemproniatem Episcopum, ad hoc in has partes direxit, ut ecu pridem per venerabiles Episcopos Joannem videlicet & Joannem mandaverat, vestra sanctitate adgregata, de negotiis quæ inter utrosque fratres hoc anno emerserant determinaremus, sed nos ob quasdam sanctæ Romanæ Ecclesiæ utilitates, quia diutius morari nequimus, & vestram beatitudinem longius fatigare nolumus, hos fratres nostros Joannem videlicet Tuscanensem & Joannem Aretinum venerabiles Episcopos vobiscum morari decrevimus usque dum res unde agitur optatum finem divina favente gratia accipiat: qui quidquid seu in evocanda synodo, seu in definiendo, seu in contemptoribus feriendo definierint, apostolica auctoritate libere definiant, & quidquid ipsi deliberaverint, & domnus Apostolicus cum omni sancta Romana Ecclesia determinabit, & in perpetuum mansurum statuet & firmabit.

ANNO CHRISTI. 876.

IV.

Juramentum [a] *quod Hincmarus Archiepiscopus edere jussus est apud Pontigonem.*

Hincmar. Epist. 61.

Sic promitto ego quia de isto die in antea isti seniori meo, quandiu vixero, fidelis & obediens & adjutor, quantumcunque plus & melius sciero & potuero, & consilio & auxilio secundum meum ministerium in omnibus ero absque fraude & malo ingenio, & absque ulla dolositate vel seductione seu deceptione, & absque respectu alicujus personæ. Et neque per me, neque per Missum, neque per litteras, sed neque per emissam vel intromissam personam, vel quocunque modo ac significatione, contra suum honorem & suam, Ecclesiæ, atque regni illi commissi quietem & tranquillitatem atque soliditatem machinabo vel machinanti consentiam. Neque unquam aliquod scandalum movebo, quod illius præsenti vel futuræ saluti contrarium vel nocivum esse possit. Si me Deus adjuvet & ista sancta patrocinia.

ANNO CHRISTI. 876.

Ex Tom. 3. Concil. Gall. p. 635.

a *Juramentum*) Apud Pithœum post xii. scriptores coætaneos inscribitur, *Generale omnium fidelium sacramentum*, & verisimile est ab omnibus exactum fuisse. Sed Hincmarus in libello ad Carolum Imp. quem in codice Leodiensi nacti sumus, singula Juramenti hujus membra, ut inepta & aliena, exagitat, queriturque a se post tot annos requisitum esse, cum satis esse deberet professio, quam ut Archiepiscopus ediderat. *Pia*, inquit, *memoria pater vester ab Episcopis, qui vel voluntarii vel inviti in sua dejectione consenserunt, sed nec ab ipso Ebone, qui auctor & incentor ipsius dejectionis duntaxat inter Episcopos fuit, non aliud sacramentum, nisi libellos professionis a se subscriptos, quos ego habeo, requisivit. Et a me, qui ante professionem & subscriptionem, & post professionem ac subscriptionem, professa & subscripta per tot annos a juventute usque ad hanc senectutem servavi, nunc juramentum aliud non debuisset requiri. Sed non mirum est, si per baiulos invidia sine causa animus benignitatis vestræ commotus nunc a me requirit, quod nec pater vester in vita sua, qui mihi per tres circiter annos secreta sua indubitanter credidit, requisivit, nec vos per triginta & sex annos hactenus requisistis.* Hincmarum aliis Episcopis auctorem fuisse, ut Ludovicum regem ex Germania venientem susciperent, indicat ejus epistola v.

TITULUS L.

ANNO CHRISTI. 877.

Ex Tom. 3. Concil. Gall. p. 457.

b

[b] Acta synodi Romanæ de confirmatione electionis Karoli Imperatoris, missa per Adalgarium Episcopum Augustodunensem.

* Hanc Inscript. adjecit Baluz. ex cod. Remensi.

SEQUITUR GESTA QUALITER DOMNUS KAROLUS filius Hludouvici Imperatoris fuit factus Imperator Romæ tempore Joannis Apostolici anno Incarnationis Domini DCCCLXXVII. *Indictione x.*

Sermo domni Apostolici Joannis in Synodo Episcoporum.

OMnibus generationibus immo cunctis mortalibus liquet qualiter omnipotens & creator universorum Deus in Ecclesiæ suæ parte, quæ gemebunda peregrinatur in terris, per generationes & generationes electos suos velut in cœlorum ambitu sidera nova produxerit, ut miro modo in ejusdem Ecclesiæ cœlo fixa, divino lumine radiantia, mœrentium animos illustrarent, depulsis tetræ mœstitiæ tenebris & diversarum angustiarum dissipata caligine. Inter quas tanquam clarissimum sidus diebus nostris ecce nobis Karolum Christianissimum Principem superna providentia præscitum a se & præelectum ante mundi constitutionem & prædestinatum, non nisi copiosissima miseratione circa nostram salutem mota, secundum placitum suum, juxta quod congruum erat in isto periculoso tempore tribuit, nepotem videlicet illius quondam magni Karoli, qui rempublicam præliis auxit, victoriis dilatavit, sapientia decoravit: qui cum omnes Ecclesias sublimasset, semper hoc ei erat in voto, semper in desiderio, sicut in gestis quæ de eo scripta sunt legitur, ut sanctam Romanam Ecclesiam in antiquum statum & ordinem reformaret. Unde & hanc multis honoribus extulit, multis munificentiis & liberalitatibus ampliavit, adeo ut amissas olim urbes & restituisset, & ex regni quoque sui parte alias non modicas contulisset. Sed pauca dicta sunt, nisi quæ circa religionis incrementum gessit magna & sublimia memorentur. Religionis quippe statum inter diversorum errorum & pravitatum vepres incultum inventum sacris literis erudivit, divina pariter & humana scientia perornavit, erroribus expurgavit, ratis dogmatibus saginavit, atque intra brevissimum tempus ita industrio pietatis studio egit ut novus quodam modo videretur mundus, magnis luminaribus venustatus, & variis vernantibus floribus adornatus. Cujus filius, divæ scilicet recordationis Hludouvicus Maximus Imperator, pater hujus a Deo electi Principis Karoli semper Augusti, patrium solium adeo religione imitatus, pietate laudabiliter æmulatus est, ut & paterna divini cultus vota, & erga prælatam principalem Ecclesiam liberalitatis insignia pius natus æquipararet & roboraret, sed & uberioribus beneficiis & dapsilibus munificentiis, ut hæres gratissimus

Ex Tom. 3. Concil. Gall. p. 538.

b *Acta Synodi*) Jam monui Petrum Pithœum, qui hæc primus in lucem protulit, falsum fuisse, quod ea ad primam Caroli Imp. coronationem pertinere existimavit. Non minus autem aberrarunt, qui ad Ticinensem passim Synodum referenda censuerunt, ac Synodo Ticinensi in postrema Conciliorum editione adscripserunt. Pertinent enim ad aliam Synodum, quam Joannes Papa Romæ Februario mense habuit, anno DCCCLXXVII. in eaque Carolo imperium, quod a Germanis disceptabatur, totius Synodi consensu iterum confirmavit. Cujus Synodi acta Adalgarius Episcopus, qui ad eam missus a Carolo fuerat, in Franciam detulit, ut narrat Aimoinus lib. v. cap. xxxv. & in vetusto exemplari adnotatum est his verbis: *Synodus, quam attulit Adalgarius Episcopus de parte Johannis Papæ, aliorumque Episcoporum Karolo ad Urbem civitatem, quando pergebat idem Karolus Romam.*

ANNO CHRISTI 877.

mus, ampliaret. Verum iste bujas præfulgidus filias, Karolus videlicee, da quo nobis sermo est, serenissimus & trauquillissimus Imperator, qui nobis, at præulimus, in quos finea sæculorum devenerunt, quique caligosi temporis ex quadam parte tetras ærumnas & miserias sastinebamut, tanquam splendidissimum astrum ab arce poloram illuxit, non solum monumenta progenitorum bonitatem electæ radicis fereos iu ramo alacriter æqaiparavit, verum etiam omne prorsus avrtum studium vicit, & universum paternum certamen in causa religionis atque justitiæ superavit, Ecclesias videlicet Domini diversis opibus drtans, sacerdotes ejus honoraus, hos ad utramque philosophiam iuformans, illos ad virtutes sectandas adbortans, viros petitos amplectens, religiosos venerans, inopes tecreans, & ad omne bonum penitus subsecutus, & omne malum medullitus detestatus. Quapropter & nos, carissimi fratres, tot ac tantarum dilectionum ejus atque virtutum audientes insignia, & laudabilium longe lateque diffusa morum ejus intuentes indicia, pietatis illius affectus axperti frequentissime ac multifarie viscera, non immerito intelleximus istum esse proculdubio qui a Deo constitutus esset salvator mundi, multo profecto præstantius ac decentius ita vocatus, quam Joseph qui pene solam terram salvavit Ægypti. Unde ab universa sancta Romana plebe, voce almæ illius Annæ sanctæ personam gestantis Ecclesiæ sterilis & fœcundæ, prophetico quodammodo spiritu temulentæ quotidie clamabatur: *Dominus dabit imperium Regi sue, & sublimabit cornu Christi sui*. & iterum cum David orabat Rege pariter ac propheta, da, inquient, *potestatem sive imperium puero tue, & salvum fac filium ancillæ tua*, sanctæ videlicet catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ. Unde nos tantis indiciis divinitus incumbentibus luce clarius agnitis, superni secreti consiliam manifeste cognovimus. Et qaia pridem apostolicæ memoriæ decessori nostro Papæ Nicolao idipsum jam inspiratione cælesti revelatum fuisse compesimus, elegimus hunc merito & approbavimus una cum annisu & voto omnium fratrum & coepiscoporum nostrorum atqua aliorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ministrorum ampiique senatus, totiusque Romani populi gentisqua togatæ, & secundum priscam consuetudinem solemniter ad imperii Romani sceptra proveximus, & augustali nomine decoravimus, unguentes cum oleo extrinsecas, ut interioris quoque Spiritus sancti anctionis monstraremus virtutem, qua unxit eum Dominus Deus suus præ consortibus suis, Christum hunc oleo lætitiæ delibutum extrinsecus faciens, & principem populi sui constitueus, ad imitationem scilicet veri Regis Christi filii sui Domini nostri; ita ut quod ipse possidet per naturam, ista consequeretur per gratiam. Deinde non hic perpetuus Augustus sd tanta fastigia sa velut improbus intulit, non tanquam importunas frauda aliqua, vel prava machinatione, aut inhianti ambitione ad imperialem apicem aspiravit. Absit. Neque enim sibi honorem præsumptiose adsumpsit ut Imperator fieret; sed tanquam desideratus, optatus, postulatas a nobis, & a Deo vocatus & honorificatus, ad defendendam religionem & Christi utiqae servos tuendos humilites atque obedienter accessit, operaturus & soboraturus in imperio summam pacem & tranquillitatem, & in Ecclesia Dei justitiam & exaltationem. Nisi enim nos talem ejus cognovissemus intentionem, nunquam animus fieret noster tam promptus ad ipsius promotionem. & hoc per sacerdotum Domini manus ministroram ejus officiam, sicut David & Salomon & nonnulli alii Christi Domini, quos nimirum non esse tangendos Spiritus sanctus per psalmorum cantica protestatur. Quapropter, fratres carissimi, omnes unanimes idipsum sentientes benedicamus Domino, & totis cordis ac corporis vocibus collaudemus, qui, secundum quod pollicitus est, spernentes sprevit, & glorificantem se glorificavit, quique hunc tantum nobis talemque contulit, per quem mœrentium consolatio, & paganorum contritio, & Christianorum proculdubio speretur cita redemptio: summamque majestatem ejus & pietatem votis continuis obsecremus, ut confirmet hoc in eo, immo & in nobis per eam, quod operatus est in eo a templo sancto suo, quod est in superna Hierusalem. Nosque, quod jam in Romana Ecclesia, quæ est magistra, mater, & caput Ecclesiarum, auctore Deo famulatus nostri ministerio gessimus, preces benedictionis fundentes, & coronam imponentes sceptri & diadema imperii, etiam hic in sancta hac generali fraternitatis nostræ Synodo, ad quam Deo duce pro innumeris necessitatibus & utilitatibus sanctæ Dei Ecclesiæ convenisse dinoscimur, iterato cordis affectibus & oris vocibus & manus subscriptionibus roboremus. nec sint, quod absit, in nobis schismata, quæ Apostolus medullitus execratur, nec animorum alicujus divisionis vel diversitatis dissensio.

1. Reg. 2. 10. — Psal. 85. 16. — Psal. 104. 15. — 1. Reg. 2. 30. — 1. Cor. 1. 10.

Responsio Episcoporum.

Ecce, beatissime & apostolice & domine Papa Joannes, luce clarius videmus mentem apicis vestri gratia sancti Spiritus illustratam, qui profecto quos repleverit, ardentes pariter & loquentes facit. Nisi enim ipse cor vestrum irradians tetigisset, nec ad tantæ dilectionis erga nos flagrantiam accenderetur, nec ad tot mellifluos & salutares effectus, quibus nos proculdubio pie & assidue instruitis, proculdubio moveretur. Spiritalem autem filium vestrum Dominum Imperatorem Karolum Christianissimum & mansuetissimum Principem tanto jure cupimus & desideramus augustalia Romani sceptri gubernacula inconcussa & immutilata, immo augmentata & ampliata, fine tenus retinere, quanto liquidius non per hominem neque ab homine sublimatum, & ad tantum culmen potestatis evectum, superna gratia revelante, cognovimus, qui nimirum cordi sacratissimo apostolatus vestri interius inspiravit ut non vos prius eligeret, sed antea vos eum & eligeretis & diligeretis. Sed & nos, o Domine, & coangelice Papa, vestigia vestra sectantes, & salubria monita recipientes, quem amastis amamus, quem dilexistis diligimus, quem elegistis eligimus, & quod in eo auctore omnium bonorum Deo, sive divina benedictione, sive sacra unctione, sive coronæ imperialis impositione gessistis, viscerabili affectu sequimur, & celebri laude prosequimur, & digna honorificentia veneramur, atque totius sensus nostri nisibus ita permanere atque pollere semper optamus. Sed &, si necessitas fortassis exegerit, totis officii nostri conatibus adversus aliter sentientium molimina resistere satagemus. Cum enim, secundum Apostolum, non sit potestas nisi a Deo, & hæc præcipue quæ tam pio collata est, haud dubium quin Dei ordinationi resistit qui isti os-

Rom. 13. 1.

ANNO CHRISTI 874.

dinationi, quæ nobis ministrantibus cœlitus facta est, obstinata mente resistit. Apostolico quippe culmini, docente sancto Bonifacio Papa, nemo unquam obices manus intulit nisi qui de se voluit judicari. Durum est autem contra stimulum calcitrare, vel adversus impetus fluminis conari.

Item summus Pontifex.

Quia igitur, fratres dilectissimi, inspiratio divina omnium nostrum corda in unum sensum & in unum eundemque deliberationis finem direxit, ut scilicet unum sentiamus & unum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata, quæ in præfato piissimo & tranquillissimo Imperatore spirituali filio nostro Karolo, auctore Deo, sive preces benedictionis super caput ejus infundendo, sive sacræ unctionis oleo celsum ipsius verticem contingendo, sive coronam imperii conferendo gessimus, sententiæ prolatione, si unanimi generalitati vestræ videtur, & per manuum subscriptionem etiam in præsenti hac venerabili Synodo, sicut jam hortati sumus, iterato promulgemus & roboremus.

Sancta Synodus respondit.

Placet, & valde placet in omnibus vestra sacratissima sectari vestigia, neque fas est ut a culmine apostolatus vestri in aliquo dissentiamus, quem videlicet ipse Christus Dominus noster omnium nostrum ad vicem suam in terris esse voluit caput.

Tunc surgens summus Pontifex sententiam protulit, dicens.

Piissimi & serenissimi spiritalis filii nostri Karoli magni & pacifici Imperatoris ad imperialia sceptra electionem & promotionem ante modo quidem ordinem divinitus ordinatam, nuper autem, id est, præterita nona indictione, per ministerium nostræ mediocritatis exhibitam, annuente Deo ex tunc & nunc & in perpetuum firmam & stabilem decernimus permansuram.

Responderunt omnes: *Placet, placet.*

Item.

Si quis tantæ rei divinitus actæ proculdubio institutionem superbia aut avaritia vel certe aliquo pessimæ ambitionis instinctu perturbare aut violare tentaverit, cujuscunque sit ordinis, dignitatis, aut professionis, tanquam Dei inimicus, & ordinationi ejus tyrannide sæva resistens, & Ecclesiæ Dei hostis, totiusque pacis & Christianitatis dissipator, anathemate usque ad satisfactionem teneatur omni tempore annexus.

Responderunt: *Fiat, fiat.*

Item summus Pontifex.

Patratores & incitatores pessimi hujus consilii, qui profecto cum ministri sint diaboli, sua quærunt, non quæ Jesu Christi, & in imperium subintroducere simultates & discordiam moliuntur, ac fraudulenta immittere schismata ad confundendam Ecclesiæ unitatem regnique congruum statum & ordinem reique publicæ utilitatem & tranquillitatem conantur, si deinceps in talibus inventi fuerint, si quidem ecclesiastici viri extiterint, tanquam veri schismatici & a capite dissidentes, omnimodis deponantur, laici vero & monachi perpetuo anathemate feriantur.

Et responderunt omnes tertio: *Fiat, fiat, fiat.*

Subscripsit ergo Domnus Papa, & cum eo Episcopi qui adfuerunt.

TITU-

TITULUS LI.

Exactio Nortmannis constituta.

a *[a] HÆC EXACTIO A NORTMANNIS, qui erant in Sequana tempore Karoli regis, de suo regno fuit facta, ut ab ipsius regno recederent.*

UNusquisque Episcopus qui habet abbatiam, aut Abbas qui similiter habet abbatiam, ant Comes qui æque habet abbatiam, [b] de suo manso indominicato, similiterque & de vassallorum, accipiat de manso indominicato denarios XII. de manso ingenuili quatuor denarios [c] de censu dominicato, & quatuor de sua facultate. de servili vero, duos denarios de censu, & de sua facultate duos. De omnibus vero Ecclesiis, unusquisque Episcopus, vel Abba, de sua solummodo potestate accipiant, de A presbyteris a quocumque plurimum solidos v. & de unoquoque juxta quod possibile fuerit. ita ut a quo plurimum, v. solidos, a quo minimum, quatuor denarios. De Ecclesiis vero, quas Comites & vassalli dominici habent, seu de illis, qui cum seniore nostro pergere debent, sive qui remanserint, Episcopus, in cujus parrochia consistunt, secundum prætaxatum modum accipere procurabit. De Ecclesiis vero Imperatricis Episcopus similiter accipiet prætaxato modo.

d *ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXVII. Nonis Maii, in Compendio palatio, de aliqua, sed [d] non de tota parte regni, quod domnus Imperator Karolus habuit antequam junior Hlotharius defunctus fuisset, hæc constituta est exactio Nortmannis, qui erant in Sequana, tribuenda, ut a regno ejus recederent.*

EPiscopi, Abbates, Comites, ac vassi dominici, ex suis honoribus de unoquoque manso indominicato donent denarios XII. de manso ingenuili, quatuor denarios de censu dominicato, & quatuor de facultate mansuarii. de servili vero manso, duos denarios de censu indominicato, & duos de facultate mansuarii. De omnibus vero Ecclesiis, unusquisque Episcopus de suo Episcopatu, vel Abbas de sua solummodo abbatia, in cujuscumque Episcopi sint parrochia, accipiant cum misso Episcopi, in cujus parrochia sunt, de presbyteris secun- B dum possibilitatem, v. solidos, vel quatuor, vel tres, vel duos, vel unum solidum. A quo plurimum, v. solidos, a quo minimum, quatuor denarios. De Ecclesiis vero Imperatoris & Imperatricis, & Comitum ac vassallorum Imperialium, tam de illis, [e] qui cum Imperatore pergent, quam & illis, qui remanserint, Episcopus, in cujus parrochia consistunt, secundum prædictum modum conjectum accipiat. De negotiatoribus autem, vel qui in civitatibus commanent, juxta possibilitatem, secundum quod habuerint de facultatibus, conjectus exigatur. e

a *Hæc exactio*) Duplex hoc loco exactio pro Nortmannis describitur. quorsum enim bis eadem inculcaretur? posterior expressam habet notam anni DCCCLXXVII. prior ad aliud tempus referenda est: ad annum, opinor, DCCCLXI. quo tempore, ut est in Titulo * XXVII. *necesse fuit conjectum accipere, & ad navium compositionem, & in Nortmannorum causa pro regni salvamento*. Chronicum Montis Dei anno DCCCLXI. de Nortmannis: *Ad quorum videlicet locarium quinque millia libras argenti, cum animalium atque annonæ summa non modica, de regno suo ne depraedaretur exigi Karolus rex præcepit*. — * Hic XXXII.

b *De suo manso indominicato*) Mansum alio loco diximus esse fundum cum certo agri modo. Hic mansorum triplex genus distinguitur, indominicatus, ingenuilis, & servilis. & in polypticho S. Remigii: *In Tasiaco habet mansum dominicatum cum ceteris ædificiis, hortum cum arboretis, vivario, &c. mansos ingenuiles XXXII. serviles XXXIV*. Item *In Curte acusiaco, excepto dominicato manso, mansi ingenuiles XCII. semis, serviles XXXV*. Mansum dominicatum, vel dominicum appellabant, proprium & peculiarem domini mansum, quem dominus ipse excolebat, cujusque fructus percipiebat: cum ingenuilis, servilisque mansi fructus colligerent coloni mansuarii, quibus concedebantur, censu tantum retento, & aliis conditionibus, quæ in manso ingenuili leviores erant, in servili graviores. Itaque Ludovicus Pius in Capitulis anni XVI. agris dominicatis, id est propriis, opponit terras alienas: *De illo qui agros dominicatos propterea neglexit excolere, ut nonas & decimas exinde non persolvat, & alienas terras ad excolendum propter hoc accipit: volumus ut de tribus annis ipsam nonam cum sua lege persolvat*. & Karolus Calvus villas indominicatas villis in beneficium datis, in diplomate pro S. Dionysio: *Volatilia de subscriptis villis, sive indominicata, sive in beneficium fuerint data, dari regio more constituimus*. Leguntur eodem modo, & terræ, & cortes, & vineæ indominicatæ.

c *De censu dominicato*) Qui a domino exigitur, sive ad partem dominicam. Supra Tit. * XXXI. cap. XXX. *Postquam restaurati fuerint, ab unoquoque manso census ad partem dominicam exigatur*. — * Hic XXXVI.

d *Non de tota parte regni*) Hæc enim exactio, ut Aimoinus docet, quæ pro Nortmannis qui erant in Sequana fiebat, parti tantum Franciæ, quam Karolus ante mortem Lotharii habuit, & Burgundiæ indicta est. Qui vero trans Sequanam erant de Neustria, tributum Nortmannis qui in Ligeri erant persolverunt.

e *Qui cum Imperatore pergent*) In Italiam, Titulo seq.

TITULUS LII.

Karoli Imperatoris apud Carisiacum.

HÆC CAPITULA CONSTITUTA SUNT A DOMNO KAROLO gloriofo Imperatore, cum confenfu fidelium fuorum [a] *apud Carifiacum, anno Incarnationis Dominicæ* DCCCLXXVII. *regni vero ipfius* XXXVII. *Imperii autem* II. XVIII. *Kalendas Julias, Indictione* X. *De quibus quædam ipfe definivit, & de quibufdam a fuis fidelibus refponderi juffit.*

CAPIT. I.

DE honore & culta Dei, atqae fanctarum Ecclefiarum, quæ anctore Deo fub ditione & tuitione regiminis noftri confiftant, Domino mediante, decernimus, ut ficut rempore beatæ recordationis domni & genitoris noftri excaltæ & honnratæ, atque rebus ampliatæ fuerunt, & quæ a noftta liberalitate honotatæ atque ditatæ funt, de cetero fub integritate fai ferventur: & facerdotes ac fervi Dei vigorem ecclefiafticum, & debita privilegia, juxta reverendam anctoritatem obtineant: & eifdem principalis poteftas, & inluftrium virorum ftrenuitas, fea reipablicæ adminiftratores, at fuam minifterium competenter exequi valeant, in omnibus rationabiliter & jufte concurrant, & filius nofter hæc fuprafcripta fimiliter Deo javante confervet.

RP. Primnm cspitulum, ficut Deo infpirante decreviftis, omnes coulaudamus & confervare volumas.

II.

Ue monafterium a nobis Compendio in honore fanctæ Dei genitricis Mariæ conftructum, a filio noftro & fidelibus noftris eo tenore qua cœpimus honoretur. & privileginm a domnn Papa & ab omuihus Epifcopis confirmatum, Imperiale etiam decretum, ab omnihus fidelibus pro Dei & noftrn umore benigniffime atque inviolabiliter confervetur, & a filio noftro firmetar.

RP. De fecnndo fimiliter refpondemus.

III.

Ut tales a vobis eligantar, exceptis illis quibus commendatum habemus, quorum fpeciali confilio & adjutorio in præfenti itinere atamur.

RP. De tertio vos, ficut melius Deo infpirante vidiftis, regni veftri defenfionem atque taitionem, & filii veftri cuftodiam, per fideles veftros, tam per Epifcopos, quam Abbates & Comites, difpofitam habetis, & neceffarium effe cognnfcimas. Ipfam difpofitionem nos difordinare non poffumas, nec debemus; & qualiter illam melins difponere poffimas, non fapimas.

IV.

Quomodo fecuri effe poffimas, quonfque Deo donante huc revertamar, a nullo regnum noftram inquietari poffe, quantum Deus vos adjuvare voluerit, & veftrum poffe extiterit. & quomodo nos de filio noftro, & de vobis fecuri effe poffimus, & vos de filio noftro fecuri effe poffitis, & ipfe de vobis, & ut vos ad invicem credere poffitis.

RP. De quarto, in quo fcriptam eft, quomodo vos de filin veftrn fecuri effe poffitis, refpondemas quia, Deo gratias, vos eundem filium veftrum & generaftis, & uutriftis, & fub nutrimento veftro Deus ad hanc ætatem illum perduxit: & nemn noftram illam amplius falvare poteft, vel debet, aut fapir, quam vos. & in veftro confilio & auxilio, ac difpofitione, illius falvatio & honor poft Deum & fanctos ejus confiftit. & qaaliter ad Dei voluntatem, & fanctæ Ecclefiæ & regni veftri utilitatem fecari de illo effe poffitis, in veftra difpofitione manet. Et de hoc quod ibi fcriptum eft, quomodo de nobis fecuri effe poffitis, qualiter afqaedum Deo donante huc revertamini, ut a nullo regnum veftram inqaietari poffit, qaantam Deus nos juvare voluerit, & noftrum poffe extiterit: Refpondemus, quia funt facramenta, quæ vobis fecimus, & eft profeffio quam vobis & clerici & laici in Carifiaco fecimus, & fubfcripfimus: & eft perdonatio, quam dominatio veftra nobis fidelibus veftris & perdonavit & fubfcripfit: & eft profeffio & facramentam, quæ in Gundulfi villa, pro novis caufis emergentibus ex morte Hlotharii, & miffatico domni Apoftolici Hadriani, & miffatico Hludouvici nepotis veftri, vobis fecimus. Eft etiam [b] profeffio, quam Remis, & de veftra fidelitate, & de veftri regni difpofitione ac defenfione, & de uxore veftra, & de filio veftro quem habetis, & fi Deus adhuc etiam alterum dederit, profeffi fuimus. Quæ omnia hactenus confervavimus, & confervamas, & adjuvante Deo ufque ad finem vitæ noftræ confervare volumus. unde pro certo nos veraciter credere poteftis. Si autem aliquis a præfatis facramentis vel profeffionibus deviavit, hoc fecundum rationem & auctoritatem atque confuetadinem emendet, & de cetero confervet. Si autem talis eft de veftris fidelibus, qui has profeffiones non fecit, fi neceffe fuerit faciat, & de cetero confervet. Fi-

---

a *Apud Carifiacum*) Poftrema hæc capitula Caroli Calvi, cum in Italiam, in qua obiit, iterum iter adornaret, regnumque Ludovico filio per abfentiam fuam adminiftrandam relinqueret. De hifce Hincmarus epift. 1. ad Ludovicum Balbum regem: *Et quando proxime in Carifiaco inde difpofuit, & nomina vobis defcripta dedit, quorum confilio & auxilio regni negotia difponeretis.* Aimoinus lib. v. cap. xxxv.

b *Profeffio quam Remis*) Quæ facramenta apud Carifiacum fuerint Tit. * xxvi. vidimus. profeffionem Epifcoporum, cum facramento laicorum apud Gundulfi villam, Tit. * xxxviii. De hac Remenfi profeffione, quod Capitulis noftris deeft, repercudum ab Hincmaro in epiftola fuprafcripta: *Vos fcitis quia pater vefter prius Remis de conftitutione veftra poft illum in regimine regni cum primoribus regni fui difpofuit. Ubi quantum recordor maxime omnes regni primores fuerunt, excepto venerabili abbate Hugone, & Bernardo Comite Arverno. nfe: & omnes fecundum difpofitionem patris veftri in veftra conftitutione confenferunt.*

* h: xxvi. * Hic alxv.

ANNO CHRISTI 877.

deles etiam vestri [a] post mortem fratris vestri ad vos venerunt. quale sacramentum vobis fecerunt vos scitis. Qui autem de illis illud sacramentum hactenus conservavit, de cetero conservet: & si aliquis ub illo sacramento deviavit, secundum rationem & auctoritatem utque consuetudinem hoc emendet, & deinceps conservet. De hoc quod ibidem scriptum est, quuliter nos securi de filio vestro esse possimus: respondemus, quia de filio vestro, quem per Dei grutiam, & vestrum dispositionem, futurum seniorem post vos habere volumas, nullam firmitatem aliam quærimus, nisi hoc quod vos in Capitulari vestro statuistis & decrevistis, nobis uuicuiqu in suo ordine & persona conservet. De hoc quod ibidem scriptum est, qualiter ipse de nobis securus esse possit, respondemus, quod & Remis respondimus, quia si Deus & vos illum in regni regimine sublimaveritis, & in parte denominatu illum designaveritis, sic ei fideles esse cupimus, sicut per rectum esse seniori debemus. De hoc quod ibi scriptum est, & nobis verbis dixistis, ut ad invicem nos credere possimus: verbis fideliter nos confirmuvimus, ut ud Dei volantatem, & vestram fidelitatem & honorem, & sanctæ Ecclesiæ ac regni vestri utilitutem, ac fidelium vestrorum salvamentum, Deo mediantu adunati simus, quantum unusquisque nostrum iu suo ordine & persona per Dei gratiam scire & posse habuerit, ur ad invicem nos credamus, & mutuo adjuvemas.

V.

Ut eu quæ per largitutis nostræ præcepta [b] dilectæ conjugi nostræ in proprium habere concessimus, filius noster ante nos confirmet: & ex omnibus, quæ illi jure beneficiario concessimus, sive concesserimus, si obirns noster evenerit, & illa nos supervixerit, quomodo securi famus, qnatinus illam & sau omnia filius noster, & fideles nostri condigno honore studeunt conservare.

RP. De quinto capitulo, in quo scriptum est de dilectæ conjugis vestræ dominæ nostræ honore & salvamento, & de conservutione esrum rerum quas illi dedistis, vel dederitis, & de confirmatione a filio vestro exinde faciendu: & filius vester ad hoc paratus est, fieat jubetis, & nos, quantum scierimus & potuerimus, ud hoc parati erimus.

VI.

De filiabus nostris, cum quo honore secundum Dei volantatem, & quali salvamento aut adjatorio consistere debeunt. Quod etiam parvulæ nostræ filiæ datum habemus, uut deinceps dederimus, cum quali securitate tenere possit. Et si Deus eam ud perfectam ætatem venire donaverit, in matris suæ sit potestate, & a nullo contra ipsius volnntatem vel marito tribuatur, vel sacrum ei velamen imponatur.

RP. Similiter & de filiabus vestris, & etiam de parvula filia vestru, sicut in capitulo vestro continetur, & filius vester paratus est conservare, & ad hoc conservundnm, quantum scierimus & potuerimus, udjutorium præstabimus.

VII.

[c] De ordinandis scaris, &, [d] si nepotes nostri, sui putris imitantes vestigiu, contru nos aut in itinere, aut postquam ud dispositum locum Deo duce venerimus, uliquid nobis mali aut regno nostro machinari voluerint, quomodo illis, Deo juvante, plenissime resistatur.

RP. De scaris ordinandis, & de adjutorio, si aliquis de nepotibus vestris, aut intervias, aut in Italia vobis aliquod impedimentum facere voluerit, in vestra dispositione erit, qui in isto regno remaneant, vel qui post vos in vestrum adjutorium pergant.

VIII.

Si antequam redeamus, uliqui [e] honores interim aperti fuerint, considerandum quid exinde ugatur.

RP. Si untequam juvante Domino revertamini, aliquis Archiepiscopus defunctus fuerit, vicinus Episcopus ipsius diœceseos cum Comite ipsam sedem prævideat, usque dum obitas ipsius Archiepiscopi ad vestram notitiam perveniat. Si aliquis Episcopus interim obierit, Archiepiscopus ipsi sedi visitatorem secundum sacros canones deputet, qai una cum Comite ipsam Ecclesiam ne prædetur custodiat, usque dum ipsius Episcopi obitus ad vestrum notitiam perveniat. Si Abbas, vel Abbatissa obierit, Episcopus, in cujus parrochia monasterium illud est, una cum Comitu illud Monasterium custodiat, usque dam vestra jussio inde fiat.

IX.

Si Comes obierit, cujus filius nobiscum sit, filius noster cum ceteris fidelibus nosteris ordinet, de his qui illi plus familiares & propinquiores fuerint, qai cum ministerialibus ipsius comitatus, & Episcopo, ipsum comitutum prævideat, usque dum nobis renuntierar. Si uutem filiam parvnlum habuerit, isdem cam ministerialibus ipsius comitutus, & Episcopo, in cujus parrochia consistit, eandem comitatum prævideat, donec ad nosteram notitiam perveniat. Si vero filium non habaerit, filius no-

a *Post mortem fratris vestri*) Ludovici Germaniæ regis, qui anno superiore decesserat. Hic cum in Galliam iterum hostili cum exercitu venisset anno, ut dictum est, DCCCLXXV. quo tempore Karolus Romam ad capessendum imperium contenderat, multos e Karoli regno partium suarum fautores habuerat, e quibus Comites etiam aliquot in Germaniam rediens abduxerat. qui postea videlicet illo mortuo ad Karoli fidem redierant.

b *Dilecta conjugi nostra*) Richildi Bosonis sorori, quam Karolus mortua Hirmintrude uxorem duxerat. Præceptum Karoli pro S. Dionysio: *quartum pro Hirmintrude olim conjuge nostra, quintum pro hac conjuge nostra Richilde.*

u *De ordinandis scaris*) Copiis militaribus. Aimoinus lib. v. cap. XXVII. *ordinatis scaris, quæ Karlomannum cum suis complicibus a regno propellerent.* Scaram Aimoinus idem cap. XXXVI. lib. v. interpretatus est turmam vel cuneum, Hincmarus epistola v. cap. II. aciem bellatorum. Karolus M. rex Fastradæ conjugi de victoria Avarica: *Retulit nobis, qualiter illa scara nostra, quas prius de Italia jussimus pergere partibus Avaria, perrexerunt infra fines ipsorum II. Kalendas Septembris, & inierunt pugnam cum eis*, &c. Scara Nortmannorum plenum exercitum præveniens apud Aimoinum lib. v. cap. XLII.

d *Si nepotes nostri*) Filii Ludovici Transrhenensis. quorum ex numero duos in priore Italica profectione infestos Karolus habuerat, Carolum, & Carolomannum, cum tertio Ludovico infeliciter superiore anno ad Rhenum pugnarat.

e *Honores aperti fuerint*) Einhardus epistola I. *Ut aliquam consolationem ei faciatis de beneficiis, quæ hic in nostra vicinia absoluta & aperta esse noscuntur.* Aperti honores, & aperta beneficia dicuntur, cum vacant. Aperta quoque feuda nos hodie in Gallia dicimus, quæ a defunctis derelicta, vel alio modo vacant, *fiefs ouverts.* Sic apertum altare in chartis Vindocinensis cœnobii: *Quoties altare illud apertum erit, solummodo centum solidos in ejus redemptionem dabunt.*

fter cum ceteris fidelibus noftris ordines, qui cum minifterialibus ipfius comitatus, & Epifcopo, ipfum comitatum prævideat, donec juffio noftra inde fiat. Et pro hoc nullus irafcatur, fi eundem comitatum alteri cui nobis placuerit dederimus, quam illi qui eum hactenus prævidit. Similiter & de vaffallis noftris faciendum eft. Et volumus, atque expreffe jubemus, ut tam Epifcopi, quam Abbates, & Comites, feu etiam ceteri fideles noftri, hominibus fuis fimiliter confervare ftudeant: & tam de Epifcopatibus, quam & de Abbatiis, vicinus Epifcopus & Comes prævideant, ne aliquis res ecclefiafticas vel facultates diripiat, & nullus ad eorum eleemofynam faciendam impediat. Quod fi præfumpferit, & fecundum leges humanas componat, & fecundum leges ecclefiafticas inde Ecclefiæ quam læfit fatisfaciat, & noftram harmifcaram fecundum modum culpæ, & ut nobis placuerit, fuftineat.

RP. Cetera capitula refponfione non egent, quoniam a veftra fapientia funt difpofita & diffinita.

X.

Si aliquis ex fidelibus noftris poft obitum noftrum, Dei & noftro amore compunctus, fæculo renuntiare voluerit, & filium, vel talem propinquum habuerit, qui reipublicæ prodeffe valeat, fuos honores prout melius voluerit [a] ei valeat placitare. Et fi in alode fuo quiete vivere voluerit, nullus ei aliquod impedimentum facere præfumat, neque aliud aliquid ab eo requiratur, nifi folummodo ut ad patriæ defenfionem pergat.

X I.

Si aliqua occafione filio noftro, aut fidelibus noftris, de noftro obitu nuntiatum fuerit, non facile credatur: fed conveniant fimul fideles noftri, & rationabiliter fecundum Dei voluntatem omnia a nobis ordinata difponant.

X I I.

Si nos in Dei, Sanctorumque ipfius fervitio mors præoccupaverit, Eleemofynarii noftri, fecundum quod illis commendatum habemus, de eleemofyna noftra decertent. & libri noftri, qui in thefauro noftro funt, ab illis, ficut difpofitum habemus, inter S. Dionyfium, & S. Mariam in Compendio, & filium noftrum difpertiantur. Id eft Hincmarus venerabilis Archiepifcopus, Franco Epifcopus, Odo Epifcopus, Gauzlinus Abba, Arnulfus Comes, Bernardus Comes, Chuonradus Comes, Adalelmus Comes. Similiter de his quæ ad eleemofynam conjugis noftræ pertinent, fi ipfa obierit, faciant. Quæ vero fuperfuerint, ab ipfis falventur ufque ad noftram, Deo dante, interrogationem.

X I I I.

Inveniendum qualem partem imperii, fi obitus nofter evenerit, fibi decernendam fperare filius nofter debeat: & fi Deus alterum filium nobis interim donare voluerit, quam ipfe habeat. Et fi aliquis ex nepotibus noftris ad hoc fe dignum exhibuerit, vel fi non fecerit, fecundum quod nobis tunc, & cui placuerit, cenfeatur.

X I V.

Ut filius nofter talem fe & taliter præparet, quatenus, cum, Deo juvante, reverfi fuerimus, Romam ire valeat, & ibi Dei & fanctorum Apoftolorum quandiu neceffe fuerit fervitium agere, & ibi, Deo adminiculante, in regem poffit coronari.

X V.

Qualiter & quo ordine filius nofter in hoc regno remaneat, & qui debeant effe, quorum auxilio utatur, [b] & viciffitudine cum eo fint. Videlicet ex Epifcopis affidue fint cum illo aut Ingilvvinus, aut Reinelmus, five Odo, feu Hildeboldus. Ex Abbatibus, fi alia neceffitas non evenerit, affidue fint cum eo Welpho, Gauzlinus, & Folco. Ex Comitibus vero, aut Tbeudericus, aut Balduinus, five Chuonradus, feu Adalelmus, alternatim cum illo confiftant, & quanto fæpius pro noftra utilitate potuerint, Bofo & Bernardus. Si verfus Mofam perrexerit, fint cum eo Franco Epifcopus, Joannes Epifcopus, Arnulfus Comes, Gislebertus, Letardus, Matfridus, Widricus, Gotbertus, Adalbertus, Ingelgerus, Rainerus, una cum prædictis. Si ultra Sequanam perrexerit, [c] Hugo Abba, Walcherus Epifcopus, Wala Epifcopus, Gislebertus Epifcopus, & ceteri noftri fideles illius partis, una cum prædictis. Sed & de aliis fidelibus noftris, fecundum quod in unaquaque parte regni neceffe fuerit.

X V I.

Si fubito evenerit in aliqua parte regni neceffitas, videtur nobis, ut quia, Deo gratias, filius nofter juvenis eft, non omnes fideles noftros æqualiter faciat laborare. Sed ficut nos jam, Deo juvante, fæpiffime fecimus, acceptis fecum ftrenuis viris ex fidelibus noftris, inimicis noftris infperate fuperveniat, & eos viriliter perterreat, & qui cum eo ire non potuerint, mittant cum eo electos viros, prout neceffitas fuerit.

X V I I.

Adalardus Comes palatii remaneat cum eo cum figillo. & fi ipfe pro aliqua neceffitate defue-

---

a *Ei valeat placitare*) Suo loco concedere. Traditio ixx. S. Galli: *Poft ejus presbyteri obitum, nepta illius eandem traditionem poffideat, & fi nepta illam traditionem fibi placitatam dimittere voluerit, tunc locum & prabendam habeat, quafi unus monachus, & traditionem præfatam fibique placitatam nobis dimittat.*

b *Et viciffitudine cum eo fint*) Karoli Magni inftituto, vel exemplo, de quo Synodus apud S. Macram anno dccclxxxi habita fic fcribit: *Karolus Magnus Imperator, ficut quidam noftrum ab illis audivit qui interfuerunt, nullo unquam tempore fine tribus de fapientioribus & eminentioribus confiliariis fuis effe patiebatur; fed viciffim per fucceffiones, ut ei poffibile foret, fecum habebat. Et ad capitium lecti fui tabulas cum graphio habebat: & quæ five in die, five in nocte, de utilitate fanctæ Ecclefiæ, & de profectu ac folidatate regni meditabatur, in eifdem tabulis adnotabat, & cum eifdem confiliariis, quos fecum habebat, inde tractabat. & quando ad placitum fuum veniebat, omnia fubtiliter tractata plenitudini confiliariorum fuorum monftrabat, & communi confilio illa ad effectum perducere procurabat.*

c *Hugo Abba*) Notus hoc cognomento apud hiftoricos fcriptores, & in epiftolis Joannis VIII. Fragmentum membranæ Floriacenfis: *Hugo per Gallias Abbatis honore præditus*. Abbatum fummus Lupo epiftola xxcviii. Regali profapia ortum Joannes idem Papa teftatur epiftola cccv. *Hugoni ftrenuo, nobili, regali profapia edito, atque excellentiffimo Abbati*. Propinquum fane fuum appellat Karolus in diplomate hoc anno Pontione dato pro Ecclefia S. Martini: *Hugo abbas, nofter fidelis, atque propinquus*. item Ludovicus in altero diplomate, quod Trecis anno fequenti conceffit eidem Ecclefiæ Turon. *Venerandus vir, nofter quoque propinquus, Hugo religiofus Abba bafilicæ eximii confefforis Chrifti S. Martini in fuburbio Turonicæ civitatis*. Ejus mortem notat Abbo lib. II. de obfidione Parifienfi: *Tempeftate fub hac Hugo princeps obit Abba*. id eft anno dccclxxxvii.

ANNO CHRISTI. 877.

a rit, Gerardus, five Fredricus, vel unus eorum qui [a] cum eo fcariti funt, caufas teneat, & vel una die in feptimana ipfe caufas teneat, & ubicumque fuerint, de pace prævideant.

X V I I I.

Comites quoque per fuos comitatus de raptoribus & malis hominibus prævideant, qualiter pax fiat, & malla teneant, & omnibus qui hoftem debent, denuntient ut parati fint, quatinus fi neceffitas fuerit, in Dei & noftrum fervitium pergere valeant. Et Miffi noftri, qui per omne regnum noftrum conftituti funt, miffaticum noftrum, prout eis opportunum fuerit, agere non negligant.

X I X.

Si werra in regno furrexerit, quam Comes per fe comprimere non poffit, filius nofter eam fidelibus noftris eam quantocius comprimere ftudeat, antequam malum in regno noftro accrefcere poffit.

X X.

Ut filius nofter cum fidelibus noftris in illa parte regni moretur, ubi major neceffitas fuerit. & nemo in villis noftris, vel in villis uxoris noftræ [b] manfionaticum accipiat. & nullus homines noftros five alios deprædari audeat. & eorum qui nobifcum vadunt, beneficia, & villæ fub [*] emunitate maneant. Quod fi aliquis præfumpferit, in triplo componat, ficut ille qui [c] in trufte dominico committit. Et qui in villas Epifcoporum, Abbatum, vel aliorum fidelium noftrorum, deprædationes fecerint, ficut in capitularibus anteceflorum noftrorum, & in noftro continetur, emendent.

* Baluz. immunitate

X X I.

Ut nemo defpiciat literas noftra auctoritate, aut filii noftri nomine fignatas, vel eorum quos in hoc regno cum illo dimittimus: neque inobediens fit quæ fibi mandata fuerint. Quod fi præfumpferit, ita multetur, ficut in Capitulari avi, & domni ac genitoris noftri continetur.

X X I I.

Monendum quoque, & hortandum, ut fidelium noftrorum, qui cum filio noftro remanferint, nullus in confilio tardus appareat: fed unusquifque, ut fibi melius vifum fuerit, loquatur, & poft omnium locutiones, quod melius vifum fuerit eligant.

ANNO CHRISTI. 876.

X X I I I.

d Qualiter [d] regnum, quod neceffitate Brittonibus quondam juramento confirmatum fuerat, quia de illis, quibus firmatum eft, nullus fuperftes eft, a fidelibus noftris recipiatur.

X X I V.

De regno Aquitanico.

X X V.

Ut poft nos, cum his quæ nobis ferenda funt pergat, primum Willebertus Epifcopus, deinde Arnoldus Epifcopus, & deinde Wala Epifcopus. Et ut filius nofter, & alii noftri fideles ad hoc ftudeant, ut nihil novi aut mali in hoc regno furgat, quod aut per equites, aut per curfores pedites non fciamus, quia de veftra profperitate, ficut de noftra, femper folliciti erimus. Et fi nepotes noftri, filii fratris noftri, fui patris imitantes exempla, poft nos pergere, & contra nos infurgere voluerint, non expectetur, ut commendemus fidelibus noftris, ut nobis occurrant: fed prout plenius potuerint, ftatim ut hoc cognofcere potuerint, nobis in adjutorium, quanto citius potuerint, veniant, & ad hoc omnes femper Warniti fint.

X X V I.

Ut caftellum de Compendio a nobis cœptum, pro noftro amore, & veftro honore, perficiatur in teftimonium dilectionis veftræ erga noftram benignitatem.

X X V I I.

De civitate Parifius, & de caftellis fuper Sequanam, & fuper Ligerim, ex utraque parte, qualiter & a quibus inftaurentur, fpecialiter etiam de caftello S. Dionyfii.

X X V I I I.

De Wlframno, & Gauzmaro, & Hadeberto artifice, ficuti ftatuimus, ita permaneant.

X X I X.

De monetis.

X X X.

Qualiter hoc perficiatur, & ad effectum perveniat, quod Normannis dari debet.

X X X I.

De honoribus Bofonis, Bernardi, & Widonis,

---

a *Cum eo fcariti funt*) Illi attributi, aut cum illo confociati. Fredegarius, feu quis alius auctor geftorum Pippini regis: *Rex Pippinus in quatuor partes Comites fcaritos, & leudes fuos ad perquirendum VVaifarium mifit.* Legitur vox eadem in Synodo Ticinenfi anni dccclv. fub finem: & in Capitulis Karoli M. non editis: *Ut medio menfe Augufti cum eofcaritis hominibus ad nos effe debeant.* Scariti homines in rabellica proprie dicuntur in fcaras confcripti & diftributi, aut fcaris inftructi. Hinc ad aliam fignificationem transferebant, ut hoc loco, ut fupra Tit. * xxix

* Hic xxxiv.

b *Manfionaticum accipiat*) Manfionis, five hofpitii jus & expenfas non requirat. quod onus declinari non poterat fine privilegio. Lib. II. cap. xvII. de legatis recipiendis: *In illis locis, ubi modo via & manfionatici a genitore noftro, & a nobis per capitulare ordinati funt.* Aimoinus lib. v. cap. xxxI. de itinere Karoli noftri: *Indeque per Attiniacum, & confuetos manfionaticos, Compendium adiit.* per folita diverforia.

c *In trufte dominico*) In trufte regis. Lex Ripuariorum cap. xI. *Si quis eum interfecerit qui in trufte regis eft, dc. folidis culpabilis judicetur.* quod lex Salica cap. xlIII. dixerat *in trufte dominica.* Truftis apud Marculfum eft fides, lib. I. Formula xvIII. *in manu noftra truftem & fidelitatem vifus eft conjuraffe.* Hoc loco truftis dominicus dici videtur qui fidem regi jurarit, atque in ejus tutela eft, quem antruftionem appellabant. Porro quæ in eos committuntur qui in trufte funt dominica, legibus Salicis triplo componuntur. Verbi gratia, fi quis hominem occiderat, folidis cc. damnabatur: fi eum qui in trufte erat dominica, folidis dc. Rurfum fi quis collecta manu hominem ingenuum in ipfius domo aggreffus occiderat, dc. folidis culpabilis judicabatur: fi eum qui in trufta dominica, triplo, id eft folidis m. dccc. damnabatur. Lege Salicæ Tit. xlIII. cap. I. & Iv. Tit. xlIv. cap. I. & II.

d *Regnum quod Brittonibus*) Hinc apparet, Karolum bellis Brittannicis fatigatum regis nomen & infignia Brittonibus aliquando conceffiffe. Quod quidem in vetere fcheda Monafterii S. Michaelis adnotatum reperi his verbis: *Salomon ad obfidionem Andegavenfem in auxilium Karolo venit. Hujus rei gratia Karolus Salamoni regi Brittonum habere permifit circulum aureum, & purpuram, & Archiepifcopalem fedem, & proprium numifma, & infuper omnia regi convenientia. & non folum illi, verum etiam fucceforibus fuis deinceps habenda permifit.* Sed parum exactæ fidei hæc narratio. Nam ut omittam, quod hæc multo ante obfidionem Andegavenfem gefta videantur, ex hoc loco patet regis nomen a Karolo non omnibus deinceps Salomonis fuccefforibus, fed iis duntaxat conceffum fuiffe, qui fuperftites tunc erant, & de quibus inter ipfos conventum. Quare illis nunc fublatis dari jubet operam, ut eo nomine in pofterum abftineat quod factum eft. Qui enim poft Salomonem rerum in Britannia potiti funt non reges, fed duces appellati funt.

ANNO CHRISTI. 877.

& aliorum illarum partium. & [a] de cappis, & aliis negotiatoribus, videlicet ut Judæi dent decimam, & negotiarores Christiani uodecimum.

a XXXII.

In quibus ex nostris palatiis filius noster, si
b necessiras non fuerit, morari, vel [b] in quibus forestibus venationem exercere non debeat. Carisiacus penitus cum forestibus excipitur. Silvacus cum toto Laudunensi similiter. [c] Com-
c pendium cum Causia similiter. [d] Salmoneiacus
d similiter. [e] In Odreia villa porcos non acci-
e piat: & non ibi caciet nisi in traoseundo. In Attiniaco parum caciet. In Verno porcos acci-
A piat tantum. Arducona penitus excipitur, nisi in transeundo. & villæ ad servitium nostrum similiter. Io Ligurio porcos & feraminu uccipiat. Aristallium cum foreste peoitus excipitur. Io Lens, & Wara, & Astenido, & feramina, & porcos capere potest. In Rugitusit, in Scadebolt, io Launif, tantummodo io transitu, & sicut minus potest. In Crisiaco similiter. In Lisga porcos tantum uccipiat.

ANNO CHRISTI. 877.

XXXIII.

Ut Adelelmus de forestibus diligentes sciat, quot porci & feramina in unuquaque a filio nostro caciutu fuerint.

XVI. KALEND. PREDICTI MENSIS,

postquam domnus Imperator Karolus adnuntiavit generaliter in populum de suo itinere Romam; & quia ordinatum babebat, qualiter filius suus in regno isto consistat, & quorum in specialibus & generalibus causis utatur consilio, & adjuvetur auxilio: & quia ordinatum habebat, quomodo Nortmanni de isto regno expellantur, & postea defendantur: & si vuerra de quacumque parte in isto regno surrexerit, comprimatur, vel defendatur: & quia de generalibus & specialibus causis generalia & specialia capitula habebat dispofita, quæ filio suo & fidelibus suis, qui in isto regno remanebant, data babebat, & secum portabat: dixit, quia de ipsis capitu-
f *lis quædam [f] capitula excerpta habebat, quæ in illorum omnium notitiam recitari*
g *volebat. Et tunc jussit [g] Gauzlenum Cancellarium, ut hæc sequentia capitula in populum recitaret.*

HÆC CAPITULA FECIT DOMNUS KAROLUS IMPERATOR & adnuntiari jussit novissime apud Carisiacum.

CAPIT. I.

DE bonore & cultu Dei, atque sanctarum Ecclesiarum, quæ auctore Deo sub ditione & tuitione regiminis nostri consistunt, Domino mediante, decernimus, ut sicut tempore beatæ recordutionis domni & genitoris nostri exaltæ & bonorutæ, atque rebus ampliatæ fuerunt, & quæ a nostru liberalitate bonoratæ atque ditatæ sunt, de cetero sub integritate sui serventur: & sacerdotes atque servi Dei vigorem ecclesiasticum, & debita privilegiu, juxtu reverendam auctoritatem obtineant: &
B eisdem principulis potestas, & illustrium virorum strenuitas, seu reipublicæ administrarores, ut suum ministerium competenter exequi valeant, in omnibus rationabiliter, & juste concurrant. Et filius noster hæc supradicta simul, Deo juvante, conservet.

II.

Ut omnes nostri fideles veraciter sint de nobis securi, quia quantum potuerimus, & juste, & rationabiliter fecerimus, unumquemque secundum sui ordinis dignitatem & personam honorare & salvare, & honoratum uc salvatum

---

a *De cappis*) Quosnam hic negotiatores cappos vocet incertum. In vita Ludovici anno dcccxiii. Gerrici fit mentio Capis prælati. Sed aliud Cappi videntur, aliud Capi. Quin & Capos etiam eo sæculo dixeruot aves prædatorias. ut Theodulfos in carmine de pugna avium, & in altero ad Karolom regem.

Colla superba teras, amoes ut turba Caporum,
Anserem utaccipiter, colla superba teras.

b *In quibus forestibus*) Silvis. Frotarius in epistolis: *Interfeci in vestris forestibus lupos* ccxl. *interfeci dico, quia me jubente & ingeniante capti fuerunt*. Einhardus Popponi Comiti epist. vii. *Convicti de quodam furto, quod commiserunt furando feramina in foreste dominica*. Karolus M. in Capitulis ex triplici lege cap. xviii. *de forestis, ut forestarii bene illas defendant, simul custodiant bestias & pisces, & si rex initus foreste feramen unum aut magis dederit, amplius ne prendat, quam illi datum est*. Manet integrum in vernacula nostra vocabulum. Nec solum silvas forestes dicimus, sed caciare, venationem exercere.

c *Compendium cum Causia*) Quæ aliis Cotia silva. Gregorius Turon. lib. v. cap. xxi. de morte Clotarii regis: *Dum in Cotia silva venationem exerceret, a febre corripitur, & exinde Compendium villam rediit*. Aimoinus de Karolo nostro lib v. cap. xxv. *Per Carisiacum Compendium veniens, autumni venationem in Cotia saltu exercuit*.

d *Salmonciacus*) Locus insignis obitu Karlomanni regis fratris Karoli M. Annales Pithœani anno dcclxxi. *Karlomanus rex decessit* ii. *Nonas Decembris in villa Salmunziaca*. Extant regis utriusque diplomata Salmontiaco palatio data. Placitum etiam ibidem a Karolo Calvo Imp. celebratum anno dccclxxvi. auctor est Aimoinus lib. v. cap. xxxiv. [*] In Diœcesi Remensi, parrochia Laudunensi, ut Hincmarus ad Nicolaum Papam. *[*] addit. manu Sirmondi.*

e *In Odreia villa*) Audriacam puto, inter Ambianos & Atrebates. Aimoinus lib. v. cap. xxxi. de Karolo Calvo, quem Ambianos pervenisse scripserat: *Indeque apud Audriacam villam, ac circum circa venationem exercens ad Monasterium S. Vedasti pervenit*. Einhardus epist. lii. *Et quando de Audriaca villa ad Compendium reversus fuerit*.

f *Capitula excerpta*) De his Tit. i. Ludovici regis. & Hincmarus epistola i. cap. vii. *qualiter illa capitula, quæ pater vester proxime in Carisiaco adnuntiavit, ad effectum pervenire possint*.

g *Gauzlenum Cancellarium*) Karoli Calvi duo tantum in diuturno ejus regno summi fuere Cancellarii, Ludovicus S. Dionysii Abbas, de quo dictum est superius, & post hunc Gauzlenus abbas SS. Vincentii & Germani, qui sub Ludovico etiam filio eodem functus magistratu, Episcopatum adeptus est Parisiensem.

ANNO CHRISTI. 877.

A conservsre volumus. Et unicuique eorum in suo ordine, secundum sibi competentes leges, tsm ecclesiasticas quam mundsnas, rectam rationem & justitiam conservabimus: & nullum fidelium nostrorum contra legem vel justitiam, aut suctoritatem & justam rationem, aut dsmnsbimus, sut debonorabimus, aut opprimemus, vel indebitis mschinationibus affligemus: & legem, ut prædiximus, unicuique competentem, sicut sutecessores sui tempore antecessorum nostrorum habuerunt, in omui diguitsre & ordine nos, sdjuvante Domino, servsturos perdonamus. Illis videlicet, qui nobis fideles & obedientes, atque adjutores & conperstores, juxta fuum ministerinm & personam, consilio & auxilio, secundum suum scire & posse, & secundum Deum, ac secundum sæculum fuerint, sicut per rectum unnsquisque in suo ordine & statu Imperatori suo, & suo seniori esse debet. Et Capitula, quæ avus, & pster noster, pro statu & munimine sanctæ Dei Ecclesiæ, & ministrorum ejus, & pro psce ac justitia populi, ac quiete regni constituerunt, & quæ nos cum frstribus nostris regibus, & nostris, & eorum fidelibss communiter constituimus: sed & quæ nos consilio & consensu Episcoporam, ac ceterorum Dei & nostrorum fidelium, pro suprascriptis caussis in diversis placitis nostris conservsnda statuimus, & msnere inconvulsa decernimus, similiter & a filio nostro inconvulsa conservari volumus & msndamus.

III.

Si Comes de isto regno obierit, cujus filius nobisenm sit, filius noster cum ceteris fidelibus nostris ordinet, de his qui eidem Comiti plus familiares propinquiores fuerunt, qui cum ministerialibus ipsius comitatus, & cum Episcopo, in cujue parrochia fuerit ipse comitstss, ipsum comitatum prævideant, usque dsm nobis renuntietur, ut filium illius qui nobiscum erit, de honoribus illius honoremus. Si autem filium parvulum habuerit, isdem filiue ejus, cum ministerialibue ipsius comitatus, & cum Episcopo in cujue parrochia consistit, eundem comitatum prævideant, donec obitus præfati Comitie ad notitiam nostram perveniat, & ipse filiue ejus per nostram concessionem de illiue honoribus honoretur. Si vero filium non habuerit, filiue noster cum ceteris fidelibus nostrie ordinet, qui cum ministerialibus ipsius comitatue, & cum Episcopo proprio, ipsum comitatum prævideat, donec jussio nostra inde fiat. Et pro hoc ille non irascatur, qui illum comitatum præviderit, si eundem comitatum alteri cui nobis placuerit dederimue, quam illi qui eum eatenus prævidit. Similiter & de vassallis nostris faciendum est. B Et volumue atque præcipimus, Ut tam Episcopi quam Abbates, & Comites, seu etiam ceteri fideles nostri, hoc erga homines suos studesnt conservare.

IV.

Volumus etiam, & expresse præcipimus, quod si aliquis Episcopue, vel Abbas, sut Abbatissa, vel Comes, aut vassallus noster obierit, nullus res ecclesiasticas sut facultates diripiat, vel Comitis, aut vassalli nostri, aut alicujus defuncti res aut facultates invadere, vel usurpare præsumat, vel uxoribus defunctorum laicorum, ac filiis quamcumque violentiam inferat, & nullue ad illorum eleemosynam faciendam, C eleemosynarios eorum impediat. Quod si aliquis præsumpserit, & secundum leges mundanas hoc cum bsnno nostro componat, & secundum leges ecclesiasticas inde Ecclesiæ, qusm læsit, satisfaciat. Insuper nostram harmiscaram, secundum modum culpæ, & ut nobis placuerit, sustineat.

Post hæc lecta capitula, dedit omnibus licentiam cum Dei gratia & sua redeundi ad propria, exceptis his quos specialiter pro specialibus causis considerandis, vel [a] *pro dona liberanda secum aliquantis diebus manere præcepit.* e

---

a *Pro dona liberanda*) Karolus Magnus in Capitulir non editis: *Ut quicunque in dona regia caballos præsentaverit in unumquemque suum nomen scriptum habeat.* & Frotarius Hugoni Drogonis fratri: *Ad horum itinerum incommoda, seu ad dona regalia quæ ad palatium dirigimus, pene quicquid ex optimis equis habuimus distribuere compulsi sumus.* Liberare hoc loco est dare, quod aliis deliberare, *deliver*. Donam ergo regiam, & dona regalia intelligunt, quæ regi quotannis offerri consueverant: unde annua vel annualia dicebantur. Chronicum S. Arnulfi in gestis Ludovici Pii anno DCCCXXIX. *VVormatiam venit, ibique habito generali conventu, oblata sibi annua dona solemni more suscepit.* eodemque modo anno DCCCXXXII. Aureliamis, anno DCCCXXXV. & duobus seqq. Stramiaci, Wormatiæ iterum, & ad Theodonis villam, annualia hæc dona ab eodem recepta notat. Anno etiam DCCCXXXIII. cum imperio exutus esset Ludovicus: *condictum placitum Kalendis Octobris Lotharius in Compendio habuit: ibique Episcopi, Abbates, Comites, & universus populus convenientes, dona annualia ei præsentaverunt, fidelitatemque promiserunt.* De donis Karolo Calvo apud Duziacum oblatis anno DCCCLXXIV. Aimoinus lib. V. cap. XXXI. [*] De placito donorum causa haberi solito Hincmarus epist. III. cap. XIX. [*] *addit. manu Sirmondi.*

FINIS CAPITULORUM CAROLI CALVI.

LUDOVICI II. FRANCORUM REGIS CAROLI CALVI F. CAPITULA.

*TITULUS PRIMUS.

Quando Compendii coronatus est.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXVII. *in Compendio palatio, hæc quæ sequuntur* [a] *ab Episcopis petita sunt apud Hludouvicum regem, & ab eo promissa Episcopis.*

Petitio Episcoporum.

A Vobis perdonari nobis petimus, ut unicuique de nobis, & Ecclesiis nobis commissis, secundum primum capitulum, quod novissime in Carisiaco domnus Imperator pater vester a se & a vobis servaturum, consentientibus fidelibus illius ac vestris, atque [b] Apostolicæ sedis Legatis, legente Gauzleno denuntiavit, canonicum privilegium, & debitam legem atque justitiam conserveris, & defensionem exhibeatis, sicut rex in suo regno unicuique Episcopo, & Ecclesiæ sibi commissæ per rectum exhibere debet.

Promissio Regis.

Promitto & perdono vobis, quia unicuique de vobis, & Ecclesiis vobis commissis, secundum primum capitulum, quod novissime in Carisiaco domnus Imperator pater meus a se, & a me servaturum, consentientibus fidelibus illius ac nostris, atque Apostolicæ sedis Legatis, legente Gauzleno denuntiavit, canonicam privilegium, & debitam legem atque justitiam conservabo, & defensionem, quantum potuero, adjuvante Domino exhibebo, sicut rex in suo regno unicuique Episcopo & Ecclesiæ sibi commissæ per rectum exhibere debet.

A * *Hoc est capitulum quod hic commemoratur.* *Reliqua hujus Tit. ex edit. Baluz.

De honore quoque & cultu &c. *ut supra pag.* 227. *&* 235.

Commendatio Ansegisi Episcopi & aliorum Episcoporum qui adfuerunt apud Compendium quando benedixerunt Hludouvicum filium Karoli Imperatoris.

Me ac Ecclesiam mihi commissam vobis commendo ad debitam legem & justitiam conservandam & defensionem exhibendam, sicut Rex Episcopos Ecclesiæ suæ justo judicio conservare & exhibere debet.

B

Professio ipsorum.

Ego ille ipse sic profiteor, de ista die & deinceps isti seniori & Regi meo Hludouvico Karoli & Hermintrudis filio, secundum meum scire & posse & meum ministerium, auxilio & consilio fidelis & adjutor ero, sicut Episcopus recte seniori suo debitor est, in mea fide & meo sacerdotio.

C *Ad suprascriptam vero Episcoporum petitionem hæc quæ sequuntur Rex Hludouvicus professus est Episcopis, & istam ipsam perdonationis scripturam manu sua eis dedit in Compendio* II. *Kalendas Decembris.*

---

[a] *Ab Episcopis petita*) In actis coronationis, quæ infra subjicientur, priore loco posita est hæc Episcoporum postulatio, cum promissione regis. quare ad illam pertinere certum est. Hæc vero prior fuit Ludovici regis inauguratio, cum ab Hincmaro Archiepiscopo apud Compendium post Karoli patris mortem hoc anno consecratus & coronatus est VI. Idus Decembris. nam iterum postea sequenti anno a Joanne Papa in Gallia, cum ad Synodum Tricassinam venisset imp. coronatus est VII. Idus Septembris. De utraque coronatione Aimoinus lib. V. cap. XXXVI. & XXXVII.

Sunt autem, qui Ludovicum ab Joanne coronam hoc loco non regni, sed imperii, inscepisse putent. Inde cum Ludovicum Balbum inter Imperatores plerique numerant tum exteri, tum nostri etiam scriptores. Quod mirum certe mihi, falsumque semper visum est, cum Joannes ipse Papa in epistola XLVII. & in aliis quas ad Ludovicum postea scripsit, ipsum regem non Imperatorem vocet: in epistola LXXI. ad Ludovicum & Carlomannum Ludovici Balbi filios, Caroli calvi nepotes, Carolo eorum avo Imperatoris nomen tribuat, Ludovico patri nomen regis, Imperatorem haud dubie appellaturus, si Imperator fuisset: eodemque modo Hincmarus in epistolis, quarum meminit Flodoardus lib. III. cap. XIX. fratres istos reges Ludovici regis, non Imperatoris, filios nominet. Qui quod Ludovici ipsius Balbi, ut alia omittam diploma exstat pro Ecclesia Nivecoensi, IV. Idus Septembres, hoc est triduo post coronationem istam Trecis datam, in quo non aliam se quam regem vocat his verbis, *Ludovicus Misericordia Dei Rex?* Rex ergo fuit, non Imperator: Imperatoris vero titulum, antiquis ignotum, alii postea temere adfinxerunt. Pr Tom. 3. Concil. Gall. p. 682.

[b] *Apostolicæ sedis Legatis*) Horum in Carisiacensi conventu Tit. * XLIII. nulla facta est mentio. sed ex Aimoini verbis lib. V. cap. XXIV. facile intelligimus hos fuisse Petrum Episcopum Forosemproniensem, & Petrum item Episcopum Senogalliæ, qui a Joanne Papa missi ad Karolum venerant, ut illum in Urbem ad tuendam a paganorum infestatione Romanam Ecclesiam pellicerent. * Hic LII.

Tre-

ANNO CHRISTI. 877.

Promissio Hludovvici Regis.

Ego Hludouvicus misericordia Domini Dei nostri, & electione populi Rex constitutus promitto, teste Ecclesia Dei, omnibus ordinibus, Episcoporum videlicet, Sacerdotum, Canonicorum, Monachorum, atque Sanctimonialium, regulas a patribus conscriptas & apostolicis attestationibus roboratas ex hoc ad futurum tem- A pus me illis ex integrum servaturum. Polliceor etiam me servaturum leges & statuta populo qui mihi ad regendum misericordia Dei committitur, per commune consilium fidelium nostrorum, secundum quod prædecessores mei Imperatores & Reges gestis inseruerunt, & omnino inviolabiliter tenenda & observanda decreverunt. Ego igitur Hludouvicus rectitudinis & justitiæ amore hanc sponraneam promissionem meam relegens manu propria firmavi.

ANNO CHRISTI. 878.

TITULUS II.

Synodi Tricassinæ.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXXVIII. *Indictione* XII. *mense Augusto, lecta sunt* a *in Synodo Tricassina hæc quæ sequuntur capitula, statuta a domno Joanne summo Pontifice Romano: quæ sancta Synodus recepit & confirmavit.*

CAPIT. I.

UT Episcopi cum omni reverentia a cunctis mundi potestatibus debite honorentur, utque coram eis sedere nullatenus audeant, nisi illis præcipientibus. Et res ecclesiasticæ a laicis & popularibus, præter Præsulum earum conscientiam, nullo modo contingantur. Quod si post hanc nostram definitionem quis tentaverit, prius communione Ecclesiæ repulsus, si non resipuerit, anathematis vinculo innodetur.

I I.

Ecclesiarum sanctarum possessiones, id est monasteria, mansa, cortes, villas, patrimonia, omniaque quæ jurisdictionibus earumdem conveniunt, nullus supperere a Romano seu reliquis Pontificibus præsumat, nisi personæ quas canonica sancit auctoritas, ut est illud primo anno ordinationis nostræ apud B. Petrum Apostolum constitutum.

I I I.

b Ut illa capitula, quæ anno præcedente b apud Ravennam statuimus synodali collegio, inconvulsa ab omnibus observentur.

I V.

Ut Episcopi nullomodo consfatrum consacerdotumque suorum parvipendere audeant vexationes, Ecclesiarumque pressuras: sed unanimiter cuncti baculo pastorali, & Apostolica auctoritate succincti, in prælio pro domo Israel, id est Christi Ecclesia, stare communiter non prætermittant.

V.

Ut expulsi laici, vel quilibet de clero, pro quibusdam facinoribus a propriis Episcopis, ab aliis juxta canonum statuta non suscipiantur: ut igne pœnitudinis decocti, misericordiam Domini, prout potuerint, lacrymis fletibusque sibimet ante mortis obitum adquirant.

V I.

Nemo alterius liberum hominem, sicut jam A in alia Synodo constituimus, recolligere præsumat sine illis causis, quas leges mundanæ præcipiunt. Si quis deinceps contra hæc nostra statuta tentaverit, sciat se ab omni ordine Ecclesiastico esse privandum.

V I I.

Confratrum, Coepiscoporumque accusationes fieri occulte omnimodo prohibemus: quia sæpe contingit ut innocentes a malis hujusmodi condemnentur. Sed si accusatio super persona cujuslibet Episcopi dicitur, canonice sancitus in publicum prætendatur. quoniam scriptum est: B *Cecidit de cælo accusator fratrum, qui accusabat eos ante conspectum agni*. & iterum: *Qui odit fratrem suum homicida est*. &, *qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere?* His & talibus documentis instructi, Si quis contra hoc Dei decretum tentaverit Episcopus, presbyter, & diaconus, proprio honore privetur: laicus vero cujuslibet dignitatis, omni Christiana careat dignitate: & nisi utrique resipuerint, anathematis vinculo innodentur. Apoc. 12. 10. 1. Joan. 3. 15. & 20.

SUBSCRIPTIONES.

C Joannes Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ primæ sedis Episcopus, huic decreto a nobis promulgato subscripsi.
Walbertus Portuensis Episcopus.
Petrus Forosempronii Episcopus.
Pascasius * Amerinus Episcopus. * addit. margo Sirmondi.
Hincmarus Remorum metropolis Episcopus.
Ansegisus Sennensis Archiepiscopus.
Aurelianus Lugdunensis Archiepiscopus.
Sigebodus Narbonensis Archiepiscopus.
Rostagnus Arelatensis Archiepiscopus.
Adalardus Turonensis Archiepiscopus.
Teudericus Vesontionensis Archiepiscopus.
Ottramnus Viennensis Archiepiscopus.

a *In Synodo Tricassina*) Synodi hujus acta, vel actorum potius breviculum, quinque sessionibus distinctum suppeditavit nobis Bibliotheca S. Mariæ Virdunensis, in quo quid per singulas actiones actum sit summatim exponitur. Huic * edendo alius erit locus. Nunc quod instituti ratio postulabat, solos canones, seu capitula hoc loco exhibuimus, adjectis ex alio codice subscriptionibus, quæ in Laudunensi deerant, quem in Capitulis secuti sumus. (* edit. Tom. 3. Concil. Gall. p. 473.)

b *Apud Ravennam*) Indicta primum fuerat a Joanne Papa Synodus Ravennæ in diem VIII. Kalendas Julias, ut constat ex ejus epistola LVII. ad Joannem Episcopum Ravennatem, postea ut epistola IIX. docet, dilata est in XII. Kalendas Augustas ejusdem anni DCCCLXXVII. Indictione X.

ANNO CHRISTI. 878.

Isaac Lingoneosis Episcopus.
Gerboldus Cabillonensis Episcopus.
Agilmarus Arvernensis Episcopus.
Bernerus Gratianopolitanus Episcopus.
Abbo Nervernensis Episcopus.
Oetulfus Augustæ Tricorum Episcopus.
Gislebertus Carnotensis Episcopus.
Walefridus Uceciensis Episcopus.
Hildeboldus Suessionensis Episcopus.
Teutherus * Gerundensis Episcopus. (* Baluz. Teutharius.)
Ingelvninus Purisiorum Episcopus.
Edenulfus Laudunensis Episcopus.
Adebertus Silvanectensis Episcopus.
Berno Catalauoorum Episcopus.
Maricus Biterrensis Episcopus.
Ecfridus Pictavensis Episcopus.
Item Abbo Magalonensis Episcopus.
Frodoinus Barcilonensis Episcopus.
Arnuldus Tullensis Episcopus.

(*Reliqua Tit. buunt ex Tomo 3. Concil. Gall. tum ex Baluz. editione Capitul.)

* JOHANNIS VIII. PAPÆ ADLOCUTIO ad Regem sub finem synodi.

Vos, carissime fili Hludouvice gloriose Rex, precor in defensionem, liberationem, atque exaltationem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicut prædecessores vestri fecerunt, & vobis sub attestatione facere maoduverunt, sioe procrastinatiooe & ulla dilatione succurrite: quia ministri Dei estis, vindices in ira in his qui male agunt, & non sine causu gladium portatis; ne forte, quod absit, illa vos unt regnum vestrum culpu contegat, quæ quosdam veteres Reges inimicis & infidelibus Dei quondum parcentes damnabiliter strinxit. Vel si ulind placet, præsentaliter in isto loco date, per Deum & beatum Petrum vos conjuro, sine mora respoosum.

CONFIRMATIO LEGIS KAROLI de compositiooe sacrilegii, edita coram Hludouvico Rege & Episcopis LIII. in Concilio Tricassino, & eorum auctoritate juncta Gothicæ legi.

(Ivo p. 3. c. 98.) Joanoes Episcopus servus servorum Dei omoi- A hus Episcopis per Narbooeosem atque Hispanicas provincias consistentibus, abbatibus, presbyteris, cunctisque simul ordioibus divino miolsterio mancipatis, necnon Comitibus, Vicecomitibus, Vicariis, Centenariis, Judicibus, & omnibus in potestatibus constitutis io Hispania & Gothiu provinciis degeotibus, omnique populo occidentali catholico, salatem & apostolicam benedictionem. Auctore omnipotente Deo mediante, incarnatioois Domini nostri Jesu Christi unno DCCCLXXVIII. Indictione XI. XV. Kalendas Septembris, Domno videlicet Hludonvico Serenissimo regnante anno primo, actum est a nobis apud urbem Trecas pro statu Sanctæ Dei Ecclesiæ Syoodale Concilium: ubi sedentibus oobis in corona, venit ante B præsentiam nostram filius ooster Sigebodus primæ sedis Narbonensis Episcopus cum suis suffraganeis Episcopis, & detulit oobis librum Gothicæ legis, ubi oihil habebatur de sacrilegiis; & in eisdem legibus scriptum erat, ut causæ quas illæ leges oon habeot, oon audireotur a judicibus illius patriæ. atque ita jus sanctæ Ecclesiæ suffocabatur ab incolis Galliæ & Hispaniæ provinciis. Uode oostra Serenitas cum præscriptis Episcopis, inspectis legibus Romanis, ubi habebatur de sacrilegiis, invenimus ibi a Justiniano Imperatore legem compositionis sacrilegii constitutam, scilicet in quioque libras auri optimi. Sed nos leniorem legem C præcipimus esse tenendam quæ a Karolo est constituta pio principe de compositione sacrilegii, videlicet in triginta libras examinati argenti, id est, sexcentorum solidorum argenti purissimi. * ideoque quisquis inventus fuerit reus sacrilegii, istam leviorem compositionem emendet ipsis Episcopis vel Abbatibus sive personis ad quas sacrilegii querimonia juste pertiouerit. (* 17. q. 4. c. 21. quisquis inventus.) Et si ipse reus sacrilegii facere noluerit, tandiu excommunicationi subjaceat, usquequo prædictam compositionem sexcentorum solidorum persolvat. Et si in hac obstinatione mortuus fuerit, corpus ejus cum psalmis & hymnis non deferatur ad sepulturam. Et præcipimus ut io fine codicis legis mundanæ scribatur hæc lex.

ANNO CHRISTI. 878.

TITULUS III.

Conventus Furonensis.

(a b *vel Atrebat. 878. Indict. XI.)

CONVENTIO QUÆ INTER GLORIOSOS REGES, Hludouvicum filium Karoli Imperatoris, itemque Hludouvicum filium Hludouvici regis, in loco qui vocatur [a] *Furonis, Kal. Novembris, ipsis & communibus fidelibus ipsorum faventibus & consentientibus facta est* [b] *anno Incarnationis Dominicæ* * DCCCLXXIX. *Indictione* XII.

Sicut inter patrem meum Karolum, & patrem vestrum Hludouvicum, regoum Hlotharii divisum fuit, volumus ut ita consistat. Et si aliquis nostrotum fidelium de regoo paris sui ex hoc aliquid pueprisum habet, jussu nostro illud D dimittat.

De regno vero, quod Hludouvicus Imperator Italiæ hubuit, quia oecdum ex illo uliqua divisio facta est, quicumque modo illud tenet, ita teneat: donec Domino volente iterum simul

a *Furonis*) Annales Pithœani DCCCLXXVIII. *Rex Hludouvicus ad Aquas in mense Octobri perrexit, & cum æquivoco suo Karoli filio haud procul inde colloquium habuit*. Aimoinus apud Marsnam convenisse narrat lib. V. cap. XXXVIII. Quare Furonos in illo tractu fuisse oportet.

b *Anno Incarnationis* DCCCLXXIX.) Aut annos revera computat non a Natali Christi, sed ab Incarnatione, contra quam in ceteris solet, aut scribendum DCCCLXXVIII. Hunc enim annum vulgaris æræ Dionysianæ designat Indictio XII. Deinde absurdum sit Ludovicum dicere conventum hunc Kalendis Novembris anni DCCCLXXIX. celebrasse, cum ad Kalendas illas non pervenerit. Septimo enim ante mense mortuus est, IV. Idus Apriles, ut Aimoinus refert lib. V. cap. XXXIX. * & annales incerti auctoris. (* addit manu Sirmondi.)

ANNO CHRISTI. 879.

venientes cum communibus fidelibus nostris, invéniamus & definiamus quod ex hoc melius & justius visum fuerit.

De regno autem Italiæ, quia modo nulla ratio esse potest, omnes sciant quia partem nostram de illo regno & requisivimus & requirimus, & Domino auxiliante requiremus.

ISTA SEQUENTI DIE STATUTA SUNT.

CAPIT. I.

Ut quia firmitas amicitiæ & conjunctionis nostræ modo, quibusdam præpedientibus causis, esse non potuit, usque ad illud placitum, quo simul ut conveniamus statutum habemus, talis amicitia inter nos maneat, Domino auxiliante, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, ut nemo suo pari vitam, regnum, aut fideles suos, vel aliquid quod ad salutem sive prosperitatem ac honorem regni pertinet, discupiat aut forconsiliet.

I V.

Ut si in cujuscumque nostrum regno pagani sive pseudochristiani insurrexerint, unusquisque veraciter suum parem, ubicumque necessitas illi fuerit, & ipse rationabiliter potuerit, aut per semetipsum, aut per suos fideles, & consilio & auxilio, prout melius potuerit, adjuvet.

I I I.

a Ut si ego vobis superstes fuero, filium vestrum [a] Hludouvicum adhuc parvulum, & alios filios vestros, quos vobis Dominus donaverit, ut regnum paternum hæreditario jure quiete tenere possint, & consilio & auxilio, prout melius potuero, adjuvabo. Si autem vos mihi superstites fueritis, filios meos [b] Hludouvicum & Karlomannum, & alios quos divina pietas mihi donare voluerit, ut regnum paternum quiete tenere possint, similiter & consilio & auxilio, prout melius potueritis, adjuvetis.

I V.

Ut si aliqui susurrones & detractores, & qui paci nostræ invident, & quietum regnum esse non patiuntur, inter nos lites & contentiones, & discordias seminare voluerint, nullus nostrum hoc recipiat, aut libenter acceptet. Nisi forte hoc ad rationem coram nobis utrisque, & communibus fidelibus nostris perducere voluerit. Si vero hoc noluerit, cum nullo nostrum aliquam societatem habeat: sed omnes illum, sicut mendacem & falsarium, & inter fratres volentem seminare discordias, communiter a nobis abjiciamus, ne de cetero quisque talia mendacia auribus nostris inferre audeat.

V.

Ut communiter, prout citius potuerimus, Missos nostros ad Karlomannum & Karolum gloriosos reges dirigamus, qui eos ad placitum, quod VIII. Idus Februarii statutum habemus, invitent, & ut nullatenus venire differant, obsecrent. Et si secundum quod optamus venire voluerint, communiter nos ad Dei voluntatem, & sanctæ Ecclesiæ salvationem, ac communem honorem nostrum, & profectum ac salvamentum totius populi Christiani nobis commissi, Domino cooperante, ita conjungamur, ut de cetero in eo, qui unus est, unum simus, & unum velimus, & idipsum dicamus, secundum Apostolum, & faciamus omnes, & non sint in nobis ulla schismata.

V I.

Si autem illi obsecratione nostra vocati & invitati, aut missi eorum, ad præfatum placitum venire distulerint, nos secundum quod statutum habemus, illuc omnino venire, & nos secundum Dei voluntate conjungere omnimodis non omittamus. nisi forte talis inevitabilis necessitas evenerit, pro qua id fieri nullatenus possit. Et si hoc acciderit, ad tempus uterque pari suo hoc rescire faciat. & propterea amicitia nostra nec minuatur, nec immutetur, donec, Domino volente, congruo tempore perfecte confirmetur.

V I I.

Ut res Ecclesiarum, in cujuscunque regno caput fuerit, tam de Episcopatibus, quam de Abbatiis, sine ulla contradictione rectores ipsarum Ecclesiarum illas possideant. Et si aliquid ibi misfactum a quoquam est, in cujuscumque regno illæ res consistunt, legaliter exinde justitiam reddere faciat.

V I I I.

Et quia per vagos, & in tyrannica consuetudine irreverentes homines, pax & quies regni perturbari solet: volumus, ut de his quæ egerit rationem & justitiam subterfugere possit, nemo ex nobis ad aliud recipiat, vel retineat, nisi ut ad rectam rationem & debitam emendationem perducatur. Et si rationem rectam subterfugerit, omnes in commune, in cujus regnum venerit, illum persequamur, donec aut ad rationem perducatur, aut de regno expellatur, vel * dejiciatur.

I X.

Volumus ut his, qui merito proprietatem illorum in nostro regno perdiderunt, ita judicetur, sicut temporibus antecessorum nostrorum inventum fuit. Qui vero dicunt se injuste proprietatem illorum perdidisse, veniant in nostram præsentiam, & sicut justum est, ita illis judicetur, & sua recipiant.

* alia lectio manu Sirm. deleatur.

* Hoc dicto, Hludauvicus Hludauvici filius ad * sua redit; & Hludouvicus Karoli filius per Arduennam veniens anno incarnationis dominicæ DCCC XXIX. in Loaglario nativitatem Domini celebravit.

* ex edit. Bolant.

a *Hludouvicum parvulum*) Is est qui puerulus altero post anno Ratisponæ quo Ludovicus pater post Karlomanni fratris obitum concesserat, *de fenestra palatii*, ait Regino, *cecidit*, *& confractis cervicibus exspiravit*.

b *Hludouvicum & Karlomannum*) Quos ex Ansgardi priore conjuge susulerat, quam etsi coactus a patre abjecerat, legitimos tamen ejus filios ducebat, & successores sibi destinabat. Flodoardus lib. III. cap. XIX. inter alia quæ ad hos fratres ab Hincmaro scripta commemorat, scripsisse ait: *De objectis sibi a Gozleno super Ludovici patris eorum assensu, quare Ansgardim uxorem abjectam eum recipere non cogeris, & Adelaidam ab eo retineri non prohibueris. & de liberis Ludovici regis ad eum pro filiorum suorum promotione.*

KARLOMANNI FRANCOUM REGIS LUDOVICI II. F. CAPITULA.

* Tit. iste ex edit. Baluz.

*TITULUS PRIMUS.

Apud Carisiacum.

QUANDO POST MORTEM LUDOVICI FRATRIS integrum regnum sortitus est anno DCCCLXXXII. *mense Septembri.*

PETITIO EPISCOPORUM AD Domnum Carolomannum Regem, quando ei se se commeodaverunt in Carisiaco V. Idus.

A Vobis perdonare petimus, ut unicuique de nobis & Ecclesiis nobis commissis, secundum primum capitulum quod novissime in Carisiaco domnus Imperator avus vester a se & a patre vestro servaturum, consentientibus fidelibus illius ac patris vestri atque Apostolicæ sedis Legatis, legente Gauzleno, denuntiavit, canonicum privilegium & debitam legem atque justitiam conservetis, & defensionem exhibeatis, sicut Rex in suo regno unicuique Episcopo & Ecclesiæ sibi commissæ per rectum exhibere debet, & quemadmodum continetur in scripto quod in Ferrariorum monasterio coram altare Sancti Petri perdonastis, & manu propria una cum fratre vestro confirmastis.

A

Promissio Domni Karolomanni Regis ad supradictam petitionem.

Promitto & perdono vobis quia unicuique de vobis & Ecclesiis vobis commissis, secundum primum capitulum quod novissime in Carisiaco domnus Imperator avus meus a se & a patre meo servaturum, consentientibus fidelibus suis ac patris mei atque Apostolicæ sedis Legatis, legente Gauzleno, denunciavit, canonicum privilegium & debitam legem atque justitiam conservabo, & defensionem, quantum potuero, adjuvante Domino exhibebo, sicut Rex in suo regno unicuique Episcopo & Ecclesiæ sibi commissæ

B

per rectum exhibere debet, & quemadmodum continetur in scripto quod in Ferrariorum Monasterio coram altare Sancti Petri perdonavi. In hoc ut vos mihi secundum Deum & secundum sæculum sic fideles adjutores & consilio & auxilio sitis, sicut vestri antecessores boni meis melioribus prædecessoribus extiterunt, secundum scire & posse.

ANNO CHRISTI. 883.

TITULUS II.

HÆC CAPITULA QUÆ SEQUUNTUR, sunt promulgata a domno glorioso rege KARLOMANNO, *anno Incarnationis Dominicæ* DCCCLXXXIII. VIII. *Kal. Martias, feria* VI. *anno* [a] *regni sui in Francia* I. [b] *in Broilo Compendii palatii, de rapinis.*

CAPIT. I.

Commuol fidelium nostrorum consilio statutum habemus, ut rapinam nullus deinceps faciat, aut facienti consentiat.

II.

Ut rapina, quæ retro est acta, cum omni diligentia emendetur, & condignam pro hoc harmiscaram is quis eam fecit sustineat.

C

III.

Ut si quis, post hunc conventum & bannum nostrum, rapinam faciens inventus fuerit, is cujus homo eam fecerit, eum ad legalem emendationem in præsentiam nostram adducat. Quod si eum adducere non potuerit, pro eo secundum statuta legum emendet. eum autem qui justitiam fugerit, sciant omnes esse forbannitum, ita ut nullus eum nisi ad præsentandum recipiat.

---

a *Regni sui in Francia I.*) In divisione regni paterni, quam apud Ambianos mense Martio, ut Chronicum Floriacense docet, anno dccclxxx, instituerunt, Ludovicus Franciam & Neustriam sortitus est: Karlomannus Burgundiam & Aquitaniam. Ludovico deinde post biennium mortuo mense Augusti anno dccclxxxii. Karlomannus Franciam quoque & Neustriam adeptus est, suique in Francia regni exordium inde duxit. Quare Februarius mensis anni sequentis, cum promulgata hæc capitula dicuntur, primo ejus in Francia regni anno recte adscribitur.

b *In Broilo Compendii*) Karolus M. in Capitulis anni VIII. *De broilo ad Attiniacum palatium*. nemore aut saltu. Avesgaudus in literis, quas principio citavimus: *cum silva, quæ vocatur broilus*. A broilis id genus multis in Gallia locis nomen. Pardulus Laudunensis ad Hincmarum Archiepiscopum: *Per viam juxta montes Remorum, quæ vocatur Barbaria, ire, & per Juncaratum sive Broilum transire, & ita ad Glannam.*

TITULUS III.

Apud Vernis palatium.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, KARLOMANNUS *gratia Dei rex omnibus venerabilibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Judicibus, omnibusque sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris fidelibus.*

CUm ad palatium Vernis anno Dominicæ Incarnationis dccclxxxiv. anno autem [a] regni nostri v. Indictione II. mense Martio convenissemus, & pars fidelium nostrorum nobiscum; placuit ut quædam statuta sacrorum canonum, necnon quædam capitula antecessorum nostrorum renovaremus. quia graviter & moleste ferimus, quod peccatis impedientibus, & malitiis perversorum hominum exuberantibus, ultra modum vilescunt, atque penitus adnullata existunt. præcipue illa, quæ contra malum rapinæ & deprædationis a sanctis patribus sunt promulgata, & a Christianissimis regibus auctoritate regia confirmata. Siquidem ita passim longe lateque hoc venenum diffusum & dispersum est, ut quasi libere jam male abutantur omnes infecti & corrupti corpore & anima hoc tam sceleratissimo atque mortifero morbo, non recogitantes hoc quod Paulus dicit, immo Deus omnipotens per ipsum, *Rapaces regnum Dei non possidebunt*. (1. Cor. 6. 10.) Neque illud, quod alibi Apostolus ait, quia si nosmeipsos comedimus & consumimus, id est deprædamur, cito deficiemus. (Gal. 5. 15.) Completur ergo in nobis, immo per nos, quod omnipotens Deus, per Isaiam prophetam improperat, dicens: *Unusquisque carnem brachii sui vorabit*, id est substantiam fratris sui diripiet. (Esa. 9. 20.) Carnem enim brachii sui devorat, & sanguinem brachii sui bibit, qui substantiam proximi sui tollit, unde caro sustentari debuit. Non est autem mirum, si pagani & exteræ nationes nobis dominantur, nobisque bona temporalia tollunt, dum unusquisque proximo suo per vim tollit, unde vivere debet. Ideo juste convenit nobis illud, quod omnipotens Deus per Isaiam prophetam minatur, dicens: *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?* (Esa. 33. 1.) Nos vero prædamur fratres nostros, & idcirco pagani merito nos nostramque substantiam deprædantur. Quomodo igitur securi poterimus pergere contra inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ & nostros, cum rapina pauperis inclusa est in domo nostra? & non solum domi reclusa est, verum etiam plerumque evenit, ut pleno ventre rapinæ in hostem quidam proficiscantur. Et quomodo poterimus inimicos nostros devincere, cum sanguis fratrum nostrorum ab ore nostro distillat? & manus nostræ plenæ sunt sanguine, & brachia pondere miseriarum & rapinarum gravantur, totaque virtus animi corporisque debilitatur? Preces nostræ a Deo non recipiuntur, quia clamores & ploratus, altaque suspiria pauperum & orphanorum, pupillorum atque viduarum præoccupant & præveniunt preces nostras, quæ crudis carnibus fratrum nostrorum gravatæ raucitudinem acceperunt, nullam sonoritatem virtutum habentes. Et sunt multi, qui ex ipsa rapina videntur eleemosynas facere, non intelligentes quod de talibus dicit Esaias, *Qui offert Domino de rapina oblationem, quasi qui mactet filium ante patrem*. (Esa. 66. 3.) Et sunt nonnulli, qui de homicidiis, adulteriis, perjuriis, incendiis, consilium & pœnitentiam quærunt, & malum rapinæ pro nihilo ducunt. non intelligentes, quia quot pauperes quis exspoliat,

[a] *Regni nostri v.*) Ita codex noster Metensis, ex quo unico hæc Capitula deprompsimus. Hic ergo alia est ratio annorum Karlomanni. Non enim numerat annos tantum, quibus Franciam post Ludovici fratris obitum obtinuerat, ut paulo ante dictum est: sed illos etiam complectitur, quos cum illo post mortem patris, id est ab anno dccclxxix. vel conjunctim ante regni divisionem, vel post hanc in altera regni parte imperarat.

& fame ac nuditate periclitari facit, tot homicidia perpetrat. quia tunc proximum suum interficit, dum unde vivere debet ei tollit. Et scimus, dicente Paulo Apostolo, quia omnis homicida non habet vitam in regno Dei: & homicidas & adulteros judicabit Deus. Quia ergo rapaces regnum Dei non possidebunt, nisi ea reddiderint, quæ tulerint, & insuper pœnitentiam egerint: fugiamus hoc tantum malum, unde tot ac tanta alia mala procedunt, & diligamus proximos sicut nosmetipsos, adimplentes legem quæ dicit, *Non concupiscas rem proximi tui, nec omnia quæ illius sunt*. quia aliter neque inimicis nostris poterimus resistere, neque regnum Dei possidere.

Exod. 20. 17.

CAPIT. I.

Volumus itaque, ot palatium nostrum, more prædecessorum nostrorum, & Dei cultu, & regali honore, sed & religionis habitu, & uuanimitatis concordia. ac pacis ordine stabiliatur. & in eodem palatio nostro pax prædecessorum oostrorum sanctionibus servata per omne regnum oustrum exequenda proferatur.

II.

Decernimus igitur, ut omues in palatio nostro commorantes, & illud undique adeuntes, pacifice vivant. Quod si aliquis corrupta pace rapinam exereuerit, per nostram regiam auctoritatem, & Missi nostri jussionem, ad palatinam adducatur audientiam. ut secundum quod in capitulis antecessorum continetur, legali multetur judicio, tripla compositioua peracta cum dominico banno.

III.

Si quis vero absque seniore, aut Infra palatium, aut circa illud degens, hoc idem fecerit, hunc Missus noster adeat, & ad ipsum palatium jussu nostro venire præcipiat. Quod si ausu temerario veuire contempserit, vi ad nostram præseutiam adducatur, subdeodus prædecessorum nostrorum sanctionibus. Si autem & nos, & missum nostrum contempserit, & ad nos veoire noluerit, & se defeudeudo ibi occisus fuerit, & aliquis parentum aut amicorum ejus inde faidam fidelibus nostris, qui eum occiderint., portare voluerit, potestative eam jurare faciemus, & fideles oostros regia auctoritare exinde adjuvabimus.

IV.

Placuit etiam nobis, & fidelibus nostris, ut qoicumque Iosra regnum nostrum aliquid rapuerit, aut deprædatus fuerit, omnia in triplum componat, & baunum dominicum persolvat, & insuper publicam pœnitentiam inde faciat, sicut in capitulari antecessorum continetur. Si autem colonus aut servus fuerit, similiter omnia iu triplom componat, aut domninus pro eo LX. ictus bene pressos accipiat: & insuper publicam pœnitentiam inde agat. cujus modus erit in consideratione Episcopi, secundum quantitatem facti: quia fornieationes & adulteria, atque homicidia, necnon inceudia, ebrietates, aliaque quamplura vitia exinde prodeunt. Si quis autem oegaverit factum, si comprobatus non fuerit, propria manu juramento se abscondar, excepto nostris vassis dominicis, pro quibus illorum homines meliores juramentum persolvent. Hoc vero cum summa diligentia tali modo procurabitur.

V.

Regino lib. 2. c. 289. Burcard. lib. 2. cap. 13.

Episcopus, in cujus parrochia aliquis consistens aliquid deprædatus fuerit, semel & bis, atque tertio, si necesse fuerit, vocabit illum sua admonitione per suum presbyterom caoooice ad emendationem & ad pœniteutiam; ut Deo & Ecclesiæ satisfaciat quam læsit. Si autem despexerit atque contempserit admonitionem, atque saluberrimam invitationem, feriat illum pastorali virga, hoc est sententia excommunicationis, & a communione sanctæ Ecclesiæ, omuiumque Christianorum sit separatus, usque ad congruam satisfactionem &* emendationem. Quam excommooicationem debebit idem Episcopus seniori illius notam facere, & omnibus suis Coepiscopis, ne eum recipiant usque ad satisfactionem.

* & dignam emendationem cod. Pal.

VI.

Regino lib. 2. c. 290. Burchard. lib. 11. c. 45. Ivo par. 14. c. 109. Gratianus 6. q. 3. c. 5. De illis. Decretal. l. 5. tit. 14. c. 1.

De illis autem, qui infra parrochiam beneficia & alodum nou habent, & alterius Episcopi parrochiani sunt, & dum ad curtem pergunt, aut de loco ad locum iter faciunt, rapinas & deprædationes infra parrochiam faciunt, placuit nobis, ut si ita prope Episcopum, ut ei deprædatio illorum nota fieri possit, antequam parrochiam ejus exeant, mittat strenuum & prudentem presbyterum, qui sua vice rationabiliter illos ad emendationem vocet. In quo superior modus compulsictionis & emendationis servabitur, si vocati veuire voluerint. Si vero vocationem atque ammonitionem Episcopi superbe contempserint, simili sententia excommunicationis feriautur, qua & illi qui infra parrochiam res aut beneficia habent: & insuper excommunicentor, ne extra parrochiam exeant, antequam superius statura adimpleant. Quorum excommunicatio seniori illorum, & proprio eorum Episcopo significanda est, ne eos recipiant, antequam illuc redeant, ubi rapinam fecerunt, ibique pleniter emeodetur.

VII.

Regino lib. 2. c. 17.

Et quoniam Episcopi, qui nostris & suis, & communibus Ecclesiæ atque totius regui necessitatibus occupati sunt, nou valent cuncta soli prospicere, quæ iusra fiues parrochiæ illorum perpetrantur: statuimus ut quotiescumque Episcopi a propria civitate digrediuntur, tales adjutores unusquisque in sua civitate relinquat, qui hæc omnia in sua civitate prudentissime peragant, & pauperes sanguine Christi redempti semper in civitate præsentem inveniant, a quo responsum & consolationem accipiant. In vicis autem, & villis longe a civitate remotis, constituat unusquisquo Episcopus reverendos, & cautos, atque prudentia temperatos presbyteros, qui sua vice superius statuta perficiant, & ad quos alii presbyteri juniores, & minus cauti, suam causam referant.

VIII.

Regino lib. 2. c. 291. Burchardus lib. 11. c. 12.

Placuit oobis* pro communi utilitate & instanti necessitate, ut nullus Episcoporum graviter ferat, si ejus parrochianum pro hujusmodi causa deprædationis alter Episcopus excommunicaverit.

* Regino & cod. Palatin. nobis & fidelibus nostris.

ANNO CHRISTI. 882.

IX.

Et quia ad tantum malum funditus eradicandum*, & tantum bonam plantandum, necesse habet Episcopalis auctoritas judiciali potestate adjuvari; placuit nobis nostrisque fidelibus in commune, ut Missi Dominici suis in locis ex hoc fideliter adjuvent, & Comes præcipiat suo Vicecomiti, * suisqae centenariis, ac reliqais ministris reipublicæ, necnon francis hominibus mundanæ legis documentis eruditis, ut pro amore Dei omnipotentis, ac pace sanctæ Ecclesiæ, & fidelitate nostra, ex hoc adjuvent, quantum melius potuerint*, quoties Episcopi, aut ministri illorum, sive etiam ipsi pauperes, * eos appellaverint: ita ut ministri Ecclesiæ habeant auctoritatem sui Episcopi, & ministri Comitis auctoritatem nostram, & sui Comitis.

idem cod. atque tullendum.

Palat. cod. suisque Vicariis atque Centenariis

idem cod. potuerint tam per se quam cum ministris Ecclesiæ, quoties.

idem supae hac re eos.

X.

Volumus autem, ut si Episcopalem * aut regiam auctoritatem ausu temerario aliqnis pro nihilo duxerit, in Comitatu consistens, aut iter faciens, si qaod injuste abstulerit, legaliter emendare contempserit, & rebellis existens, si ibi occisus fuerit, nulli fidelium nostrorum, qui eum occiderit, aliquis faidam portet, neque pro ejus morte aliquid componat. Si vero aliquis parentum* ejus aliquam faidam portare voluerit, potestative eam jurare faciemus, & fideles nostros regia auctoritate exinde adjuvabimus.

cod. Palat. aut etiam regiam.

Regino l. 3. c. 292.

idem cod. aut amicorum ejus.

XI.

De nostris quoque dominicis vassallis jubemus, ut si aliquis prædas egerit, Comes in cujus potestate fuerit, ad emendationem eum vocet. Qui si Comitem, aut Missum illius audire noluerit, [a] per forciam illud emendare cogatur, prout lex docet, &, quemadmodum in Capitularibus* regum tenetur insertum, in eodem loco ubi præda commissa fuerit. Quod si proclamaverit se ante præsentiam nostram velle distringi potius quam ante Comitem, per credibiles fidejussores, aut per sacramentum meliores hominis ante nos venire permittatur, ut ibi talis ratio finem accipiat. Honorem enim talem nostris vassis dominicis concedimus, ut ipsi non sicut reliqui manu propria sacramentum jurent, sed melior homo illorum & credibilior illud agere non differat. Si autem quæ supradiximus despexerint, & nullo modo emendare voluerint, & in contemptu permanentes ibi occisi fuerint, nullam contra ipsus, qui eos occiderint, iracundiam tenebimus unquam: Quod si aliquis parentum* inde faidam portare voluerit, nostra regia auctoritate exinde eum juvabimus. Si vero dixerint, quod ei Comes non secundum legem fecerit, sed pro aliqua [b] iracundia, quam contra illos tenebat: hoc Comes eis ante nos satisfaciat, quod non ob aliud, quam pro rapina sit actum.

idem cod. regum antecessorum nostrorum.

idem cod. aut amicorum eorum.

Regino lib. 1. c. 219. Burchardu. lib. 1. c. 16-.

XII.

Ut autem omnis occasio rapinæ tollatur, volumus ut presbyteri, qui bonum * exemplum omnibus ostendere debent, hospitales existant, sicut Apostolus dicit, *Hospitales invicem sine murmuratione:* * quam præbeant iter facientibus, quia per illam placuerunt quidam Deo Angelis hospitio susceptis.

in cod. Palatin. & apud Regionem & Burchard. exemplum caritatis omnibus.

1. Pet. 4. c.

XIII.

Placuit* nobis, ut presbyteri suos parrochianos admoneant, ut & ipsi hospitales existant, & nulli iter facienti mansionem denegent. Et, ut omnis occasio rapinæ tollatur, nihil carius vendatur transeuntibus, nisi sicut in mercato accipiunt. Quod si carius vendere voluerint, ad presbyterum transeuntes hoc referant, & illius jussu cum humanitate eis* vendant.

cod. Pal. & hospitalitatem præbeant.

Regino lib. cap. 42.

Pal. cod. Regino & nostris fidelibus.

cod. pal. vendatur.

XIV.

Volumus, ut presbyteri, & ministri Comitis villanis præcipiant, ne collectam faciant, quam [c] vulgo geldam vocant, contra illos qui aliquid rapuerint. Sed causam suam ad illum presbyterum referant, qui Episcopi missus est, & ad illos, qui in illis locis ministri Comitis super hoc existunt, ut omnia prudenter & rationabiliter corrigantur.

---

a *Per forciam emendare cogatur*) Per vim, *par force*. Marculfus lib. 1. formula XXVII. *quasi eidem servum suum per fortiam tulisset*. Sic *fortiam facere*, & *per fortiam deprædari* in legibus antiquis. Aliquando in bonam partem, ut in lege Bajoariorum Tit. XI. cap. V. *Cui Deus dederit fortiam & victoriam*. sicut contra, virtutem pro vi injusta posuit Lex Salica Tit. XIV. cap. XIII.

* b *Iracundia*) *Cod. Palat.* Iracundia aut invidia quam ante contra illos tenebat illud fecerit, hoc Comes eis ante nos satisfaciat secundum quod nobis placuerit. quod non ob aliud qaam pro rapina sit actum.

c *Vulgo geldam vocant*) Vocabant etiam geldoniam. Karolus rex in capitulis anni DCCXAC. *ut sacramentum pro geldonia non fiant*, id est pro collecta seu congregatione facienda. Inde & confratrias quoque geldonias appellarunt. Hincmarus in Cap. anno DCCCLII. datis: *Ut de Collectis, quas geldonias vel confratrias vulgo vocant, tantum fiat, quantum ad auctoritatem & utilitatem atque rationem pertinet.* In quibus omnibus locis geldoniam scribunt veteres libri non gilduniam. De collectis quæ lingua Theotisca herizuph. vocantur, dictum supra Tit. * XIV. cap. III.

* *Hic* XIV.

CAPITULUM ODONIS REGIS,

QUANDO UNCTUS EST A UUALTERIO Archiepiscopo Senonensi anno DCCCLXXXVIII.

Promissio Odonis Regis.

PRomitto & perdooo unicuique vestrum & Ecclesiis vobis commissis, quia canonicum privilegium & debitam legem atque justitiam coonservabo, & cootra deprædatores & oppressores Ecclesiarum vestrarum, & rerum ad eas pertioeotinm defeosionem, secuodum ministerium meum, quantom mibi posse Deus dederit, exhibebo, & jus ecclesiasticum & legem cannnicam vobis ita conservabo, & res Ecclesiarum vestrarum, tam a Regibus, vel Imperatoribus, quam a reliquis Dei fidelibus collatas, sub integritate & immunitate absque aliqua inhonoratione permanere coocedam, quas modo juste & lega-

A liter vestræ retineot Ecclesiæ; & eas augmentare & exaltare secundum debitum uoiuscujusque servitium, prout scire & posse mihi Deus rationabiliter dederit, & tempus dictaverit, studebo, sicut mei antecessores, qui hoc bene & rationabiliter observaverunt vestris prædecessoribus, in hoc ut vos mihi, secundum Deum & secuodum sæculum, sic fideles adjutores & consilio & auxilio sitis, sicut vestri antecessores boni meis melioribus prædecessnribus extiteruot, secuodum scire & posse. Et quæ retro malo sunt ingenio depravata, in meliorem & pristinum gradum, adjuvante me divina clementia, reformabo cum vestro & aliorum nostrorum fidelium consilio & auxilio. *Confirmatio Odonis Regis*. ODO.

CAROLI

CAROLI III. FRANCORUM REGIS LUDOVICI II. F. CAPITULA.

TITULUS PRIMUS

Constitutio dotis Friderunæ Reginæ uxoris Karoli III. facta apud Attiniacum anno Christi DCCCCVII.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS. Karolus divina propitiante clementia Rex.

SI Regum consuetudines antiquorum exequimur, necnon patrum mores præcedentium imitamur, fidelinmque nostrorum benigne consulta suscipimus, regium proculdubio honorem umplificamus, nobisque profuturum indubitanter credimus. Proinde omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque præsentibus atque futuris compertum sit fidelibus, quod cum nostris nos regni negotia tractantes consiliariis, de nostro nos commonuere conjugio, salubre dicentes fore & opportunum si conjux condigna lateri adhæreret regio, ex qua filiorum, Deo largiente, totius regni profutura procederet propago. Eorum itaque admonitionibus sollicitati, & consiliis exhortati, quandam nobili prosapia puellam nomine Friderunam, communi duntaxat consensu fidelium, Deo, ut credimus, cooperante, secundum leges & statuta priorum nobis imperiali connubio sociavimus, regnique consortem statuimus. Quocirca regali eam more propriis rebus disponentes ditare, duos ei dotis nomine concedimus fiscos jugiter possidendos, & pro libitu disponendos, Corbiniacum videlicet in comitatu Laudunensi, cum Ecclesia quæ est beati Petri Apostoli honore dicata, ubi confessoris Christi quiescit corpus * Matulfi, & Ecclesia una in Cruona; Pontigonem qui etiam in pago Pertensi super fluvios Salcum & Bruslionem, utrumque per hanc præsentem concedimus auctoritatem, & de nostro jure in jus & proprietatem

* Marculfi.

A seu denominationem illius transfundimus, & perpetualiter habendos delegamus. Quapropter regiæ hoc munificentiæ edictum fieri ac memoratæ seu dilectæ conjugi Friderunæ jussimus dari; per quod præcipimus atque præcipiendo jubemus, ut suprascriptos fiscos, Corbiniacum scilicet & Pontigonem, uti præsentialiter ad nos pertinere videntur, cum omni eorum integritate, Ecclesiis videlicet præscriptis, & mancipiis utriusque sexus, terris cultis & incultis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, mobilibus & B & immobilibus, exitibus & regressibus, & universis legitimis terminationibus juste & legaliter ad se pertinentibus, perpetualiter habeat, teneat, atque possideat, & quidquid exinde facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem. Ut autem hæc largitionis nostræ donatio, & concessionis roboratio continuum obtineat firmitatis vigorem, manu propria subter firmatam nostro præcepimus anulo insigniri.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.

Arnulfus Notarius ad vicem * Alberici Episcopi recognovit.

* Askerici.

C Datum XIII. Kalendas Maias, Indictione decima, anno XV. regnante Domino Karolo gloriosissimo Rege, redintegrante X.

Actum Attiniaco palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

ANNO CHRISTI. 921.

TITULUS II.

a Tungrensis Episcopatus controversia.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, KAROLUS *vir illustris divina propitiante clementia rex Francorum, omnibus Archiepiscopis & Episcopis in regno nobis a Deo commisso constitutis, pax & salus ab eodem Deo æterno.*

CAPIT. I.

QUia divinæ propitiationis beneficia, quæ ab ipsa ab ipsis crepundiis experti sumus, nullatenus enumerare possumus, idcirco laudem Domini loquetur os meum, & benedicet nomen sanctum ejus in sæculum sæculi. Unde quia pluribus nostris exigentibus meritis, multotiens adversa quoque sustinuimus, credimus non hoc ad nostræ damnationis meritum, sed ad gratiam suæ reconciliationis nobis fore permissum: ut flagellis ejus eruditi, discamus perversa cavere, & in cunctis ejus voluntatibus parere. Sicut vobis de multis notum est, cum olim quidam nostri fideles, a nostra debita fidelitate exorbitantes, vitam & regnum nobis auferre moliti sunt, euntes post inimicos nostros, eisque familiariter inhærentes, res & episcopia nostri regni ab ipsis dati sibi concupierant. Ut ergo de multis taceamus, unum qui nobis nostris visceribus serpentinum virus infudit, vestræ sanctitati * propalavimus. (* Baluz. propalabimus.) Hilduinum videlicet, qui contra regalem agens potestatem, contra quoque Apostoli dicta, ubi dicitur, *Deum timete, regem honorificate*, (1. Petr. 2. 17.) &; *Non est potestas nisi a Deo*: (Rom. 13. 1.) & adversus citharœdi David dicta, ubi ad Dominum loquitur, *Imposuisti homines super capita nostra*; (Psal. 65. 12.) quique ultra Rhenum ad inimicos nostros proficiscens, minimeque reminiscens sacramentorum suorum nobis promissorum, eaque retro dorsum abjiciens, b ab Heinrico inimico nostro Episcopium Tungrensis Ecclesiæ expetiit, sumque damnatione contra omnia statuta tam sanctorum patrum, quam regum videlicet antecessorum nostrorum, usurpavit. De qualibus in libro regum Capitulari ita dicitur: (Lib. 6. 297.) „Si quis præsumpserit quam non meruit a principe vel seniore justo dignitatem, sacrilegus habeatur. & B. Gregorius: (Lib. VII. Indict. 2. ep. 110.) Sicut qui invitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admovendus: sic qui ultro ambit, vel qui importunus se ingerit, procoldubio est repellendus. Nam qui nititur ad altiora contendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat? cur non perpendit, quia benedictio illi in maledictum convertitur, qui ad hoc ut fiat hæreticus promovetur?"

II.

Cum quidam pestiferi viri, ut supra memoravimus, a nostra fidelitate deviarent, convocavimus Archiepiscopos præsules XVI. nostri regni, nonnullos etiam proceres, Marchiones & Comites, optimatesque, ut eorum consilio, auctoritate, atque virtute, tantæ vesaniæ resisteremus. Inventum est, ut nova gibborum genera novis medicationibus secarentur ac sanarentur, pellentes eos Episcopali auctoritate, sacrorumque canonum constitutione, a cœtu & consortio Christianorum. Quorum præsumptioni ac nefandæ tyrannidi Hilduinus intumescens, datis Heinrico, suisque proceribus, complurimis auri argentique ponderibus, non solum cum eis scienter participavit, sed etiam ex thesauris Ecclesiæ Tungrensis, quos instinctu diabolico rapuerat, vel furatus fuerat, quibusdam minis ac terroribus egit, ut Herimannus Agrippinæ civitatis Archiepiscopus, per violentiam Heinrici, suorumque fidelium, illum in Pontificem consecraret. Nam si non fecisset, sicut ipse venerabilis Archiepiscopus nobis postea in præsentia plurimorum retulit, sibi vitam, resque ecclesiasticas auferret, omnemque familiam trucidaret, & illorum bona diriperet. Ideoque absque legitimorum antecessorum auctoritate eum consecravit, ut ipse adhuc testatur: sed tantis terroribus ac diris crudelitatibus coactus. Unde in Nicæno Concilio ita ad locum invenitur: „Si quis ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam ipse privetur communione, tanquam qui regulas confundit." quæ longe, lateque in diversis Conciliis & Capitularibus regum de excommunicatis inveniuntur.

III.

Idem etiam Hilduinus res nostri regni ex præfato Episcopio invasit, diripuit, & pro libito abduxit, agens contra statuta Anacleti Papæ, (Regino lib. 2. c. 262. Burchardus lib. 11. c. 18. Ivo par. 14. cap. 88. Gratian. 12 q. 2. c. 6. Qui abstulerit.) ubi dicitur: „S. Anacletus, qui ab ipso Petro Apostolo ordinatus est presbyter, postea in sede Romana successor illius factus Episcopus, cum totius mundi sacerdotibus judicavit. Qui abstulerit, inquit, patri vel matri aliquid, homicidiæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est: mater vero nostra Ecclesia est, quæ nos in baptismo regeneravit. Ergo qui pecunias Christi & Ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudatur, homicida est, atque homicida in conspectu justi judicis deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui iniquitatem operatur: qui autem pecu-

a *Tungrensis Episcopatus*) Tituli hujus argumentum explicat Sigebertus in Chronico ad annum DCCCCXXI. *Stephano Leodicensium Episcopo defuncto, Richarius vir catholicus a Karolo per auctoritatem Papæ Romani ordinatur Episcopus, repudiato Hilduino, qui pecunia data Duci Gisleberto, ambiebat ab eo sibi dari Episcopatum.* Aliquanto uberius in Chronico item suo Frodoardus anno DCCCCXX. quo initium fuit controversiæ. Extat in Codice S. Mariæ Virdunensis, unde hæc Capitula excerpsimus, Joannis Papæ X. ad Karolum regem * epistola, qua significat se Romam Hermannum Archiepiscopum cum Hilduino & Richero ad examinandam causam evocasse. At Frodoardus cetera persequens, Richerum Romæ a Joanne Papa ordinatum Episcopum, Hilduinum vero excommunicatum fuisse scribit anno DCCCCXXII. Tungrensis porro Episcopatus, sive Leodiensis, in regno erat Lotharii, quod regnum Karolus post excessum Ludovici patris amissum a fratribus, occupatumque a Transrhenanis, in potestatem suam revocarat. (* extat, una cum Epistola ejusdem Papæ ad Hermannum, Tom. 3. Concil. Gall. p. 575.)

b *Ab Heinrico inimico nostro*) Dux Saxoniæ ac Thuringiæ, qui biennio ante regnum Germaniæ post Conradum regem occuparat.

niam vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit, & ut sacrilegus judicandus est.

I V.

Præfatus denique Hilduinus thesauros Ecclesiæ Tungrensis, & Aquisgrani palatii, juxta B. Lamberti corpus martyris in quadam arca positos, avida cupiditate rapuit: eosque inimicis nostris, suis videlicet fautoribus contulit, & Ecclesiæ abstulit. De quo, quibusque hujuscemodi sacri canones ita decernunt: Si quis inventus fuerit aliquid de ministeriis Ecclesiæ vendidisse, vel abstulisse, sacrilegium commisit. placuit eum in ordine Ecclesiastico non haberi. Unde & B. Augustinus XLVII. Evangelii homilia Joannis dicit: Ecce inter sanctos est Judas, ecce fur est Judas, & ne contemnas, fur hic sacrilegus est, non qualiumcumque fur locorum, sed dominicorum locorum, sed sacrorum. Et post pauca, Quicumque aliquid de Ecclesia aufert, vel fraudator, Judæ proditori comparatur.

Lib. vi. Capitular. c. 302.

V.

Hos Ecclesiæ thesauros Episcopis, & Comitibus, & fautoribus, pro sua ordinatione dedit, non præ oculis habens statuta Africani Concilii, quibus præcipitur, ut nullus per pecunias ordinetur, ita inquiens: Si quis Episcopus per pecunias obtinuerit dignitatem, dejiciatur, modis omnibus abjiciatur, sicut Simon magus abscissus est a Petro. Item in Concilio Calchedonensi: Si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus sub pretio Spiritus sancti gratiam obtinere voluerit, proprii gradus periculo subjacebit: & nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ est per negotiationem facta, proficiat, sed anathematizetur.

V I.

Jam dictus Hilduinus ad cumulum suæ damnationis, ante venerabilis Herimanni præsentiam veniens, super sacra nefande juravit, quod ego Karolus Episcopium Tungrense dederim, & quosdam ex clericis & laicis jurare compulit. Quod quam sit absurdum, quamque vitandum, sparsim sanctarum scripturarum testimonia approbant.

V I I.

Memoratus præterea Hilduinus per domnum Herimannum Episcopum tertio vocatus ad synodum, ut contra hæc quæ sibi objiciuntur responderet, si justam causam haberet, aut si non posset, canonum feriretur spiculis. Qui quoniam quidem venire distulit, incidit sententiam Bonifacii Papæ ita dicentis: Probat vera esse illa quæ adversus se dicta sunt, qui ad ea confutanda adesse minime vult, & ne dubitet quod ita judicium nocens subtus fugit, quemadmodum ut absolvatur qui est innocens quærit. Et post pauca. Confitetur enim de omnibus, quisquis subterfugere judicium posse dilationibus putat. Item ipse: Si adesse voluerit præsens si confidit, ad objecta respondeat. Quod si adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur.

Ivo par. 5. 343.

V I I I.

Omnes tam clerici, quam laici supradictæ Ecclesiæ, nostram adeuntes sublimitatem, luctuosis vocibus innotuerunt, quod jam memoratus Hilduinus cum suis prædonibus bona illorum diripuit, omnemque illorum facultatem & supellectilem abstulit, nihil illis remansit, unde saltem sibi victus sufficientiam adhiberent. Addentes etiam in precibus, ut vestro consilio citius ageretur, ne amplius prædæ & direptioni paterent: sed illis ad ordinandum daremus Pontificem Richerum, quem concorditer elegerunt. De quibus videlicet omnibus hic capitulatim insertis vestrum precamur Pontificium, & propter Deum, & debitam, quam nobis polliciti estis, fidelitatem, pro viribus exinde adjuvetis; ut noster honor in hujusmodi negotiis amplius non decrescat, & status sanctæ Dei Ecclesiæ stabiliatur.

TITULUS III.

Pactum Karoli & Henrici.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, divina propitiante clementia, [a] anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXVI. [b] anno vero regni domni & gloriosissimi regis Francorum Occidentalium Karoli XXIX. [c] redintegrante XXIV. [d] largiore vero hæreditate indepta X. Indictione IX. anno quoque regni domni & magnificentissimi regis Francorum Orientalium Heinrici tertio, inter ipsos præfatos principes unanimitatis pactum, ac societatis amicitia, quæsita repertaque exordia sumpsit, prout visa sunt competentia. Convenerunt enim ambo illustres reges, sicut inter se discurrentibus Legatis convenerant, II. Nonas Novembris, feria prima: domnus enim Karolus super Rhenum flumen ad Bonnam castrum, & strenuus Heinricus ex altera parte Rheni. Et ea tantum die mutuis se visibus intuentes super ripas ejusdem fluminis huc & ultra, ut sui fierent fideles innoxii sacramento, quo hanc eorum conventionem fuerant polliciti. Verum feria quarta, VII. Idus Novembris, in medio Rheni fluminis sæpius dicti, principes in navibus quisque suis in tertiam ascenderunt, quæ ancorata in fluminis medio gratia eorum colloquii fixa erat: in primo hanc sibi vicissim convenientiam ob statum pacis juramento sanxerunt ita.

Ego Karolus divina propitiante clementia rex Francorum Occidentalium, amodo ero huic amico meo regi Orientali Heinrico amicus, sicut amicus per rectum debet esse suo amico, secundum meum scire ac posse: ea vero ratione, si ipse mihi juraverit ipsum eundemque sacramentum, & attenderit quæ promiserit, sic me Deus adjuvet, & istæ sanctæ reliquiæ.

E contra rex Heinricus eandem promissionem sacramento eisdem prosecutus est verbis subsequenter, ut hujus amicitiæ firmitas inviolabiter observaretur.

Hæc sunt nomina Episcoporum, qui cum nobilibus ac fidelibus laicis firmitatem, quam præmemorati reges inter se fecerunt, collaudando acceptaverunt, & manibus suis sacramentum firmaverunt nunquam a se destruendam.

[e] Episcopi ex parte domni regis Karoli. Herimannus Archiepiscopus Agrippinæ, quæ modo est Colonia vocitata, Rodgerus Archiepiscopus Trevirorum, Stephanus Præsul Cameracorum, Bovo Episcopus Catalaunensium, Baldricus, Trajectensium Episcopus. Hæc nomina Comitum, Matfredus, Erkengerus, Hagano, Boso, Waltkerus, Isaac, Ragenberus, Theodricus, Adalardus, Adelelmus.

[f] Episcopi ex parte regis inclyti Heinrici. Herigerus Archiepiscopus Moguntiacorum, Nithardus [g] Episcopus Mimmogerneferdæ, Dodo Episcopus Osnobruggæ, Ricawdo Episcopus Vangionum, quæ nunc dicitur Warmatia, Unuuardus Episcopus Paderbornensis, Notingus Episcopus Constantiæ Alemannicæ. Hæc sunt nomina Comitum. Eurardus, Chonradus, Herimannus, Haro, Godefredus, Otto Herimannus, Coblo, Magenhardus, Fridericus, Foldac.

a *Anno Dominicæ Incarnationis* DCCCCXXVI.) Pactum hoc Bonnense ad Rhenum Karoli & Heinrici regum, Sigebertus adscripsit anno DCCCCXXIII. sed duplex hoc loco est character, qui ad annum DCCCCXXI. referendum docent, feriæ nimirum primæ, & feriæ quartæ, quarum altera pridie Nonas, altera VII. Idus Novembris eo anno incidisse dicitur, quod quidem anno congruit DCCCCXXI. non XXIII. aut XXVI. ut perperam hic scriptum est. Quare rectius omnino in chronico Frodoardi pactio eadem in annum DCCCCXXI. conjicitur. quod ipsum mox etiam Karoli annorum epoche demonstrabit: atque hoc præterea, indictionem mense illo Novembri decimam fuisse, non nonam.

b *Anno regni Karoli XXIX.*) Plerique omnes rerum nostrarum auctores Karoli simplicis annorum exordium ducunt ab obitu Odonis regis III. Nonas Januarias anni DCCCXCVIII. Karolus autem ipse in diplomatibus suis quinquennio altius repetit, ex die videlicet, quo Remis a Fulcone Archiepiscopo unctus est in regem, hoc est V. Kalend. Februarias, anni ut reor DCCCXCIII. Diem quidem Karolus designat in diplomate Pollatensis monasterii, & in altero S. Martini Turonici: *In die*, inquit, *quo ad regni fastigium ordinati fuimus, qui evenit V. Kalendas Februarias, id est Natali S. Agnetis virginis*, Annum autem indicat Regino, cum regem levatum ait sub finem anni DCCCXCII. Nam cum annos a Christi Incarnatione ordiatur, non a Natali, annos cuique primos etiam sequentis anni menses adnumerat. Denique Karoli regnum ab hoc quem dixi Christi anno in ejus diplomatibus inchoari facile perspiciet, qui ejus annos cum Indictionibus comparabit. Sed ne ambigendi locus foret, extat in Tabulario S. Martini diploma, quod cum Karoli annis Christi quoque annos habet adscriptos in hunc modum: *Data III. Idus Julias, Indictione* VII. *anno* XII. *regnante domno Karolo gloriosissimo rege, redintegrationis* VII. *Actum Compendio palatio, anno Incarnationis Christi* DCCCCIV. Sane si annus Christi DCCCCIV. numerabatur Karoli XII. consequens est ut primus Karoli anno Christi DCCCXCIII. respondeat, & cum anno Christi DCCCCXXI. comparandus sit annus Karoli XXIX. ut hoc loco. Deinde si anno XII. Karoli Julio mense septima erat indictio, reliquum est, ut anno ejus XXIX. Julio eodem mense nona, post Septembrem vero decima fuerit indictio, quod erat demonstrandum. Est & alterum diploma, quod Karoli annos cum Christi annis comparat, & hæc quæ diximus omni ex parte confirmat, in scriniis Ecclesiæ Parisiensis, de immunitate claustri, quam rex idem Theodulfo Episcopo postulante, concessit: *Datum* IV. *Kalendas Junii, Indictione* * XIV. *anno Incarnationis dominicæ* DCCCCXI. *regnante domno Karolo rege* XIX. *redintegrante* XIV. *Actum villa Cangiaco.*

* ita manu Sirmondi.

c *Redintegrante XXIV.*) Karolus quo tempore in regem confirmatus est, integrum regnum in potestate sua non habuit, quia Odo rex, quoad vixit, Aquitania & Burgundia potitus est. Mortuo post quinque annos Odone, quæ ab illo possidebantur recepit, regnumque redintegravit: atque hujus redintegrationis annos regni sui annis deinceps in publicis tabulis subjecit. Semper igitur redintegrationis anni regni annis solido fere quinquennio pauciores sunt: & solidum fuisset, si Odo, quem III. Nonas Januarias vita functum diximus, ad V. Kal. Februarias, quo die inunctus fuerat Karolus, vitam produxisset.

d *Largiore hæreditate indepta X.*) Hoc vero pertinet ad regnum Lotharii, cujus accessione Karolus hæreditatem suam amplificavit, quia non solum partem illam recepit, quam avus olim & pater ejus possederant; sed alteram etiam, quæ regum fuerat Transrhenenorum. Sed quo anno regnum Lotharii receperit investigandum. Sigebertus enim anno DCCCCXVI. receptum notat. Ceterum ex hoc loco, & ex Karoli diplomatibus facile est videre quadriennio ante, hoc est anno Christi DCCCCXII. regni Karoli XX. receptum fuisse. Quo nimirum tempore, Ludovico ultimo Franciçæ stirpis in Germania rege sine liberis defuncto, Karolo, ut legitimo hæredi, jure licuit non regnum modo Lotarii, sed Germaniam quoque ipsam, si par in armis vis fuisset, * integram repetere. * Chronicon Besvense. *Anno Incarnati verbi* DCCCXCIII. *Odone regnante in Francia, Karolus jam juvenis regni repetit sceptra. Arnulfus imperii invasit monarchiam.*

* ita manu Sirmondi.
* addit. manu Sirmondi.

e *Episcopi ex parte Karoli.*) Omnes e regno erant Lotharii, excepto Bovone Catalaunensi, cujus soror Frideruna olim regina uxor fuerat Karoli.

f *Episcopi ex parte Heinrici.*) Nullus in his e regno Lotharii, omnes e Transrhenanis. Nam & Moguntia, & Wormatia, ut alibi dictum, quamvis citimæ Rheno, Transrhenensi tamen regno vini gratia fuerant attributæ.

g *Episcopus Mimmogerneferdæ.*) Hodie Monasteriensis in Westfalia. Synodo Coloniensi anni DCCCCXCVII. subscribit Wisoimus Mimigarnafurdensis Episcopus. Sic enim ibi scriptum est. nos eam lectionem repræsentavimus, quam exhibuit P. Heriberti nostri exemplar, cui uni hoc Capitulare debemus.

KAROLI CALVI
ET
LUDOVICI EJUS FILII
REGUM FRANCORUM
CONSECRATIO SEU CORONATIO·
ITEM REGINARUM
JUDITH FILIÆ
ET HERMINTRUDIS
CONJUGIS KAROLI EJUSDEM.

TITULUS PRIMUS.
Karoli Calvi, quando in regno Lotharii coronatus est.

a *ORDO QUALITER KAROLUS REX FUIT* a *CORONATUS in Mettis civitate, anno* DCCCLXIX. *in mense Septembr.* v. *Idus Septembr. quæ evenit die Veneris, cum istis Episcopis, videlicet Hincmaro Archiepiscopo, Adventio, Hattone . Arnulfo, Francone, Hincmaro, & Odone, quando quondam rex Hlotharius, filius Hlotharii Imperatoris, fuit mortuus in Placentia civitate.*

A ADNUNTIATIO ADVENTII EPISCOPI ante initium Missæ, in Ecclesia S. Stephani coram Rege, & Episcopis, & aliis quamplurimis.

VOs scitis, & multis in plurimis regnis est cognitum, quantos & quales eventus tempore senioris nostri, quem hactenus habuimus, &c. *usque* devota mente suscipere . *ut supra pag.* 189.

RESPONSIO KAROLI AD POPULUM.

Quia, sicut isti venerabiles Episcopi nolus ex ipsis voce dixeruot, & certis iodiciis ex vestra unanimitate moostraverunt, &c. *usque* antecessoribus exhibuerunt. *Pag.* 190.

ADNUNTIATIO HINCMARI Archiepiscopi.

Ne alicui forte videatur, incongrue ac præsumptiose me, ac provinciæ nostræ venerabiles Coepiscopos facere, quoniam &c. *usque* Te Deum laudamus. *pag.* 191.

b *Benedictiones super regem Karolum ante Missam, & altare S. Stephani.* b

ADVENTIUS EPISCOPUS METENSIS.

Deus qui populis tuis indulgentia consulis, & amore dominaris, da huic famulo tuo spiritum sapientiæ, cui dedisti regimen disciplinæ: ut tibi toto corde devotus, & in regni regimine maneat semper, & in bonis operibus perseverans, ad æternum regnum te duce valeat pervenire. Per Dominum, &c.

HATTO VIRDUNENSIS.

B Gratiæ tuæ quæsumus, Domine, huic famulo tuo tribue largitatem: ut mandata tua te operante sectando, consolationem præsentis vitæ percipiat, & futuræ. Per Dominum, &c.

ARNULFUS TULLENSIS.

Nostris quæsumus, Domine, in regimine istius famuli tui propitiare temporibus: ut tuo munere dirigatur & nostra securitas, & devotio Christiana. Per Dominum.

FRANCO TUNGRENSIS.

Da quæsumus, Domine, huic famulo tuo sa-

a *Coronatus in Mettis*) De hac coronatione supra in Capitulis Tit. * xxxv. ubi & Adnuntiationes, quæ coronationem præcesserunt, integræ continentur. * Hic xli.

b *Benedictiones super regem*) In regum nostrorum consecratione diversæ nunc etiam benedictiones, sed ab uno Archiepiscopo, pronuntiantur; olim, ut hic locus declarat, interdum etiam a diversis Episcopis pronuntiabantur: Quomodo & in Ludovici Pii restitutione quam in eadem Metensi Ecclesia factum supra didicimus: *inter Missarum celebrationem septem Archiepiscopi septem reconciliationis Ecclesiasticæ orationes super eum cecinerunt.* Vetus etiam ordo Romanus in consecratione Imperatoris singulas orationes a singulis Episcopis, Albano, Portuensi, & Ostiensi fundi solitas docet.

ANNO CHRISTI 869.

A luzem meotis & corporis: ut bonis operibus inhærcodo, tua semper mereatur virtote defendi. Per Domioum.

HINCMARUS LAUDUNENSIS

Benedictionem tuam, Domioe, hic famulus tuus accipiat: qoa corpore salvatus & meote, & gratam tibi semper exhibeat servitutem, & propitiationis tuæ beneficia semper inveniat. Per Domionm.

ODO BELLOVACENSIS.

Cooserva quæsumos, Domioe, huoc famolum tuum, & beoedictionum tuarum propitius ubertate purifica, ot eruditionibus tuis semper moltipliceeur, & donis. Per Dominom.

B

BENEDICTIO HINCMARI Archiepiscopi.

Exteodat omnipotens Domious dexteram suæ benedictioois, & effundat super te donum suæ propitiationis, & circumdet te felici muro custodiæ suæ protectionis, saoctæ Mariæ, & omnium Saoctorum iotercedeotibus meritis. Amen.

Indulgeat tibi mala omoia quæ gessisti, & tribuat tibi gratiam & misericordiam quam humiliter ab eo deposcis: liberetque te ab adversitatibus caoctis, & ab omnibus visibilium &

C iovisibilium inimicorum insidiis. Amen.

Angelos suos bonos semper & ubique, qui te præcedant, comitentur, & subsequaotur, ad custodiam tui ponat: & a peccato, seu gladio; & ab omnium periculorum discrimine te sua potentia liberet. Amen.

Inimicos tuos ad pacis caritatisque benignitatem convertat, & apud odientes te gratiosum & amabilem faciat. pertinaces quoque in tui insectatione & odio confusione salutari induat: super te autem sanctificatio sempiterna efflore-at. Amen.

D *Ad ista verba*, Coronet te Domious, *inunxit eum Hiacmarus Archiepiscopus de chrismate* [a] *ad dextram auriculam, & in fronte usque ad sinistram auriculam, & in capite.*

Coronet te Dominus corona gloriæ in misericordia & miserationibus suis, & ungat te io regni regimine oleo gratiæ Spiritus sancti sui, unde unxit sacerdotes, reges, prophetas, & martyres qui per fidem vicerunt regna, & operati sunt justitiam, atque adepti suot promissiones: eisdemque promissionibus gratia Dei digous efficiaria, quatenus eorum consortio io cœlesti regno perfrui merearis. Amen.

Victoriosum te atque triumphatorem de visibilibus atqoe invisibilibus hostibus semper efficiat: & sancti nominis sui timorem pariter, &

E amorem continue cordi tuo infundat. & io fide recta, ac boois operibus perseverabilem reddat, & pace io diebus tuis concessa, cum palma victoriæ te ad perpetuum regoum perducat. Amen.

Et qui te voluit super populum suom coostituere regem, & io præsenei sæculo felicem,

A & æternæ felicitatis tribuat esse consortem. Ameo.

Clerum ac populum, quem sua voluit opitulatiooe tuæ subdere ditiooi, sua dispensatiooe, & tua administratiooe, per diuturna tempora te faciat feliciter guberoare. quo diviois mooitis parentes, adversitatibus omnibus carentes, bonis omoibus exuberantes, tuo mioisterio fideli amore obsequentes, & io præsenei sæculo pacis tranquillitate fruaotur, & tecum æternorum civium consortio potiri mereantur. Amen. Quod ipse præstare digoetur.

B *Ad ista verba*, Coronet te Dominus, *miserunt illi Episcopi coronam in capite.*

Coronet te Dominus corona gloriæ atque justitiæ: ut cum fide recta, & multiplici bonorum operum fructu, ad cotooam pervenias regni perpetui, ipso largiente, cujus est regnum, & imperium in sæcula sæculorum.

Ad ista verba, Det tibi Dominus velle, *dederunt ei* [b] *palmam & sceptrum.*

Det tibi Dominus velle & posse quæ præcipit, ut in regni regimine secundum voluntatem suam proficiens, cum palma perseveraotis victoriæ ad palmam pervenias gloriæ sempiter-

C næ. Gratia Domini nostri Jesu Christi, qui vivit.

Orationes in Missa.

Da nobis, omoipotens Deus, ut [c] B. Gorgonii martyris tui veneranda solemnitas & devotionem nobis augeat & salutem. Per Domioum.

Quæsumus, omnipotens Deus, ut famulus tuus, qui tua miseratione suscepit regni guberoacula, a te virtutum etiam percipiat incremeota: quibus decentet ornatus, & vitiorum monstra vitare, & ad te qui via, veritas, & vita es, gratiosus valeat pervenire. Qui vi-

D vis & regnas cum Deo.

Super oblata.

Respice, Domioe, munera populi tui sanctorum festivitate votiva, & tuæ testificatio veritatis oobis proficiat ad salutem. Per Dominum.

Munera quæsumus, Domioe, oblata sanctifica: ut & nobis unigeniti toi corpus & sanguis fiant, & Karolo regi oostro ad obtinendam animæ corporisque salutem, te largiente, usquequaque proficiant. Per eumdem.

Post Commun.

E Sacrameotorum tuorum, Domine, commonio sumpta oos salvet, & in tuæ veritatis luce confirmet. Per Dominom.

Hæc, Domine, commuoio salutaris famulum tuum ab omnibus tueatur adversis: quatenus & Ecclesiasticæ pacis obtineat tranquillitatem, & post istius temporis decursum ad æternam perveniat hæreditatem. Per Dominum.

a *Ad dextram auriculam*) Hodie ungi reges solent primum in vertice, deinde in pectore, tertio inter scapulas, tum in scapulis ipsis: postea in brachiorum internodiis, ac postremo in manibus.

b *Palmam & sceptrum*) Regibus nunc cum sceptro non palmæ ramus, sed palma manus offertur, id est scipio inauratus, cui eburnea expansæ manus effigies in summo infixa est. Sed hanc justitiæ manum nostri vocant. hic vero ad victoriam palma, non ad justitiam referri videtur.

c *B. Gorgonii*) Hujus agoni sacer dies erat, quo hæc celebrabaotur, v. Idus Septembris. Præcipua autem hujus martyris apud Metenses veneratio ob sacras ejus reliquias in Gorziensi olim monasterio conditas a Chrodgango Episcopo.

ANNO CHRISTI. 877.

TITULUS II.

Ludovici II. quando rex Francorum consecratus est.

ORDO QUALITER HLUDOUVICUS REX anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXVII. VI. *Idus Decembris, ab Hincmaro Archiepiscopo fuit coronatus in Compendio palatii. quando & hæc, quæ sequuntur, a ab Episcopis petita sunt apud regem, & ab eo promissa Episcopis.*

Petitio Episcoporum.

A Vobis perdonari nobis petimus, ut unicuique de nobis, & Ecclesiis nobis commissis, secundum primum capitulum, &c. *usque* exhibere debet. *ut supra pag.* 259.

Promissio Regis.

Promitto vobis, & perdono, quia unicuique de vobis, & Ecclesiis vobis commissis, secundum primum capitulum, &c. *usque* exhibere debet, *pag.* 259.

Benedictiones super Hludouvicum regem factæ.

Deus qui populis tuis virtute consulis, & amore dominaris, da huic famulo tuo spiritum sapientiæ cum regimine disciplinæ: ut tibi toto corde devotus, in regni regimine maneat semper idoneus, tuoque munere ipsius temporibus securitas Ecclesiæ dirigatur, & in tranquillitate devotio Christiana permaneat. Per Dominum.

Sacri olei infusio.

Omnipotens sempiterne Deus, creator & gubernator cæli & terræ, conditor & dispositor Angelorum & hominum, qui Abraham famulum tuum de hostibus triumphare fecisti, Moysi & Josue populo tuo prælatis multiplicem victoriam tribuisti: humilem quoque David puerum tuum regni fastigio sublimasti, eumque de ore leonis, & de manu bestiæ, atque Goliæ, sed & de gladio maligno Saul, & omnium inimicorum ejus liberasti, & Salomonem sapientiæ, pacisque ineffabili munere ditasti: respice quæsumus ad preces humilitatis nostræ, & hunc famulum tuum virtutibus, quibus præfatos fideles tuos decorasti, multiplici honoris benedictione condecora, & in regni regimine sublimiter colloca, & oleo gratiæ Spiritus sancti tui perunge, unde unxisti sacerdotes, reges, prophetas, & martyres, qui per fidem vicerunt regna, & operati sunt justitiam, atque adepti sunt promissiones. Cujus sacratissima unctio super caput ejus defluat, atque ad interiora ejus descendat, & cordis illius intima penetret, & promissionibus, quas adepti sunt victoriosissimi reges, gratia tua dignus efficiatur, quatenus & in præsenti sæculo feliciter regnet, & ad eorum consortium in cælesti regno perveniat. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui unctus est oleo lætitiæ præ consortibus suis, & virtute crucis potestates aerias debellavit, tartara destruxit, regnumque diaboli superavit, & ad cælos victor ascendit. In cujus manu victoria omnis, gloria, & potestas consistunt, & tecum vivit & regnat Deus, in unitate ejusdem Spiritus sancti, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Impositio coronæ.

Coronet te Dominus corona gloriæ, atque justitiæ honore, & opere fortitudinis: ut per officium nostræ benedictionis, cum fide recta, & multiplici bonorum operum fructu, ad coronam pervenias regni perpetui, ipso largiente, cujus regnum & imperium permanet in sæcula sæculorum. Amen.

Sceptri traditio.

Accipe sceptrum, regiæ potestatis insigne; virgam scilicet rectam regni, virgam virtutis: qua te ipsum bene regas, sanctam Ecclesiam, populum videlicet Christianum tibi a Deo commissum, regia virtute ab improbis defendas, pravos corrigas, rectos ut viam rectam tenere possint tuo juvamine dirigas: quatenus de temporali regno ad æternum regnum pervenias, ipso adjuvante, cujus regnum & imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum. Amen.

Benedictiones.

Dominus Deus omnipotens, qui dixit ad Moysem servum suum, Loquere ad Aaron fratrem tuum, & ad filios ejus dicens, sic benedicetis populo meo, & ego benedicam ei; benedicat tibi, & custodiat te. Amen. *Num. 6. 23.*

Illuminet faciem suam super te, & misereatur tui. Amen.

Convertat vultum suum ad te, & donet tibi pacem. Amen.

Extendat dexteram suæ benedictionis, & effundat super te donum suæ propitiationis, & circumdet te felici muro custodiæ suæ protectionis, sanctæ Mariæ, & omnium Sanctorum intercedentibus meritis. Amen.

Indulgeat tibi mala omnia quæ gessisti, & tribuat tibi gratiam & misericordiam quam humiliter ab eo deposcis: liberetque te ab adversitatibus cunctis, & ab omnibus visibilium & invisibilium inimicorum insidiis. Amen.

Multiplicet in te copiam suæ benedictionis, & confirmet in spe regni cœlestis. Amen.

---

a *Ab Episcopis petita*) Editæ supra fuerunt hæ petitiones inter Ludovici II. Capitula primo loco. Eædem ipsæ, ac superiorum, sequentiumque bene dictionum pars maxima nunc etiam in regum Francorum consecrationibus usurpatur. ut verisimile sit ab Hincmaro, cum hos reges reginasque coronaret, conceptas fuisse formulas, quas posteri secuti sint.

ANNO CHRISTI 877.

Actos tuos corrigat, vitam emendet, mores componat, & te ad cœlestis paradisi hæreditatem perducat. Amen.

Talique intentione repleri valeas, quæ ei in perpetuum placeat. Amen.

Angelos suos bonos semper & obique, qui te præcedant, comitentur, & subsequantur, ad custodiam tui ponat: & a peccato, seu gladio, & ab omnium periculorum discrimine te sua potentia liberet. Amen.

Inimicos tuos ad pacis, caritatisque benignitatem convertat, & odientibus te gratiosum & amabilem faciat. pertinaces quoque in tui insectatione & odio confusione salutari induat: super te autem sanctificatio sempiterna efflorеat. Amen.

Victoriosum te, atque triomphatorem de visibilibus atque invisibilibus hostibus Dominus semper efficiat: & sancti nominis sui timorem A pariter & amorem continue cordi tuo infundat: & in fide recta ac bonis operibus perseverabilem reddat: & pace in diebus tuis concessa, cum corona victoriæ ad perpetuum te regnum perducat. Amen.

Et qui te voluit super populum suum constituere regem, & in præsenti sæculo felicem, & æternæ felicitatis tribuat esse consortem. Amen.

Clerum ac populum, quem sua voluit opitulatione tuæ subdere ditioni, sua dispensatione, & tua administratione per diuturna tempora te faciat feliciter gubernare: quo divinis moni- B tis parentes, adversitatibus cunctis carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo ministerio fideli amore obsequentes, & in præsenti sæculo pacis tranquillitate fruantur, & tecum æternorum civium consortio potiri mereantur. Amen. Quod ipse præstare dignetur.

ANNO CHRISTI 856.

TITULUS III.

Judith Caroli filiæ, cum regi Anglorum desponsata est.

Anno DCCCLVI. Edilvulf Rex occidentalium Anglorum Roma rediens, Judith filiam Karoli Regis, mense Julio desponsatam, Kalendis Octobribus in Vermeria palatio in matrimonium accipit, & eam Hincmaro Durocortori Remorum Episcopo benedicente, imposito capiti ejus diademate, Reginæ nomine insignit. quod sibi suæque genti eatenus fuerat insuetum. Patratoque regiis apparatibus utrinque atque muneribus matrimonio, cum ea Britanniam regni sui ditionem navigio repetit. *Ex annalibus Bertinianis.*

BENEDICTIO SUPER [a] REGINAM, *quam Edelulfus rex accepit in uxorem.*

Nubas in Christo obnupta nube cælesti, & refrigerata gratia spiritali, ac protecta ab omni inlicita concupiscentia pangas fœdus cum oculis tuis, ut non videas alienum virum ad concupiscendum eum, & non mœcheris in corpore vel corde tuo, & avertas oculos tuos, ne videant vanitatem: quatenus in via Domini vivificeris, ut possis dicere cum propheta, *Ad te levavi oculos meos qui habitas in cælis*. &, *Levavi oculos meos in montes, unde veniat auxilium mihi*. (Psal. 122. & 120.) Per conditorem, & redemptorem, ac dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum.

Benedic, Domine, has dotes, & accipientes tua benedictione dotare digneris: ut conjugii fidem & thorum immaculatum servantes, sanctorum patriarcharum adscisci mereantur consortio. Per Dominum.

Accipe anulum, fidei & dilectionis signum, atque conjugalis conjunctionis vinculum, ut non separet homo quos conjungit Deus. Qui vivit & regnat in omnia sæcula sæculorum.

Despondeo te uni viro virginem castam, atque pudicam futuram conjugem, ut sanctæ mulieres fuere viris suis, Sarra, Rebecca, Rachel, Hester, Judith, Anna, Noemi, favente auctore & sanctificatore nuptiarum, Jesu Christo domino nostro, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum.

Deus qui in mundi crescentis exordio multiplicandæ proli benedixisti, propitiare supplica- C tionibus nostris, & huic famolo tuo, & huic famulæ tuæ, opem tuæ benedictionis infunde: ut in conjugali consortio secundum beneplacitum tuum, affectu compari, mente consimili, sanctitate mutua copulentur. Dita eos fructibus sanctis & operibus benedictis. Fac illos talem sobolem generare, quæ ad tui paradisi pertineat hæreditatem. Aperi, Domine, januas cæli, & visita eos in pace. Irriga terram eorum, ut germinet fructum spiritalem. sanctifica eos, qui datus es nobis ex virgine: & præsta eis tempora salutis, quæ ante tuum adventum prædixit sanctus propheta Joannes, ut hic fideliter credant, & beate viventes vitam & regnum consequantur æternum, gratia tua, Christe sal- D vator noster, qui cum Deo patre, in unitate Spiritus sancti, vivis & regnas Deus per omnia.

Benedictio Reginæ.

Te invocamus, Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, ut hanc famulam tuam, quam tuæ divinæ dispensationis providentia in præsentem diem juvenali flore lætantem crescere concessisti, tuæ pietatis dono ditatam, plenam veritatis de die in diem coram te & hominibus ad meliora semper proficere facias: ut in regimine suo gratiæ supernæ largitatem congaudens suscipiat, & misericordiæ tuæ muro adversitate undique munita, cum pace propitiationis vivere mereatur. Per Dominum.

---

a *Reginam quam Edelulfus*) Ediluisam item appellat Lupus Abbas epistola XIII. & XLIII. alii Eutheluitum, alii aliter, ut Frodoardus lib. III. cap. XII. *Judith Karoli regis filia Edilnulfo regi Anglorum, qui & Edelboldus, dudum fuerat in matrimonium copulata, & regina decore ac benedictione insignita*. Hoc vero loco duplex illius est, sponsæ primum, deinde reginæ, benedictio.

SUR-

ANNO CHRISTI. 856.

SURSUM CORDA.

Psal. 82. 13. Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, electorum fortitudo, & humilium celsitudo, qui in primordio per effusionem diluvii crimina mundi purgari voluisti, & per columbam ramum olivæ portantem pacem terris redditam demonstrasti: iterum Aaron famulum tuum per unctionem olei sacerdotem unxisti: & postea per hujus unguenti infusionem, ad regendum populum Israeliticum, sacerdotes, reges, & prophetas perfecisti: vultumque Ecclesiæ in oleo exhilarandum prophetica famuli tui voce David esse prædixisti. qui hoc etiam unguento famulæ tuæ Judith ad liberationem servorum tuorum, & confusionem inimicorum, vultum exhilarasti: & ancillæ tuæ Hester faciem hac spiritali misericordiæ tuæ unctione adeo lucidam reddidisti, ut efferatum cor regis ad misericordiam, & salvationem in te credentium, ipsius precibus inclinares: te quæsumus, omnipotens Deus, ut per hujus creaturæ pinguedinem, columbæ pace, simplicitate, ac pudicitia decoram efficias. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui venturus est judicare.

CORONATIO.

Gloria & honore coronet te Dominus, & ponat super caput tuum coronam de spiritali lapide pretioso: ut quicquid in fulgore auri, & A in vario nitore gemmarum significatur, hoc in tuis moribus, hoc in actibus semper refulgeat. Quod ipse præstare dignetur, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum.

ANNO CHRISTI. 856.

BENEDICTIONES.

Benedic, Domine, hanc famulam tuam, qui regna regum a sæculo moderaris. Amen.

Opera manuum illius suscipe, & benedictione tua terra ejus de pomis fructuum cæli, & rore atque abysso subjacente repleatur. Amen.

De vertice antiquorum montium & collium æternorum, de frugibus terræ, & plenitudine ejus tua benedictione lætetur. Amen.

B Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput ejus. Da ei de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini: ut serviant illi ac semini ejus populi, & in honore tuo tribus illam & semen ejus adorent. Amen.

Reple eam benedictionibus uberum & vulvæ. benedictiones patrum antiquorum confortatæ sint super eam, & super semen ejus, sicut promisisti servo tuo Abrahæ, & semini ejus in sæcula. Amen.

Concede quæsumus, omnipotens & misericors Deus, ut hæc dona tua, quæ fideles tui acceperunt de manu tua, dantibus, accipientibus, & dispensantibus ad præsentis vitæ subsidium, ac redemptionem animarum, atque ad vitam capessendam proficiant sempiternum. Per Dominum.

ANNO CHRISTI. 856.

TITULUS IV.

Hermintrudis Reginæ, quando sacrata est anno DCCCXLVI. mense Augusto in Synodo Suessionensi.

ADLOCUTIO DUORUM EPISCOPORUM IN ECCLESIA a *S. Medardi* a *quando Hermintrudis fuit consecrata in reginam.*

Concil. Suess. sess. I II. *Tit.* 121. Volumus vos scire, fratres, quia domnus & senior noster Karolus rex gloriosus, nostræ humilitatis petiit devotionem, ut auctoritate ministerii nobis a Deo collati, sicut ipse in regem est unctus & consecratus Episcopali auctoritate, unctione sacra & benedictione, veluti in scripturis legimus Dominum præcepisse, ut reges ungerentur & sacrarentur in regiam potestatem: ita uxorem suam dominam nostram in nomine b reginæ benedicamus, sicut & a sede b Apostolica, & a nostris decessoribus antea de aliis factum comperimus. Et ut non vobis sit mirum quare hoc petat, fraternitati vestræ rationem reddere maturamus. videlicet quia, sicut multis est cognitum, Deus omnipotens sua gratia istud regnum in manus suorum antecessorum mirabiliter adunavit. quod ipsi decessores sui nobiliter gubernaverunt, & per successiones sua progenies usque ad hæc tempora rexit. Et isti nostro seniori Deus filios, sicut vobis notum C est, dedit: in quorum nobilitate ad sanctam Ecclesiam & regnum, quod Deus illi ad regendum commisit, fideles illius spem maximam se habere sunt gratulati. De quibus ipse aliquos Deo obtulit, ut etiam de fructu ventris sui oblationem Deo offerret: aliquos Deus adhuc ætate immatura, sua gratia de hoc sæculo rapuit, ne, ut scriptum est, malitia mutaret corda eorum: aliquibus autem, quod vos non latet, *Sap.* 4. 11. suo judicio talem passionem permisit incurrere, sicut fideles illius agnoscunt dolere. Propterea petit D benedictionem Episcopalem super uxorem suam venire; ut talem sobolem ei Dominus de illa dignetur donare, unde sancta Ecclesia solatium, & regnum necessariam defensionem, & fideles illius desiderabile adjutorium, & ista Christianitas optabilem tranquillitatem, & legem atque justitiam, cum illis quos adhuc habet, annuente & cooperante Domino, possit habere. Et de hoc in sanctis scripturis habemus auctorita-

a *Quando Hermintrudis*) Nupserat jam olim Karolo Hermintrudis Vodonis Comitis F. mense Decembri anni DCCCXLII. ut auctor est Nithardus lib. IV. Nondum tamen ante hoc tempus in reginam consecrata, nunc demum Karoli rogatu Suessione ab Episcopis coronata est post mortem, ut verisimile est, Caroli filii, quem anno DCCCLXVI. infelici casu, extinctum narrant. Hermintrudis vero ipsa haud multis annis superstes, cum anno DCCCLXIX. pridie Nonas Octobris mortuam doceat Aimoinus lib. V. cap. XXXV.

b *A sede Apostolica, & a nostris decessoribus*) A sede Apostolica, ut Ermingardis Ludovici Pii regina, quam cum Ludovico Augustam appellavit, coronaque aurea cinxit Stephanus Papa, ut Theganus cap. XVIII. testatur, & Flodoardus lib. II. cap. XIX. Ab Episcopis vero ut inter alias Bertrada Pippini regis, de qua Fredegarius editionis Bavaricæ: *Pippinus electione totius Franciæ in sedem regni cum consecratione Episcoporum, & subjectione principum, una cum Bertradane regina, ut antiquitus ordo deposcit, sublimatur in regno.*

ANNO CHRISTI 866.

tem. quia sicut Dominus ad Abrahem dixit, *in semine tuo benedicentur omnes gentes*: cui jam centenario de nonagenaria uxore Isaac filium dedit: ita & ipsum Isaac uxorem sterilem accipere fecit, ut & in hoc, sicut in multis solet facere, misericordiæ suæ largitatem ostenderet. Et inde dicit scriptura, quia *deprecatus est Isaac Dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis*, & concepit. Et non sit vobis mirum, cur antea hoc non fecit. quia, sicut sacra scriptura dicit, in primordio conjunctionis masculi & feminæ dixit Dominus ad Evam, *Ad virum tuum erit conversio tua, & ipse dominabitur tui*. Et cum jam essent moribus in legitima conjunctione maturi & provectæ ætatis Abraham & Sarra, &, ut S. Petrus dicit, *Sarra obediebat Abrahæ, dominum eum vocans*: dixit Dominus ad Abrahem, quod antea nec ipsi, nec alio homini legimus illum dixisse: *Omnia quæ dixerit tibi Sarra, audi vocem ejus*. Jam enim & Abrahem presbyter merito vocabatur, & defecerant muliebria, id est omnis lascivites, Sarræ: & tunc acceperunt benedictionem seminis benedicti a Domino, in quo benedicuntur omnes gentes. Amen. His ergo fulti auctoritatibus, in dispensandis Dei donis, qui ab illo ministri ejus sumus ad hoc constituti, ut Leo dicit, non debemus esse difficiles, nec devotorum petitiones negligere: maxime si ipsas petitiones evidentibus indiciis ex Dei viderimus miseratione conceptas. Quia multiplex misericordia Dei ita saluti humanæ subvenire decrevit, ut præcipue sacerdotum supplicationibus ipsa salus debeat obtineri. Cui operi, ut in sacris literis legimus, ipse Salvator intervenit: nec unquam ab his abest, quæ ministris suis exequenda commisit, dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus*. Et si quid per servitutem nostram bono ordine, & gratulando implemus affectu, ut Leo dicit, non ambigamus per Spiritum sanctum nobis fuisse donatum. Et ideo, fratres, quoniam ita est, & nostra pro vobis ministratio, & vestra erga nos conjuncta devotio, ut una fiat apud Dominum supplicatio, sicut legimus, quia ad hoc constituti sunt sacerdotes, ut prius pro suis, deinde pro populi orent peccatis; & oratio fiebat sine intermissione ad Deum pro Petro, id est pro omni Episcoporum choro: orantibus nobis pro communi nostra, immo pro totius Ecclesiæ ac populi necessitate atque salute, commune votum etiam vestra communis prosequatur oratio, apud eum qui facit unanimes habitare in domo, & vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Gen. 22. 18. — Gen. 25. 21. — Gen. 3. 16. — 1. Pet. 3. 6. — Gen. 21. 12. — Leo 1. epist. 91. — Matt. 28. 20. — Leo 1. epist. 91.

ORATIO.

Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti, & dispositis universitatis exordiis, homini ad imaginem tuam facto inseparabile mulieris adjutorium condidisti, ac femineo corpori de virili dedisti æterne principium: docens quia quod ex uno placuit tibi institui, non liceat ab homine separari: respice propitius super hanc famulam tuam maritali junctam consortio, quæ tua se expetit protectione muniri. Sit in ea jugum dilectionis & pacis. fidelis & casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat feminarum. Sit amabilis ut Rachel viro, sapiens ut Rebecca, longæva & fidelis ut Sarra. Nihil in ea ex actibus suis auctor prævaricationis usurpet. nexa fidei mandatis permaneat, uni thoro juncta contactus illicitos fugiat. muniat infirmitatem suam robore disciplinæ. Sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis cælestibus erudita. Sit fœcunda in tibi placita sobole, sit probata & innocens. Percipiat per hanc sacram misericordiæ, lætitiæ, & exultationis olei unctionem, sanitatem mentis, incolumitatem corporis, tutelam salutis, securitatem spei, corroborationem fidei, plenitudinem caritatis. Corona eam, Domine, corona justitiæ: corona eam fructibus sanctis, & operibus benedictis. Sit meritis & nomine atque virtute regina, adsistens in hoc sæculo fide recta & operibus bonis, & in futuro honore & gloriæ coronata a dextris regis, in vestitu bonorum operum, circumdata virtutum varietate. Fac illam tamen sobolem generare, quæ ad paradisi tui pertineat hæreditatem. Præsta, Domine, huic famulæ tuæ tantum caritatis effectum, & misericordiæ studium, atque religionis augmentum, ut tuum jugiter promereatur auxilium. Callidi serpentis ab ea venena repelle, & lorica fidei indutam scuto salutis eam defende, actus ejus corrige, vitam emenda, mores compone, & eam in senectute bona ad cœlestia regna digneris perducere. Per eundem Dominum nostrum.

Coronet te Dominus gloria & honore, & sempiterna protectione. Qui vivit & regnat.

Deus omnipotens, qui benedixit Adam & Evam dicens: *Crescite & multiplicamini*, & patriarcharum benedixit conjugia: quique cum Tobia misit Raphael Angelum suum, cujus ministerio dæmonium effugavit a Sarra uxore ipsius: benedicat te, & Ill. futuram uxorem tuam, ut secundum præceptum Domini effecti duo in carne una, quod Deus jungit, homo non separet. & det vobis benedictionem de rore cæli & de pinguedine terræ. Benedicimus enim vobis in nomine Domini: qui mittat Angelos suos bonos, ut vos custodiant semper: & omnem phantasiam, & nequitiam, atque versutiam omnium malignorum spirituum & hominum a vobis depellant, & ab omni inquinamento omnis adulterii, omnibusque insidiis humanis & diabolicis protegant, muniant, & defendant, & gratia Domini nostri Jesu Christi, qui amorem & timorem suum jugiter cordibus vestris infundat. ut consenescatis pariter in senectute bona, & videatis filios filiorum vestrorum florentes in voluntate Domini: & pax vobiscum permaneat. atque in fide recta, ac bonis operibus, & concordia bona, & amore conjugali sincero, necnon & in confessione sanctæ Trinitatis, & Ecclesiæ Catholicæ communione perseverantes, ad vitam perveniatis æternam. Quod ipse præstare dignetur, cujus regnum & imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum. Amen.

Gen. 1. 28.

ANALECTA MINUTORUM
DIVERSI GENERIS OPUSCULORUM,
quæ in Notis promissa, vel commemorata sunt.

I.

Epistola Karoli Magni Regis de victoria Avarica anni DCCXCI.

Karolus gratia Dei rex Francorum & Langobardorum, ac patricius Romanorum, dilectæ nobis & valde amabili conjugi nostræ Fastradæ reginæ.

SAlutem amabilem tibi in Domino per hos apices mittere studuimus, & per te dulcissimis filiabus nostris, vel ceteris fidelibus nostris tecum manentibus. Scientem te enim facimus, quia, gratias Deo, sani & salvi sumus. Missus quidem dilecti filii nostri Pippini, nomine Ill. nobis nuntiavit de ejus sanitate, ac domni Apostolici, vel de salvatione confinium nostrorum illis partibus positorum: unde valde lætificati extitimus. Et insuper retulit nobis, qualiter illæ scaræ, quas prius de Italia jussimus pergere partibus Avariæ, in Ill. confinia residendum perrexerunt infra fines ipsorum decimo Kalendas Septembris, & inierunt pugnam cum eis. & dedit eis Deus omnipotens pro sua misericordia victoriam, & multitudinem de ipsis Avaris interfecerunt, in tantum, ut dicunt, quod in multis diebus major strages de ipsis Avaris facta non fuit. Et exspoliaverunt ipsum vallum, & sederunt ibidem ipsa nocte, vel in crastina, usque hora diei tertia. Et acceptis spoliis reversi sunt in pace: & centum quinquaginta de ipsis Avaris vivos comprehenderunt, quos reservaverunt, ut nostra fiat jussio qualiter exinde agere debeant. Fideles Dei ac nostri, qui hoc egerunt, fuerunt ille Episcopus, ille Dux, ille & ille Comites. Ill. Dux de Histria, ut dictum est nobis, ibidem bene fecit cum suis hominibus. Vassi vero nostri fuerunt illi. Nos autem Domino adjuvante tribus diebus litaniam fecimus, id est Nonis Septembris, quod fuit Lunis die, incipientes, & Martis, & Mercoris, Dei misericordiam deprecantes, ut nobis pacem & sanitatem, atque victoriam, & prosperum iter tribuere dignetur, & ut in sua misericordia & pietate nobis adjutor & consiliator, atque defensor in omnibus angustiis nostris existat. Et a vino & carne ordinaverunt sacerdotes nostri, qui propter infirmitatem, aut senectudinem, aut juventudinem abstinere poterant, ut abstinuissent. & qui redimere voluisset, quod vinum licentiam habuisset bibendi ipsis tribus diebus, ditiores & potentiores homines in unaquaque die solidum unum dedissent: minus potentes juxta possibilitatem ipsorum: & qui amplius dare non poterat, & vinum bibere volebat, saltem vel unum denarium donasset. Eleemosynam vero unusquisque secundum propriam atque bonam voluntatem, vel juxta possibilitatem fecisset. Et sacerdos unusquisque Missam specialem fecisset, nisi infirmitas impedisset: & clerici qui psalmos sciebant, unusquisque quinquaginta cantasset. & interim quod ipsas litanias faciebat, discalceati ambulassent. Sic consideraverunt sacerdotes nostri, & nos omnes ita aptificavimus, & Domino adjuvante complevimus. Unde volumus, ut tu cum Ill. & Ill. vel ceteris fidelibus nostris considerare debeas, qualiter ipsæ litaniæ ibidem factæ fiant. Tu autem juxta quod tua infirmitas permittit in tuo committimus arbitrio. Et mirum nobis fuit, quia vester missus nec epistola, postquam de Ragenisburgo, ad nos non venit. Unde volumus, ut sæpius nobis de tua sanitate, vel de alind quod placuerit significare debeas. iterumque salutamus te multum in Domino.

II.

Epistola Ludovici Pii Aug. ad Emeritanos Hispaniæ, ab Einhardo, cujus epistolis inserta est, composita.

Hludouvicus divina ordinante providentia Imperator Augustus omnibus primatibus & cuncto populo Emeritano in Domino salutem.

AUdivimus tribulationem vestram, & multimodas angustias, quas patimini per crudelitatem regis Abdiraman, qui vos per nimiam cupiditatem rerum vestrarum, quas vobis auferre conatus est, sæpissime violenter oppressit. sicut & patrem ejus Abolaz fecisse comperimus: qui injustis superpositionibus censum, cujus debitores non eratis, sibi solvere cogebat, & propter hoc de amicis inimicos, & de obedientibus sibi contrarios atque inobedientes effecerat. quia & libertatem vobis tollere, & injustis censibus ac tributis vos onerare, atque humiliare molitus est. Sed ut audivimus, vos semper sicut viri fortes injurias ab iniquis regibus vobis inlatas fortiter repulistis, & crudelitati atque aviditati eorum viriliter restitistis. quod & vos modo facere multorum relatione didicimus. Quapropter complacuit nobis ad vos has literas dirigere, vosque consolari, atque exhortari, ut in ea qua cœpistis libertatis vestræ defensione contra crudelissimum regem perseveretis: & furori atque sævitiæ illius, sicut hactenus fecistis, cedere non dignemini. Et quia idem rex certissimus adversarius & inimicus tam noster quam & vester est, communi consilio contra sævitiam ejus dimicemus. Volumus enim cum Dei omnipotentis adjutorio, proxima æstate exercitum nostrum ad marcam nostram mittere, ut ubi præparatus sedeat, & expectet donec vos mandetis quando promovere debeat: si ita vobis bonum visum fuerit; ut propter vos adjuvandos eundem exercitum contra communes inimicos nostros, qui in marca nostra resident, dirigamus. ad hoc ut si Abdiraman, vel exercitus ejus, contra vos venire voluerit, isti per nostrum exercitum impediantur, ut illi, & exercitui ejus in adjutorium contra vos venire non valeant. Nam certos vos facimus, quod si ab illo nos avertere, & ad nos convertere volueritis, antiquam libertatem vestram plenissime & sine ulla diminutione vobis uti concedimus; & absque censu, vel tributo, immunes vos esse permittimus: & non aliam legem, nisi qua ipsi vivere volueritis, vos tenere jubemus: nec aliter erga vos agere volumus, nisi ut vos amicos & socios in defensione regni nostri honorifice habeamus. Optamus vos in Domino semper bene valere.

III.

Præceptum Caroli Calvi pro Ecclesia in Magniaco vico pagi Nivernensis.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei rex.

SI fidelium nostrorum autem celsitudinis nostræ petitionibus commodaverimus, morem prædecessorum nostrorum parentum regum scilicet exercebimus. Igitur notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, præsentibus scilicet atque futuris, quia in conflictu altercationis fraternæ, quando me notissima concertatio agebat, ut vires resistendi penes me restaurarentur in fratrem, Nevernensem Comitatum deveni apud Magniacum vicum, ubi corpus sacratissimum beati Vincentii Confessoris Christi memorabili veneratione percolitur. Ibique

munificum largitorem Deum in ejus commemoratione adorans deprecatus sum, ut ejus suffragiis munimen divinæ protectionis adipiscerer, quatenus per suam exoptabilem intercessionem tranquillæ prosperitati restituerer. Quin vero sub spe talis effecutionis votis me obligavi ibidem, ac beneficia temporalia conferre ejus ministris perseveranter promisi. Quocirca percepta quiete, potitusque victoria, ut spes anhelabat, libuit perquirere dotem ipsius Ecclesiæ, scire volens utrum seriem ejusdem tenoris haberet, quam avus memorabilis noster Karolus quondam Imperator cunctis viela fieri statuit. Quam nostris obtutibus delatam reperimus a jam dicto tenore alienam existere. scilicet per diminutiones aliorum beneficiorum cessisse potestatibus res quondam ibidem delegatas. Tunc placuit nobis, res pariter collectas per auctoritatis nostræ conscriptionem ibi redintegrare, quæ abstractæ inde fuerant, cum iis quæ ibi perdurabant, & per divisibilia exercitia tres inde divisiones fieri, unam in usu salutaris sacrificii, ac reparationis Ecclesiæ, alteram ad luminaria administranda, tertiam ad usus necessarios clericorum ibi deservientium excolendos. Quas quindecim mansis & colonicis quatuor, quæ solvunt in censum denarios duodecim, ibidem, solidos quatuor fieri statuimus, quos a nostris nostrorumque fidelium usibus ex Comitatu Nevernensi abstraximus, & in honore omnipotentis Dei, necnon & venerationе Sanctorum ejus Nazarii & Vincentii; quorum reliquiæ ibi venerantur, sicut antiquitus extiterat, restaurando ibi contulimus. quemadmodum in altero auctoritatis nostræ præcepto, quod de eadem ratione ad presbyterii honestatem fieri jussimus, reperiri potest, permanente in suo statu ratione presbyterii ex suo beneficio ibi collato. Volumus etiam matri Ecclesiæ Nevernensi omnia hæc fore subjecta, sub nostraque immunitate posita, & nullius oneris cultum alii ibi exerceant: sed sub tuteia Præsulis ejusdem loci ordinata consistant. ubi anni orbita redeunte libram ceræ in censum in festivitatem S. Cyrici publice persolvant. Quapropter volumus, ut nullus Comes, nullus Judex, nulla opposita persona exinde quicquam exigere præsumat, nec censum, nec paratam, nec aliquod obsequium servitutis, sed jam dictæ matri Ecclesiæ tali ordine deserviro. Et liceat Adalardo presbytero, cujus labore & studio hoc agimus, suisque successoribus, memoratas res quiete possidere, & absque obstaculo alicujus impedimenti perpetualiter tenere & ordinare. ut pro incolumitate mea, & conjugis, sobolisque prosperitate beatus Vincentius, in cujus commemoratione agitur, ante Deum pacis precator adsistat. Sed & hoc cunctis Catholicis orthodoxæ religione viventibus notum manere volumus, quia pro studio laboris & constructionis, quod eidem loco Adalardus presbyter impendit, licentiam concessimus, ut nullus se opponat successor, qui jam dictæ Ecclesiæ sacerdos subrogetur post ejus obitum, nisi quem in vita sua ipse elegerit, & vice sua ministrum constituerit, aut ex parentela progeniei suæ, aut quemlibet alium, quem ad id peragendum idoneum providerit. Ipsi quoque a nullo temporale donum acquiratur, nisi soli Deo, cui servitio fungi unicuique sacerdoti convenit. Et ut nostræ largitionis præsens auctoritas firmior habeatur, & diligentiori observatione custodiatur, anuli nostri impressione subterfignari jussimus.

Signum Karoli KRSL (monogram) *gloriosissimi regis.*

Datum XIII. Kalendas Januarias Indict. VI. Anno XIX. regnante Karolo gloriosissimo rege. Actum in Magniaco in Dei nomine feliciter.

IV.

Consilium Hincmari Archiepiscopi de pœnitentia Pippini junioris, olim regis Aquitaniæ.

VII. XII. SAnctus Papa Gregorius in decretis ad Felicem Siciliensem Episcopum: *Progeniem suam unumquemque, usque ad septimam observare decernimus generationem* &c. Item in decreto Synodali ante B. Petri corpus: *Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit*, &c.

S. Siricius Papa in decretis suis de apostatis monachis: *Has*, inquit, *impudicas, detestabilesque personas a monasteriorum cœtu, Ecclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus*, &c. Cap. VI.

In hoc capitulo stat modo Pippinus, & in alio capitulo quod de apostatis idem Siricius decrevit. Quia vero nunc dicit se pœnitere de præteritis malis, quia habitum & professionem suam deseruit, & sacramentum quo se constrinxit graviter violavit; & quia cum paganis se junxit: & profitetur se ad suam professionem & habitum velle redire: quoniam illius causa synodali diffinitione atque judicio decreta fuit, si tempus & locus permitteret, synodali judicio immutari debuerat. Nunc autem quia hinc judicium, & hinc nos circumstat misericordia, pro judicio synodali nobis sequenda sunt quæ a sede Apostolica, & per synodalia judicia sunt diffinita: dicente B. Leone, quia *in dispensandis Dei donis non debemus esse difficiles, nec accusantium se gemitus, lacrymasque negligere, cum ipsam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente Apostolo:* Ne forte det illis Deus pœnitentiam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem. Et item idem in decretis suis dicit: *Propositum monachi proprio arbitrio aut voluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Quod enim quis vovit Deo debet ei reddere. Unde qui relicta singularitatis professione ad militiam vel ad nuptias devolutus est, publica pœnitentiæ satisfactione purgandus est. quia etsi innocens militia, & honestum potest esse conjugium, electionem meliorum deseruisse transgressio est*: Et sequendum est de eo Leonis capitulum quo dicit: *Si convivio solum gentilium & escis immolatitiis usi sunt, possunt jejuniis & manus impositione purgari, ut deinceps ab idolothytis abstinentes, sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem idola adoraverunt, aut homicidiis vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos nisi per pœnitentiam publicam non oportet admitti.* Et Nicæni canones de his qui præter necessitatem prævaricati sunt, qualiter pœniteant dicunt. Quia vero, ut audivi, paralysi solet Pippinus percuti, sequenda est de illa sententia magni Leonis, quæ dicit: *His qui in tempore necessitatis, & in periculi urgentis instantia præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera conversio, dicente Dei spiritu per prophetam:* Cum ingemueris, tunc salvus eris: *& alibi:* Dic tu iniquitates tuas prior ut justificeris. *& iterum*, quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et Innocentius dixit: *De pœnitentibus, qui sive ex gravioribus, sive ex levioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum Romana Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere æstimando delictorum sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis; ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem. Sane si quis in ægritudinem inciderit, atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat.* Plura sunt alia, quæ hinc possumus colligere, nisi ista crederemus posse sufficere. Unde quantum mihi videtur, non præjudicans synodali sententiæ de Pippino decretæ, sed confisus de Dei misericordia, qui per Apostolum suum dicit, ut superexaltet misericordia judicium, & de caritate confratrum nostrorum, & de auctoritate sacrorum canonum, & Pontificum Romanorum, exhortandus est Pippinus, ut puram confessionem de omnibus peccatis suis, quæ ab ineunte ætate perpetravit, secrete faciat: quia forte talia fecit, quæ turpe est etiam in publicum dicere. & de hoc quod suum habitum dimisit, & se perjuravit, & quia cum paganis se junxit, (de qua sua conjunctione multa mala sunt perpetrata) coram Ecclesia inter publice pœnitentes se lacrymabiliter accuset, & pœnitentiam & reconciliationem humiliter petat: & de omnibus quæ vel secrete confessus fuerit, vel publice se accusaverit, per manus impositionem Episcopalis auctoritatis publice reconcilietur, & reconciliatus tonsuram clericalem accipiat, & habitum monasticum recipiat, & profiteatur se de cetero servare quæ expetit & expedit, & sic communionem sacri altaris recipiat. Reconciliatus autem benigne tractetur, ut tali loco sub

Marginal notes: Epist. XCI. ad Theodorum. — 2. Tim. 2. 25. — Cap. XXVI. Epist. XCII. ad Rusticum cap. XIII. — Cap. XIX. Ep. ead. ad Rust. c. XIX. — Cap. XI. — Epist. 91. — Es. 30. 15. — Es. 43. 26. — Psal. 129. 7. — Cap. VII. Ep. I. ad Decent. c. 7. — Jacob. 2. 13.

libera custodia misericorditer custodiatur, & custodes monachos ac bonos caoooicos habeat, qui eum exhortentur, & quorum doctrina & exemplo bene de cetero vivere, & præterita peccata plangere discat. & quorum providentia, & loci convenientia ita custodiatur, ut ad pristinum vomitum redire nequeat, etiamsi Diabolo suadente voluerit: & * redivivum scandalum per eum in sancta Ecclesia & in ista Christianitate oriri non possit. Accipe frater & fili, istam rotulam, sed & illam de cognatione non conjungenda, & porta illas domno regi, & lege coram illo. & de ista fac secundum illius consilium & commendationem. & de illa cognatione non conjungenda, per ejus consilium & auxilium sequere sacras auctoritates tibi directas. Providentia de Pippino non est negligenda, & ut certi ac fideles custodes illi adhibeantur satis est procurandum: nec obliviscendum quod de eo in Monasterio S. Medardi accidit, & quod de Karlomanno in Corbeia evenit. Nam quod factum est, adhuc fieri potest. — * al. recidivum

V.

Quomodo Nomenoius Tyrannus Brittonum de quatuor Episcopatibus fecit septem, tempore Karoli Calvi regis Francorum.

NOmenoius valde superbus urbem Namneticam, Redonicam, ac etiam Andegavense territorium, & Cenomannense usque Meduanam invasit. His autem urbibus & territoriis nominatis in sua ditione assumptis superbior extitit & potentior. Contemptoque omnino jure Francorum regio, regem se fieri posse existimavit. multisque artibus, ut dolosus & fraudulentus, perquirens quibus id modis assequeretur, reperit ut Episcopos totius suæ regionis aliqua seductione expelleret, & alios concessione sua constitutos in locis illorum subrogaret: sicque facile conceptam tyrannidem posse perficere excogitavit. Æstuante vero principe, & plurima eviscerata facie secum animo revolvente, quomodo conceptum scelus perpetrare posset, tandem invenit unum ex complicibus suis, qui se circumvenire posse Episcopos, & absque ulla examinatione & purgatione aliqua infamari & damnari fateretur. Quod audiens tyrannus, lætus efficitur, multa ei spondens, si dictis facta compensaret. Minister itaque doli convocans Britannos Episcopos: Scitote, inquit, Domini sacerdotes, unum me vobis causa salutis vestræ pandere mysterium, quod audierim a secretis principis, quia nisi Episcopi se reos ex eis quæ eis objicerentur esse audiente conventu præsulum, quos aliunde a discussione reatus ipsorum Dux invitaverat, profiterentur, nec eos lateret sine dilatione capite plectendos fore. Quo audito Episcopi consternati animo, præter Dei & Ecclesiæ leges omnia se profiteri quæ malignus persuadebat, antequam morte multarentur, promiserunt. In consilium autem evocans Princeps in Monasterio S. Salvatoris Synodum Episcoporum atque procerum, adhibuit testes falsissimos pretio conductos adversus Subsannum Veneteusem, Salaconem Aletensem, Felicem Corisopitensem, Liberalem Oximensem Episcopos, qui dicerent eos pretio in Ecclesia intrusos muneribus sæpe sacros ordines fuisse largitos, & omnibus criminibus obnoxios fore. Cumque reticerent Episcopi repentino mortis metu perculsi, requisiti sunt a conventu, utrum vera essent quæ opponebantur. qui ita se habere professi sunt. depositisque in concilio virgis & anulis Pontificalibus, Gallias petierunt ad Karolum se conferentes. Nomenoius vero patrato scelere pseudoepiscopos constituit loco ipsorum. Cogitans autem Episcopos, quos elegerat, a Metropolitano Turonensi benedictionem minime posse consequi, nec accessum ad eum metu regis habere, ex quatuor Episcopatibus septem composuit. Quorum apud Dolum Monasterium unum constituit, quem Archiepiscopum fieri decrevit. Monasterium vero S. Brioci sedem constituit Episcopalem. Similiter etiam S. Rabutuali. Hos tres usurpatitios Episcopos instituit, ceteris quatuor in antiquis urbibus derelictis. Provincia itaque Turonensi ita recisa, Nomenoius Dolo monasterio Episcopos suos congregans se in regem ungere fecit.

VI.

Notitia de mancipiis S. Remigii per judicium Scabiniorum evindicatis in placito Missorum Hincmari Archiepiscopi.

ORdinante Hincmaro Archiepiscopo venerunt ejus Missi in Curte Acutiori, Sigloardus scilicet presbyter vel caput scholæ sanctæ Remensis Ecclesiæ, & Dodilo vir nobilis vassallus ejusdem Episcopi. Residentes ipsi in placito publico, investigantesque justitiam S. Remigii, vel senioris jam dicti, audierunt sonum de his mancipiis, quorum subter continentur nomina, & de eorum genealogia, quod servi & ancillæ merito * deberent esse: eo quod Berta & * Avida eorum aviæ de pretio dominico fuissent — * Baluz. Ex Vet. Cod. debuerant. comparatæ. Missi enim supradicti ut hoc audierunt, — * Avila. requisierunt diligenter eandem rationem. & hæc nomina eorum, qui præsentes interrogati fuerunt, * Grimaldus, * Warinbertus, * Leotholdus, Ostroldus, — * Grimoldus dus, Adelardus, Junia Hildiardis filia. Ipsi enim respondentes dixerunt. — * Warinherus. Non est ita, quoniam ex nativitate ingenui esse debemus. — * Leutbadus Præfati vero Missi interrogaverunt si aliquis ibi fuisset, qui ex hac ratione veritatem sciret, ut approbare voluisset. Tunc accesserunt testes senissimi, quorum hæc sunt nomina, * Hugdicrus, Tedicus, Odelmarus, * Serulfus, — * Hardieros Gislobrandus, Gisardus, Teudericus. & testificaverunt — * Soruisus. quod de pretio dominico eorum origo comparata fuit, & magis per justitiam & legem servi vel ancillæ deberent esse, quam ingenui & ingenuæ. Missi autem interrogaverunt, si testes contra eos verum dicebant. Ipsi enim videntes, cognoscentesque rei veritatem atque comprobationem, statim se recrediderunt, & per judicium Scabiniorum, quorum hæc sunt nomina, Geiofridus, Ursoldus, Fredericus, Ursaudus, Hroderaus, Herlcherus, Ratbertus, Gislehardus, reuvadiaverunt servitium multis diebus injuste retentum vel neglectum. Actum in Curte Acutiori III. Idus Maias in placito publico, anno IX. regnante Karolo rege glorioso, regente autem Hincmaro Archiepiscopo sanctam sedem Remensem anno III. Ego Sigloardus presbyter omnibus his veris indiciis rogatus interfui, & manu propria subscripsi. Ego Heroondus Cancellarius scripsi. Ego Dodilo propria manu subscripsi. Signum Leidradi monachi. Signum Adroini majoris. Signum Goffredi vocati. (S. Flotgisi. S. Guntionis. S. Bettonis. S. — Baluzius ex vet. cod. Rigfredi. S. Ursini. S. Aiacranni, Altiaudi, Balsmi, Balthardi, Fredemari, Theutharii, Aotharii, Geroardi, Vuidonis, Righardi, Amalhadi, Rasoldi, Aiberi, Amalberti.) Ego Hairoaldus Cancellarius recognovi, & subscripsi. Testes suprascripti comprobaverunt etiam Teutbertum & Blithelmum originaliter esse servos, & per judicium Scabiniorum, quorum nomina supra videntur scripta, reuvadiaverunt servitium in eodem placito.

VII.

Precaria Grinberti S. Madalveo Episcopo Virdunensi oblata sub annum DCCLXXI.

Domino sancto & Apostolico in Christo patri Madalveo Episcopo in Dei nomine Grinbertus precator.

DUm vestra fuit voluntas, & mea fuit petitio, & vestra benevolentia & pietas habuit, ut res illas in pago Virdunensi, in loco nuncupante qui dicitur Ad Ex, quas ego ipse per meum instrumentum ad basilicam vestram S. Vitono condonavi, hoc est in mansis, campis, olcis, pascuis, pratis, concidis, silvis, aquis, aquarumque decursibus: similiter & alias res ibi conjacentes, quas senior meus Sartono per suum testamentum ad basilicam vestram S. Aitono condonavit, (una cum farinario cum ipso sesso super ipso fluviolo, & quam ipse condonavit,) ad — *Additio Baluzii ex vet. cod.* vos expetivi, & vos mihi pro beneficio vestro S. Vitono habere promisistis. Ideo & ego spondeo pro hujus vinculo precariæ, annis singulis in censu ad festivitatem S. Vitoni libras xx. de oleo ad ipsam basilicam, ubi ipse domnus in corpore requiescit, ad

illa luminaria facienda dare, & in posterum promitto facturum. Quod si non fecero, aut si de ipso censu negligens fuero, sicut lex est de hoc faciam, & ipsas res habeam; aut si ipsas res meum proprium esse dixero, aut alienare voluero, potestas vestra sit, successorumque vestrorum, me exinde foras mittere, & cum emelioratione res vestras recipere. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego, aut ullus de hæredibus meis, seu quislibet ulla opposita persona, contra hanc chartulam precariæ adire voluerit, aut eam infringere, inferat sacratissimo fisco una cum basilica S. Vitoni auri libras II. argenti pondera V. multam sustineat, & quod repetit evindicare non valeat. Et ut hæc chartula precariæ firmior sit, manu propria subter * signavi [* firmavi.], & qui subscriberent, vel signarent, in præsenti rogavi stipulatione subnixa. Actum sub die Kalend. Julias anno III. regnante Karlomanno rege. Signum Grinberti, qui hanc chartulam precariæ fieri & firmari * curavit [* rogavit.]. Signum Grimboldi germani sui. Signum Taringo. Signum Godoni. Signum Gobberti. Hoc est testamentum, quod domnus Madalveus Episcopus Virdunensis Ecclesiæ firmavit sua auctoritate. Remedius diaconus hanc chartulam precariæ scripsi & subscripsi.

VIII.

Charta ingenuitatis, qua Amalricus, diaconus Asaitæ famulæ libertatem concessit in Ecclesia S. Vitoni.

QUi famulum vel famulam a jugo servitutis absolvit, sine dubio mercedem recipiet ab illo qui dixit, *Dimitte & dimittetur vobis, date & dabitur vobis*. Quapropter ego Amalricus diaconus,

A atque sanctæ Mariæ Virdunensis Ecclesiæ Canonicus, pro remedio, & absolutione animæ fratris mei Ladonis, dimitto ingenuam famulam illius nomine Asairam, quam ipse mihi ad libertatem faciendam tradidit & dedit, ut hinc & deinceps ingenua sit, ingenuaque permaneat, tuitionem Ecclesiæ S. Petri & SS. Confessorum Vitoni, Pulchronii, Possessoris civitatis Virdunensis Pontificum habeat, & annis singulis in festivitate S. Vitoni ad altare ipsius in prædicta Ecclesia civitatis Virduni unam denaratam de cera persolvat, ipsiusque Ecclesiæ mundiburdo, & abbatis ejus tuitione defensata, per hanc ingenuitatis chartam, liberam & firmissimam omni tempore obtineat libertatem & ingenuitatem. Si quis vero, quod futurum non credo, si ego aut ullus de hæredibus meis vel cohæredibus, vel ipsius fratris mei Ladonis, seu quælibet altera ex-
B tranea persona, hanc ingenuitatis chartulam infringere voluerit, cui litem intulerit, una cum prædicta socia Ecclesia, cogatur persolvere auri libram I. argenti pondera XII. multa sustineat, & quod repetit non evindicet. Et ut hæc ingenuitatis chartula in omnibus firmior sit, manibus propriis subter eam firmavimus, & qui subscriberent vel signarent in præsenti rogavimus, stipulatione subnixa. Actum sub die Iduum mensis Junii, in prædicta Ecclesia S. Vitoni, ubi corpus Ladonis sepultum est, anno XI. regnante Ottone Rege filio Heinrici Regis in regno quondam Lotharii junioris. Signum Amalrici Diaconi, qui hanc ingenuitatis chartulam fieri & firmari rogavit. Isti sunt testes. Adelardus, Albricus, item Albricus, Anselmus, Raynboldus, Robertus, Dominicus, Flocherus, Berardus Abba, Heiroaldus Diaconus, Blicherus Diaconus, Berterus presbyter calvus. Saroardus Presbyter & Cancellarius scripsi & subscripsi.




ANASTASII
BIBLIOTHECARII
SEDIS APOSTOLICÆ
COLLECTANEA.

QUÆ

IN GRATIAM JOANNIS DIACONI,
cum Ecclesiasticam Historiam meditaretur, e Græcis
versa concinnavit.

Primum in lucem edita studio & opera JACOBI SIRMONDI
Societatis JESU *Presbyteri*, *anno* M. DC. XX.



ILLUSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO DOMINO
SCIPIONI CABELLUTIO
CARDINALI S. SUSANNÆ,
SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO.

ANastasii Bibliothecarii cum multa sint e Græcis ab eo fontibus deducta, quæ sacram historiam non mediocriter illustrant; tum vero ex iis quæ adhuc latent, parem expectari fructum posse, si prodeant, fidem hæc, ni fallor, quæ ad te convolant, Collectanea factura sunt, CARDINALIS AMPLISSIME. *Quis enim erit, qui modo aliquem bonarum rerum gustum habeat, cui non statim arrideat illa, quam in fronte gerunt, Joannis IV. tam diu a doctis expetita pro Honorio Pontifice Apologia? Quis deinde, quem Theodori, Martinique Pontificum epistolæ, Maximi Con-*

fessoris, Anastasii utriusque, tum Abbatis, tum Apocrisiarii, aliorumve alia omnia, quæ his continentur, utilitate, varietateque sua non pariter afficiant? Et erunt nimirum, quos, dum hæc legent, alios alia moveant: nullus, opinor, qui Martini Papæ exilii obitusque tempora, quæ ignorari antea videbantur, certis hic notis insignita non libenter recognoscat. Erunt qui oculos ad Monothelitarum inconstantiam & deliramenta convertant; quod post Heraclii ecthesin, typumque Constantis: quorum ille unam in Christo voluntatem sanxerat, huic neque unam, neque duas dici placuerat; eo tandem prolapsi sint, ut unam & duas, hoc est tres in illo voluntates, operationesque affirmarent. Quis non illa Maximi, cujus aurea semper dicta & scripta sunt omnia, suspicienda in primis & amplectenda judicet, quibus Pontificis Romani summum in Ecclesias omnes imperium, atque, ut ejus verbo utar, ἡγεμονίαν, & potestatem apud Græcos ipsos sic extollit, ut mirum non sit, apud Græcos eosdem, postquam ab Ecclesia Romana desciverunt, trunca fere hanc partem & mutila ejus opera operiri? Vides hinc autem, Cardinalis Illustriss. quo instructum apparatu, quibus copiis ornatum hospitem excepturus sis Anastasium. Tuas enim ille fores pulsat, apud te stativa designat; haud ignarus metari se justius nusquam posse, quam apud eum, quem & Bibliothecæ, cui olim præfuit, Curatorem, & sacrarum Epistolarum, quas dictavit, Magistrum, utriusque muneris sui longo intervallo successorem vides. Nec verendum scilicet, ne a ceteris impar, aut indecorus hospes sit tibi. Quanquam enim purpura caruit, qua fulges, suum tamen ille decus & nomen gessit; quem & Imperatoriæ & Pontificiæ legationes honestarunt. Quod si lingua incultior facundiam istam assequi non potuit, quam in te merito amant & prædicant omnes; non debet illi deterioris ævi culpam sæculi nostri felicitas imputare. Cur ergo diffidem, quin abs te tot nominibus humanitatem impetret, quam vel ignotis præstare atque immerentibus soles? Ego vero, Cardinalis Amplissime, non modo non diffido; ut me potius admissionis hujus auctorem factum gaudeam; quod multis maximisque benevolentiæ tuæ vinculis obstricto, cum optandum esset quod offerrem, id mihi muneris sua sponte oblatum est, cujus apud te gratiam deterere nec tenuitas nostra possit.

ILLUSTRISSIMÆ AC REVERENDISSIMÆ D. T.

Addictissimus,

JACOBUS SIRMONDUS
SOCIETATIS JESU.

LECTORI.

DE SINGULIS OPUSCULIS quæ in hoc volumine continentur.

QUæ initio Præfationis loco posita est Anastasii Epistola, ea non instituti solum operis rationem explicat; sed Honorii etiam Papæ defensionem continet adversus sextæ Synodi censutam, qua perstrictus inter Monothelitas videbatur. Indicem præterea texit librorum, quos in hanc collectionem conjecerat, non tamen omnium: plures enim reipsa exhibet, quam promittit. Joannem autem Diaconum, ad quem scribit, illum ipsum fuisse conjicio, cujus extant libri quatuor de vita S. Gregorii Magni. I. Pag. 291.

Joannis IV. Papæ Apologia pro Honorio, cum ad Constantinum Imp. scripta sit, quem mensibus tantum quatuor post Heraclii patris obitum regnasse Græcorum annales produnt, consequens est ut anno Christi DCLI. quo ex vita excessisse dicitur Heraclius, scriptam fuisse intelligamus. Scribendæ occasio nata ex Pyrrho Patriarcha, & aliis Monothelitis, qui Honorii ad Sergium Pyrrhi decessorem epistola abutebantur, quasi ipsorum hæresi faveret: quam Joannes recto atque orthodoxo sensu dictatam probat. Hujus Apologiæ testimonio usus est S. Maximus Confessor in disputatione sua cum Pyrrho, quæ paucis post annis in Africa secuta est. Honorii vero ad Sergium literæ, quarum nomine insimulabatur, in sexta Synodo actione XII. recitantur. II. Pag. 295.

Joannis Epistolæ subdita sunt Excerpta quædam ex tribus Epistolis Maximi ejusdem. Ac de prioribus quidem duabus, quarum in altera quæ ad Marinum Presbyterum scripta est, Honorii quoque ad Sergium Epistolam defendit, in altera ad Petrum illustrem Honorio itidem & Sophronio contra Pyrrhum patrocinatur, cur earum hoc loco injecta sit mentio, perspicua res est. de tertia, non item: quo enim referri debeat, incertum est. III. Pag. 301. & 307. Pag. 309.

Proxima est Epistola Theodori Papæ ad Paulum Patriarcham, qua ejus Synodicæ respondet, arguitque illum duplici de causa. Primum quidem quod Ecthesis Heraclianæ chartam publicis in locis a Pyrrho suspensam non sustulerit. Deinde quod Pyrrhi, qui Patriarchatum odio compulsus abdicarat, adhuc superstitis, & nondum damnati sedem occuparit. Quare Synodum coram Apocrisiariis suis convocari jubet, ut illius causa examinetur. Quod ipsum etiam in altera Epistola scribit ad Episcopos, qui Paulum consecrarant. Ad Decretum vero Ectheseos anathematizandæ Costantinopolim transmissum, quod inter utramque Epistolam insertum est, alludere videntur Episcopi Cyprii in Epistola ad Theodorum Papam, quæ in Synodo Romana Martini Papæ legitur Secretario II. At Serici Diaconi, quem Theodorus in priore Epistola nominat, meminit etiam Honorius in altera ad Sergium Epistola, cujus pars quædam Synodi VI. actione XIII. continetur. Ex quo liquet illum perdiu & sub diversis Pontificibus Apocrisiarii munere perfunctum. IV. Pag. 311. Pag. 315. Pag. ead. Pag. 313.

Quæ sequitur ex alia S. Maximi Epistola Commemoratio de Sedis Apostolicæ legatis, qui Græcos scito responso eluserunt, cum Romani Pontificis consecrationem suspensam diutius tenerent, de iis legatis accipienda est, qui Severino post Honorii obitum electo Constantinopolim ejus causa missi sunt anno Christi DCXXXIX. quo ipso anno Ecthesis, de qua hic sermo, ab Heraclio Imp. promulgata est, & Sedes Apostolica, nondum ordinato Severino, vidua fuit. Itaque cum Joanne ac Theodoro anterior fuerit Severinus, ordinem temporum, quem in ceteris fere observat, hoc loco neglectum ab Anastasio dici necesse est. Severinus porro missam ad Isaacium Exarchum, sibique Romæ oblatam Ecthesin constanter repudiavit, ut testatur Martinus Papa sub finem Secretarii III. Synodi Romanæ. V. Pag. 317.

VI. Pag. 320. De Martini Papæ Martyris exilio duplex hinc narratio. Prior duas ipsius
Martini Epistolas continet, quibus ea commemorat, quæ Romæ passus est,
cum inde a Calliopa Exarcho vi abreptus Constantinopolim missus est. Diem
autem sui ab urbe discessus incidisse notat in feriam quartam XIII. Kalendas
Pag. 323. Julias: quæ duo annum Christi DCLIII. sine controversia designant. Altera ea
persequitur, quæ in illum Constantinopoli acerbe, crudeliterque gesta sunt,
priusquam in Chersonem relegaretur. Cui quidem narrationi adnexæ sunt
Pag. 332. aliæ Martini Epistolæ duæ, e Chersone ipsa de exilii sui calamitate scriptæ,
Pag. 319. Utramque narrationem e Græcis a se versam Martini Episcopi Narniensis roga-
tu jam antea ediderat Anastasius, anno, ut ejus præfatio declarat, DCCCLXXV.
Extatque editionis illius in Bibliotheca Pontificia vetus exemplar a Card. Ba-
VII. Pag. 331. ronio in Annalib. non semel laudatum.

In quæstione de S. Maximo a Judicibus Constantinopoli habita in Secreta-
rio palatii, multa sunt animadversione digna; sed hoc præ ceteris memora-
bile, quod de Apocrisiariorum sedis Apostolicæ, hoc est Eugenii Papæ, ut
reor, legatorum cum Byzantinis unione commemorat. Rem anno DCLV. su-
Pag. 348. & 332. perstite adhuc Martino Papa gestam fuisse certa sunt indicia. Quodnam au-
tem id dogma fuerit, cui assentiri Legatos coegerunt, declarant Epistolæ Ma-
ximi ad Anastasium discipulum, & Anastasii ejusdem ad Monachos Caralita-
nos, quæ ordine subsequuntur. Ex his enim liquet. Monothelitas hæreticos
eo tandem prolapsos, ut duas & unam, id est tres in uno eodemque Christo
voluntates & operationes prædicarent. Ceterum peracto hoc judicio Maxi-
mus Bizyam, quod oppidum est Thraciæ, a Constante Imp. inexilium actus
VIII. Pag. 355. est.

Disputatio vero Maximi ejusdem cum Theodosio Cæsareæ in Bithynia Epi-
scopo, & proceribus qui cum illo venerant, Bizyæ in exilio ipso peracta est,
anno ut mensis Aug. & XIV. Indictionis nota docet, DCLVI. Quare in An-
nalibus Ecclesiasticis recte huic anno adscribitur. male autem Judicum quæ-
stio, quæ Maximi exilium, ut dictum est, antecessit, in sequentem annum
IX. Pag. 375. ibidem conjecta est, cum ad præcedentem referri deberet.

Anastasii Apocrisiarii ad Theodosium Gangrensem Epistola, præter ea quæ
de Maximi ejus magistri, & Anastasii alterius condiscipuli obitu narrat, exi-
Pag. 383. miam continet ex Hippolyti Portuensis Episcopi testimoniis disputationem
adversus errores Monothelitarum. Huic nos Græca Hippolyti verba ex
Franc. Turriani nostri codice olim decerpta inseruimus, idem in reliquis col-
X. Pag. 395. lectionis hujus partibus præstituri, si ad manum Græca exemplaria fuissent.

Restat Hypomnesticum, cujus auctores Theodosius ac Theodorus Mona-
chi fratres ipsi se produnt. In eo vero non solum Martini Papæ, & Maximi,
atque Anastasii Abbatis agones & excessus compendio recensentur; sed Ana-
stasii etiam Apocrisiarii, & Theodori atque Euprepii, aliorumque, de qui-
bus apud alios nulla mentio. Narrationem hi suam perducunt ad annum us-
que DCLXIX. Quo fit ut annorum XXX. historiam hæc Opuscula comprehen-
dant. Quibus nos Collectaneorum nomen fecimus, non antiqui codicis,
cujus nobis copia facta est ex Bibliotheca Ecclesiæ Laudunensis, auctoritatem
secuti, sed ne titulo carerent; cum ita inscribi posse viderentur, quæ in
unum corpus ex diversis collecta & congesta essent. Tu boni omnia, Le-
ctor, consule, & vale.

SYNOPSIS CHRONICA

ANNORUM XXX.

Præcipua quæque digerens & illuſtrans, quæ in his Collectaneis comprehenduntur.

ANno Chriſti DCXXXVIII. Honorius Papa ſepultus eſt IV. Idus Octobris. Vacat Sedes annum I. menſ. VII. dies XVIII. Severini electi conſecratione dilata. *Pag.* 308.c. 317.c.

An. Ch. DCXXXIX. Capitula novem Alexandriæ a Cyro edita. *Pag.* 308. d. 341. b. 357. a. Ecthesis fidei unam in Chriſto ſtatuens voluntatem ab Heraclio Imp. Conſtantinopoli promulgata. *Pag.* 313. b. 341. b. Severini legati de ea interpellati Græcos eludunt. *Pag.* 317.c. Sergio Patriarchæ CP. mortuo ſuccedit Pyrrhus Indict. XII.

An. Ch. DCXL. Severinus Papa XXX. Mali ordinatus, ſepultus eſt IV. Nonas Auguſti. *Pag.* 308. c. Vacat ſedes, menſes IV. dies XXIX. Joannes ordinatur pridie Kal. Januarias.

An. Ch. DCXLI. Joannes IV. Papa ſedit annum I. menſes IX. dies XIX. ad Pyrrhum ſcribit Ecthesin damnans, quam ille publicis in locis ſuſpenſam affixerat. *Pag.* 313. b. 317. a 343. e. Heraclius ad Joannem ſcribit ſe auctorem Ecthesis non fuiſſe, ſed Sergium. *Pag.* 308. a. 343. d. moritur menſe Martio Indict. XIV. Poſt eum Conſtantinus filius imperat menſibus IV. Joannes pro Honorio apologeticam ſcribit ad Conſtantinum. *Pag.* 291. a. Valentinus rebellat. *Pag.* 327. a. Conſtans factus Imperator. Paulus Pyrrho Patriarcha pulſo ejus ſedem occupat menſe Octobri.

An. Ch. DCXLII. Joannes Papa ſepultus IV. Idus Octobris. Vacat ſedes menſem I. dies XIII.

Theodorus Papa Novembri menſe ordinatus ſedit annos VI. menſes V. dies XVIII.

An. Ch. DCXLIII. Theodori Synodica ad Paulum Patriarcham, Ecthesin e medio tolli, Pyrrhique cauſam in Synodo examinari jubens. *Pag.* 311. a. Decretum in Conſtantinopolitanos, ut Ecthesis anathematizetur. *Pag.* 314. b. Epiſtola ad ordinatores Pauli. *Pag.* 315. b. Scripſerat idem ad Conſtantem Imp. de Pyrrho in urbem mittendo.

An. Ch. DCXLV. Diſputatio Maximi cum Pyrrho in Africa menſe Julio, Indict. III. *Pag.* 341. b.

Pyrrhus Romæ libello fidei Theodoro Papæ oblato ſuſceptus eſt. *Pag.* 329. c. 330. a. b. &c.

An Ch. DCXLVI. Gregorius Prætor Africæ rebellat. *Pag.* 335. a. b.

Theodorus & Euprepius fratres fidei cauſa capti, & in Cherſonem exules miſſi. *Pag.* 397. b. c.

An. Ch. DCXLVIII. Typus fidei a Conſtante Imp. editus Indict. VI. ſilentium indicens, ne una aut duæ in Chriſto voluntates, vel operationes doceantur. *Pag.* 338. d. e. 341. b. 342. b. 343. c. d. 344. e. 358. e. 370. e.

An. Ch. DCXLIX. Theodorus Papa ſepultus eſt pridie Idus Maias. Sedes vacat dies LII. Martinus Papa Julio menſe ordinatus ſedit annos VI. menſem I. dies XXVI. Synodus Romana III. Nonas Octobris Ind. VIII. 341. c. 344. e. 245. a. c. 360. a. b. 364. b.

An. Ch. DCLI. Olympius Exarchus Romam veniens Martino Papæ inſidias fruſtra tendit. *Pag.* 322. c.

An. Ch. DCLIII. Martinus Papa Julio menſe a Calliopa Exarcho Roma abductus, *Pag.* 323. h.

Eugenius Papa Martini loco Septembri menſe creatus ſedet annos II. menſes novem, dies XXIV.

An. Ch. DCLIV. Martinus anno in Naxo Inſula exacto Conſtantinopolim perductus XVII. Septembris. *Pag.* 324. a. 325. a.

Paulo Patriarcha defuncto Pyrrhus iterum ſedit menſes IV. deinde illo mortuo Petrus ſucceſſit. *Pag.* 334. c. 355. b.

An. Ch. DCLV. Martinus Conſtantinopoli diris modis vexatus Cherſonem relegatur Byzantio digreſſus die cœnæ Domini Cherſonem pervenit Idibus Maiis. *Pag.* 331. a. 332. b.

Collatio S. Maximi cum Judicibus in palatio Conſtantinopoli, ejuſque exilium Byzienſe. *Pag.* 333. e.

Monothelitæ unam & duas in Chriſto voluntates & operationes docent, & Apocriſiarios ſedis Apoſtolicæ aſſentiri cogunt. *Pag.* 341 e. 348 b. 352. a.

Anaſtaſii monachi Epiſtola ad Caralitanos. *Pag.* 351. a.

S. Martinus Papa exul obiit XVI. Septembris Ind. XIV. *Pag.* 331. d. 398. e. 399. a.

Euprepius Theodori frater moritur XXVI. Oct. *Pag.* 397. d.

An. Ch. DCLVI. Eugenius moritur II. Junii. Sedes vacat menſ. I. dies XXVIII.

Vitalianus Papa ſedit annos XIV. menſ. VI.

Collatio S. Maximi cum Theodoſio Epiſcopo & aliis, Byziæ, IX. Kal. Sept. Ind. XIV. *Pag* 355. a. S. Maximus Byzia translatus Perberim. *Pag.* 372. e. 373. a.

An. Ch. DCLXII. Anaſtaſius Abbas Maximi diſcipulus obiit XXIV. Julii Indictione V. *Pag.* 399. d.

S. Maximus in Lazica, tertio exilio, mortuus die Sabbato XIII. Auguſti. *Pag.* 376. e. 399. d.

An. Ch. DCLXV. Anaſtaſius Apocriſiarius exul e Lazica epiſtolam mittit ad Theodoſium Gangrenſem cum Hippolyti teſtimoniis. *Pag.* 375. a.

An. Ch. DCLXVI. Anaſtaſius Apocriſiarius obiit die Dominica, V. Idus Octobris. *Pag.* 380. e. 397. a.

An. Ch. DCLXVIII. Theodoſius & Theodorus fratres exemplum epiſtulæ Anaſtaſii a Gregorio monacho accipiunt XX. Auguſti, Ind. XI & Hypomneſticum proxima, ut videtur, Ind. ſcribunt. *Pag.* 395. a. 400. a.

ANASTASII BIBLIOTHECARII SEDIS APOSTOLICÆ COLLECTANEA.

AD JOANNEM DIACONUM URBIS ROMANÆ.

Carissima fratri Joanni digna Christi Levita Anastasius exiguus in Domina salutem.

Ecclesiasticam scripturæ ad multorum instructionem histotiam industriæ tuæ promissam ex Græco me tibi sermone quædam in Latinum vecturum eloquium. Dixeras enim, & summa veritate docente perhibueras, Ecclesiasticam te ordiri non posse fidenter Historiam, nisi utriusque linguæ quædam rerum gestarum conscripta series ad tuam notitiam devenisset. Quapropter qui tantæ ma imperitiæ recognosco, ut nec ipsius linguæ meæ, in qua uatne sum, ne dixerim alienæ, vim penetrare sufficiam; ac per hoc nunquam interpretandi qnacumqne satione conamen arripere præsumpsissem; consentiens a magistris reprehendi, quam te a prædicta torpore meo texenda Historia removere, satisfacere tibi ecce pro viribus maturavi. Credens plane a te corrigendum, quicquid mrum distortum, poliendum quicquid repertum fuerit impolitum: Saue fateor, testimoniom mihi perhibente conscientia, mallem hæc & hujusmodi ab aliis fieri, non tam laborem fugiens, quam imperitam undecumqua scientiam meam, si tamen scientia, & non magis inscitia sit dicenda, non nesciens, si salva pace fraternitatis tuæ, seu scribendæ a te Historiæ proposito, hæc omittere potuissem: qui profecto tanta luce sapientiæ rutilas, ut a ma non quod necessarium, sed temerarium experiri saporem proposuisse videaris. Itaque mihi, interveniente obedientia, sata ab aliis rustica falce collegisse, & ad aream Latinitatis fideli humero transvexisse sufficiat, nil videlicet addenti vel minuenti. Tuum autem erit, adjectis sententiis, veluti quodam ventilabro judicii, opus historiæ dilatare, & verba nostra, quæ in ea inserenda decreveris, quasi quædam frumenta purgare. Verum nos sic & hæc & alia interpretandi propositum sumpsimus, ut nec ab ipsa verborum usquequaque circumstantia discessisse noscamur, nec pro posse a sensus veritate decidisse videamus. Porro novissimorum temporum brevia quædam Opuscula transtuli, quoniam priorum temporum gesta priores, immo majores nostri transferentes, nos in hujuscemodi opere prævenerunt, quemadmodum & longe præstantius transcenderunt. Igitur [a] post Chronographiam tripertitam, quam te hortante transtulimus, & alia quædam brevissima Opuscula, quæ ad petitum diversorum patrum & fratrum nostrorum interpretati sumus, ad manus nostras venire con-

A tigit Apologiam quarti Joannis Romani Pontificis pro Honorio Papa a calumniatoribus impetito, quod unam Domini nostri Jesu Christi tantum scripserit voluntatem. Quæ videlicet Apologia satis hunc, ut reor, excusabilem reddit, licet huic sexta sancta Synodus quasi hæretico anathema dixerit, & in Dei solius jam judicio positum reprobationis telo confodarit: cum hæreticus non ex erroris tantum deceptione, quantum ex electione non recta & contentiosa pertinacia generetur. Quis autem erit, qui nobis interim dicat, utrum ipse procerto dictaverit Epistolam, de qua illum anathematizandi fomitem calumuiatores susceperunt: cum &
B ex scriptoris vel indisciplinatione, vel in Pontificem odio quid contingere tale potuerit? Quamvis non ignoremus, docente sancto Maximo in Epistola sua, quam Marino scripsit Presbytero, sanctissimum hanc scripsisse Joannem Abbatem. Esto, & ipse dictator extitit: quis hinc illum interrogavit? quis intentionem investigavit? quis hunc corrigere voluit, & ille percontanti, aut emendare conanti restitit, vel contentionibus serviens resultavit? Præsertim cum in Evangelio illo, quo dicitur, *Nolite judicare, & non judicabimini*, & cetera, nihil aliud præcipi magnis etiam magistris Ecclesiæ videtur, nisi ut ea facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Sunt quippe quædam facta media, quæ ignoramus quo animo fiant, cum bono & ma- Luc. 6. 37.
C lo fieri possint, de quibus temerarium est judicare, maxime ut condemnemus. Denique duo sunt, in quibus temerarium judicium cavere debemus, cum incertum est quo animo quicquam factum sit, vel cum incertum est qualis futurus sit, qui nunc vel malus vel bonus apparet. Quantum autem temerarium sit judicium præcavendum, aperte Dominus indicat, qui de Sodomitis more nostro loquitur, dicens: *Descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam.* Et sursus per Moysem, *Ne maledicas surdo*, ait, *nec coram cæco ponas offendiculum*. Quod Gen. 18. 21. Levit. 19. 14.
D eisdem pene verbis Apostolus monet, *Vausquisque*, inquiens, *nostrum pro se rationem reddet Deo. Nau erga amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.* Quis autem magis surdus, vel mutus dicendus est, quam is, cui, cum exanimis & dissolutus jacet in sepulcro, nec auris patet ad objecta solemniter audiendum, nec os aperitur ad objecta rationabiliter refellen- Rom. 14. 12. & 13.

[a] *Post Chronographiam tripertitam*) De Græcis Nicephori, Georgii, & Theophanis excerptam, Edita est Lutetiæ typis regiis anno MDCXLIX.

dum. Verum de hujusmodi judiciis sufficiont quæ venerabilis Anastasius Apostolicæ Sedis Præsul ad Anastasium Imperatorem scribens, sacræ Scripturæ auctoritatis pondere gravida docet. Sed ne videamur tam sanctam, tamque reverendam Synodum accusare, vel temere reprehendere, licere nobis opinamur de illa sentire, quæ sanctos Patres nostros de Calchedonensi magna Synodo sensisse non ignoramus. Quorum unus, sanctus videlicet Papa Gregorius, usque ad prolationem tantummodo canonum hanc suscipiendam fore signavit. Beatus quoque æque Papa Gelasius in tomo de anathematis vinculo qualiter eadem Synodus recipienda sit, luculentis exemplis, & nonnullis divinis testimoniis innuit, ubi horum circumstantiam tali deliberatione concludit. „ Hæc, inquiens, & hujusmodi exempla nos edocent, & testimonia divina confirmant, non omnia passim a quocumque dicta, vel ubicumque scripta indifferenter accipere, sed retentis bonis, quæ noceant refutare. Nam & hanc quoque sanctam Synodum canonica quædam Capitula promulgasse, Græcorum scripta testantur, quæ tamen pene omnia, quia sedes Apostolica non approbavit, tota Latinitas reprobavit. Sed quid de hac sola dicimus? cum & secundam universalem Synodum, quæ primo Constantinopoli celebrata est, in causa primatus Ecclesiarum, Sedes Apostolica non admittat: quin & omnes Synodos sic recipiendas decernat, ut Chalcedonensem Synodum admittendam fore prædictus sanctus Gelasius Papa describat, pro fidei scilicet communione, & veritate Catholica & Apostolica, pro qua hanc fieri sedes Apostolica delegavit, factamque firmavit? Verum, si omnia exaggerare volumus, quæ in Honorii Papæ excusationem colligere possumus, facilius charta nobis quam sermo deficiet, & interpretandi propositum ad dictationis profecto vertemus eloquium. Unum tamen dicemus, quod reticere proculdubio non debemus, quia talis est dictus Honorius, qualis est & pronunciatus: quod si talis non fuit, cui sit præfixa sententia, profecto non erit: quoniam sicut scriptum est, *Homo videt in facie, Deus autem in corde*. [1.Reg. 16. 7.]

Sed ecce, dum prolixius Præfatio ad te nostra dirigitur, ab interpretandi studio procul abscessimus: ostendere gestientes quod in Apostolicæ Sedis petra, quantum ad fidem pertinet, nec etiam per Honorium inventum sit unquam serpentis, id est virulentæ sectæ, vestigium. Sume igitur jam memoratam Joannis Papæ pro Honorio Apologiam: sume etiam & pro eodem ipsa Apologiam ex Epistola Maximi Monachi, & revera Philosophi, Christique Dei nostri Martyris, missa Marino Presbytero, disflоratam. Ipse quippe beatissimus Maximus non solum in jam dicta, sed & in ea quam scripsit ad Abbatem Thalassium Epistola, jam nominatum defendit Honorium: verum etiam in Epistola sua dogmatica, quam ad Petrum scripsit Illustrem, magnum hunc & divinum appellat. Ex qua scilicet Epistola de eodem Papa Honorio, & Hierosolymitano Sophronio, de quo in translatis a nobis scriptis sæpe memoriam fecimus, atque de Pyrrho Constantinopolitano hæretico Patriarcha, disflorata quædam atque translata en tibi afferimus. Præterea interpretati sumus ex Epistola ejusdem sancti Maximi ad Marinum scripta Presbyterum circumstantiam de Spiritus sancti processione, ubi frustra causari contra nos innuit Græcos, cum nos non causam vel principium Filium dicamus Spiritus sancti, ut autumant; sed unitatem substantiæ Patris ac Filii non nescientes, sicut procedit ex patre, ita eum procedere fateamur ex filio, missionem nimirum processionem intelligentes: pie interpretans, utriusque linguæ gnaros ad pacem erudiens, dum scilicet & nos & Græcos edocet secundum quiddam procedere, & secundum quiddam non procedere Spiritum sanctum ex Filio: difficultatem exprimendi de alterius in alterius linguæ proprietatem significans. Siquidem & hujusmodi pia interpretatione sanctus olim Athanasius Orientales & Occidentales super subsistentiæ vel personæ nomine dissidentes univit, dum unum idemque utrosque corde credere, sensuque retinere perdocuit: licet ob linguæ varietatem aliter atque aliter ore confiterentur, & importunis contentionibus deservirent. Transtulimus etiam quasdam Epistolas Theodori Papæ successoris prædicti Papæ Joannis, juxta quod ordo poscebat, scripss ad Paulum successorem Pyrrhi, & consecratores ejus, quorum scilicet Joannis ac Theodori, eximiorum Sedis Apostolicæ Præsulum, stylus Epistolarum latina redolet eloquentia: ex quo liquido constat, non Græce illas, sed Latine fuisse dictatas. Unde notandum, quod nonnulla, quæ Latine fuerunt edita, Latinitas funditus mole oblivionis obruta deplorasset, nisi ex Græcorum post fonte librorum hæc hausta sitibundo pectore resumpsisset, sicut Epistolam B. Papæ Felicis in Petrum sententiam proferentem Antiochenum damnationis. Quinimmo sicut & ipsum quoque Clementem, quem Rufinus nostræ linguæ redditum, restitutum & redeuntem ad Gaudentium scribens [a] innuit: & quod Latine scriptus fuerit & amissus, rursusque receptus, signanter ostendit. Excerpsi nihilominus, & tibi ecce translatam præsento, quandam narrationis circumstantiam ex Epistola sancti Maximi ad Thalassium scripta Abbatem, quid Constantinopoli Legati Romani gesserint, gratia incitandæ constantiæ in causa maximæ pietatis ad redargutionem pusillanimorum, & agnoscendæ potestatis Apostolicæ Sedis, contra eos qui ab ipsa quid violenter extorquere nituntur. Porro ecce nihilominus exhibeo exilii gesta sancti Papæ Martini, quæ ad petitum venerabilis Martini Episcopi Narniensis edideram: una cum Hypomnestico declarante breviter gesta sanctorum Maximi Philosophi, & utriusque Anastasii, nec non & Theodori, ac Euprepii, & aliorum.

[a] *Innuit &: quod Latine scriptus*) Latinæ linguæ a se redditum ait Rufinus: latine scriptum, & amissum a Græcis, rursusque receptum non ait: immo satis significat, id quod erat, Græce a Clemente scriptum fuisse. Videsis Cotelerii viri doctissimi annotationes ad libros recognitionum Clementis.

S. MAXI-

S. MAXIMI MARTYRIS
DE
JOANNIS PAPÆ EPISTOLA
TESTIMONIUM,

Ex disputatione maximi ejusdem cum Pyrrho Patriarcha.

PYRRHUS. *Quid de Honorio ad respondendum habet, qui aperte antecessori meo unam voluntatem Domini nostri Jesu Christi esse tradidit?* MAXIMUS. *Quis fuerit fide & auctoritate dignus epistolæ hujus interpres, qui eum ex persona Honorii scripsit adhuc superstes, & qui totum Occidentem cum aliis virtutibus, tum dogmatibus fidei Christianæ illustravit, an ii qui Constantinopoli quæ ex corde erant loquebantur?* PYRRHUS. *Qui hunc composuit.* MAXIMUS. *Is igitur ipse, cum ad divum Constantinum Imperatorem ex persona rursus sancti Papæ Joannis de hac epistola scriberet, dixit: Unam voluntatem diximus in Domino, non divinitatis ejus & humanitatis, sed humanitatis solius. Cum enim Sergius scripsisset, quod quidam duas voluntates in Christo contrarias dicerent; diximus, Christum non duas voluntates contrarias habuisse, carnis inquam & spiritus, sicut nos habemus post peccatum: sed unam tantum, quæ naturaliter humanitatem ejus signabat, &c.*

JOANNIS PAPÆ ROMANI
AD CONSTANTINUM IMPERATOREM
FILIUM HERACLII,
APOLOGIA PRO HONORIO PAPA,
PROPTER UNAM IN CHRISTO VOLUNTATEM,

cujus ajunt eum calumniatores mentionem fecisse.

A DOminus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, qui eripuit nos de potestate tenebrarum in admirabile lumen suum, lumen veritatis, & veritas luminis, in quo complacuit omnem plenitudinem divinitatis habitare, & per eum reconciliare omnia, in ipso pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in cœlis sunt, sive quæ in terria, propter eminentem magnitudinem divitiarum bonitatis suæ in faciem Ecclesiæ suæ respiciens, vestram præcognitam sibi & prædestinatam benignitatem ad fidei nunc B integritatem vocare dignatus est: ita ut omni fallaci caligine procul amota, per vos victricem faciat veritatem. Quantum enim ex diversis suggestionibus, quæ ad nos catervatim venerunt, quinimmo & ex ipso quoque auditu didicimus, omnes Occidentales partes scandalizatæ turbantur, fratre nostro Pyrrho Patriarcha per literas suas huc atque illuc transmissas nova quædam & præter regulam fidei prædicante, & ad proprium sensum quasi sanctæ memoriæ Honorium Papam decessorem nostrum attrahere festi- C nante, quod a mente catholici Patris erat penitus alienum. Igitur ut vestra benignitas causam totam rei discere possit, subtilissima veritate quæ ante brevis intercapedinem temporis gesta sunt, enarrabo. Sergius reverendæ memoriæ Patriarcha prædicto sanctæ recordationis Romanæ urbis Pontifici significavit, quod quidam in Redemptore nostro domino Jesu Christo duas contrarias dicerent voluntates. quo præfatus Pa-

A pa comperto, rescripsit ei, quia Salvator noster sicut esset monadicus unus, ita & valde mirabiliter super omne genus hominum conceptus & natus esset. Et sancta quoque ipsius incarnata dispensatione docebat, quia Redemptor noster sicut esset Deus perfectus, ita esset & homo perfectus: ut quam primus homo per prævaricationem amisit, sine aliquo peccato natus primæ imaginis nobilem originem renovaret. Natus ergo est secundus Adam nullum habens nascendo vel cum hominibus conversando pecca- B tum. etenim verbum caro factum in similitudine carnis peccati, omnia nostra suscepit, nullum reatus vitium ferens ex traduce prævaricationis exortum. Similitudinem ergo intelligimus, non carnis ejus, sed peccati. Etenim carnem Dominus veram suscepit ex intemerata & beata Virgine Dei genitrice, consubstantialis nobis effectus. Ergo similitudinem carnis peccati sanctus dicit Apostolus, quam similem nobis peccatoribus sine peccato cum anima rationali suscepit. & idcirco unam voluntatem secun- C dum primam formationem Adæ naturalem humanitatis suæ Dominus noster Jesus Christus habere dignatus est, non duas contrarias, quemadmodum nunc nos habere dignoscimur, qui de peccato sumus Adæ geniti: quoniam corruptibilis per transgressionem primus homo effectus, & Creatori suo subdi contemnens, sensit carnem, quæ prius erat sibi subjecta, nihilominus repugnantem, & peccato suo totum genus hu-

manum fecit obnoxium: sicut dixit Apostolus,
Rom. 5. 14. *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysem, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ*. Quapropter & nos
qui per prævaricationem & peccatum illius nascimur, duas contrarias habere voluntates dignoscimur: duas autem dico, mentis & carnis invicem reluctantes, sicut idem beatus docet Apostolus,
Gal. 5. 17. lus, *Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem. Hæc autem invicem adversantur, ut non quæcumque vultis, illa faciatis*. Et
hoc omne humanum patitur genus sub peccato constitutum, quoniam nemo est mundus ab hoc
Job. 15. 16. juxta lxx. peccato prævaricationis, nec infans, sicut scriptum
est, *cujus est unius diei vita super terram*. Et quem-
Psal. 50. 7. admodum Spiritus sanctus per David ait, *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in de-*
1. Cor. 15. 22. *lictis peperit me mater mea. Sicut enim in Adam omnes peccaverunt*, secundum Apostolum,
ita in Christo omnes justificabuntur. Et sicut per
Rom. 5. 19. *unum hominem peccatores constituti sunt multi, ita & per unum hominem justi constituentur multi*. Ergo unus & solus est sine peccato mediator Dei & hominum homo Christus Jesus qui in mortuis liber conceptus & natus est. In dispensatione itaque sanctæ carnis suæ duas nunquam habuit contrarias voluntates, nec repugnavit voluntati mentis ejus voluntas carnis ipsius. Neque enim habuit quodcunque peccatum, qui venit dimittere peccatum mundi, quemad-
Joan. 8. 46. modum & ipse dixit: *Quis ex vobis arguet me*
Joan. 14. 30. *de peccato?* & alias taliter ait, *Venit princeps mundi hujus, & in me invenit nihil*. Unde scientes, quod nullum in eo, cum nasceretur & conversaretur, esset omnino peccatum, decenter dicimus, & veraciter confitemur, unam voluntatem in sanctæ ipsius dispensationis humanitate, & non duas contrarias mentis & carnis prædicamus, secundum quod quidam hæretici velut in puro homine delirare noscuntur.

Secundum hunc igitur modum jam dictus decessor noster prænominato Sergio Patriarchæ percontanti scripsisse dinoscitur, quia in Salvatore nostro duæ voluntates contrariæ, id est, in membris ipsius penitus non consistunt, quoniam nihil vitii traxit ex prævaricatione primi hominis. In nobis enim, non in eo, conap-
Rom. 7. 18. tatur quod scriptum est, *Scio enim quia non*
Ibid. 19. 20. *habitat in me, id est in carne mea, bonum*. Et iterum, *Non quod volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum hoc facio. Si autem quod nolo malum illud facio, non jam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum*. & post hæc,
Ibid. 23. *Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis*. Hinc ergo hæ duæ contrariæ voluntates mentis & carnis, quas Apostolus docet, in nostro nequaquam Salvatore fuerunt, eo quod hic lactaminis stimulus ex prævaricatione protoplasti sumpsit initium: quoniam a Redemptore nostro natura suscepta est, non criminis culpa. Sed ne quis nonnunquam minus intelligens reprehendat, quamobrem de humana tantum natura, & non etiam de divina natura docere sciatur. etenim Christus in duabus naturis in una persona unitis cognoscitur, adoratur, & colitur Deus & homo perfectus. Debet qui super hoc ambigit scire, quoniam ad hoc facta est responsio ad jam dicti Patriarchæ interrogationem. Præterea & hoc fieri solet, ut scilicet ubi est vulnus, ibi medicinale occurrat auxilium. Nam & beatus Apostolus hoc sæpe fecisse dignoscitur, se secundum auditorum consuetudine præparans: & aliquando quidem de suprema natura docens, de humana penitus tacet: aliquando vero de humana dispensatione disputans, mysterium divinitatis ejus non tangit. Etenim ipse hic quidem de divina
natura ait, *Christus Dei virtus, & Dei sapien-* 1. Cor. 1. 24.
tia. alibi autem de incarnatione ejus ita dixit:
Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; Ibid. 25.
& quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Sapientia autem & stultitia, virtus & infirmitas, contrariæ adinvicem absque dubietate ponuntur. Ergone contraria sibimet docet beatus Apostolus? absit sed audientibus semet configurat sapienter, secundum tempus docens, ut provida nutrix parvulis quidem lac præbens, perfectis autem solidum tribuens cibum. Quid ergo est quod ait, *Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus; & quod stultum est Dei, sapientius est hominibus*? Hoc totum capitulum de dispensatione Christi, non de superna natura illius docere videtur: volens ostendere, quia Deus homo factus animam habuit & corpus humanum quod stultum asserit & infirmum. Sapientia enim humana divinæ collata, stultitia est: fortitudo vero carnis cum Dei virtute comparata, infirmitas est: Quia profecto condita humana sapientia cum conditrice sapientia comparata, stultitia est. Igitur connectentes utraque, & Christum Dei virtutem & Dei sapientiam secundum divinitatem, naturam divinitatis ejus confitemur: & secundum ejus sanctæ carnis dispensationem, quod stultum & quod infirmum est Dei, naturam humanitatis veraciter prædicamus, quoniam hoc infirmum & stultum, fortius & sapientius est omnibus hominibus. Omnes enim homines, sicut etiam superius dictum est, sub peccato prævaricationis nascuntur. Dominus autem noster Jesus Christus absque peccato existens, & nullum secum vitium ferens vetustatis, non solum fortior, sed & sapientior est omnibus hominibus, quamvis infirmum nostrum & stultum sola misericordia suscipere sit dignatum. Qui vero ex peccato primi hominis nati sunt, filii iræ ac tenebrarum a sanctæ Scripturæ magisterio nominantur. At vero Christus, cum lux vera sit, sedentes in tenebris & umbra mortis illuminare dignatus est. Quid enim doceat Apostolus scri-
bens ad Ephesios audiamus. *Et vos*, inquit, Ephes. 2. 1. 2. 3.
cum mortui essetis delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, in quibus & nos aliquando conversati sumus in desideriis carnis, facientes voluntates carnis & cogitationum & eramus natura filii iræ, sicut & cæteri. Ecce istæ sunt duæ voluntates contrariæ, mentis scilicet & carnis quæ in Salvatore nostro modis omnibus non fuere: Nos has ex peccato progenitoris Adæ, qui & se, & omne humanum genus obnoxium fecit, habere dignoscimur, ut aliquando quidem carnis aculeus menti resistere appareat, aliquando vero voluntas mentis voluntati carnis contradicere satagat: ut taliter cum Apostolo gementes confiteamur,
Mente quidem servio legi Dei, carne vero legi Rom. 7. 25.
peccati. Dominus autem noster unam voluntatem humanitatis naturalem suscipere dignatus est, quam in propria carne potestative ut omnium Dominus circumferebat, eo quod omnia serviant Deo: nullum profecto habens vel afferens ex prævaricatione peccatum, quoniam solus sine peccato & crimine prævaricationis est natus.

Prædictus ergo decessor meus docens de mysterio incarnationis Christi dicebat, non fuisse in eo, sicut in nobis peccatoribus, mentis & carnis contrarias voluntates: quod quidam ad proprium sensum convertentes, divinitatis ejus & humanitatis unam eum voluntatem docuisse suspicati sunt. quod veritati omnimodis est contrarium. Veruntamen vellem, ut interroganti responderene, secundum quam naturam dicant Christi Dei unam voluntatem. Si secundum divinam tantum, de humanitate ipsius quid respondebunt? quoniam & homo perfectus est, ut non cum Manichæo condemnentur. Porro si secundum humanitatem Christi dixerint, quod hæc voluntas Deus esset perfectus, observent ne forte cum Photino & Hebione judicentur. Jam vero si ex utraque natura unam voluntatem esse dixerint, non solum naturales voluntates, sed & ipsas naturas confundent; ut nec hoc, nec illud, id est divina & humana, intelligi possit. Sicut enim utrasque naturas in adunatione unius Christi, ut impius Nestorius, non patimur; ita differentiam naturarum penitus non negamus, sed neque confundimus, quoniam utrasque naturas cum adunatione unius personæ Christi Dei inenarrabili consonantia confitemur. Quia enim unam voluntatem dicunt divinitatis Christi & humanitatis, & unam simul operationem; quid aliud, nisi quia & unam naturam Christi Dei secundum Eutychianam & Severianam divisionem operari noscuntur? Denique orthodoxi Patres, qui in toto mundo claruerunt, sicut utrasque naturas, ita & voluntates ac operationes Christi docere concordi prædicatione monstrantur. Comperimus autem, quod charta quædam mandata sit, in qua Sacerdotes subscribare coacti sunt contra tomum beatæ memoriæ Papæ Leonis & Calchedonensium Synodum: in qua charta quædam sunt per novitatem composita, quæ dogma Ecclesiasticum sensatare omnino dignoscitur. Inspiret ergo divina clementia Christianissimæ pietati vestræ, & cum sitis custodes immaculatæ fidei nostræ, vos ad compunctionem incitet, quo eos, qui novia sunt adinventionibus corrumpendi, imperatoriis sanctionibus arceatis, & prædictam chartam, quæ in scandalum properat fidei, & locis publicis est suspensa, præcipiatis depositam scindi. Omnes enim, qui in Occidentalibus partibus hoc audierunt, sed & populi qui sunt Regiæ vestræ urbis, cognita prædictæ chartæ concinnatione, corde perculsi sunt. Erit enim per auctoritatem vestram & Apostolicam perfectionem prædicta charta, quæ contra Calchedonensem Synodum est composita, nunc & in omni tempore otiosa, & cunctis virtutibus irrita. Perfectio vero fidei quemadmodum usque in præsens refulsit, oramus, ut & per vos, sicut etiam per piæ memoriæ Constantinum, divino auxilio in robore suo permaneat. Propter quod, Cristianissimi & Christi fidei custodes, donate hoc munus in primordiis vestris Ecclesiæ matri vestræ, cujus estis post Deum opitulatores, ut fidem Sponsi ejus serpentina calliditas non audeat violare. Hoc in primordiis salutare sacrificium afferte Domino Deo nostro, & ab ejus Ecclesia omnis novitatis nebulam tadio pietatis vestræ dispergire: quatinus Dominus Deus noster [a] vicaria ope omnes, quæ contra vos sunt, conterat nationes, quæque pacem & inexpugnabilem Deum repellunt. Quatinus vobis ea quæ sunt Dei curantibus, Deus quæ vestra sunt benignus dignetur perficere. Propter quod etiam mentis inclinato genu tota mecum Ecclesia supplicat, ut ab integritate immaculatæ fidei nostræ, quam sancti Apostoli nobis tradiderunt, & sanctissimi Patres doctrinis luculentissimis consignavere, novæ confusionis turbinem amovere dignetur. Quatinus Deus & Dominus noster, cujus fides immaculata custoditur, misericordias suas merito vobis & copiosissime largiatur, qui est omnipotens & Dominus sempiternus. Creator omnium ad vestrum benigne respiciat imperium, & gentes, quæ in sua feritate confidunt, inexpugnabili suo potentatu prosternat.

[a] a *Vicaria ope*) Qui hanc epistolam e Græco sermone in Latinum convertit, videtur vocem ἀλλήλως quæ *vice versa* vel *vicissim* significat, minus perite reddidisse *vicaria ope*.

DIFFLORATIO EX [a] EPISTOLA S. MAXIMI AD MARINUM PRESBYTERUM,

Apologiam inter cetera pro Honorio facientis.

HONORIUM etiam Romanum Papam non diffiteri reor naturaliter in Christo voluntatum dualitatem, in Epistola quam scripsit ad Sergium, eo quod unam dixerit voluntatem; sed potius confiteri, & hanc fortassis etiam constabilire. Nam hoc non in reprobationem dixit humanæ Salvatoris & naturalis voluntatis: sed quod nullatenus conceptionem ejus, quæ fuit sine semina, vel incorruptam nativitatem præcesserit voluntas carnis, vel cogitatio vitiosa. Sola namque voluntas divina atque paterna, per Filium unigenitum per semet operantem, propriam incarnationem, sanctique Spiritus conventionem hanc operata est, & quod hunc sensum sectetur hinc est manifestum. Cum enim dixisset, quia propter ineffabilem unitatem humanæ ac divinæ naturæ, & Deus dicitur pati, & humanitas de cœlo cum divinitate descendisse: & hoc modo ostendisset eorum quæ naturaliter insunt utrique naturæ unius Christi & Dei Filii per commutationem summam redditionem, subinfert. Unde, inquiens, & unam voluntatem fatemur Domini JESU CHRISTI, quomodo ait, Quia profecto a divinitate assumpta est natura nostra, non culpa. id est, non a peccato, propemodum cum magno effatus Athanasio, qui hæc contra Apolinarium impium scribit: Natus est ex muliere, de prima plasmatione hominis formam sibi erigens in ostensione carnis absque carnalibus voluntatibus, & humanis cogitationibus in imagine novitatis. Voluntas enim sola divinitatis est, quoniam natura tota divinitatis est. Denique Verbi propter nos secundum carnem nativitatis super nos progressio facta est. Non enim carnis vitiosa præcessit voluntas vel cogitatio, sicut in nobis aspicitur, propter generis desiderium, quod a deceptione primi parentis obtinuit: sed voluntas divinitatis sola per filium, qui secundum beneplacitum Patris, & cooperationem Spiritus san-

A TON δέ γε τῆς Ῥωμαίων Πάπαν Ὀνώριον, οὐ κατηγορεῖν οἶμαι τῆς τῶν ἐμφύτων θελημάτων ἐπὶ Χριστοῦ δυάδος, ἐν τῇ γραφείσῃ πρὸς Σέργιον ἐπιστολῇ διὰ τὸ ἓν θέλημα φάναι. συνηγορεῖν δὲ μᾶλλον, καὶ ταύτην ὡς εἰκὸς συνιστᾷν, οὐκ ἐπ' ἀθετήσει τοῦτό γε λέγοντα τοῦ ἀνθρωπίνου καὶ φυσικοῦ τοῦ Σωτῆρος θελήματος, ἀλλ' ἐπὶ τῷ μηδαμῶς τῆς ἀσπόρου συλλήψεως αὐτοῦ καὶ τῆς ἀφθόρου γεννήσεως προκαθηγεῖσθαι θέλημα σαρκὸς, ἢ λογισμὸν ἐμπαθῆ. μόνη γὰρ θέλησις
B θεία καὶ Πατρικὴ, δι' υἱοῦ μονογενοῦς αὐτουργοῦντος τὴν οἰκείαν σάρκωσιν, καὶ Πνεύματος ἁγίου συνδρομῇ, ταύτην εἰργάσατο. καὶ ὅτι γε ταύτης ἔχεται τῆς ἐννοίας, δῆλον ἐντεῦθεν. εἰπὼν γὰρ, ὅτι διὰ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν τῆς ἀνθρωπίνης καὶ θείας φύσεως, καὶ Θεὸς λέγεται παθεῖν, καὶ ἀνθρωπότης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθεῖν μετὰ τῆς θεότητος, καὶ ταύτῃ δεῖξαι τὴν τῶν φυσικῶς προσόντων ἑκατέρᾳ φύσει τοῦ τοῦ ἑνὸς Χρι-
C στοῦ καὶ Υἱοῦ κατ' ἐπαλλαγὴν ἄκραν ἀντίδοσιν; ἐπάγει λέγων, Ὅθεν καὶ ἓν θέλημα ὁμολογοῦμεν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. πῶς, φησὶν, ἐπειδὴ προδήλως ἐκ τῆς θεότητος προσελήφθη ἡ ἡμετέρα φύσις, οὐχ ἁμαρτία· τουτέστιν, οὐκ ἐκ τῆς ἁμαρτίας· μονονουχὶ συμφθεγγόμενος τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ, γράφοντι τάδε κατ' Ἀπολιναρίου τοῦ δυσσεβοῦς, Ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς, ἐκ τῆς πρώτης πλάσεως τὴν ἀνθρώπου μορφὴν ἑαυτῷ ἀναστησάμενος, ἐν ἐπιδείξει σαρκὸς δί-
D χα σαρκικῶν θελημάτων καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ἐν εἰκόνι καινότητος· ἡ γὰρ θέλησις θεότητος μόνη, ἐπειδὴ καὶ φύσις ὅλη θεότητος. ἐπειδὴ γὰρ τῆς δι' ἡμᾶς κατὰ σάρκα τοῦ Λόγου γεννήσεως ὑπὲρ ἡμᾶς ἡ πρόοδος γέγονεν. οὐ γὰρ σαρκὸς ἐμπαθὴς προηγήσατο θέλησις ἢ λογισμὸς, ὡς ἐφ' ἡμῶν ὁρᾶται. διὰ τὴν ἐξ ἀπάτης τοῦ γένους κατακρατοῦσαν ἡδονὴν, ἀλλὰ θέλησις θεότητος μόνη δι' Υἱοῦ αὐτουργοῦντος, ὡς ἔφην, τὴν οἰκείαν σωμάτωσιν κατ' εὐδοκίαν Πατρὸς, καὶ συνέργειαν τοῦ παναγίου Πνεύ-

Ex editione Combefisii.

[a] a *Epistola*) In Græco titulus est, Μαξίμου τοῦ Ἁγιωτάτου Μοναχοῦ καὶ Ὁμολογητοῦ τόμος δογματικὸς πρὸς Μαρῖνον Πρεσβύτερον.

A ματος, καινοτομοῦντος ἐν ἑαυτῷ τε καὶ δι' ἑαυτοῦ τὸν ἐπεισαχθέντα τῇ φύσει τῆς γεννήσεως τρόπον, καὶ ἀσπόρως τὴν ἑαυτοῦ ποιουμένου σύλληψιν ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· τοῦτον δὴ τὸν ἄρρητον αὐτοῦ τῆς γεννήσεως σκοπήσαντες λόγον, ἐκεῖνος μὲν, θέλησιν μόνην ἐπ' αὐτοῦ θεότητος εἶπεν, οὗτος δὲ, θέλημα ἓν τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπειδὴ προδήλως, φησὶν, ἐκ τῆς θεότητος προσελήφθη ἡ ἡμετέρα φύσις, καὶ οὐχ ἁμαρτία δίχα σαρκικῶν θελημάτων καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ὡς ὁ θεῖος φησὶν Ἀθανάσιος· οὐ μὴν γε τὸ μὴ καὶ ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν μετὰ τοῦ εἶναι φύσει B Θεὸν οὐκ ἔχειν ἀνθρώπινον θέλημα καὶ φυσικὸν ὥσπερ οὖν καὶ θεῖον καὶ πατρικόν.

Τὸ δ' αὐτὸ κἀν τοῖς ἑξῆς ὑπαινίττεται, φάσκων, Χωρὶς ἁμαρτίας συνελήφθη ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ ἀειπαρθένου Θεοτόκου Μαρίας, καὶ χωρὶς μολυσμοῦ ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα γεγέννηται. Τὸ δέγε θείαν γραφὴν ἐπαινετῶς τε καὶ ψεκτῶς προάγειν τῆς σαρκὸς μνημονεύουσαν, οὐχ ἑτέραν, μὴ γένοιτο, τῇ τε φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα πρὸς τὴν ἡμετέραν ὑπο- C βάλλων νοεῖν, ὅς γε ταύτην ἠπίστατο προσληφθεῖσαν ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας, ἤγουν τῶν τῆς ὁμοφυοῦς ἡμῖν ἀειπαρθένου καὶ θεομήτορος παναγίων σπλάγχνων, ἀλλ' ἑτέραν τῇ ἀμαρτησίᾳ, καὶ τοῦ μηδαμῶς ἀντιστρατευόμενον ἔχειν, καθάπερ ἡμεῖς, ἐν τοῖς μέλεσι τὸν ἐκ παραβάσεως νόμον τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος. Οὐ γὰρ προσελήφθη, φησὶν, ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡ κατεφθαρμένη ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας σὰρξ, ἡ ἀντιστρατευομένη τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς αὐτοῦ· οὗ τινος γὰρ ἡ προκαθηγήσατο ὁ καθ' ἁμαρτίαν διὰ σπορᾶς τῆς γεννήσεως νόμος, τούτου παντελῶς οὐδὲ τοῖς μέλεσιν ἐνυπάρ- D χει, ἀλλὰ νόμος θείας δικαιοσύνης πρὸς ὑποτύπωσιν ἡμῖν ἐκφαινόμενος, καὶ τὸν ἐκ παραβάσεως ἐπεισαχθέντα τῇ φύσει τελείως ἐξαφανίζων, ἦλθε γὰρ, φησὶν, ὁ ἀναμάρτητος ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, τουτέστι τὴν ἁμαρτήσασαν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους φύσιν. ἕτερος γὰρ νόμος ἐν τοῖς μέλεσιν αὐτοῦ, ἢ θέλημα διάφορον ἢ ἐναντίον οὐ γέγονε τῷ Πατρί. ἐντεῦθεν δεικνὺς, οὐχ ὡς οὐκ εἶχεν ἀνθρώπινον θέλημα καὶ φυσικόν· οὐ γὰρ λέξας φαίνεται τοῦτο· ἀλλ' ὅτιπερ ὡς ἄνθρωπος E οὔτε κατὰ σῶμα διὰ τῶν μελῶν τὴν οἱανοῦν ἐκέκτητο παρὰ φύσιν ἐνέργειαν, οὔτε μὴν κατὰ ψυχὴν θελήματος ἐναντίαν ἢ παράλογον κίνησιν, ὥσπερ ἡμεῖς, ἐπειδὴ καὶ ὑπὲρ νόμον ἀνθρωπίνης φύσεως ἐτέχθη.

Τρανώτερον δὲ κἀν τοῖς ἑξῆς παρίστησιν, ὡς ὁ λόγος ἦν αὐτῷ μόνον τὸ ἐμπαθὲς, ἀλλ' οὐ τὸ φυσικὸν, ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἀποδιορίσασθαι θέλημα· καὶ ὅτιπερ, κἀν τῷ φυσικῷ καὶ ἀνθρωπίνῳ, πρὸς τὸ Πατρικὸν καὶ θεῖον συνέζευξε μὲν,

ctis, propriam, ut dixi, per se operatus est incorporationem, gerens in se, & per se noviter inventum naviter inventum naturæ modum nativitatis, & sine semine suam ipsius patrans conceptionem ex sancta Dei genitrice semperque Virgine Maria. Hac ergo ineffabili nativitatis ejus inspecta ratione, ille quidem voluntatem solam in eo divinitatis dixit, hic vero voluntatem unam Domini Jesu Christi. Quia profecto, inquit, a divinitate assumpta est natura nostra, non culpa, absque carnalibus voluntatibus, & humanis cogitationibus, ut sacratissimus Athanasius ait. Non tamen perhibuit eum tanquam hominem, quia est quoque natura Deus, non habere humanam voluntatem & naturalem, quemadmodum & divinam atque paternam.

Idipsum autem etiam in subsequentibus innuit, asserens, sine peccato conceptus est de Spiritu sancto, & sancta immaculata semperque Virgine Dei genitrice Maria, & sine contagione ex ea secundum carnem natus est, Divinam quoque Scripturam in laudem & vituperationem proferre carnis memoriam facere, non aliam, absit, natura & substantia Domini carnem, quam nostram commonens intelligendam: qui etiam hanc sciebat assumptam ex nostra substantia, id est ex congeniti nobis semper Virginis & Dei matris sanctis visceribus: sed alienam a vitio, & nullatenus legem prævaricationis habentem, sicut nos, in membris repugnantem spiritus legi. Non enim assumpta est, ait, a Salvatore caro a peccato corrupta, quæ repugnaret legi mentis ejus. Cujus enim sementationem, quæ per peccatum efficitur, non præcessit generationis lex, hujus omnino nec in membris est, sed lex divinæ justitiæ ad imaginationem nobis ostensa, & eam quoque, quæ ex prævaricatione naturæ illata est, perfecte demolitur. Venit (Luc. 19. 10.) enim sine peccato quærere & salvare quod perierat, id est naturam humani generis quæ peccaverat. Alia enim lex in membris ejus, aut voluntas diversa vel adversa, non fuit in Salvatore. Hinc ostendit, non quod non habuerit humanam voluntatem & naturalem, (non enim hoc dixisse videtur) sed quod sicut homo neque secundum corpus per membra quamlibet habeat præter naturæ leges operationem, neque rursum secundum animam voluntatis contrarium, vel sine ratione motum, veluti nos: quia & super legem natus est humanæ naturæ.

Expressius autem & in subsequentibus comprobat, quod sermo sibi esset tantum, vitiatam & non naturalem a Salvatore disterminandi voluntatem, & quod in naturali ac humana ad paternam ac divinam coap-

tareтur quidem, sed nullam haberet ad illam ex repugnatione diversitatem. Normam autem dans nobis seipsum, quod proprie suum erat, voluntarie subjiciebat; commendabat vero paternum. Quatinus & nos imitati, quod nostrum est reprobato, quod divinum est omni studio expleamus, dicens ita: Licet enim scriptum sit, *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me Patris*. Et, *Non quod ego volo sed quod tu, Pater*, non sunt hæc diversæ voluntatis, id est, contrariæ ac repugnantis, sed dispensationis humanitatis assumptæ, quæ sua compassibiliter fecit quæ nostra sunt. Ista enim propter nos dicebat, quibus dedit exemplum pietatis magister, ut sequamur vestigia ejus, & non suam unusquisque nostrum, sed Domini potius in omnibus præferat voluntatem. Non ergo interemptionem, ut dixi, naturalis & humanæ voluntatis, sed vitiosæ, ac ejus quæ est extra naturam, facit: & totum fateamur ab omni peccato Deum liberum esse, testatur, qui secundum nos propter nos incarnatus est.

Joan. 6. 38. — Marc. 14. 36.

Et ut compendio dicam, per unam voluntatem, solam ejus secundum carnem nativitatem eum divinam præcessisse voluntatem indicare conjicio. Per id vero quod ait, non esse voluntatis ejus diversitatem, contrarium vel repugnans quid non eum habere perhibet, sed conveniens & prorsus unitum ex toto. Unde cum nostram quidem naturam de divinitatis voluntate dicit assumptam, unius mentionem facit. Illud autem quod introducit, *Non veni facere voluntatem meam*, in medium verbo præponit omisso numero. Non sunt, inquit, hæc diversæ voluntatis, id est contrariæ atque adversatricis. Ex quo duas secundum naturam existere in Salvatore voluntates manifeste colligitur. Si enim contrariam non habuit, naturalem habuit tanquam homo. Quod enim non est contrarium, naturale profecto est. Et nemo contradicet. Nihil quippe in natura, vel in his, quæ sunt secundum naturam, est omnino contrarium. Timor ergo est opinari, quod in ejus proprie non est sermonibus scriptum, & moliri adversarios propriæ opinionis tanquam non bonæ ad velamentum illius viri literas faciendum: secundum utrumque has præter illius intentionem falso referentes. Advocatum quippe habet rationis sermonem omnem calumniatoris abigentem incursum.

Joan. 6. 38.

Et ego quidem sic se illius habere sensum existimo, ab omni suspicione purgatum. Certiorem autem mihi hunc sanctissimus fecit Presbyter, dominus videlicet ANASTASIUS Abbas a seniori Roma reversus, vir scilicet incomparabilis, virtuteque di-

A οὐδεμίαν τὴν ἐξ ἀντιπράξεως ἔχων πρὸς ἐκεῖνο διαφοράν, ὑποτύπωσιν δὲ διδοὺς ἡμῖν ἑαυτόν, τὸ οἰκεῖον ἑκουσίως ὑπέταττεν· συνίστα δὲ τὸ Πατρικόν, ᾧ αὖ καὶ ἡμεῖς ἐκμιμούμενοι, τὸ ἑαυτῶν ἀθετήσαντες, τὸ θεῖον διὰ πάσης σπουδῆς ἐκπληρώσωμεν, λέγων οὕτως. κἂν γέγραπται, Ὅτι οὐκ ἦλθον ποιῆσαι τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός. καὶ, Οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὅ τι σύ, Πάτερ, οὐκ εἰσὶ ταῦτα διαφόρου θελήματος, τουτέστιν ἐναντίου καὶ ἀντιπράττοντος· ἀλλὰ τῆς προσληφθείσης ἀνθρωπίνης οἰκονομίας οἰκειουμένης B συμπαθῶς τὰ ἡμέτερα. ταῦτα γὰρ δι' ἡμᾶς ἔλεγεν, οἷς δέδωκε παράδειγμα ὁ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλος, ἵνα τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἑπώμεθα· καὶ μὴ τὸ ἴδιον ἕκαστος ἡμῶν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Κυρίου μᾶλλον ἐν πᾶσι προτιμήσῃ θέλημα. οὐκ ἀναίρεσιν οὖν, ὡς ἔφην, τοῦ φυσικοῦ καὶ ἀνθρωπίνου θελήματος, ἀλλὰ τοῦ ἐμπαθοῦς καὶ παρὰ φύσιν ποιεῖ· καὶ δι' ὅλου φάναι, τὸ πάσης ἁμαρτίας ἐλεύθερον. τὸ καθ' ἡμᾶς ἐπιμαρτύρεται τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα Θεόν.

Καὶ ἵν' ἐπιτόμως εἴπω, διὰ τοῦ ἑνὸς θε- C λήματος, τὸ μόνην τὴν αὐτοῦ κατὰ σάρκα γεννήσεως τὴν θείαν προκαθηγήσασθαι θέλησιν δηλοῦν αὐτὸν οἶμαι· διὰ δὲ τοῦ μὴ ὑπάρχειν θελήματος διαφορὰν τὸ ἐναντίον οὐκ ἔχειν ἢ ἀντιπράττον, ἀλλὰ τὸ συμβαῖνον δι' ὅλου καὶ ἑνούμενον· ὅθεν ἡνίκα μὲν τὴν ἡμετέραν φύσιν ἐκ τῆς θεότητος προσειλῆφθαι λέγῃ, θελήματος ἑνὸς μνημονεύει· ἡνίκα δὲ τὸ, Οὐκ ἦλθον ποιῆσαι τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, εἰς μέσον τῷ λόγῳ προτίθησι, τὸν ἀριθμὸν ἀφείς, Οὐκ εἰσὶ ταῦτα, φησι, διαφόρου θελήματος; D τουτέστιν ἐναντίου καὶ ἀντικειμένου, ἐξ οὗ τὸ δύο κατὰ φύσιν ὑπάρχειν ἐν τῷ Σωτῆρι θελήματα προδήλως συνάγεται. εἰ γὰρ ἐναντίον οὐκ εἶχεν, φυσικὸν εἶχεν ὡς ἄνθρωπος. τὸ γὰρ οὐκ ἐναντίον, φυσικὸν πάντως, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ· οὐδὲν γὰρ ἐν τῇ φύσει ἢ τοῖς κατὰ φύσιν παντελῶς ἐναντίον. δέος οὖν * πολλὰ βαίνειν, ὃ μὴ * ἐπιβαλῶν. κυρίως ἐν τοῖς αὐτοῦ γέγραπται λόγοις, καὶ μηχανᾶσθαι τοὺς δι' ἐναντίας οἰκείας δόξης ὡς οὐκ ἀρίστης ἐπικάλυμμα ποιεῖν τ' ἀνδρὸς τὰ γράμματα, E καθ' ἕτερον ταῦτα παρὰ τὸν ἐκείνου σκοπὸν παρεξηγουμένους. συνηγοροῦντα γὰρ ἔχει τὸν λόγον, πᾶσαν τοῦ ἐπηρεαστοῦ καταδρομὴν ἀπελαύνοντα.

Καὶ οὕτω μὲν ἐγώ γε τὸν νοῦν ἔχειν ὑπολαμβάνω, πάσης ἔξω καθαρὸν ὑποψίας. βεβαιότερον δέ μοι τοῦτον πεποίηκεν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπανελθὼν ὁ ὁσιώτατος πρεσβύτερος κύριος ἀββᾶς Ἀναστάσιος, ἀνήρ, εἰ καί τις ἄλλος, ἀρετῇ τε θείᾳ καὶ φρονήσει κεκοσμημένος· καὶ φήσας ὡς πολὺς αὐτοῦ λόγος κεκίνηται πρὸς τοὺς ἐκεῖ-

σαι τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας ἱερωτάτους ἄνδρας, διὰ τὴν πρὸς Σέργιον ἐξ αὐτοῦ γραφεῖσαν ἐπιστολήν, ὅπου χάριν καὶ πῶς αὐτῇ διηρωτῶν ἐνεπάγη τὸ ἓν θέλημα, καὶ εὗρεν ἀσχαλῶντας ἐν τούτῳ, καὶ ἀπολογουμένους, καὶ πρὸς αὐτοῖς τὸν ταύτην ἐν Λατίνοις ὑπαγορεύσαντα, κατὰ κέλευσιν αὐτοῦ κύριον ἀββᾶν Ἰωάννην τὸν ἁγιώτατον σύμπονον, ἰσχυριζόμενον ὡς οὐδαμῶς ἐπίμνησιν ἐν αὐτῇ δι' ἀριθμοῦ πεποίηνται ἑνὸς τοῦ παράπαν θελήματος, εἰ καὶ τοῦτο νῦν ἀνεπλάσθη παρὰ τῶν ταύτην ἑρμηνευσάντων εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν. οὔτε μὴν τὴν οἱανοῦν κυρίωσιν ἢ ἐκβολὴν τοῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον φυσικοῦ τοῦ Σωτῆρος θελήματος, ἀλλὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς καὶ διαβεβλημένου τελείαν ἀποσκευὴν καὶ ἀναίρεσιν, καθ' ὃ καὶ ὁ πρὸς ἄλληλα τῶν ὁμογενῶν συνίσταται πόλεμος, δεῖξαι βουλόμενοι πάσης οὖσαν καθαρὰν ἁμαρτίας τὴν προσληφθεῖσαν σάρκα, κατὰ τὴν τῶν ἱερωτάτων λογίων καὶ τῶν πατρικῶν διδαγμάτων παράδοσιν. καὶ φαίνονταί πως διὰ τῶν τοιούτων λόγων, συνᾴδοντες τοῖς ἀρτίως ἐξηγηθεῖσι παρὰ τῆς ἐμῆς οὐδενίας, καὶ οἷον ἐπισφραγίζοντες τὴν ὑπὲρ Ὀνωρίου γενομένην συνηγορίαν.

Ταῦτα γοῦν ἀπολογησαμένους διαγνούς, ἐθαύμασα λίαν αὐτῶν τὴν ἀκρίβειαν, ὥσπερ οὖν καὶ κατεπλάγην τὴν πανουργίαν, τῶν πάντα τολμώντων ὑπὲρ ἑνὸς τοῦ διακενῆς ἀσεβεῖν, καὶ θελόντων, ὡς ἔθος αὐτοῖς πάλαι καὶ νῦν, παρακλοπαῖς τισι καὶ παρεξηγήσεσι τοὺς ἐκθύμως κατ' αὐτῶν ἀγωνιζομένους, τό γε παρὰ τὸ εἰκός, εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπᾶσθαι, καὶ τὸν νοῦν σφετερίζεσθαι μηδαμῶς συνεπόμενον. ἀναγκαίως οὖν καὶ τοῦτο μαθὼν δεδήλωκά σοι, θεοτίμητε Πάτερ, ὡς ἂν διὰ πάντων φραξάμενος ἔχοις, ὅπως διακρούσῃ τῶν ἐναντίων τὰς φάλαγγας, λόγῳ τε βάλλων ἀπόνως καὶ πίστει κατὰ κράτος ὑπερνικῶν, δόξαν τε τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐντεῦθεν εἰς ἀνάῤῥησιν ἔχων, καὶ διάδημα τὴν αὐτοῦ κατὰ χάριν κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν.

A vina & prudentia venustatus: qui asserens, quod multum sermonem moverit ad sacratissimos magnæ illius Ecclesiæ viros, propter Epistolam, quæ ab eo fuerat ad Sergium scripta, percontans cujus rei gratia, vel qualiter in ea inserta fuerit una voluntas, & invenit hæsitantes in hoc, & rationem reddentes. insuper & eum, qui hanc per jussionem ejus Latinis dictaverit dictionibus, dominum videlicet Abbatem JOANNEM sanctissimum * symponum, affirmantem, quod nullomodo mentionem in ea per
B numerum fecerit unius omnimodis voluntatis: licet hoc nunc sit fictum ab his, qui hanc in Græcam vocem interpretati sunt: verum nec quamlibet exinanitionem vel abolitionem naturalis secundum humanitatem Salvatoris voluntatis, sed ejus quæ nostra est, & reproba facta, perfectam dejectionem & interemptionem. Juxta quod & in invicem eorum quæ unius generis sunt efficitur bellum. Ostendere volens, ab omni esse peccato mundam assumptam carnem, secundum sacratissimorum eloquiorum, & paterna-
C rum doctrinarum traditionem. & apparet qualiter hujusmodi sermones concinentes sint cum his, quæ modo sunt ab exiguitate mea recitata, & veluti astipulatores factæ pro HONORIO defensionis.

Ego, cum hæc ille ratiocinando respondisset, miratus sum, oppido cognoscens subtilitatem ipsorum, & obstupui quodammodo super astutia eorum, qui pro uno frustra omnia genere impie audent, & volunt, sicut eis ab olim moris, & nunc est, furtivis & falsis narrationibus, eos, qui
D contra se magnanimiter agonizant, taliter, quin & absque omni ratione ad se ipsos attrahere, & sensum fraudare, qui se nullatenus sequitur. Necessario ergo & hoc cum didicissem, significavi tibi domino, honorabilis Pater, quatinus per omnia munitus, habeas qualiter insequaris adversariorum phalanges: verboque indefesse jaciens, & fide potenter superans, gloriamque hinc Unigeniti in præconium habens, & diadema hujus communionem per gratiam & unitatem.

* infra collaborator.

D I F F L O R A T I O

EX EPISTOLA EJUSDEM S. MAXIMI

S. CRIPTA AD PETRUM ILLUSTREM,

Ubi Pyrrhi & sancti Sophronii Hierosolymitani Episcopi, atque Papæ Honorii mentionem facit, ita post aliqua prosequutus.

VEstris laudabilibus syllabis * dignatus es significare indigno servo tuo propter Abbatem Pyrrhum. *Et post pauca*. Et futurum profecto esset, ut hac forte pro causa ad redargutionem illius & omnium, qui secundum illum impiam novitatem sectantur indifferenter, ad divinitus conservanda tua & famosissima vestigia properarem. Quatinus scirent omnes, qui secundum vos pietatis sunt amatores, illorum una cum omni prorsus inscitia, impietatis quoque superfluam abundantiam. Sed timui ne putarer extra sacra quicquam agere jura, præter voluntatem hoc faciens sanctissimæ Sedis Apostolicorum virorum, qui universam plenitudinem, Catholicæ Ecclesiæ bene ducunt, & ordinate secundum divinam legem deducunt. Quoniam hac divina videlicet lege consistunt cælestia & terrestria, & oportet ab ea nequaquam exorbitare, sed quæ sunt divina secundum Deum agere illos, qui sancte secundum vos vivere proposuerint: quatinus & Deum gestorum habeant curatorem, & sine successu receptionem. Quoniam, famosissime domine, pejor his est, quod & antea intimavi, etiam ab antiquis hæreticis nova fides & expositio. Hanc enim multis quibus perduravit annis in Episcopatu ad manifestationem reprobæ mentis suæ, (nam Deus & ad nequitiæ propalationem sæpe novit longanimiter sustinere: non ut hanc ampliorem per inducias reddat, sed ut hanc ampliorem factam justius puniat) decessor quidem ejus impie in utero aluit, iste vero magis impie genuit. & rursus posteriores horum in contemptum extollunt divinitatis. *Et paulo post*. Et quod adhuc deterior illis est mos, & veluti speciale omnium perversorum hæreticorum indicium, quia & suæ ipsius impietatis obnoxios, describunt innoxios. Sophronium quippe, qui prudenter divina perdocuit & prædicavit Ecclesiæ Catholicæ dogmata, se in errorem movisse hac illacque susurrant. *Et post pauxillum*. Divinus enim Sophronius, ut ipsi testamini, laudabilissimi, in Afrorum regione mecum & cum omnibus peregrinis Monachis moras agebat, cum ipsi perversitates illas fabricarent adversus omnes. *Et post pusilla*. Et erat quidem domus omnium per divinam concordiam & unanimitatem in unum Dei favente gratia in universitate, quæ sub sole consistit, pacifica & tranquilla fide munitis Ecclesiis. Hi vero, qui horum invidebant consonantiæ, ac in Christum Deum confessioni, veluti quandam caliginosam nubem, & stridentem vel gravem fluctum maris ac barbarorum, nemine hos movente, quam solo dæmone turbationis amico, qui genus humanum ad simultatem concitavit, repente contra veram Christianorum fidem novam excogitaverunt ecthesim. Deinde sententias pro ea, & compositiones injustas. Dein actiones monumentorum. Deinde Synodos latrocinales, & concursus Episcoporum non voto convenientium, sed violentia contractorum, non exhortatione properantium, sed ex fuga barbarorum peregre proficiscentium. Dein jussiones & minas huc atque illuc adversus pios transmissas. Nam eum, qui tunc imperabat, sophistice muneribus in servitutem redigentes. *Et post pauca*. Ex proprio nomine ;viro ecthesin producere persuaserunt. *Paulo post*. Fit autem horum inimicus pariter & defensor, an potius afferendum fautor & accusator horum publicans argumentum: & innotescens quod ipse nequaquam ex se fuerit motus, sed ab illis coactus, impiissimam fecerit ecthesim in scriptis pro se ipso hæc dicens, & rationem reddens Joanni sanctæ memoriæ quondam Papæ senioris Romæ. *Et post pauxillum*. Convincunt autem seipsos, quod isti valde manifeste fortissimi hanc fecerint, & nullatenus ille. Neque enim quodlibet super hoc habuit studium, ut pote ad alia circumlatus. *Post brevia*. De quibus omnibus miseri nec sensus Apostolicæ facti sunt sedis, & quod est risu, immo ut magis proprie dicamus, lamento dignissimum, utpote illorum demonstrativum audaciæ, nec adversus ipsam Apostolicam sedem mentiri temere pigritati sunt: sed quasi Illius effecti consilii, & veluti quodam ab ea recepto decreto, in suis contextis pro impia ecthesi actionibus secum magnum Honorium acceperunt, suæ præsumptionis ostentationem ad alios facientes viri in causa pietatis maximam eminentiam. Quis itaque, o famosissime, & qualia Sophronius hæc & tam atrociter & per tantum temporis sacera his falsiloquis persuasit? quæ hos non rogavit Ecclesia? quis pius & orthodoxus non supplicavit Antistes, cessare illos a propria hæresi clamando & obtestando? Siquidem ultima sua expirabat sacer Arcadius, & spiritum Deo tradebat, sed nec usque ad horam illam eos rogare cessavit. *Et post pauca*. Quid autem & divinus Honorius, quid vero & post illum Severinus senex, quid denique & is, qui post hunc extitit, sacer Joannes? Porro is qui nunc præsidet beatissimus Papa, omisit quicquam supplicationi conveniens? Nonne Oriens totus & Occidens lacrymas, lamenta, obsecrationes, deprecationes ex æquo tam Deo per orationes, quam his per Epistolas afferebant? Sed Deus quidem horum profecto beatorum virorum finem admisit, & pro ea vicissitudinem in sæcula conservavit. Illi autem Domini contemnentes inducias, ad conversionem hos benigne cohortantes, & horum egregiorum facta per tot tempora supplicatione torpentes, suæ nequaquam passi sunt cælestem fidem præferre. *Post aliqua*. Divinus ergo magnusque Sophronius tunc Alexandriam veniens, mox ex prima lectione (dederat enim etiam ipsi Cyrus ad retractandum illa novem impietatis capitula) lugubre quiddam & ingens vociferatus, fontes emittebat lacrymarum, illum fervide obsecrans, supplicans, expostulans, in pavimento ipsius vestigiis provolutus, quo nihil horum super ambonem contra Catholicam Dei Ecclesiam prædica-

* συλλαβῆς. pro literis

dicatet . quippe cum hæc liquido impii essent Apolinarii dogmata . *Et paulo post* . Taliter victi, o mihi præ omnibus reverendum caput, divina Deo perosis insultationibus, & invicem scenicis quodammodo illusionibus lacerabant, & sacratissimum Sophronium tam miserabiliter lamentatum, utpote contritionem more cujusdam secundi Hieremiæ Catholicæ deflentem Ecclesiæ, cantumque divinorum lapsum bene valde & compatientissime dogmatum deplorantem, nullatenus consolati sunt. *Et post nonnulla* . Si enim Romana Sedes non solum reprobum Pyrrhum, sed & male sentientem & male credentem non nescit, perspicuum profecto est, quia omnis, qui eos, qui Pyrrhum reprobaverunt, anathematizat, Sedem Romanam, id est Catholicam Ecclesiam anathematizat . Omitto enim dicere, quia utique & seipsum, qui talis est, si duntaxat Sedi Romanæ communicat, Catholicæque Dei Ecclesiæ . Obsecro igitur, benedicte domine mi, præcipere omnibus, ne Pyrrhum sanctissimum vel almificum nominent . Neque enim tale quid sacra regula eum vocari permittit. A cuncta enim cecidit sanctitate, qui nimirum ab Ecclesia Catholica sponte prosiliit . Non enim fas est illum ex quacumque laude cognominari, qui jam olim damnatus est & abjectus ab Apostolica Sede Romanæ urbis, ob externæ sensum opinionis, donec ab ea recipiatur conversus ad ipsam, immo ad Dominum Deum nostrum per piam confessionem, & orthodoxam fidem, qua sanctificationem recipiat, sanctumque vocabulum. Itaque si vult hæreticus neque esse, neque audiri, non isti aut illi satisfaciat, superfluum quippe hoc & irrationabile est. quia sicut uno contra eum scandalizato omnes scandalizati sunt, ita quoque uno satisfacto, omnes proculdubio satisfiunt . Festinet A pro omnibus Sedi Romanæ satisfacere . Hac enim satisfacta, communiter ubique omnes pium hunc & orthodoxum prædicabunt . Nam frustra solummodo loquitur, qui mihi similes suadendos ac surripiendos putat, & non satisfacit & implorat sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ beatissimum Papam, id est Apostolicam Sedem, quæ ab ipso incarnato Dei Verbo, sed & omnibus sanctis Synodis, secundum sacros canones & terminos, universarum, quæ in toto terrarum orbe sunt, sanctarum Dei Ecclesiarum in omnibus & per omnia percepit & habet imperium, auctoritatem & potestatem ligandi, atque solvendi. Cum hoc enim ligat & solvit etiam in cœlo Verbum, quod cœlestibus virtutibus principatur. B Si enim alios quidem satisfaciendos ducit, & beatissimum Romanum Papam nequaquam implorat, simile quiddam agit ei, qui forte homicidii, vel alterius cujusdam criminis redarguitur, & insontem se non ei, qui secundum leges judicandi jura sortitus est, exhibere festinat ; sed tantum inutiliter & sine lucro aliis & privatis hominibus munditiam monstrare sui satagit actus, qui nullam habeant se solvendi a crimine potestatem. Quapropter, benedicte mi domine, adhuc magis extende præceptionem, quæ C bene vobis, & secundum placitum Dei visa fuisse dignoscitur, quo nemini licentiam habeat iste quicquam loqui & obloqui dogmatis causa. Sed liquido discite voluntatem hujus abundantius investigantes, si velit annuere penitus veritati; & si hoc agere studuerit, & ad id secundum rationem accelerat, hortamini eum suggestionem convenienter facere ad beatissimum Papam Romanum: quatinus sic per illius divinam præceptionem, regulariter quæ circa ipsum sunt & decentissime moderetur ad gloriam Dei, & vestræ laudem sublimitatis.

E X C E R P T U M

EX EPISTOLA S. MAXIMI

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI,

Scripta ad Marinum Presbyterum Cyprium.

NOn in tot hujus sanctissimi Papæ Synodica, quot scripsistis, capitulis Constantinopolitani reprehenderunt, sed in duobus tantum. Quorum alterum est de divinitatis ratione, quia dixit, aiunt, procedere etiam ex Filio Spiritum sanctum. Alterum vero de divina incarnatione, quoniam scripsit, inquiunt, absque originali & actuali peccato Dominum esse. Et in priore quidem consonantia protulerunt testimonia Latinorum Patrum, necnon & Cyrilli Alexandrini de sacro ipsius opere, quod in sanctum Evangelistam fecit Joannem . ex quibus non causam Spiritus sancti filium se facere monstraverunt . Unam enim norunt causam Filii ac Spiritus esse Patrem: alterius quidem secundum generationem, alterius vero secundum emissionem: sed ut hunc per eum prodire insinuarent, & hanc substantiæ communionem & indissimilitudinem demonstrarent. In posteriori autem non est opus omnino defensione. Quæ enim D in hoc sit altercatio, quamvis ita calumniatoribus ob suam perversitatem videatur ? Verum prosecuti sunt, dicentes, quod nec in mente habuerit peccatum, secundum quod primus vitiatus fuisse apparet Adam, nec actionem mali & operationem. Ergo isti quidem hæc, de quibus non rationabiliter impetiti sunt : illi autem, de quibus & valde juste, nullam nunc usque fecerunt apologiam, quia nec abjectionem eorum, quæ ab eis introducta sunt. Porro, secundum jussionem vestram, rogavi Romanos interpretari propria dicta, causa furtivas adversantium surreptiones effugiendi . Verumtamen E more obtinente ita faciendi atque mittendi, nescio utrum consentiant. Alias autem nec valent in aliena dictione ac voce sensum suum, sicut in propria vel alumna, subtili exprimere diligentia, vel etiam quemadmodum nos in nostra nostrum.

SYNODICA

SANCTISSIMI THEODORI PAPÆ,

AD PAULUM PATRIARCHAM

CONSTANTINOPOLITANUM.

SYnodicas fratarnitatis vestræ literas datas pet Georgiam Presbyterum & Petrum Diaconum nos sascepissa significamus . quurum percurrentes teatum, iuvenimus eam inter spem & matum, quemadmodnm intar fidnm gemini litoris portum, confidentem patitar & fluctuantem, & non frustra. Num facerdotiam grava onus est, quod scilicet aliorum vitæ cara satigat, jaxta
2. Cor. 11. 29. quod sctiptum est, *Quis infirmatur , & ego non infirmor ? quis scandalizatur , & ega non uror?* Et quanto meta sacerdotalis meus coneutitat, ne forte pet filentium vel immoderatum eloquium maculetut, tauto spe & maxima propriæ fortitudinis penna ad altitudinem sublevatur,
Prov. 14. 4. quando de subjectorum profectu gratulatue. Scriptum ast enim: *Ubi plurima segetes, ibi manife-*
Ibid. 6. 1. & seq. *sta fortitudo boum*. Hinc e contra metus reverberat. Scriptnm namque est, *Fili mi, si spoponderis pra amica tua, defixisti apud extraneum manum tuam . Illaqueatus es verbis oris tui , & „ captus propriis sermonibus. Fac erga quod dico, „ fili mi , & temetipsum libera , quia iacidisti iu „ manum proximi tui . Discurre , festina , suscita „ amicum tuum : ne dederis somnum oculis tuis, „ nec darmiteut palpebra tua. Eruere quasi damula de manu , & quasi avis de iasidiis aucupis.* Audivimus, dilectissime frater, per timorem pesieulum nostrum, audiamns per spem tepromis-
Num. 18. 20. snm consolationumsolatium. *Ega sum*, inquit,
Psal. 131. 9. Deus, *pare hareditatis tua*. Et iteram: *Sacerdotes tui induant justitiam*. Timor autem con-
Luc. 12. 48. Sap. 6. 7. cutit, cam alias dicitur: *Cui multum creditur, multum ab ea exigetur*. Et iterum: *Patentes potenter tormenta patientur*. Et tarsus spes nos
Mal. 2. 7. sesovet, ubi ait: *Labia Sacerdatis custodient scientiam, & legem exquirent ex are ejus, quoniam Angelus Domini exercituum est*. Inter tot ergu procellas atque tranquillos fluctus æstaara profnndum, qnid aliud est nisi in portu usperrimi litoris navim mentis nostræ tempestatibus concuti ? Sed quia mujorem fiduciam ea longanimitate Dei Evangeliorum habere cognoscimne, spe gaudentes hujasmodi æstum nullo modo formidamas. Nos ergo quid nisi dispensatores unius pastoris sumus ? Ipso enim pascenta pascimus, & regenta regimus, quoniam omnes sub eodem pastore cum ovibus ipsius oves pascaæ sumus. Neque eoim nostris viribns, sed Dei gratiæ deputamus quod sumus. Tantum restat, nt cum divino auxilio petendo, quærendo, pulsando, fide & opere donum gratiæ itreprehensibiliter eahibere possimus, quo concalcatis vitiis virtutum repromissa præmia percipere meseamur. Superbia, quæ est initium omnis peccuti, longe a Sacerdotum mentibus fiat. Avaritia rursus, quæ est idolorum servitas, utque omnium malorum radix, abscisa, & a turbine pulveris sui procul amota destruatur, quæ excæcat etiam oculos sapientum. Dilectionem igi-

A tur omnium virtutum matrem, sine qua nihil perficitur, & iu qua omoes virtutes pacis completæ vinculo indissolubilitar continentur, fidu recta & spe certa studio indesinenti taneamns. Et quoniam fide hominum corda purgantur, lecti apices dilectionis vestræ limpida fidei fluenta vos da fontibus Salvatoris haustssa, & sicut prædicamus prædicare, & quemadmodum credimus credare, & sicuti docemus indiminute docere, manifestarant. His ergo ita se habentibus, cum ea quæ a Pyrrho adversus Apostolicam fidem nostram ad subversionem Synodalium decretorum prolata sunt, tam per dogma Sedis Apostolicæ, quod expositum ast a prædecessore nostro, quam
B per jussionem filii nostri mansuetissimi Principis destructa siut: quamobrem fraternitas tua a publicis locis chartam, quæ suspensa pridemqua cassata fuerat, non abstulit ? qaæ scilicet scandalum sanctis Dei Ecclesiis non modicum intulit. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit in salutem. Si deiciendum ergo ejusdem Pyrrhi conamen fraternitas vestra ducit, qua pro causa prædictam chartam de pariete non deposuit ? Nemo quippe quod abominatur colit. Si autem, quod absit, hujusmodi scriptam amplectitne, cujus rei gratia nobis hoc pet propria Synodica saa minime patefecit? Neutrum enim sine horum alterius dejectiona indemniter state potast. Nam si recta fides,
C quæ a tot Conciliis roborata ast, ab Heraclio & Pyrrho cum quadam additiona & emendatione corrigitur: ergo fides a Patribus subtiliter examinata commoveri cognoscitue, & mortui vacna spe beatitudinis deciderunt, quod avertat Deus a fidelium cordibus. Hi enim qui defuncti sunt minime perierunt. Pretiosa namque in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Et qui vivunt in hac fide, mundi effecti suut: Patrumque dogma signata fida verum & pium firmiter est posteris traditum. Restat igitue, quod contra fidem promulgutum est, irritum fiat, & cum auctore proprlo destruatur. Porro, missati sumus quia Episcopi, qai fraternitatem
D tuam consecraverunt, sanctissimum illum in literis suis dixerunt. Sed & quia propter vulgarem turbationem & odium Ecclesiæ hunc Constantinopolitanæ abrenanciasse significaverunt. Propter quod etiam in ambiguitate positi, quæ a fraternitate vestra scripta sunt judicaveramus ad modicum qaid differre, donec jam dictus Pyrrhus ab Episcopatu Ecclesiæ Constantinopolitanæ pelleretur. Nam turbatio & odium populi Episcopatus gradum nescit auferra. Canonica enim vindicta super eo debuerat provenire, quo fraternitutis tuæ consecratio irreprehensibilis & firma consistat. Scriptum est enim, *Si vir ejus* Rom. 7. 2.
mortuus fuerit, saluta est a lege viri. Si autem vir ejus vivit, adultera vocabitur si fuerit cum alia vira. Erunt enim dua in carne una. Mysterium

Ephes. 5. 32. *autem hoc magnum est*, ait Apostolus; *Ego autem dico in Christo & Ecclesia*. Etenim licet indigni simus, locum tamen ejus in Ecclesiis adimplemus. Vivente itaque prædicto Pyrrho, & nondum natura vel culpa extincto, ne forte fieret schisma oportuerat præcaveri. Ut ergo fraternitatis vestræ sacerdotalis robustior ordo permaneat, oportet debitum adversus eum colligi Episcoporum ex propinquioribus locis conventum. Præcipimus enim super hoc etiam carissimis filiis nostris Serico Archidiacono, & Martino Diacono, & Apocrisiario, quibus & locum nostrum ad hujus rei deliberationem credimus: quatinus cum fraternitate vestra prædicti Pyrrhi culpa regulariter exquiratur. Non enim præsentia ejus necessaria est, ubi excessus ejus, & scripta veritati repugnantia præsto sunt, ut cum de his dijudicatur, modis omnibus condemnetur. Primo quidem, quoniam Heraclium, qui anathematizavit inviolabilem orthodoxorum Patrum fidem, diversis laudibus extulit, & sophisticam jussionem ipsius, in qua quasi symbolum fidei composuit, subscribendo firmavit, furtivisque surreptionibus quosdam Sacerdotes apud se singulatim prædictam chartam roborare coegit, & in publicis locis suspendere ad destructionem Calchedonensis Concilii audaci transgressione præsumpsit. Unde non modicum dissensionis scandalum Ecclesiis Dei disseminavit, & obtestatione conventus a decessore nostro corrigi parvipendit. His igitur & aliis in Synodo fraternitatis vestræ requisitis, canonicæ hunc executioni summittite, ut sacerdotali ordine & Episcopali legislatione, ac regulariter eo sacerdotio denudato, non solum fides illibata permaneat, sed & fraternitatis vestræ gradus Episcopalis firmior conservetur. At vero, si diligenter fraternitas vestra, dum consiliatur, perspexerit fautores jam dicti Pyrrhi circumstrepere, & senseritis crebro, insolenter præsenti negotio quod destiniendum est impedimentum per dilationem afferre, ut proprium compleant quandoque consilium, vobis contradicentes, nisi juxta votum suum quicquam proveniat; & si ob hoc fraternitatem vestram obnoxiam facere, vel etiam schisma de eadem persona temptaverint, possibile est ut abscidatur etiam in hujusmodi capitulo talis versutiarum ipsorum intentio, & obtineatur jussio a Domino nostro & filio Christianissimi Principis, quoniam de hoc enixius eum per literas nostras poposcimus, ut scilicet sæpe dictum Pyrrhum ad hanc Romanam urbem jubeat mitti, quatinus conventu Synodico a nobis effecto, pro sua temeritate judicetur. Sic enim & fraternitatis vestræ Episcopalis dignitas omni futuro contrariorum schismate firmior apparere valebit, & scandalum novitatis ab orthodoxa fide pulsum necabitur, atque Dei Ecclesia continuæ paci donabitur. Deleri namque ab Ecclesia Dei scandala debent, & extirpari. Multa enim possunt oriri dissensionis zizania contra promotionem fraternitatis tuæ, nisi canonica falce ne proficiant radicitus rescindantur. Siquidem cum patitur unum membrum, compatiuntur reliqua corporis membra. Absit ergo, ut schismata & dissensiones proveniant, secundum quod & mansuetissimum dominum & filium nostrum Principem per literas nostras petivimus, quo ab Episcopatu fraternitatis vestræ omnia quæ nuper exorta sunt scandala recidantur, & nos quidem veluti fraterna viscera condolentibus providentiæ nostræ medelam afferentes appareamus. Verumtamen prædictam chartam, quæ contra orthodoxam fidem & Calchedonense Concilium sophistice probatur exposita, cunctis viribus irritam esse deliberamus, & vinculo anathematis refutatam, atque ut a nobis & ab omnibus orthodoxis Episcopis abominatam respuimus. Sufficit namque nobis fides quam sancti Apostoli prædicaverunt, Concilia firmaverunt, & sancti patres consignaverunt, per quam renati & docti facti sumus, quamque docemus, nullum augmentum in Symbolo fidei, quod a Synodis est firmatum, recipientes. Anathema his qui addunt, anathema qui demunt sancto mathemati, id est symbolo, quod in Concilio Nicæno diffinitum, Constantinopolique firmatum, & in Ephesino primo, atque Calchedone, a sanctis & orthodoxis Patribus, qui in Catholica fide floruerunt, gratia sancti est Spiritus stabilitum. Hæc & his similia concordi sensu fraternitas vestra prædicando nobiscum ore & opere confiteatur. Similiter autem anathematizantes omnes hæreses & auctores earum, ut id ipsum dicamus omnes, sicut scriptum est, & schismata nullomodo germinent in Ecclesiis Dei, 1. Cor. 1. 10. quæ spirituali jam & bis acuto sententiæ gladio sunt rescisa. Porro præsentem literarum latorem fraternitati vestræ in omnibus commendamus, quoniam & mores ejus exigunt, ut eum vobis nos commendare debeamus: quia manifeste vestram nobis præsentiam exhibera venerabilitas ejus atque perfectio morum dignoscitur.

EXEMPLAR
PROPOSITIONIS TRANSMISSÆ
CONSTANTINOPOLIM

a Theodoro Sanctissimo Papa Romano.

Matth. 5. 19. DOminus ac salvator noster in Evangeliis Apostolis suis ita dixit, *Quicumque solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum*. *Prov. 22. 28.* Sed & alia Scriptura dicit, *Ne transferas terminos æternos, quos posuerunt patres tui*. His ergo sic se habentibus, ad notitiam fraternitatis vestræ deducimus, quia Pyrrhus, qui quondam Ecclesiæ Constantinopoleos Episcopatum surripuit, & instar lupi sub prætextu pastoris latitabat, contra orthodoxam fidem cornu bellico erecto, quædam novitatis figmenta composuit, & chartis a se dictatis, quosdam furtivis ac surrepititiis modis subscribere compulit Sacerdotes: versute gerens, ut hæreticum præsumptionis suæ dogma surreptis aliorum subscriptionibus stabiliset, & velut novum mathema contra colendum, nobisque traditum a sanctis Patribus Symbolum componere conaretur. Et quoniam in Calchedonensi Concilio anathema positum est his, qui addiderint, vel dempserint quid in fide, quæ a tot patribus est roborata: hujus rei gratia dilectionem vestram præmunire considerabimus, ut his quæ a prædicto Pyrrho adversus Apostolicam fidem præsumpta sunt reprobatis, eandem fidem sicut & nos sumus retineatis, quam ex ipso lacte uberum sanctæ Ecclesiæ simul suxistis, universa temerariæ novitatis deliramenta destruentes. Nos enim tam per alias literas, quam per decretum præsentis propositionis, omnia quæ contra orthodoxam & Apostolicam fidem nostram ab ejusdem Pyrrhi nova & temeraria vanitate introducta sunt abominantes, simulque cum charta, quæ proposita, & in publicis locis ab eo suspensa est, anathematizantes, volumus omnes illa sapere, id est tenere, quæ sancti Apostoli tradiderunt, & Patres qui in orthodoxa fide floruerunt, posteris tradita per sancta quinque Concilia firmaverunt.

THEODORI
SANCTISSIMI PAPÆ
AD EPISCOPOS

qui consecraverunt Paulum Patriarcham Constantinopolitanum propter Pyrrhum ex Patriarcha.

LIteras fraternitatis vestræ, per quas nobis de promotione Pauli fratris & Coepiscopi nostri significastis, suscepimus: & gavisi quidem super hujus sumus ordinatione. Sed futura mœstitia huic videlicet successura, propter zizania, quæ nascitura fore sperantur, animum nostrum valde concussit, nisi diligentissima manu & cautissima cura priusquam crescant, & dominicam messem suffocent, extirpentur. Debuerat igitur Pyrrhus, qui sanctis Dei Ecclesiis scandalum seminavit, canonicæ prius animadversioni summitti, & tum prælatus frater noster Paulus sacrari: ne forte tempore aliquo de ejectione sua quampiam se putet querimoniam objecturum, quod odium sustinuerit populare, & vi pulsus libellum dederit, & suam Ecclesiam refutaveris, sicut nobis fraternitas vestra per literas suas significavit. Facile quippe mutantur homines, & quidem aliquando ex odio ad dilectionem assurgunt, aliquando vero a dilectione in odium dilabuntur. Qua ergo pro causa, quæ dissimulari futura sunt provido non contemplantur obtutu; ne forte proveniens scandalum variis simultatibus Ecclesiam Dei discindat. Sunt capitula, quibus prædictus Pyrrhus canonice potest ab omni sacerdotali ordine pelli. Primum quidem, quia Heraclium, qui anathematizavit Catholicam fidem & Patres orthodoxe sentientes, in literis suis laudibus extulit, & per surreptionem, per quosdam Sacerdotes qui subscripserant, sophisticam quoque chartam adversus Apostolicam fidem confirmare præsumpsit, & in publicis locis suspendere festinavit, quasi novam fidem & symbolum suscitans contra sanctam Calchedonensem Synodum: pœnam minime veritus æterni judicii, & anathema quod positum est in eadem Calchedonensium Synodo, quo nemo unquam sancto mathemati, id est colendo Symbolo, quicquam addere vel minuere audere pertemptet. Prædictus autem Pyrrhus nec protestatione conventus a pravitate sua recedere passus est. Ideo ergo jam memoratam chartam abominantes, & omnia quæ crebro dictus Pyrrhus contra fidem molitus est, anathematizantes, quin etiam nunc iterum atque iterum anathematizamus: illa tantum amplectentes, quæ sancti nobis Patres in synodis tradiderunt; nihil fidei addentes, nec auferentes. Et idcirco quæ in personam prædicti Pyrrhi diffinierimus, in literis quas ad jam memoratum

fratrem & Coepifenpum noſtrum miſimus agnoſcetis. Ut igitur ſcandalum minime futuro tempore generetur, ſecundum præfixum modum diligentes ſacra provideotia extinguere curet. Et res quidem ipſa oos magis ad tribulationem provocavit, & naſcitura zizania conjecturis probabilius informavit, quoniam per litsras veſtras prædictum Pyrrhum ſanctiſſimum nominaſtis. Si enim alia taceamus, & nibil omniuo peccavit aut in religionem, aut in doctrinam fidei, & nec una culpa eum damnavit; quamobrem de propria eſt ejectus Eccleſia? Sed fortaſſe quis dixerit, generale boc odium fecit. Sed vulgaris tumultus jus ſacerdotii auferre non poteſt, nec odium ſacro quemquam ordine denudare. Manifeſtæ quippe ſunt canonicæ cauſæ, quæ jura ſacerdotii secidsrs poſſunt. Niſi enim naturæ canſa Præſul extinguatur, Eccleſiam ajus alius non poteſt irreprehenſibilitsr apprehendere. Et A hæc quidem non contradicentes ordioationi prædicti fratris noſtri Pauli ſcribimus, ſed vulnus latens & abſconſum medsnts manu adaperimus, ne in vitalia viſcera ſerpere poſſit, omnem immunditiam fœtidæ putredinis medicinaliter exhaurientes, & quæ poſſunt fieri diligenria providæ inciſionis penerrantes, non ut hæc fiant optantes. Nam ſæpedictum fratrem noſtrum in viſceribus mentis noſtræ complectimur & fovemus: ſed ne ſchiſmata fiant fraterna providentia & affectione dilectionis terremur: B quatinus Epiſcopatus ejus manus impoſitio nullomodo maculetur. Denique interemptis & ſuffocatis ſchiſmatibus, & fides quoque orthodoxa, quæ tot ſpiritualibus paradiſi florum odoribus, per agricolas Chriſti Dei noſtri, ſanctos videlicet Apoſtolos, eluxit, nullatenus aliquibus zizaoiorum ſpinis potsrit ſauciari.

COMMEMORATIO, QUID LEGATI ROMANI

CONSTANTINOPOLI GESSERINT.

Ex Epiſtola Sancti Maximi ſcripta ad Abbatem Thalaſſium.

IN his & hujuſmodi eſſe es, Pater, ſcieus, & ſola quæ illius ſunt præ omnibus io generatione noſtra omni ſtudio procurare cognoſcens: oportere rarus ſum virtutem innoteſcere sibi eorum, quæ modo ab urbe mihi feliciſſima ſcripta ſunt a quibuſdam severendis viris, & secum ex toto corde diligentibus Deum, cauſa dogmatum catbolicæ ſanctæ ac Apoſtolicæ ipſius Eccleſiæ. Significaverunt enim quod multa hujus sei gratia & psolixa quædam in ea facta ſit motio, id eſt in regia nrbe a ſacratis illius Eccleſiaſticis viris: & prius quidem, ſed præcipue per idem tempus, quando illic miſſos in cauſa promotionis Papæ cum delatis decretis Apocriſiarios ſuſceperunt. Tunc enim, tunc poſt plnsimos ſarmones, qnos ad eos cauſa conſecratinuis moverunt, noviſſime ad effectum ejus, arqus ad ipſius deſidsrii complstionem, protnlerunt eis dogmaticam chartam nunc ab eis expoſitam, aſſerentes, Non aliter vobis in capitulo, pro quo tantum tranſigentes navigium huc veniſtis, favorem præſtabimus, niſi prius vos ſuaſuros ei qui ſacrandus eſt profiteamini, huic chartæ ſubſcribere, & dogmatibus quæ in ea continentur exceptis dilationibus conſentire. At illi eorum quæ prætendebantur ſibi virtutes comperta, & quod hac pro cauſa tanto tempore manere vidnam Eccleſiarum principem matrem & urbem coegiſsent, hanc profecto per hujuſmodi ſuum volentes obtinere commentum. Dum ſcilicet uſque ad eam qnoque irrationabiliter extendendam fore novitatem propriam putaveriot, ut id pro quo ſtudebant aſſequerentur, tranquille rationem proſecuti ſunt, & quaſi condeſcendentes dixerunt: "Nos quidem ſuper hoc auctoritatem præbere noo poſſumus. miniſterium quippe nobis eſt creditum, noo profeſſionem faciendi præceptum. Illud autem vobis certum reddimus, quod referamus omnia quæ a vobis prætenta ſunt, & chartam ipſam oſtenda- C mus ei qui conſecrandus eſt. & ſi judicaverit hanc bene habere, rogabimus annotare huic propriam ſubſcriptionem. Nunc autem ns velitis inſperate proprerea nobis impedimenro fieri, & vim inferre protelando, & nos hic retinendo. Neque enim eſt qui cuilibet, maximeque in cauſa fidei, vim poſſit inferre. In hac enim & nimis infirmus fortis valda conſiſtit, & valde mitis bellator ſummus invenitur: verboque divino confortans animam, maximis etiam invectionibus magis durus quam diſſolutus quodammodo reperitur. Quanto magis Romanorum Eccleſiæ & Clero, quæ ab olim huc uſque, utpote ſenior cunctarum quæ ſub ſole ſunt Eccleſiarum, omnibus præeſt. hoc certa canonice D tam a Conciliis & Apoſtolis, quam ab horum ſummo principatu conſecuta, & in ſortem adepta. nullis omnino propter Pontificatus provectionem ſcriptis, aut Synodicarum editionibus chartarum ſubjecta, ſicut etiam in his omnes ex æquo ei ſecundum jus ſacerdotale ſubjecti conſiſtunt." Hæc itaque cum taliter nihil reveriti, ſed cum omni ſacra decentique fiducia ſtabiles illi & firmæ revera & immobilis petræ miniſtri, maximæ videlicet & Apoſtolicæ, quæ illic eſt, Eccleſiæ, ad regiæ urbis clericos diſputaſſent, hos ſedaſſe apparuerunt, & ut humiliter ac modeſte ſentirent prudenter egerunt, E ſinceritatem & orthodoxiam propriæ fidei ab ipſo eis initio cognitam facientes. Illi autem ipſorum admirantes pietatem, hujuſmodi factum duxerunt merito recompenſandum. & a prætendenda charta ceſſantes, juſſionem in effectum ob Epiſcopatum ſe ſuo perducere ſtudio promiſerunt. Quam factam accipientes Deo amabiles Apocriſiarii gratulantes remearunt ad propria. Hujus autem chartæ, divinitus honorate Pater, exemplar & mihi quoque tranſmiſſum eſt. Expoſita vero ab eis fuerat cauſa tacendarum in Chriſto Deo, id eſt in ſubſtantiis ejus, ex qui-

bus videlicet & in quibus est & ereditur, naruralium operationum; & ne de cerero in eo sive nna sive duæ penitus prædicarentur. Fatebatur aatem solummodo confitendam esse, ex uno eodemque Dei Verbo Incarnato Deo decibilia & humana processisse, & in unum eundemque referenda.

B E A T I S S I M O
A C C E L E B E R R I M O
M A R T I N O
SANCTÆ NARNIENSIS ECCLESIÆ
P R Æ S U L I,

Anastasius exiguus Apostolicæ sedis Bibliothecarius in Domino salutem.

QUia cum Episcopatus apice Præpositara sanctitati tuæ, ob meritum summæ religinnis, beati Martini Monasterii penes Urbem positi est a summis Pontificibus delegata; bortati me visa est, quatinus quæ apud Græcos reperissem ex his quæ bearo Papæ Martino pro fide ae rectis dogmatibus acciderunt, in Larinum converterem stylum: quamvis alius sit Martinus, cajus cerneris Cœnobio pie præesse, & alius, cujus affectas ad liquidum accidentia nosse. Ille quippe Turonicus, iste vero Romanus suie Antistes. Parai ergo exhortationibus tuis, Pater venerabilis, non tam scientia, quam obedientia. Scio namque, dicente Samuele, meliorem esse obedientiam quam sacrificium, & auscultare magis quam offerre bnloeausta: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idnlolatriæ nolle adquiescere. Igitur malui imperitia, quam peccare idololatria. Verum bujus operis media in aliis implicitus ipse non transtuli, sed ab alio petitu meo Interpretata postmodum in quibusdam correxi. Quia vero quædam ex Actis beati Maximi monachi ac discipulorum ejus, huic operi connexa & continuata reperi, & ipsa quoque, si vita comes fuerit, transferre Deo piæduce minime recasabo, sanctissime ac reverentissime Pater. Data Indictione VIII. tempore domni Joannis VIII. Papæ.

Hujus sane initiam Operis juxta sensus duntaxat virtutem ita se babet.

Unice nate, Deus, Verbum Patri omnipotentis,
Qui sola pietate volens homo factus baberis,
Et genus humanum patiens in carne piasti,
Auxiliare tegens, salvos fac, erue semper
Tu famulos ubicumque tuos a crimine peste,
Virginis egregiæ precibus genitricis amandæ,
Et duodenorum Procerum simul atque piorum,
Cunctorum sine fine decus, via, vita tuorum.

Ex his quæ a Theodoro Spudeo sanctæ Sophiæ scripta sunt sanctis Theodorn & Euprepio germanis fratribus, & regiis pistorum principibus constitatis in exilio Chersonis, super his quæ inique gesta sunt ab adversariis in sanctum & Apostolicum, novum revera Confessorem & Martyrem Christi Dei nostri, Martinum Papam Romanum, priusquam illuc in exilium mitteretur, cum vi raperetur propter verbum veritatis de Apostolica Sede.

Postquam reversus est in excubien cum sudosibus quos novit Deus, potui ei scribere ac innotescere omnia quæ de ipso diffamabantur. Cum quibus intuli & alia quædam, quæ implotarent eum, ut nullatenus superaretus a nequam secta impiorum virorum, reverens & tremens, ne præ oculis habens naufragium Sergii Cypriorum insulæ Arebiepiscopi. THEOD.

Rescribit ergo ita.

M A R T I N U S T H E O D O R O

Siocera affectione dilecto fratri.

QUoniam agnovi ut potui ea quæ in scriptis a vobis significata sunt, in paucis verbis exequar. Cum exirem ab Eeclesia, quæ vocatur Constantiniana, in qua exercitus ma cum armis constrinxerat, in præsentia Exarchi, ac Theodori Cubicularii, seu Cleri, clara voce dixerunt: Anathema babeat quisquis dixerit vel erediderit, quia Martinus usque ad unum apicem fidem mutavit, aut mutaturus est: & anathema habeant qui in orthodoxa fide sua usque ad mortem non permanserint. His auditis, Calliopas cœpit rationem reddere, aliam fidem præter quam nos tenemus non esse, neque aliter se credere. Sed boc propter eos qui audiebant, non propter fidem dicebat. Et scire te volo, dilectissime frater, de fide quam significasti, necnon & falsis calumniis quas adversus veritatem proponunt: quia opitulantibus nobis orationibus vestris ac omnium fidelium Christianorum, qui vobiscum sunt, & vivens & moriens salutis nostræ fidem defendam, & quemadmodum beatus Paulus Apostolus docet, mihi vivere

Christus est, & mori lucem. De falsis autem accusationibus, quas noviter hæretici fœciunt, abjicientes veritatem Christi Dei, qualem omnino potuerunt hominibus veritatem loqui, qui Dei veritati resistunt? Tibi igitur reddo rationem, dilectissime frater, per eum qui judicaturus est mundum istum per ignem, qui & reddet unicuique secundum opus suum. Ego aliquando ad Saracenos nec literas misi, nec quem dicunt tomum qualiter credere debeant, aut pecunias unquam transmissi, exceptis duntaxat quibusdam illuc venientibus servis Dei causa eleemosynæ, quibus & modicum quid præbuimus minime ad Saracenos transmissum. Porro, de Domina nostra gloriosa semper Virgine Maria, quæ Deum & Dominum nostrum Jesum Christum peperit, quam omnes sancti & Catholici patres Dei genitricem appellant, utpote quæ Deum hominem genuit, falsum contra me, immo contra suas ipsorum animas iniqui viri testificati sunt. Nam quisquis beatam super omnem creaturam & naturam humanam, absque eo qui genitus est ex ea, venerabilem semperque Virginem, matrem videlicet Domini nostri non honorat atque adorat, anathema sit & in præsenti sæculo, & in futuro. Sed homines occasiones quærentes scandala objiciunt ad scandalizandos multos.

Subscriptio. Deus te incolumem custodiat, amantissime fili.

THEOD. Susceptis his, gratias egi Deo, comperiens fortitudinem propositi sanctissimi viri. Anxiabar autem, volens discere qualiter sublatus fuerit a sede sua, & non poteram. Quotquot enim super hoc veram responsionem interrogabam, nemo mihi dabat, sed aliter atque aliter. Unde me necessitas compulit innotescere super hoc, & obsecrare illum, quo ab ipso discerem veritatem.

Scribit ergo ad hæc iterum Sanctus.

MARTINUS THEODORO.

Noscere voluit cara vestra dilectio, qualiter de Sede sancti Petri Apostoli, sicut unus passer solitarius ab ædificio raptus fuerim. Et miror quia super hoc me inquirere voluisti, cum prædixerit Dominus noster de nequam temporibus

Matth. 24. 21. istis Discipulis suis: *Quia in diebus illis erit tribulatio, qualis non fuit ab origine mundi usque nunc. & nisi quia abbreviati sunt dies illi, non posset sustinere omnis caro. Sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Hoc in paucis de Antichristo dicitur. Nam & sanctus Paulus secundum datam sibi gratiam spiritus prænunciavit dies istos Timotheo discipulo suo,

1. Tim. 4. 1. & 2. c. 3. & 4. dicens: *In novissimis diebus discedent homines a fide, & a veritate auditum avertent, seipsos amantes, avari*, & cetera. Et, crede mihi, desideratissime fili mi, non videndum tempus aliud, nisi manifeste hoc, in quo sint initia dolorum, quemadmodum Dominus prædixit adventum Antichristi. Et mihi breviter dicere necessarium visum est, antequam in toto mundo prævaleat judicium, & finem cursus tradam, hoc mihi expedire arbitratus, quo aliis mala mihi præparantibus exultem potius quam fleam. Igitur, ut scias qualiter sublatus & ductus sim a Romana urbe, nil falsum audies accidentium. Omnia præscivi per totum tempus, quæ meditabantur, & sumpto meipso cum omni Clero meo, privatim mansi in Ecclesia Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ cognominatur Constantiniana, quæ prima

A in toto mundo constructa & stabilita est a beatæ memoriæ Constantino Imperatore, & est juxta Episcopium. Illic enim omnes nos seorsum morabamur a die Sabbati, quando Calliopas cum Ravennati exercitu, & Theodoro cubiculario, introivit civitatem. Misi ergo in obviam ejus quosdam ex Clero. quibus susceptis in Palatio, æstimavit & me cum eis esse. Cum autem quæsisset, & non invenisset, dixit primis Cleri: "Quia nos eum voluimus adorare. sed cras, quod est Dominica dies, obvir ei erimus, & salutabimus eum, quia hodie non sufficimus. Porro, Dominico die datis Missis in prædicta sancta Dei Ecclesia, suspicatus ille turbam multam colligi

B propter diem, nunciavit hoc: "Quia multum fatigati sumus ex itinere, & non possumus occurrere hodie, sed cras omnimodis occurremus, & adorabimus sanctitatem vestram." Ego vero ipse graviter infirmus eram ab Octobrio mense usque ad prædictum tempus, id est usque ad sextodecimo Kalendas Julias. Ergo feria secunda diluculo mittit Chartularium suum, & quosdam ex obsequio suo, dicens: "Quia arma præparasti, & armatos habes intus, & multitudinem lapidum collegisti ad repugnandum: & hoc necessarium non est, nec aliquid tale fieri permittas." Cumque præsens audissem hæc, necessarium magis non habui, qualiter hos certos redderem, quam mittere illos gyraturos per totum

C Episcopium, & si arma vel lapidem vidissent, ipsi testimonium perhiberent. Cum autem issent, & nihil invenissent, subintuli eis per verba, quod nunquam aliquando aliter, sed semper per complexionem * & fallacem accusationem inrederent adversus nos, cum & in adventu infamis Olympii vani cujusdam hominis cum armis me hunc potuisse repellere faterentur. Ego itaque ante altare Ecclesiæ lectulum meum habebam in quo jacebam. & nondum transacta media hora, ecce exercitus cum eis veniens in Ecclesiam, obumbrati omnes tenentes lanceas & spathas suas, quin & arcus suos paratos una cum scutis suis. & facta sunt illic quæ nec dicenda sunt.

* συμπλοκή.

D Quemadmodum namque in hiemali tempore vento valide flante folia ex arboribus concussa cadunt, ita percutiebantur armis candelæ sanctæ Ecclesiæ, & reinosæ excutiebantur in pavimentum. & audiebatur sonitus qui in eadem fiebat Ecclesia, veluti tonitrus quidam horribilis tam ex pressura armorum, quam ex multitudine candelarum ab eis fractarum. Quibus confestim introeuntibus, jussio a Calliopa porrecta est Presbyteris & Diaconibus, in qua humilitatis meæ abjectio * continebatur, quod irregulariter & sine lege Episcopatum subripuissem, & non essem in Apostolica Sede dignus institui, sed omnimodis in hanc regiam urbem transmitti, subrogato in loco meo Episcopo. quod ne-

* ἀπεβολή, ejectio.

E dum aliquando factum est, & spero quod nec aliquando fieri habet: quia in absentia Pontificis Archidiaconus & Archipresbyter, & Primicerius locum præsentant Pontificis. Dum ergo hæc moventur, quæ de fide gesta fuerant jam manifestavi vobis. Quod autem præparati non fuerimus ad repugnandum, melius judicavi decies mori, quam unius cujuscumque sanguinem in terram fundi. Quod quidem & sine periculo hoc gestum est, non paucis, quæ non placuerunt Deo, malis effectis. Eadem itaque hora dedi meipsum ad exhibendum Imperatori, & non resistendum. Porro acclamantibus mihi, ut veritatem dicam, quibusdam ex Clero ne facerem hoc, nulli eorum accommodavi aurem, ne subi-

A to fierent homicidia. Sed dixi illis: Sinite meeum venira ex Clero, qui necessarii mihi sont, Episcopos videlicet, Presbyteros, & Diaconos, & absolote qui mihi videntar. Respandit Calliopas: Quotquot voluerint venire, cum bono veniant. Nos cuiquam necessitatem non facimus. Respoudi ego: Clerus in potestate mea est. Exclamantes autem quidam ex sacardotibus dicebant: Com ipso vivimus, & com ipso morimur. Post hæc cœpit dicere per se Calliopas, & qai com ipso eraot: Veni nobiscum ad Palatium. Nec boc facere recusavi, sed exivi cnm eis in Palatium eadem secunda feria. B Et tertia feria venit ad me omnis Clerus, & multi erant qui se paraverant ad navigandum mecum. qui etiam res suas jam immiserant in ea quæ vocabantur levamenta. & alii quoque nonnulli præparabantur clerici & laici, qui festinabant pervenire ad nos. Eadem ergo nocte, quæ illucescit in feria quarta, quæ erat tertiodecimo Kalendas Julias, circa boram quasi sextam noctia, tulerunt me de Palatio, retrusis omnibus qui mecom io Palatio erant, usque ad res diversas, quæ mibi in via & hic erant necessariæ: & non nisi cum sex puerulis & uno cauculo eduxeruot nos ex urbe. & cum immisissent C nos in unum coram quæ dicebantur levamenta *, circa horam plus minus quartam diei ad portum pervenimus. In ea sane hora, qua egressi sumus ab arbe Roma, statim ut erant obseratæ portæ, iterum eas obseraverunt, & sic remanserunt, ne exirent a civitate aliqui, & venirent

* navigia minora.

A ad nos in portu, donec illinc navigassemus. Unde necessitas nobis effecta est, ot omnium eorum res, qui in levamenta missi fuerant, in prædicto portu dimitteremus, & mox eadem die moveremur. Et perveuimus Kalendas Julias Mesenam, in qua erat navis, id est carcer meus. Non autem Meseuæ tantum, sed & in Calabria, & non tantum in Calabria, quæ subdita est magnæ orbi Romanorum, sed & in plarimis Insolarum, in qoibus nos vel tribus mensibus peccata impedieeunt, oullam compassionem adeptns sum: excepto duntaxat in Insula Naxia, quoniam ibi annum fecimus, merui lavari duobus vel tribus B balneis, & apud orbem mansi in hospitio quodam. Et ecce quadraginta & septem dies sant bodie, ex quo nou merui calida nec frigida aqua rigare me, & effluxi & refrigui totus, quoniam ventris fluor & in navi & in terra usque ad præsentem horam requiem mihi omnino non dedit. & in ipsa quoque necessitatis meæ bora eum gustaturus sum, totus conquassatus corpore, ea quæ necessaria sunt percipere ad confortandam naturam non babeo, quia quod habeo tædet me sumere, cum id babeam penitus in fastidinm. Sed credo in virtutem Dei C qui omnia conspicit, quia cum de præsenti vita subductus fuero, exquirentur de bis omnibus hi qui me persequuntur, ut saltem sic ad pœnitentiam ducti, ab iniquitate sua convertantur.

Subscriptio. Incolumem te custodiat Deus, fili dulcissime.

C O M M E M O R A T I O

eorum, quæ sæviter, & sine Dei respectu acta sunt a veritatis adversariis in sanctum & Apostolicum novum revera confessorem & Martyrem Martinum Papam Romæ, per Epistolam cujusdam Christianissimi, directam his qui sunt in Occidente, seu Romæ, & in Africa, orthodoxis Patribus.

AFflictionum mœrores & lacrymas, communemque sine cessatione ac mœstissimam vocem, quæ in dolore ex imo cordis prolata est, puto autem quæ & profertur Deo ab his qui sunt Romæ, adhuc autem & in omni loco domioationis ejus degentibus sanctis famulis Dei & fidelibus populis, ex quo facta est persecutio adversus sanctissimum Patrem nostrum, Deo beatissimum, & fidelem Sacerdotam principem & Apostolicum universalem Papam, ac per boc adversus Catbolicam Ecclesiam: puto autem hactenus hunc eundem mœrorem retineri in vobis, & mulam sollicitudinem habere vos, scitce qoomodo peractum est contra eum, quando exulatus est & persecutione pulsus a Roma navigio usque Byzantium. E Hac in mente habens ego humilis & peccator famulus vester, quædam quidem exterius sollicitudine multa addiscens: plurimorum autem proprie contemplator factus indignos ministerii beatissimi & pretiosi sacerdotis nostri, judicavi literis remioisci, & nota facere, claraque constituere vobis benedictis, atque per vos omnibus fidelibus & zelum habeotibus culturæ divioæ: quatenus cognoscentes cum cordis mœstitudine mecom illum propheticum sermonem proferatis, *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die & nocte* contritiones Catbolicæ Ecclesiæ & omnium Christianorum, immo perditionem, propter ea quæ acta sunt in beatum & Deo plenum ducem veritatis & præ-

Hier. 9. 1.

D dicatorem! Veruntamen Deo gloria, qui dedit ei virtutem & sufferentiam stabilem in tentationibus quæ supervenerunt ei a contrariis virtutibus & viris, in expugnando & viriliter dimicando pro cultu Dei, inrefragabiliter & spe firma usque ad mortem poons animam suam, utpote imitator ejus qui eum constitoit athletam Dominus ejus ad informationem pro veritate dimicare. Ea equidem, quæ inibi Romæ gesta sone in beatum & adamantinum spiritualem patrem, sacerdotumque principem domnum Martinum, & vos scitis: qualibus periculis luctatus est, videns gladios vibratos & acutos consertos adinvicem, tentos a pluribus militibus paratum babentibus inficere enses, & commuE tare a vita beatum, in circuitu altaris astantibus, & in toto templo Catbolicæ Ecclesiæ Romæ, quæ cognominatur Constantiniana, in qua sacerdotio fungens recubabat in foribus & grabato ipse beatus æger. & quomodo contritus animis, & artubus constrictus, impulsus & expulsus, raptus & extractus ex Apostolico throno, in quo Deus eum constituit locum, inspectorem sui Apostolum, & prædicatorem orthodoxum veritatis. Sed vere iste non fecit pretiosiorem animam suam se, sed posuit eam usque ad mortem, imitans sicut dictum est Dominum suum dicentem: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis:* quo salvaret abique errantem & perditam plebem ab insurgentibus nostris temporibus hæreticis. Traditus igitur

Joan 10. 11.

Romæ

Romæ de Catholica Ecclesia sancti Joannis, a potentibus hujus sæculi his qui hoc erant ministerio digni ministri, atque custodibus, depositus est ad portum, & conjectus est in lembo, & navigantibus, sicut scitis, auntibusque juxta Avidum *, in insulam quæ vocatur Naxos, non concesserunt beato illi Apostolico viro custodes penitus contingere terram, dolentibus prorsus pedibus ejus, cum ipsi per loca conferrent, & omnino quiescerent. Hi autem, qui per loca erant Sacerdotes, & ceteri fideles regionis ipsius, dirigebant munera beato illi causa utilitatis ejus, non parvæ multotiens quantitatis. quas quidem directas species & quantitates custodes bestiales continuo coram eo diripiebant, improperiosa & amara plurima congerentes in eum. Eos autem, qui munuscula detulissent, injuriis & verberibus afficientes dimittebant, dicentes ad eos: Quoniam quicumque diligitis istum, inimici estis reipublicæ. Nunquidnam hoc solum ei non valebat inferre dolorem incomparabilem super infirmitatem quæ eum ægre deprimebat? Exinde igitur præmittentes ab Avido quemdam custodes qui retinebant eum, nunciaverunt in Byzantio adventum & captionem ejus, proferentes adversus eum plurima mala, hæreticum & rebellem, Deique adversarium proclamantes, & subvertentem universam terram Romanorum. Cumque tandem pervenisset Byzantium beatus ille septimo decimo die Septembrii mensis, in portum

a juxta Euphemiam prope * Arcadianon, reliquerunt eum a mane ministri usque in horam decimam recubantem in grabato navis, eratque sicut scriptum est, spectaculum omnibus Angelis & hominibus. Accedebant enim varii homines, quos propter ferales mores lupaces dixerim, & subrogati ut conspicio talia contra sanctum Papam agebant, qualia Christianis dici non oportet. Morantibus nobis in litore, tota die eram incedens dolore plenus & amaritudine, eo quod viderem talem sanctum virum ita dejectum: non solum autem, sed & talia eloquia a quibusdam Ethnicis prolata contra eum, nihil aliud quærebam, nisi ut auferretur anima mea a me. De hinc circa solis occasum venit quidam scriba nomine Sagoleva cum multis excubitoribus: & auferentes de lembo posuerunt in gestatorio, duxeruntque in custo-

b diam excubitorii, quæ cognominatur b Prandearia. & fecit eum inclausum sub multa custodia, præcipiens excubiti custodibus, ut nullus penitus sciret civitatis, quia est in eodem ex-

c cubitu. c Fecit ergo sanctus idem Apostolicus clausus, & sine participatione penitus sermonis alicujus, nonaginta tres dies. In ipsa vero nonagesima tertia die, quæ est dies Parasceve, mane tulerunt eum de custodia, constituendum in cella Sacellarii, jubentes pridie convenire omnem Senatum, quod & factum est. Jusserunt autem eum introducendum, & introduxerunt in portatoria sella: erat enim penitus æger, præcipue autem illis diebus præ navigatione & afflictione custodiæ per tot dies effectæ. Intendens autem in eum primus, qui præsidebat Sacellarius cum reliquis principibus a longe, jussit eum surgere a ferculo, & stare.

* Apostoli.

A Aientibus quibusdam ministrorum non valere eum stare, turbatus præ multa ira Sacellarius exclamavit, cum eo autem & quidam de custodia, surgere eum & astare censuræ subnixum hinc inde. quod & factum est. Sacellarius autem inquit ad eum: dic miser, quid tibi mali intulit Imperator? Tulit a te aliquid? oppressit te vi? Ille autem tacebat. Tunc ait ad eum Sacellarius imperativa voce: Non respondes? Ecce nunc ingredientur accusatores tui. Et continuo cum sermone introducti sunt plurimi accusatorum contra eum. Omnes autem erant mendacii filii, & discipuli eorum, qui Dominum nostrum Jesum Christum necaverunt.

B Contradicebant vero sancto viro, quemadmodum præmoniti fuerant. Erant enim voces eorum præmeditatæ & præparatæ. In quibus quidam eorum paulo ante interrogati ut testimonium perhiberent, tentabant dicere veritatem, sicut mos est. & continuo turbati qui prætendebant certamen hoc, incipiebant validis minis increpare eos, donec suaderent eis proferre quæ erant convenientia in mortem beati & justi viri. Contemplatus sanctus Papa introeuntes testificari, subridens dixit: Isti sunt testes? sic habet ordo? Erant enim primi ingredientes nomine quidem milites, lupaces autem & bestiales sententia: & quidam eorum qui erant Olympii, cum quibus erat & Andreas, qui fue-

C rat ejus notarius. Erant autem inter accusatores infelices Imeritus & Therinus, & reliqui numero quasi viginti, primores milites & reliqui accusantes. Jurabant autem ad sancta Evangelia, & sic testificabantur. Primicerius sane omnium accusantium erat Dorotheus Patricius Ciliciæ, qui jurans dixit, quoniam quinquaginta capita si haberet, non oporteret eum vivere, eo quod solus subvertit & perdidit universum Occidentem, & delevit, & revera unius consilii fuit cum Olympio, & inimicus homicida Imperatoris & Romanæ * urbanitatis. Videns ergo justus vir introeuntes eos & jurantes sine pareitate testificatores, compassus perditioni animarum eorum. ait ad eos qui præsi-

D debant Principes: Obsecro vos per Deum, nolite præparare eos & jurare, sed absque sacramento dicant quæcumque volunt, vosque facite quæcumque vultis. Et quid opus est etiam jurando perdere illos animas suas? Ingresso equidem uno testium, & dicente quoniam conjurationes fecit cum Olympio, & milites præparavit ut jurarent: interrogatus Deo pretiosus vir, si hæc ita se haberent, respondit: Si vultis audire veritatem, dico vobis sequentia. & cœpit dicere. Quando factus est Typus, & directus Romam ab Imperatore. Et hoc tantum dicente beato illo, aliud quid non concessum est loqui. Sed continuo ante omnes inci-

E piens cum clamore Troilus inquit: Non inferas nobis hic de fide, de duellio nunc scrutaris, quoniam & Romani, & nos Christiani sumus & orthodoxi. Et respondit idem vir justus. Utinam! Verumtamen invenietis me in illa die tremendi examinis testem etiam in hoc. Denuo inter accusantes testes, ait ad eum Præfectus Troilus. Qualis homo es tu, quoniam cernens & audiens talia contra Imp.

* πολιτείας; reipublicæ.

* a *Arcadianon*) Πλησίον Ἀρκαδιανῶν. Nempe. Ἀρκαδιανὰ domus nobilissima Arcadii in nona urbis regione. Vide Ducangium lib. 2. Constantinopoleos Christianæ, pag. 145.

* b *Prandearia*) Πρανδέαρια. Vide Chronicon Paschale pag. 308. 2. & Constantinop. Christ. Ducangii lib. 2. Sect. vi. n. 5. p. 138.

* c *Fecit nonaginta tres dies*) Ἐποίησε, transegit. Sic in Euthymii Patriarchæ CP. epitaphio quod extat in codice regio 2299. ποιήσας ἐν πατριαρχείῳ χρόνος ι'. Plura exempla vide in Glossario Græco Ducangii.

tæ compassionibus qoærebant aliquam exhibere misericordiam cum eo, & contegere eum, sed non audebant propter conviuctum & custodientem carnificem. Putabant enim actutum venturam censuram ut trucidaretur. Post quasdam vero horas, com vocassent quidam ab imo ex ordine militari magistrum vigiliæ carnificum descendente eo, una mulierom ergastulorum illorum pietatis viscere ducta, accedens amplectensque bellatorem Christi, & Apostolicum patrem, portansque reclinavit eum in proprio thoro suo, coutegens utiliter & iuvolvens. Mansit aotem usque ad vesperum sine voce. Vespere antem facto, misit ad enm Gregorius Præfectus Eunuchus ex cubiculariis majorem domus suæ, cum parvis cibariis, qui refecit eum, diceos, Ne deficias in tribulationibus, confidimus in Deum, non morieris. In quo magis aggravatus ille beatus ingemuit. Abstulerunt aurem ferrea vincula coutinuo ab eo. Sequenti vero die abiens Imperator in Patriarchium visendi gratia Paulum Patriarcham (proximus enim erat morti) narravit ei quæ consummata sont in sanctissimum virum. Iugemiscens vero Paulus, & conversus, ad parietem dixit: Hei mihi! & hoc ad abundantiam judiciorum meorum actum est. Percontatus autem ab Imperatore quamobrem hoc dixerit, respondit: Numquidnam, domine, non est miserabile talia pati Ponrifices? Tunc attentius adjuravit Imperatorem sufficere ei in his quæ passus est, nihilque amplius sustinere. Unde aodiens beatus ille ac Apostolicus vir, quod non suscepit quod expectabat, non grarum habuit tale prumissum, sed penitus mœstus effectus est. Festiuabat eum explere bonum certamen, & abire ad eum quem desiderabat. Interea defuncto Paulo, & Pyrrho residere nitente, atque quibusoam Ecclesiæ conrradicentibus, & prohibentibus, libellumque ejus publicantibus in Palatio, asserentibusque quoniam & a beatissimu Paulo anathematizatus est: Pyrrhus reprobatus est Sacerdotio propter libellum quem fecerat Romæ. & mulra commotione facta, post dies octo defuncto Paulo, dirigitur ab Imperatore ad Diomedis custodiam ad magnanimum Papam Demosthenes rescriptor & collaborator Sacellarii, & Libellisius cum eo. Iutrantes vero, dixerunt ad eum: Dominator noster eximius Imperator misit nos ad te, dicens: Ecce in quanta gloria prius consistens, in qnalem ordinem te ipsum duxisti. nemo tibi fecit hoc, sed tu ipse tibimetipsi. Ipse autem nihil aliud respoudit, nisi solum hoc. Gloria & gratiarum actio per omnia soli immortali Regi. Dicit ad eum Demosthenet rescriptor: Significavit tibi dominator, dic nobis ea qoæ de Pyrrho expatriatcha hic & Romæ subsequenter gesta sunt. Pro qua causa abiit Romam? jussus, an proprio proposito? Respondens sanctus Papa dixit: Proprio proposito. Ait Demosthenes: Libellum illum quomodo fecit? compellente aliquo? Respondit sanctus vir, nemine, sed propria propositiooe. Demosthenet inquit: Veniente Pyrrho Romam, quomodo suscepit eum sanctus vir Theodoru, decessor tuus Papa? uti Episcopum? Respondit æquanimis Papa, & quomodo non? qui prius quam veniret Pyrrhus Romam, manifeste scripsit huc, hoc est beatut Theodorus, ad Paulum, utpote ad eum, qui iodecent fecerit, & alterius thronum invaserit. Deinde autem sponte sua eodem Pyrrho veniente Romam ad vestigia beati Petri quomodo non haberet eum suscipere præcessor meus, & hono-

A rare, ut pote Episcopum? Respoudens Demosthenes dixit: Vere veritas sic se haber. Unde autem sumebat ea quæ ad usum sui corporis eraut necessaria? Dicit bearus, Manifeste de Patriarchio Romano. Ait concertator, Qualis panis dabatur ei? Respondit honorabilis vir: Vos domini mei, nescitis Ecclesiam Romanam? Dico enim vobis, quia quisquis veuit illuc miserabilis homo hospitari, omnia ad osum præbeotur ei, & uullum immunem suis donis sanctus Petrut repellit venientium illuc: sed panis mundissimus & viua diversa dantur non soiom ei, sed hominibus ei pertinentibus. Si ergo in miserabilibus huminibus hæc fiuut, qui venit etiam honorabilis sicut Episcopus, qualem sumptum

B haber suscipere? Dicit ad eum Demostheues: Nos didicimus, quia vl fecit libellum Pyrrhut Romæ, & quia lignea viucula sustinuit, & multa dolenda passus est. Respondit vir ille beatus, & dixit: Nihil tale factum est. Nam nisi quia surmidiue aliqui renentur, non possunt forte loqui veritatem. Hic sunt Constantinopoli plurimi, qui tunc erant Romæ, & sciuut quæ ibi gesta sunt. Ex quibus interim superest Plato Patricius, qui tunc Exarchus erat, quippe direxit homines suos tuue ad Pyrrhum Rumam. percontamini eum de hit si mentior. Verumtamen, quid volumus plurima quærere? Ecce in manibus vestris retiueris me, & quodcunque vultis consummate

C in me, Deo iudulgente in vestra est potestate. Urique si membratim inciditis carnes meas, sicuti Præfecto jussistis cum me traderetis, non communico Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Ecce hic sum, examinate me, & tentate, & invenietis experimento gratiam Dei, & fidelium servorum ejus. Iterum Pyrrhus in medium venit, qui totiens anathematizarus & uudatus est divino honote. Stupefactus autem Demostheues Rescriptor, & admirans super hac voce æquanimis Papæ audaciam atque constantiam pro Christo in morte sua, equidem ad hoc positus erat calix passionis. Similiter & hi qui consequentes erant ei stupentes, accepto libellariu seriatim cuncta dicta a beato viro, conscribentes recesserunt. Fe-

D cit ergo reverentissimus Papa in eodem Diomedis ergastulo octoginta quinque dies post primas nonaginta tres, hoc est omnes simul CLXXVIII. Venit igitur Sagoleba Scriba, dicens, quia jussus sum auferre te hinc, & transferre in domum meam, & post dies duos dirigere te quo jusserit mihi Sacellariut. Interrogante autem Papa quo ducendus esset, vel in qnem locum, noluit ei dicere. Rogabat ergo Sanctus ille, ut sineretur in eadem custodia, quousque exularetur, & ad horam auferretur de custodia. & nec hoc concessum est ei. Sed circa occasum solis dicit venerabilis Papa his qui erant in ergastulo. Accedite fratres vale faciamus, quia ecce nunc

E aderit qui auferat me hinc. Et hæc dicente eo, hauserunt singuli calicem. Et surgens sereno vultu cum multa constantia atque gratiarum actione dicit ad unum concurrentium sibi dilectum, qui erat ibi: Veni domine frater, & da mihi pacem. Erant porro præcordia fratris illius, sicut mihi ipse referebat in illa hora, qualia ut conjicio discipuli illius contemplantis Dominum in cruce. Non valens ergo, ut aiebat, cohibere seipsum, vocante eum beato ad osculum, irrugiit frater ut leo. Cum eo autem iuibi præsentes omnes lamentabantur terribili lamento. Auxiatos in hoc vir beatos flagitabat omnes ne ita facerent, sereno obtutu dicens. Et impositis venerabilibus manibus super verti-

cem ejus subridens ait: Bona sant hæc, domine frater, hæc sunt opportuna, & te oportet ita facere? hæc sunt pacis? cum econtra nunc debeas gaudere super me. Ad quem ilico cum contritione cordis respondis frater. Deas novit, famule Christi. Lætor in gloria, qua dignatus est Christus Deas noster propter nomen suum hæc te omnia pati. sed lamentor omnium perditionem. Salatantes ergo omnes eum, recesserunt. Veniens igitur continuo scriba, & auferens eum, intulit in domum suam. Dictum est ergo, quia in Chersonam exulatur. & post dies aliquot cognovimus, quia illuc clanculo navigio transvectus est ipse sanctissimus Apostolicus vir. Veniens ergo illuc, post dies aliquot scripsit Epistolam in Byzantium ad quendam sibi carissimum, ex illis videlicet, qui hunc propter Dominum, & ob rectam fidem ejus amabant. Cum esses in magna sribulatione & exilio idem sæpe dictus pater noster sanctissimus constitutus, postulans aliquarum specierum subsidia, propter multas & frequentes, gravesque ægrimonias corporales, angustiasque omnimodas regionis illius, eo quod nihil ibi inveniretur, præcipue triticum, quod quidem illic nominabatur, non autem inveniebatur. Unde cum jurejurando scripsit, quia naviculà illo veniente, & parum tritici habente ad commutationem salis, vix potuerit emere ex eo unum tritici modium quatuor solidis, cum multis & hoc precibus. Diversas autem angustias scripsit sancta ejus anima pati se ibi. non solum corporalibus angustiis, sed etiam habitantium & dominantium ibi malis oppressum, ita ut penitus contritus male pejus moreretur, suasione videlicet dominantium in Byzantio. Quamobrem quæso vos ego humilis & peccator famulus vester, a Deo honorabiles Patres, ut quemadmodum ergo visa mihi & audita diligentissime declaravi vobis, hoc est imminentes temptationes beatissimo Papæ propter rectam confessionem in Christo Domino, & propter anathematismum in novos factum hæreticos: quanquam ex multis parva tamen quæ potui dirigere scripsi. Ita & vos zelum habentibus culturæ Dei, explicate eadem, & hortamini imitari eum, & traditiones sanctorum Patrum retinere secundum imitationem ejus, & non communicare omnino contraria sentientibus. Obsecrantes etiam pro me indigno famulo qui scripsi, quo cum eo & vobiscum inveniam misericordiam a Christo Deo nostro in sæcula, amen. Obiit autem idem sanctissimus ter beatus Apostolicus Martinus Papa, recens revera Confessor & Martyr Christi Dei nostri in eadem exulatione Chersonæ, juxta ejusdem ad Dominum Deum petitionem, quam obtulit ei cum lacrymis, exiens de navi, & calcans terram illam, id est ut in ea finires vitam, bonum certamen certans, cursum martyrii consummans, & bonam fidem servans, mense Septembrio, die sextadecima, in qua felicissimæ Martyris & fidem custodientis orthodoxam Euphemiæ, pretiosissima & beatissima secundum anni circulum celebratur memoria, Indictione quartadecima. Positus est autem in tumulis Sanctorum extra muros Chersonitarum civitatis quasi stadio uno, in pretiosissimo & reverentissimo templo sanctissimæ & præ omnibus sanctis colendæ, castissimæ & immaculatæ, perbenedictæque gloriosissimæ & excellentissimæ omnium creaturarum, gratia plenissimæ, gaudium facientis & tribuentis Dominæ nostræ, proprie natura & veritate solius Dei genitricis, semper virginis Mariæ. quæ cognominatur Blachernes: factus typus imitabilis omnibus, qui bene vivere & decertare elegerint & voluerint, pro ea, quæ verissime est, veritas. Cujus virginis, cujusque Confessoris intercessionibus, Christus verus Deus & Salvator noster, qui ineffabiliter & sine semine ex ea processit propter genus humanum, custodiat & conservet nos, & omnes fideliter audientes, omnemque populum quem adquisivit in sinceritatem fidei & conversationem, in pace & dilectione perfecta, & omni justitia usque in finem. Cui est cum Deo patre & Spiritu sancto in Deitate una substantia, æquus honor, virtus eadem, sine tempore regnum, semper principium, sceptrum juge, gloria perpes, majestas similis, per infinita sæcula, Amen.

Habet autem se prædicta Epistola ejusdem sanctissimi & Apostolici Papæ sic.

Indicamus germanæ caritati vestræ, domine frater, quia postquam egressi sumus ex eo quod Ivon dicitur a Constantinopoli, navigantes sancta quinta feria Cœnæ Domini pertransivimus Pharum, per diversa loca transmeantes Idibus Maiis, & Chersonem pervenimus. Ergo gerulus harum, qui præsentem vobis tradit Epistolam, post triginta dies post nos a partibus Byzantii venit Chersonem. Et gavisi sumus super adventum ipsius, æstimantes quod expensæ missæ nobis ab Italia essent in terram hanc, quæ deberent nos eo veniente consolari. Et cum interrogassemus, cognovimus ab eo, quod nihil huc detulerit ab Italia. & miratus sum, & glorificavi Deum meum etiam in hoc, quoniam sicut scit tribulationes nostras dispensat. maxime cum fames in hac terra & necessitas talis esset, ut panis in ea tantum nominetur, non tamen penitus videatur. Quoniam nisi mittantur nobis ex partibus illis sumptus, vel a partibus Ponti, hic vivere omnino nequimus. Spiritus enim promptus est, caro vero infirma, ut etiam ipse nosti. Neque enim dispensatio quævis potest in hac terra ullatenus inveniri in solatium saltem modici sumptus. Si ergo, ut dictum est, transmissum fuerit illinc frumentum, & vinum, aut oleum, & alia quædam quoquomodo, festina prout potueris mittere nobis. Neque enim hujuscemodi mala, ut reor, ostendi Sanctis, qui ibidem sunt, vel his qui sunt Ecclesiæ illius, ut usque adeo mandatum Domini parvipenderent: præsertim cum Apostolus Philippensibus scripsit, gratias agens eis, quod & Thessalonicam & semel & bis in usum sibi miserint. ubi & subdis: *Habeo autem omnia, & abundo.* Si enim peregrinos illic, id est Romæ, ita reficis sanctus Petrus, quid dicemus de nobis, qui proprii servi ejus sumus, & saltem ad momentum ministravimus ei, & in tali exilio & afflictione consistimus! Cognitionem autem feci ad dilectionem vestram quarundam specierum, quæ comparari debent illic. & horum quæso te more solito curam habeto, ut nosti, ad emendum & mittendum nobis propter multas necessitates nostras, & frequentes infirmitates. *Philipp. 4. 18.*

Exemplar alterius Epistolæ.

Omne desiderium habemus semper litteris nostris caritatem vestram consolandi, & relevandi vos a sollicitudine quæ vobis de nobis est. Vobiscum vero & omnes sanctos & fratres nostros, qui curam nostri propter Dominum gerunt. Ecce & in præsentiarum scribo vobis, quæ coartant nos. Veritatem dico in nomine Christi Dei nostri. Remoti enim ex omni mundana turbatione, &

depositi a peccatis nostris, ecce & ipsa vita caruimus. Siquidem hi, qui in hac regione habitant, omnes gentiles existunt, & gentiles mores acceperunt hi, qui hic habitare noscuntur, nullam caritatem prorsus habentes, quam jugiter hominum natura & inter ipsos quoque barbaros crebra compassione demonstrat. Novit itaque Deus, nisi ex naviculis, quæ veniunt ex partibus Romaniæ, ut hi qui hic sunt nuncupant, partes videlicet Græcorum Ponticas partes vocantes. Nam nec semel de regione ista usque ad unum trimisium *, frumentum potui comparare: sed nec alterius cujuscumque generis speciem, nisi ut prædictum est, ex naviculis quæ huc raro veniunt, ut sale onustæ recedant. Sic potuimus emere tres vel quatuor modios nomismate, usque ad præsentem Septembrium mensem. Usque nunc vero non potuimus de novis geniminibus emere, nisi uno nomismate modios quatuor. Miratus sum autem, & adhuc miror indiscretionem & compassionem omnium qui quondam mihi pertinebant, & amicorum meorum ac propinquorum, quia sic funditus infelicitatis meæ obliti sunt, & nec scire volunt ut invenio, sive sim super terram, sive non sim. Miratus quoque multo magis sum in eos, qui sunt sanctissimæ Apostoli Petri Ecclesiæ, quoniam tantam dederunt operam de corpore ac membro suo, id est super dilectione nostra, ad reddendos nos sine sollicitudine, saltem super corporali usu, quotidianoque sumptu. Nam etsi aurum Ecclesia sancti Petri non habet, frumento tamen & vino, & aliis necessariis expensa non caret per gratiam Dei, ut modicæ saltem exhibitionis curam gessissent. Qualem putas conscientiam habemus exhibendi ante tribunal Christi accusantibus omnibus tunc & rationem reddentibus hominibus, qui ex eodem luto & massa consistunt? Quæ formido est, quæ cecidit super homines ad mandata Dei minime facienda, aut timor ubi non est timor? An subtractione usque adeo nos spiritus maligni operiunt? An ita inimicus omni plenitudini Ecclesiæ apparui, & adversarius illis? Veruntamen Deus, qui omnes vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, per intercessiones sancti Petri stabiliat corda eorum in orthodoxa fide, & confirmet contra omnem hæreticum, & adversariam Ecclesiæ nostræ personam, & immobiles custodiat, præcipue pastorem qui eis nunc præesse monstratur. quo in nullo prorsus decidentes, vel declinantes, aut dimittentes eorum, quæ in conspectu Domini & sanctorum Angelorum ejus in scriptis professi sunt, usque ad pusillum quippiam, una cum humilitate mea coronam percipiant justitiæ orthodoxæ fidei de manu Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi. De humili namque hoc corpore meo & ipsi Domino cura erit, ut sibi gubernare placet, sive in tribulationibus indesinentibus, sive in modico refrigerio, Dominus enim prope est, & quid sollicitus sum? Spero quippe in miseratione ejus, quod non tardet modo finire meum quo jusserit cursum. Omnes vestrates propter Dominum salutate, & omnes, qui pro Dei timore meis compassi sunt vinculis. Deus excelsus potenti manu sua protegat vos ab omni temptatione, & salvet in regnum suum.

* tertia pars assis.

Ea ergo quæ scripta sunt a Beatissima Apostolica ad carissimum suum.

Igitur saltem nunc, quando a sanctitate ipsius commoniti sumus, festinemus singuli qui diligimus Dominum, & habemus æmulationem erga sanctos ejus, qui usque ad mortem in fide Catholica permanserunt. & saltem ex parte reficiamus eum, & compatiamur ei, ministrantes illi ex his quæ Dominus unicuique nostrum donavit, ut & communicatores in Domino claritatis ejus efficiamur. Non autem hæc aio, quoniam summus Sacerdos noster fuit, sed quia incruentum Christo Deo pro salute animarum nostrarum in Ecclesia vestra sacrificium obtulit, & tantum illuminavit populum Confessor & prædicator veritatis effectus. Æstimo sane, quod certificari etiam irrationabilia debuerint animalia, (quanto magis vos rationabiles & sensati?) quod omnia, quæ in eum facta sunt, ob rectam fidem ejus effecta sint, & hæreticorum abdicationem. Et hoc non aliunde, nisi quia pertinaciter adversarii perdurantes nullomodo flecti, vel ad lucem veritatis converti, sed & validioribus afflictionibus & tribulationibus afficiebant, a custodia in custodiam, ab exilio in exilium, eosqui circa monachum Anastasium erant, qui a tempore multo hic propter Christum de loco in locum tractus afflictus est. Simili modo & domnum Maximum, & discipulum ejus. Nunquid & isti rebelles sunt? Ceterum, de Pyrrho sciendum est, quoniam postquam certi facti sunt a ter beato Apostolico, ac Platone, quod sponte fecerit libellum suum, locaverunt eum in throno isto. quanquam Deus statim justo judicio suo deleverit eum de libro viventium. Similiter autem & novus Præsul, ut comperimus, Pyrrhum & prædecessores ejus, beatos patres & sanctos vocavit. Ut ergo scientes, dilecti, quia terribilem judicem habemus, qui venturus est judicare cogitationes & actus nostros, & exquirere rectam fidem suam, sapientiam fortem & stabilem, sicut suscepimus, in Domino teneamus eum patientia multa. Sanctos quoque patres nostros, saltem ut unum ex egenis, singuli secundum vires reficiamus, & consolemur tribulationes eorum. Et quidem de sanctissimo & famulo Christi Dei nostri Apostolico dicta sint. De cetero vero necessarium duxi, etiam de divinitus honoratis & illustratis patribus nostris & concertatoribus ejus dilectioni vestræ significare.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΤΗΣ ΚΙΝΗΣΕΩΣ γενομένης, μεταξὺ τοῦ κυροῦ Ἀββᾶ Μαξίμου, καὶ τοῦ σὺν αὐτῷ, καὶ τῶν ἀρχόντων, ἐπὶ Σεκρέτου.

Τῇ ἡμέρᾳ ᾗ προσωρμίσθησαν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει, ὅ, τε κύριος Μάξιμος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, περὶ δυσμὰς ἡλίου, ἐλθόντες δύο μανδάτορες μετὰ δέκα ἐξκουβιτόρων, ἐπῆραν

RELATIO MOTIONIS factæ inter domnum Maximum Monachum, & socium ejus, coram principibus in Secretario.

Die qua domnus MAXIMUS, & is qui cum eo erat, penes hanc Regiam urbem applicuerunt, circa occasum solis, venientes duo mandatores una cum decem excubi-

toribus tulerunt eos a navi nudos & discalceatos, & separatos eos ab invicem custodierunt in diversis excubitibus. Et post dies aliquot adducunt eos in palatium, & introducunt senem in locum, in quem Senatus collectus est, & alia multa turba: & exhibent eum in medium sedentium Principum. & dicit ei Sacellarius cum ira multa & furore: Christianus es? Et dicit: Gratia Christi Dei universorum Christianus sum. Et dicit ille: Non est verum. Respondit Dei servus: Tu dicis, sed Deus scit esse me Christianum. Et quomodo, inquit, si Christianus es, odio habes Imperatorem? Respondens Dei servus ait. Et unde hoc claret? odium quippe mentis est occultus affectus, quemadmodum & dilectio. Et dicit ei: Ex his quæ fecisti cunctis factum est manifestum, quod odio habeas Imperatorem & Rempublicam ejus. Tu enim solus Ægyptum & Alexandriam, & Pentapolim, & Africam Saracenis tradidisti. Et quæ est, infit, horum approbatio? Et falsa inducunt Joannem, qui fuerat Sacellarius PETRI quondam Prætoris Numidiæ provinciæ Africæ, dicentem: Quia ante viginti duos annos avus dominatoris jussit beatæ memoriæ Petro exercitum sumere, & pergere in Ægyptum contra Saracenos: & scripsit tibi tanquam ad servum Dei loquens, certitudine habens in te, ut poto in homine sancto, si des ei consilium abire. Et rescripsisti ei, dicens: Nil tale facere, quoniam non bene placitum est coram Deo, ut imperio HERACLII & generis ejus cooperetur Respublica Romanorum. Dicit servus Dei: Si veritatem * loquitur, utique habet & Petri ad me, & meam ad ipsum Epistolam, quæ deferantur, & subjaceo pœnis a legibus constitutis. Et dicit: Ego non habeo Epistolam, sed nec novi si omnino scripserit tibi. Verum hæc in castris per illud tempus omnes loquebantur. Et dicit ad eum Dei servus: Si exercitus totus hoc fatebatur, quomodo tu solus super hoc me accusas? Vidisti me aliquando, vel ego te? At ille: Nunquam. Tunc Dei servus ad Senatum conversus dixit: Si justum est tales adducere calumniatores, vel testes, judicate. *In quo enim judicio judicaveritis judicabimini, & in qua mensura metiemini metietur de vobis*, ait omnium Dominus.

*In grato, loqueris: habes

Matth. 7. 2.

Et post hunc adducunt Sergium Magudam dicentem: Ante annos novem beatus Abba THOMAS veniens Roma dicit mihi: Papa THEODORUS misit me ad Gregorium Patricium, ut dicerem ei, ne quisquam timeret. Servus enim Dei Abba MAXIMUS vidit visionem, quod in cœlis ad Orientem & Occi-

αὐτοὺς ἐκ τοῦ πλοίου γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους· καὶ μερίσαντες αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ἐφύλαξαν εἰς διάφορα ἐκσκέβιτα. καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς ἀναφέρουσιν αὐτοὺς ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ εἰσάγουσι τὸν γέροντα, ἐν ᾧ τόπῳ συνήχθη ἡ σύγκλητος, καὶ πολὺς ἄλλος ὄχλος· καὶ παριστῶσιν αὐτὸν μέσον τῶν ἀρχόντων καθημένων, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Σακελλάριος μετ' ὀργῆς πολλῆς καὶ μανίας, Χριστιανὸς εἶ; καὶ εἶπε, Χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, Χριστιανός εἰμι. καὶ λέγει ἐκεῖνος, Οὐκ ἔστιν ἀληθές. ἀπεκρίθη ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, Σὺ λέγεις, Οὐκ εἰμί. ἀλλ' ὁ Θεὸς λέγει εἶναί με, καὶ διαμένειν Χριστιανόν. καὶ πῶς, φησὶν, εἴπερ Χριστιανὸς εἶ, μισεῖς τὸν βασιλέα. ἀποκριθεὶς ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, ἔφη, Καὶ πόθεν δῆλον; τὸ γὰρ μῖσος ψυχῆς ἐστι κεκρυμμένη διάθεσις, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ ἀγάπη. καὶ λέγει αὐτῷ, Ἐξ ὧν ἐποίησας. πᾶσιν ἐγένου φανερὸς, ὅτι μισεῖς τὸν βασιλέα, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ. σὺ γὰρ μόνος Αἴγυπτον καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ Πεντάπολιν καὶ Τρίπολιν καὶ Ἀφρικὴν Σαρακηνοῖς παρέδωκας. Καὶ τίς τούτων ἀπόδειξις, ἔφη· καὶ παραφέρουσιν Ἰωάννην τὸν γενόμενον Σακελλάριον Πέτρου τοῦ γενομένου στρατηγοῦ Νουμηδίας τῆς Ἀφρικῆς λέγοντα, Ὅτι πρὸ εἰκοσιδύο ἐτῶν ὁ πάππος τοῦ δεσπότου ἐκέλευσε τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ, λαβεῖν στρατὸν, καὶ ἀπελθεῖν εἰς Αἴγυπτον κατὰ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ ἔγραψέ σοι ὡς πρὸς δοῦλον τοῦ Θεοῦ λαλῶν, πληροφορίαν ἔχων εἰς σὲ ὡς ἅγιον ἄνθρωπον, εἰ συμβουλεύεις αὐτῷ ἀπελθεῖν. καὶ ἀντέγραψας αὐτῷ, λέγων, μηδὲν τοιοῦτο ποιῆσαι, ἐπειδὴ οὐκ εὐδοκεῖ ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου, καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ, συμπαραχθῆναι τὴν πολιτείαν τῶν Ῥωμαίων. λέγει ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, Ἐὰν ἀληθεύῃ, πάντως ἔχεις καὶ τὴν πρὸς ἐμὲ Πέτρου; καὶ τὴν ἐμὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιστολήν. παρενεχθῶσι, καὶ ὑπόκειμαι ταῖς δοκούσαις τῷ νόμῳ ποιναῖς. καὶ λέγει, Ἐγὼ οὐκ ἔχω ἐπιστολὴν, ἀλλ' οὔτε οἶδα, εἰ ὅλως ἔγραψέ σοι. ἀλλ' ἐν τῷ φοσάτῳ ταῦτα κατ' ἐκεῖνον ἐλάλουν πάντες τὸν καιρόν. λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, Εἰ τὸ φοσάτον ὅλον τοῦτο διελάλει, πῶς σὺ μόνος τοῦτο συκοφαντεῖς με; ἐθεώρησάς με ποτὲ, ἢ ἐγώ σε; καὶ λέγει, Οὐδέποτε. τότε στραφεὶς πρὸς τὴν σύγκλητον ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, εἶπεν, Εἰ δίκαιόν ἐστι τοιούτους παρακομίζεσθαι κατηγόρους, ἢ μάρτυρας, κρίνατε. Ὧι γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε. καὶ ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεσθε, φησὶν ὁ τῶν ὅλων Θεός.

Καὶ μετὰ τοῦτον φέρουσι Σέργιον τὸν Μαγουδὰν, λέγοντα, Πρὸ ἐννέα ἐτῶν ὁ μακάριος Ἀββᾶς Θωμᾶς ἐλθὼν ἀπὸ Ῥώμης εἶπέ μοι, ὅτι ὁ Πάππας Θεόδωρος ἔπεμψέ με πρὸς τὸν πατρίκιον Γρηγόριον, ἵνα εἴπω αὐτῷ, μὴ φοβηθῆναί τινα. ὁ γὰρ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ Ἀββᾶς Μάξιμος, ἐθεώρησεν ὄναρ, ὅτι κατ' οὐρανοὺς εἰς ἀνα-

A τολὰς καὶ δυσμὰς ἦσαν δῆμοι Ἀγγέλων. καὶ οἱ μὲν εἰς ἀνατολὰς ἔκραζον, Κωνσταντῖνε Αὔγουστε, τοῦ βίγκας· οἱ δὲ εἰς δυσμὰς ἐβόων, Γρηγόριε Αὔγουστε, τοῦ βίγκας· καὶ ὑπερίσχυσεν ἡ φωνὴ τῶν εἰς δυσμὰς, τὴν τῶν εἰς ἀνατολὴν φωνήν. καὶ τότε κραυγάζει ὁ Σακελλάριος, Ἔπεμψέ σε ὁ Θεὸς καυθῆναι εἰς τὴν πόλιν ταύτην. λέγει ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, καθαίροντί με τῶν ἑκουσίων κακῶν, δι' ἀκουσίου κολάσεως· πλὴν, Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. ἀνάγκη γὰρ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· οὐαὶ δὲ δι' οὗ σκάνδαλον ἔρχεται. B ὄντως οὐκ ἔδει τοιαῦτα λαλεῖσθαι παρουσίᾳ Χριστιανῶν· οὐδὲ ἀτιμωρήτους μένειν τοὺς τὰ τοιαῦτα πράττοντας πρὸς τὸ ἀρέσαι ἀνθρώποις, σήμερον οὖσι, καὶ αὔριον οὐκ οὖσι. ταῦτα ζῶντος Γρηγορίου ἔδει τοῦτον εἰπεῖν, καὶ γνωρίσαι τῷ βασιλεῖ τὴν εἰς αὐτὸν εὔνοιαν. δίκαιον δέ ἐστι, εἰ καὶ ὑμῖν παρίσταται, τὸν πρὸ τούτου συκοφάντην, ἐκβιασθῆναι ἀπελθεῖν ἐνέγκαι τὸν πατρίκιον Πέτρον, καὶ τοῦτον τὸν Ἀββᾶν Θωμᾶν, κἀκεῖνον τὸν μακάριον Πάππαν Θεόδωρον· καὶ τότε παρουσίᾳ πάντων, ἔλεγον τῷ πατρικίῳ C Πέτρῳ, Εἰπὲ, κύριε ὁ πατρίκιος, ἔγραψάς μοι ποτὲ περὶ ὧν εἶπεν ὁ Σακελλάριός σου, ἢ ἐγὼ σοί; καὶ ὅταν κατέθετο, ὑπὸ κόλασιν ἐγενόμην· ὁμοίως δὲ καὶ τῷ μακαρίῳ Πάππᾳ, Εἰπὲ δέσποτα, ἐγώ σοι ποτὲ ὄναρ ἀφηγησάμην; καὶ ὅταν ἤλεγξέ με, ἐκείνου ἦν τὸ ἔγκλημα, οὐκ ἐμοῦ τοῦ ἑωρακότος, ἀπροαίρετον γὰρ πρᾶγμα τὸ ὄναρ· μόνα δὲ τὰ προαιρετικὰ κολάζει ὁ νόμος, εἴπερ αὐτῷ ἐναντιοῦται. τότε λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Τρώϊλος, Παίζεις Ἀββᾶ, οὐκ οἶδας ποῦ D εἶ. ὁ δὲ, Οὐ παίζω, ἀλλὰ πενθῶ τὴν ζωήν μου συντηρηθεῖσαν μέχρι τοῦ νῦν, ἵνα τοιούτων λάβω πεῖραν φαντασμάτων. λέγει Ἐπιφάνιος ὁ πατρίκιος, Ὁ Θεὸς γινώσκει, καλῶς ποιεῖ παίζων αὐτὰ ἐὰν οὐκ εἰσὶν ἀληθῆ. μεθ' ὃν ὁ Σακελλάριος πάλιν πρὸς αὐτὸν μετ' ὀργῆς εἶπεν, Ἁπλῶς πάντες ψεύδονται, καὶ σὺ μόνος ἀληθεύεις; καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, συνδακρύσας τῷ λόγῳ, Ἐξουσίαν ἔχετε συγχωροῦντος τοῦ Θεοῦ, καὶ ζωῶσαι καὶ θανατῶσαι, πλὴν ἐὰν οὗτοι ἀληθεύωσι, καὶ ὁ Σατανᾶς φύσει Θεός ἐστιν, εἰ δὲ οὐκ ἔστιν, ὥσπερ οὖν E οὐδέ ἐστιν, οὐδὲ οὗτοι ἀλήθευσαν. μήτε γὰρ ἀξιωθῶ μετὰ Χριστιανῶν θεωρῆσαι τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ὑπερουσίου Θεοῦ, ποιητοῦ τε καὶ δημιουργοῦ καὶ προνοητοῦ καὶ κριτοῦ καὶ σωτῆρος τῶν ὅλων, εἰ ποτὲ ὄναρ τοιοῦτον ἀφηγησάμην, ἢ ἄλλου ἀφηγουμένου ἤκουσα, εἰ μὴ τῇ ὥρᾳ ταύτῃ παρὰ τοῦ κυροῦ Σεργίου τοῦ οἰκείου τῆς βασιλείας.

Εἶτα τρίτον συκοφάντην προβάλλονται, Θεόδωρον τὸν υἱὸν Ἰωάννου τοῦ Κανδιδάτου λεγομένου, τὸν ἐπίκλην Χιλᾶ, τὸν νῦν γαμβρὸν τοῦ κυροῦ Πλάτω-

A dentem clari essent Angelorum. * Hi vero qui erant in Occidente vocem emittebant, dicentes: Gregori Auguste tu vincas, & magis sonuit vox Occidentalium, quam Orientalium voces. Et tunc clamabat Sacellarius: Misit te Deus, ut incendaris in hac urbe. Dicit Dei servus: Gratias ago Deo, qui emundat me a spontaneis malis per supplicium non spontaneum. Verumtamen væ mundo ab scandalis. Necessitas enim est, ut veniant scandala. væ autem per quem scandalum venit. B Vere non oportebat ut talia dicerentur in præsentia Christianorum, nec impunitos manere illos, qui talia fingunt ad placendum hominibus, qui hodie sunt, & cras non sunt. Hæc ut iste diceret dum Gregorius adviveret oportebat, qui & notam illi facere debuit suam circa eum devotionem. Justum autem esset, si & vobis quoque videtur, ut accusator, qui hunc præcessit, cogeretur abire, ducturus Petrum Patricium, & iste Abbatem Thomam, & ille beatum Papam Theodorum. Et C tunc in præsentia cunctorum dicerem Patricio Petro: Dic, domine Patrici, scripsisti mihi aliquando super his quæ dixit Sacellarius tuus, aut ego tibi? Et cum adquievisset, sub supplicio fierem. Similiter & beato Papæ: Dic domine, ego tibi aliquando somnium enarravi? Et cum convicisset me, illius esset crimen, non meum, qui videram. Res enim non voluntaria est somnium. Porro sola quæ sunt voluntaria punit lex, si duntaxat sibi fuerint adversata. Tunc dicit ei Troilus: Jocaris Abba? Nescis ubi sis? Qui respondens D ait: Non jocor, sed lugeo vitam meam hactenus conservatam, ut hujuscemodi experimentum præstigiorum percipiam. Et dicit domnus Epiphanius: Deus novit, bene facit, deludens eos si vera non sunt. Post quem, Sacellarius iterum cum ira dixit ad eum: Absolute omnes mentiuntur, & tu solus verum dicis? Et respondens servus Dei, audito verbo cum lacrymis ait: Potestatem habetis, permittente Deo, & vivificandi, & mortificandi. Verumtamen, si isti veritatem dicunt, & Satanas natura Deus est. Si autem non est, sicut nec est, nec isti verita- E tem dixerunt. Denique nec merear cum Christianis videre adventum supersubstantialis Dei, factoris videlicet, conditoris, & creatoris, & provisoris, ac judicis, & salvatoris universorum, si somnium tale aut vidi, aut alio referente audivi, excepta hora hac a domno Sergio dilecto imperii.

Dein tertium calumniatorem proponunt, Theodorum filium Joannis dudum candidati, cognomento Chila, qui gener est nunc domni Plato-

* In Græco & illi quidem qui ad orientem clamarent: Constantine Auguste, tu vincas. Hi vero, &c.

mo Patricii, dicentem: Quia collocutione inter nos Romæ facta de imperio, detraxit quod dicebatur, mutiens & subsannationes faciens. Ad quem servus Dei dixit: Nunquam disputavi tecum, nisi semel cum sanctissimo Presbytero domno Theocharisto exarchi fratre propter Primicerium, jussus per literas super hoc. Quod si repertus fuero mentiens, recipiam.

Et post hunc quartum adducunt Gregorium filium Photini, dicentem: Quia perrexi Romam ad cellulam Abbatis Maximi. & me dicente quia & sacerdos est Imperator, dixit Abbas Anastasius discipulus ejus: non sit dignus fore sacerdos. Et statim dicit ad eum servus Dei: Time Deum, domne Gregori, nil tale in hujuscemodi disputationa conservus meus locutus est. Et cum semet projecisset in terram, Senatui dixit: Sustinete servum vestrum, & omnia dico vobis sicuti dicta sunt: & arguat me si mentitus fuero. Hic dominus meus Gregorius veniens Romam dignatus est venire ad cellulam servi vestri. Quo viso, sicuti moris est mihi, projeci meipsum in terram, & adoravi eum, & osculatus sum. & dixi ei post sessionem: Quæ causa est desiderabilis adventus domini mei? At ille, Bonus, inquit, & a Deo confortatus dominator noster, sollicitudinem habens pacis sanctarum Dei Ecclesiarum, jussionem fecit ad divinitus honoratum Papam, missa etiam oblatione ad sanctum Petrum, hortatus est eum, quo se Præsuli Constantinopolitano uniret, quæ mitti per mediocritatem meam dignatum est pium ejus imperium. & dixi: Gloria Deo, qui fecit te dignum hujusmodi ministerio. Verumtamen sub quo fieri modo unitatem a Deo coronata ejus jussit tranquillitas, si nosti? Et dixisti: Sub typo. Et dixi: Impossibile, ut opinor, est hoc. Non enim patiuntur Romani auferri una cum impuris hæreticorum vocibus sanctorum Patrum luciferas voces, vel simul cum mendacio veritatem extingui, aut cum tenebris lumen pariter dissipari. Nil nobis quod adoretur erit, si divinitus ostensorum fuit verborum ablatio. Et dixisti: Non ablationem sacrarum typus efficit vocum: sed taciturnitatem, ut dispensemus pacem. Et dixi: Est apud divinam Scripturam taciturnitas etiam demptio. Deus enim per David
Psal. 18.3. dixit, *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum*. Ergo nisi dicantur & audiantur sermones qui de Deo sunt, nec omnino sunt secundum Scripturam. Et dixisti: Ne mittas me in silvas. ego sancto contentus sum symbolo. Et quomodo, dixi, potes sancto esse contentus symbolo, suscipiens typum? Et quid lædet suscipere typum, & di-

ρος τοῦ πατρικίου, λέγοντα, Ὅτι συντυχίας μεταξὺ ἡμῶν ἐν Ῥώμῃ γενομένης περὶ τῶν βασιλέως, διέσυρε τὸ λαλούμενον, βυτία ποιῶν καὶ λαιβία. πρὸς ὃν εἶπεν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, Οὐδέποτε διελέχθην σοι, εἰ μὴ ἅπαξ μετὰ τοῦ ὁσιωτάτου Πρεσβυτέρου κυροῦ Θεοχαρίστου, τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ἐξάρχου. διὰ τὸν Πριμικήριον, προτραπεὶς διὰ γραμμάτων περὶ τούτου. καὶ ἐὰν εὑρεθῶ ψευδόμενος, ἀπολαύω.

Καὶ μετὰ τοῦτον, τέταρτον ἄγουσι Γρηγόριον τὸν υἱὸν Φωτεινοῦ, λέγοντα, Ὅτι ἀπῆλθον εἰς τὸ κελλίον τοῦ Ἀββᾶ Μαξίμου ἐν Ῥώμῃ, κἀμοῦ εἰπόντος, Ὅτι καὶ ἱερεύς ἐστιν ὁ βασιλεύς, εἶπεν ὁ Ἀββᾶς Ἀναστάσιος ὁ μαθητὴς αὐτοῦ, Μὴ ἀξιωθῇ εἶναι ἱερεύς. εὐθέως λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, Φοβήθητι τὸν Θεὸν κῦρι Γρηγόριε. οὐδὲν παντελῶς ἐν τῇ περὶ τούτου διαλέξει λελάληκεν ὁ σύνδουλός μου, καὶ ῥίπτει ἑαυτὸν εἰς τὴν γῆν, λέγων τῇ συγκλήτῳ, Ἀνάσχεσθε τοῦ δούλου ὑμῶν, καὶ πάντα λέγω ὡς ἐλαλήθη, καὶ ἐλέγξει με ἐὰν ψεύδομαι. ὁ κύριός μου εἶναι Γρηγόριος ἐλθὼν εἰς Ῥώμην, ἠξίωσεν ἐλθεῖν εἰς τὸ κελλίον τοῦ δούλου ὑμῶν· ὃν θεωρήσας, ὡς ἔθος μοί ἐστιν, ἔρριψα ἐμαυτὸν εἰς τὴν γῆν. καὶ προσεκύνησα αὐτῷ· καὶ ἠσπασάμην αὐτὸν, καὶ εἶπον αὐτῷ μετὰ τὸ καθίσαι, Τίς ἡ αἰτία τῆς ποθητῆς παρουσίας τοῦ δεσπότου μου. καὶ εἶπε, Ὁ ἀγαθὸς καὶ θεοστέρικτος ἡμῶν δεσπότης, φροντίζων τῆς εἰρήνης τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, ἐποιήσατο κέλευσιν πρὸς τὸν θεοτίμητον Πάππαν, πέμψας καὶ προσφορὰς εἰς τὸν ἅγιον Πέτρον, προτρεπόμενος αὐτὸν ἑνωθῆναι τῷ προέδρῳ Κωνσταντινουπόλεως· ἅπερ πεμφθῆναι διὰ τῆς ἐμῆς μετριότητος κατηξίωσε τὸ εὐσεβὲς αὐτοῦ κράτος. καὶ εἶπον, Δόξα Θεῷ τῷ ποιήσαντί σε ἄξιον τῆς τοιαύτης διακονίας. πλὴν, ἐπὶ ποίῳ τρόπῳ γενέσθαι τὴν ἕνωσιν ἡ αὐτοῦ θεοστεφὴς ἐκέλευσε γαληνότης, πάλιν εἰπέ, εἴπερ οἶδας; καὶ εἶπας, Ἐπὶ τῷ Τύπῳ. καὶ ἔφην, Ἀδύνατον, ὡς οἶμαι, τοῦτο καθέστηκεν· οὐ γὰρ ἀνέχονται οἱ Ῥωμαῖοι συναναιρεθῆναι ταῖς τῶν ἀκαθάρτων αἱρετικῶν φωναῖς, τὰς τῶν ἁγίων πατέρων φωτοφόρους φωνάς. ἢ τῷ ψεύδει συναποσβεσθῆναι τὴν ἀλήθειαν. ἢ τῷ σκότει συναφανισθῆναι τὸ φῶς. οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ἔσται τὸ προσκυνούμενον, εἰ γένηται, τῶν θεοδιδάκτων λόγων ἀναίρεσις. καὶ εἶπας, Οὐκ ἀναίρεσιν τῶν ἱερῶν Τύπος ποιεῖται φωνῶν, ἀλλὰ σιωπὴν, ἵνα τὴν εἰρήνην οἰκονομήσωμεν. καὶ εἶπον, Ἔστι παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ σιωπὴ καὶ ἀναίρεσις. ὁ Θεὸς γὰρ εἶπε διὰ τοῦ Δαβὶδ, Οὐκ εἰσὶ λαλίαι, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐκ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. οὐκοῦν εἰ μὴ λαλοῦνται καὶ ἀκούονται οἱ περὶ Θεοῦ λόγοι, οὐδὲ ὅλως εἰσὶ κατὰ τὴν γραφήν. καὶ εἶπας, Μὴ βάλῃς με εἰς ὕλας· ἐγὼ ἀρκοῦμαι τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ. Καὶ πῶς δύνασαι τῷ ἁγίῳ ἀρκεῖσθαι συμβόλῳ, ἔφην, δεχόμενος τὸν Τύπον; Καὶ τί βλά-

βλάπτει τὸ δέχεσθαι τὸν Τύπον, καὶ λέγειν τὸ σύμβολον; ἔφης. λέγω, Ὅτι προφανῶς ἀναιρεῖ τὸ σύμβολον ὁ Τύπος. καὶ εἶπας, Διὰ τὸν Κύριον, πῶς; Εἰπέ μοι, ἔφην, τὸ σύμβολον, καὶ γνῶθι πῶς ἀναιρεῖται ὑπὸ τοῦ Τύπου. καὶ ἤρξω τοῦ λέγειν, Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς· ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. Ἐπίσχε, εἶπον, μικρὸν, καὶ μάθε πῶς ἡ τῶν ἐν Νικαίᾳ πίστις ἄρνηται. ποιητὴς γὰρ οὐκ ἂν εἴη Θεὸς, θελήσεως καὶ ἐνεργείας φυσικῆς ἐστερημένος, εἴπερ θελήσας, ἀλλ' οὐκ ἀναγκασθεὶς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, εἴπερ ἀληθεύει ἐν πνεύματι Δαβὶδ, Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος, ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις. εἰ δὲ οἰκονομίας χάριν συναναιρεῖται τῇ κακοπιστίᾳ ἡ σωτήριος πίστις, χωρισμὸς Θεοῦ παντελὴς, ἀλλ' οὐχ ἕνωσις Θεοῦ ἐστι τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς λεγομένης οἰκονομίας. καὶ γὰρ αὔριον οἱ δυσώνυμοι Ἰουδαῖοι λέγουσιν, Οἰκονομήσωμεν τὴν πρὸς ἀλλήλους εἰρήνην, καὶ ἑνωθῶμεν, καὶ περιέλωμεν ἡμεῖς μὲν τὴν περιτομὴν, καὶ ὑμεῖς τὸ βάπτισμα, καὶ μηκέτι ἀλλήλους πολεμήσωμεν. τοῦτο Ἀρειανοί ποτε προέτειναν ἐγγράφως ἐπὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, λέγοντες, Περιέλωμεν τὸ Ὁμοούσιον καὶ τὸ ἑτεροούσιον, καὶ ἑνωθῶσιν αἱ ἐκκλησίαι. καὶ οὐ κατεδέξαντο οἱ θεοφόροι πατέρες ἡμῶν· ἀλλ' εἵλοντο μᾶλλον διώκεσθαι καὶ ἀποθανεῖν, ἢ σιωπῆσαι φωνὴν παραστατικὴν τῆς μιᾶς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπερουσίου θεότητος. καὶ ταῦτα συνεπιτιθεμένου τοῖς τὰ τοιαῦτα προτείνουσι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καθὼς πολλοῖς ἱστόρηται τοῖς φιλοπόνως τὰ τότε γενόμενα γράψασι. καὶ οὐδεὶς τῶν βασιλέων ἠδυνήθη μέσαις φωναῖς πεῖσαι τοὺς θεηγόρους πατέρας συμβιβασθῆναι τοῖς ἐπ' αὐτῶν αἱρετίζουσιν· ἀλλὰ ταῖς τρανῆς καὶ κυρίαις, καὶ καταλλήλοις τῷ ζητουμένῳ δόγματι ἐκέχρηντο, λέγοντες προφανῶς, Ὅτι Ἱερέων ἐστὶ τὸ ζητεῖν, καὶ ὁρίζεσθαι περὶ τῶν σωτηρίων δογμάτων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. καὶ εἶπας, Τί οὖν, οὐκ ἔστι πᾶς βασιλεὺς Χριστιανὸς καὶ Ἱερεύς; καὶ εἶπον, Οὐκ ἔστιν. οὐδὲ γὰρ παρίσταται θυσιαστηρίῳ, καὶ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ ἄρτου ὑψοῖ αὐτὸν, λέγων, Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. οὔτε βαπτίζει, οὔτε μύρου τελετὴν ἐπιτελεῖ, οὔτε χειροθετεῖ, καὶ ποιεῖ Ἐπισκόπους καὶ Πρεσβυτέρους καὶ Διακόνους· οὔτε χρίει ναούς; οὔτε τὰ σύμβολα τῆς ἱερωσύνης ἐπιφέρεται, ὠμοφόριον καὶ τὸ εὐαγγέλιον, ὥσπερ τῆς βασιλείας τόν τε στέφανον καὶ τὴν ἁλουργίδα. καὶ πῶς ἡ γραφὴ Βασιλέα καὶ Ἱερέα λέγει εἶναι τὸν Μελχισεδέκ; ἔφης. καὶ εἶπον, Ἑνὸς τοῦ φύσει Βασιλέως Θεοῦ τῶν ὅλων γενομένου φύσει διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν Ἀρχιερέως, εἷς ὑπῆρχε τύπος ὁ Μελχισεδέκ. ὡς δέ γε κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἕτερον εἶναι λέγεις Βασιλέα καὶ Ἱερέα, καὶ τὰ

A cere symbolum? asseruisti: Aio, Quoniam evidenter obtruncat symbolum typus. Et dixisti: Quomodo propter Dominum? Recitemus, dixi, symbolum, & scito qualiter obtruncetur a typo. Et cœpisti dicere: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Attende, dixi, paulululum, & disce qualiter apud Nicæam convenientium fides negetur. Factor enim non esset Deus voluntate ac operatione naturali privatus, B si volens & non coactus fecit cœlum & terram. si veritatem profert David in spiritu, dicens: *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit, in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.* Psal. 134.6. Si autem dispensationis gratia una cum credulitate nequam salutaria demitur fides, separatio Dei fit omnimoda. sed non unitas est hujusmodi species ejus quæ dicitur dispensatio. Si quidem cras nefandi Judæi dicent: Dispensemus in alterutros pacem & uniamur, & amputemus nos quidem circumcisionem, vos vero baptismum, & non jam invicem impugnemus. C Hoc & Ariani aliquando prætenderunt in scriptis sub Magno Constantino dicentes: Auferamus dictum unius substantiæ, & alterius substantiæ, & uniantur Ecclesiæ. & non id admiserunt deiferi patres nostri, sed elegerunt potius persecutionem pati & mori, quam tacere vocem comprobantem unam Patris & Filii, & Spiritus sancti supersubstantialem deitatem. & hæc cohibente his qui hæc prætendebant Magno Constantino, sicut a multis refertur, qui ea quæ tunc gesta sunt studiose scripserunt. & nul- D lus Imperatorum potuit mediis vocibus suadere deiloquis patribus, ut convenirent in ea quæ ipsi sectabantur: sed expressis vocibus ac propriis, & dogmati quod quærebatur congruis usi sunt: dicentes liquido, quoniam sacerdotum est quærere ac diffinire de salutaribus Ecclesiæ Catholicæ dogmatibus. Et dixisti: Ergo non est omnis Christianus Imperator etiam Sacerdus? Et dixi, Non est. Neque enim astat altari, neque post sanctificationem panis exaltat eum, dicens: Sancta sanctis. Neque baptizat, neque chrismatis confectionem E patrat, neque facit Episcopos, vel Presbyteros, aut Diaconos. neque linit Ecclesias, ,neque indicia Sacerdotii fert, superhumerale scilicet & Evangelium, quemadmodum Imperii coronam & purpuram. Et dixisti: Et quomodo Scriptura Regem & Sacerdotem dicit esse Melchisedech? Et dixi: Unius natura Regis cunctorum Dei, natura etiam ob salutem nostram Pontificis facti, unus erat typus Melchisedech. Quod si secundum ordinem Melchisedech, alium dicis esse Regem & Sacerdotem; &

reliqua præsume dicere, id est sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habentem. & adverte quod ex hoc oriri valeat malum. Alius quippe talis reperietur Deus incarnatus secundum ordinem Melchisedech, & non secundum ordinem Aaron salutem nostram perficiens.

Verumtamen, quid volumus per multa discurrere? Inter sacras oblationes supra sanctam mensam post Pontifices, & Sacerdotes, & Diaconos, omnemque sacratum ordinem, cum laicis Imperatores memorantur, dicente Diacono: Et eorum, qui in fide dormierunt, laicorum, Constantini, Constantis, & ceterorum. Sic autem & vivorum memoriam facit Imperatorum post sacratos omnes. Hæc eo dicente, clamat Mennas: Hæc dicens scidisti Ecclesiam. Et dicis ad eum: Si is qui dicit ea quæ sanctarum sunt Scripturarum, atque sanctorum Patrum, scindit Ecclesiam, qui adimit sanctorum dogmata, quid monstrabitur Ecclesiæ faciens, sine quibus nec dici ipsam Ecclesiam est possibile? Et conversus Sacellarius dixit hominibus Exarchi cum clamore: Dicite Exarcho: hujusmodi hominem debebas dimittere vivere ubi præes? Et cum eduxissent eum foras, intromittunt discipulum. A quo cum exegissent, ut diceret contra magistrum, quod tribulaverit Pyrrhum: respondit quieta voce quæ veritatis erant, quia nemo honoravit Pyrrhum ut honoravit magister meus, & jubetur clamare. Quia vero passus non est a decenti monachos reverenda voce divertere, jubetur percuti ab his qui astabant. & pugnis summissum semimortuum reddiderunt. Quibus dimissis ad carceres, venit ad senem Mennas, dicens in præsentia Principum. Misit te Deus, & duxit te huc, ut recipias quæcumque in alio fecisti, seducens omnes in Origenis dogmata. Ad quem servus Dei coram omnibus dixit: Anathema Origeni, & dogmatibus ejus, & omni consentaneo ejus. Et dicit Epiphanius Patricius: Destructa est, domne Abba Menna, querimonia, qua a te adversus eum illata est, quoniam & si esset Origenianista, eo quod anathematizavit eum, ab hujuscemodi sese liberavit querela. Interim ergo tale dictum super eo ulterius non admittam. Et inductus est unusquisque ipsorum in locum, in quo custodiebatur.

Et eadem die circa * tactum lucernæ, Troilus Patricius, & Sergius Eucratas, qui erat super Imperatoriam mensam, venerunt ad servum Dei senem, & sedentes jusserunt etiam illi sedere. & dixerunt ad eum. Dic nobis, domne Abba,

* accensionem.

A λοιπὰ τόλμησον εἰπεῖν, τὸ, Ἀπάτορ, ἀμήτορ, ἀγενεαλόγητον, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε τέλος ζωῆς ἔχοντα. καὶ σκόπει τὸ ἐκ τούτου ἀναφυόμενον κακόν. ἄλλος γὰρ εὑρεθήσεται Θεὸς ὁ τοιοῦτος ἐνανθρωπήσας, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν τὴν ἡμῶν ἱερουργῶν σωτηρίαν.

Πλὴν, τί θέλομεν διὰ πολλῶν ἐλθεῖν; εἰς τὴν ἁγίαν ἀναφορὰν ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης, μετὰ τοὺς
B Ἀρχιερέας καὶ Ἱερέας καὶ Διακόνους, καὶ παντὸς ἱερατικοῦ τάγματος, μετὰ τῶν λαϊκῶν οἱ βασιλεῖς μνημονεύονται, λέγοντος τοῦ Διακόνου, Καὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων λαϊκῶν, Κωνσταντίνου, Κώνσταντος, καὶ τοὺς λοιπούς. οὕτω δὲ καὶ τῶν ζώντων μνημονεύει βασιλέων, μετὰ τοὺς ἱερωμένους πάντας. Ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, κράζει ὁ Μηνᾶς, Ταῦτα λέγων ἔσχισας τὴν ἐκκλησίαν. καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν, Εἰ ὁ λέγων τὰ τῶν ἁγίων γραφῶν, καὶ τὰ τῶν ἁγίων πατέρων σχίζει τὴν ἐκκλησίαν, ὁ ἀναιρῶν τὰ τῶν ἁγίων δόγματα. τί δειχθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ ποιῶν, ὧν χωρὶς, οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο, ἐκκλησίαν
C εἶναι δυνατόν; καὶ στραφεὶς ὁ Σακελλάριος, εἶπε τοῖς ἀνθρώποις τοῦ Ἐξάρχου μετὰ κραυγῆς, Εἴπατε τῷ Ἐξάρχῳ, Τοιοῦτον ἄνθρωπον ὤφειλες ἐᾶσαι ζῆν ὅπου ἄρχεις; καὶ λαβόντες αὐτὸν ἔξω, εἰσάγουσι τὸν μαθητήν. καὶ ἀπαιτοῦντες αὐτὸν κατειπεῖν τοῦ διδασκάλου, ὡς θλίψαντος Πύῤῥον, ἀπεκρίνατο ἠρεμαίᾳ τῇ φωνῇ τὰ τῆς ἀληθείας, Ὅτι οὐδεὶς ἐτίμησε Πύῤῥον ὡς ἐτίμησε. καὶ * κελεύεται κράξαι. καὶ ἐπείπερ οὐκ κατεδέξατο τῆς πρεπούσης Μοναχοῖς εὐλαβοῦς φωνῆς ξενωθῆναι, κελεύει τυπτῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν
D παρεστώτων. καὶ πυγμαῖς αὐτὸν βαλόντες, ἡμιθανῆ αὐτὸν πεποιήκασι. καὶ ἀπολύσαντες αὐτοὺς εἰς τὰ δεσμωτήρια, καταλαμβάνει τὸν γέροντα ὁ Μηνᾶς, λέγων παρουσίᾳ τῶν ἀρχόντων; Ἔβαλέ σε ὁ Θεὸς, καὶ ἤγαγέ σε ὧδε, ἵνα ἀπολάβῃς, ὅσα εἰς ἄλλους ἐποίησας, πλανῶν πάντας εἰς τὰ Ὠριγένους δόγματα. πρὸς ὃν εἶπεν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος παρουσίᾳ πάντων, Ἀνάθεμα Ὠριγένει καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ, καὶ παντὶ σύμφρονι αὐτοῦ. καὶ λέγει ὁ Πατρίκιος Ἐπιφάνιος, Ἐλύθη, κῦρι Ἀββᾶ Μηνᾶ, ὁ κατ' αὐτοῦ παρὰ σοῦ ἐπαγόμενος
E ψόγος, ἵνα καὶ εἰ ἦν Ὠριγενιστὴς, ἐπὰν ἀναθεμάτισε, τῆς τοιαύτης ἑαυτὸν ἠλευθέρωσε μέμψεως. ἐγὼ δὲ ὡς οὐκέτι τοιοῦτο περὶ αὐτοῦ λεγόμενον παραδέχομαι ἀπηνέχθη ἕκαστος αὐτῶν, ἐν ᾧ παρεφυλάττετο τόπῳ.

Καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ περὶ τὴν αὐτὴν ἀφὴν τοῦ λύχνου, Τρώϊλος ὁ Πατρίκιος, καὶ Σέργιος ὁ Εὐκρατᾶς ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς βασιλικῆς, παραγίνονται πρὸς τὸν δοῦλον Θεοῦ τὸν γέροντα, καὶ καθίσαντες, ἐκέλευσαν καὶ αὐτὸν καθίσαι, καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν. Εἰπὲ ἡμῖν κῦρι Ἀββᾶ,

* Interpres κελεύετο.

τὴν μεταξὺ σοῦ καὶ Πύῤῥου γενομένην ἐν Αφρικῇ καὶ Ρώμῃ περὶ τῶν δογμάτων κίνησιν· καὶ ποίοις αὐτὸν ἔπεισας ἀναθεματίσαι τὸ δόγμα τὸ ἴδιον, καὶ τῷ σῷ συνθέσθαι· καὶ ἀφηγήσατο αὐτοῖς πάντα καθεξῆς, ὅσα ἡ μνήμη ἀνέσωσε. καὶ τοῦτο εἶπεν, Οτι ἐγὼ δόγμα ἴδιον οὐκ ἔχω· ἀλλὰ τὸ κοινὸν τῆς ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς. οὐ γὰρ ἐκίνησα φωνὴν τὴν οἱανοῦν, ἵνα ἴδιόν μου λέγηται δόγμα· καὶ μετὰ τὴν ἀφήγησιν λέγουσιν αὐτῷ, Οὐ κοινωνεῖς τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως. καὶ εἶπεν, Οὐ κοινωνῶ· Διὰ ποίαν οὐ κοινωνεῖς αἰτίαν, εἶπον. ἀπεκρίθη, Οτι τὰς ἁγίας τέσσαρας συνόδους ἐξέβαλον διὰ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένων ἐννέα κεφαλαίων· καὶ διὰ τῆς ἐν ταύτῃ τῇ πόλει γενομένης παρὰ Σεργίου Εκθέσεως, καὶ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐπὶ τῆς ἕκτης ἰνδικτιῶνος ἐκτεθέντος Τύπου· καὶ ὅτι ἅπερ ἐδογμάτισαν διὰ τῶν κεφαλαίων, διὰ τῆς Εκθέσεως κατέκριναν· καὶ ἅπερ ἐδογμάτισαν διὰ τῆς Εκθέσεως, διὰ τοῦ Τύπου ἠκύρωσαν· καὶ καθεῖλαν ἑαυτοὺς τοσαυτάκις. οἱ τοίνυν ὑφ' ἑαυτῶν κατακριθέντες καὶ ὑπὸ τῶν Ρωμαίων. καὶ τῆς μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος γενομένης συνόδου καθαιρεθέντες, ποίαν ἐπιτελέσουσι μυσταγωγίας; ἢ ποῖον Πνεῦμα τοῖς παρὰ τῶν τοιούτων ἐπιτελουμένοις ἐπιφοιτᾷ; καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Σὺ μόνος σώζῃ, καὶ πάντες ἀπόλλυνται; καὶ εἶπεν, Οὐδένα κατέκριναν οἱ τρεῖς παῖδες μὴ προσκυνήσαντες τῇ εἰκόνι, πάντων ἀνθρώπων προσκυνούντων. οὐ γὰρ ἐσκόπουν τὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἐσκόπουν ὅπως αὐτοὶ μὴ ἐκπέσωσι τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας. οὕτω καὶ Δανιὴλ βληθεὶς εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων, οὐ κατέκρινέ τινα τῶν μὴ προσευξαμένων τῷ Θεῷ κατὰ τὸ θέσπισμα Δαρείου, ἀλλὰ τὸ ἴδιον ἐσκόπησε. καὶ εἵλετο ἀποθανεῖν, καὶ μὴ παραπεσεῖν τῷ Θεῷ, καὶ ὑπὸ τῆς ἰδίας μαστιγωθῆναι συνειδήσεως, ἐπὶ τῇ παραβάσει τῶν φύσει νομίμων· κἀμοὶ οὖν μὴ δῷ ὁ Θεὸς κατακρῖναί τινα, ἢ εἰπεῖν, ὅτι ἐγὼ μόνος σώζομαι, αἱροῦμαι δὲ ἀποθανεῖν, ἢ θρόησιν ἔχειν κατὰ τὸ συνειδὸς, ὅτι περὶ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν παρεσφάλην καθ' οἱονδήποτε τρόπον.

Λέγουσιν αὐτῷ, Καὶ τί ἔχεις ποιῆσαι, τῶν Ρωμαίων ἑνουμένων τοῖς Βυζαντίοις. ἰδοὺ γὰρ χθὲς ἦλθον οἱ Αποκρισιάριοι Ρώμης, καὶ αὔριον τῇ κυριακῇ κοινωνοῦσι τῷ Πατριάρχῃ· καὶ πᾶσι δῆλον γίνεται, ὅτι σὺ διέστρεφες τοὺς Ρωμαίους· ἀμέλει σοῦ ἀπαρθέντος ἐκεῖθεν, συνέθεντο τοῖς ἐνταῦθα· καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Οἱ ἐλθόντες, οἱονδήποτε πρόκριμα τῷ θρόνῳ Ρώμης, κἂν κοινωνήσωσιν, ἐπεὶ οὐκ ἤγαγον πρὸς τὸν Πατριάρχην ἐπιστολὴν, οὐ ποιοῦσι. καὶ οὐ πείθομαι πάντως ὅτι οἱ

A motionem dogmatum, & inter te & Pyrrhum Romæ & in Africa facta est: & quibus ei verbis persuaseris anathematizata proprium dogma, & tuo pacisci. Et enarravit eis omnia per ordinem quæcumque retinere memoria valuit. Addidit autem & hoc, dicens: Ego dogma proprium non habeo, sed commune Catholicæ Ecclesiæ. Neque enim movi vocem quamlibet, ut proprium meum dicatur dogma. Et post totam narrationem dicunt ei. B Non communicas throno Constantinopolitano? Et dixit, Non communico. Quamobrem non communicas? dixerunt. Respondit: Quia sancta quatuor Concilia ejecerunt per illa novem Capitula, quæ facta sunt Alexandriæ, & per ecthesin, quæ in hac urbe a Sergio patrata est, & per typum, qui nuper, id est per sextam est indictionem expositus. & quia quæ per illa dogmatizaverunt, per ecthesin damnaverunt, & quæ dogmatizaverunt per ecthesin, per typum irrita statuerunt, & deposuerunt semetipsos C toties. Illi igitur, qui a seipsis damnati sunt, & a Romanis atque a Synodo, quæ post hæc per octavam indictionem facta est, sunt depositi, & sacerdotio denudati, qualia celebrant, rogo, mysteria? Aut qualis spiritus ad ea quæ a talibus celebrantur, advenit? Et dicunt ei: Ergone tu solus salvaris, & omnes peribunt? Et dixit. Neminem damnaverunt tres pueri non adorantes iconam, cum hanc omnes homines adorarent. Non enim intendebant ea quæ aliorum erant, sed intendebant quatinus ipsi non deciderent a vera pietate. D Sic & Daniel missus in lacum leonum non damnavit quenquam eorum qui non adoraverant Deum secundum Darii sanctionem, sed quod suum erat intendit, & elegit mori, & non cadere a Deo, & a sua conscientia flagellari in prævaricatione eorum quæ legalia sunt natura. Mihique Deus non det damnare quenquam, vel dicere quod solus ego salvar. Quantum autem valeo, eligo mori, quam terrorem habere in conscientia, quod in fide, quæ in Deum est, per quemlibet erraverim modum.

E Dicunt ei: Et quid facies, cum Romani uniti Byzantiis fuerint? Ecce enim heri venerunt Apocrisiarii Romani, & cras Dominico die communicabunt Patriarchæ. ac per hoc omnibus manifestum fit, quod tu subverteris Romanos. Denique te illinc ablato, mox consenserunt his qui hic sunt. Et dixit ad eos: Hi, qui venere, præjudicium quoquomodo Sedi Romanæ, quamvis communicent, eo quod non detulerint ad Patriarcham epistolam, non faciunt. & non credo aliquan-

do quod Romani uniantur istis, nisi confessi fuerint Dominum nostrum & Deum secundum utrumque eorum, ex quibus est, & quæ est, esse & natura voluntarium, & operatorium habere salutis nostræ. Et dicunt: Quod si connexi fuerint his Romani, quid facies? Et dixit: Spiritus sanctus etiam angelos anathematizat præter id quod prædicatum est quid innovantes.

Et aiunt: Utique necessitas est voluntates dici in Christo, & operationes? Respondit: Omnis necessitas est, si dumtaxat pie revera sapere volumus. Nihil enim eorum quæ sunt sine operatione naturali subsistit. Sancti namque Patres manifeste dicunt, non esse, nec sciri, sine substantiali operatione *, quæ hanc substantialiter characterizet. quomodo esse Christum, aut agnosci Deum natura veraciter & hominem est possibile? Amisso quippe secundum sanctos Patres fremibili leo, non jam leo, & latrabili canis, non jam canis; & aliud quodcumque perdito quod se naturaliter commendabat, non ulterius est quod erat. Et dicunt ei: Novimus vere quod ita sit. verumtamen ne contristes Imperatorem, qui propter pacem tantummodo fecit typum. non in ademptionem cujusquam eorum quæ in Christo intelliguntur, sed ad pacem silentium vocum quæ faciebant dissensionem, dispensans.

* *Hic Interpres omisit aliqua, quæ sic supple:* ullam quamcumque naturam. Si autem neque est, neque cognoscitur natura absque operatione quæ ipsam substantialiter characterizet quomodo, &c.

Et projiciens se Dei servus in terram cum lacrymis dixit: Non debuerat contristari benignus & pius dominus adversus humilitatem meam. non enim possum contristare Deum, tacens quæ ipse nos loqui & confiteri præcepit. Si enim secundum sacratissimum Apostolum ipse est, qui posuit in Ecclesia primo Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, perspicuum est quod ipse sit qui per istos locutus est. Per totam ergo sanctam Scripturam, tam scilicet vetus quam novum testamentum, sanctosque Doctores, ac Synodos, edocemur voluntatis & operationis tam in divinitate, quam in humanitate, incarnatum Deum esse capacem. In nullo enim eorum, quibus ut Deus scitur, vel eorum quibus ut homo natura cognoscitur, excepto dumtaxat peccato, est imperfectus. Si autem perfectus est in utroque, sicut in nullo ex ambobus est minoratus; manifeste totum ipsius adulterat sacramentum, qui non confitetur eum esse quod est, cum existentibus sibi omnibus naturalibus idiomatibus, ex quibus, & in quibus, & quæ esse probatur.

Et cum paulum tacuissent, & ad invicem innuissent, aiunt: Unde potes ostendere, quod sanctas

A Ῥωμαῖοι ἑνοῦνται τοῖς ἐνταῦθα, εἰ μὴ ὁμολογήσωσι τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν, καθ' ἑκατέραν τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶν, εἶναι φύσει θελητικόν τε καὶ ἐνεργητικὸν τῆς ἡμῶν σωτηρίας, καὶ λέγουσιν, Εἰ δὲ συμβιβασθῶσι τοῖς ἐνταῦθα οἱ Ῥωμαῖοι, τί ποιεῖς; καὶ εἶπε, Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ Ἀποστόλου, καὶ ἀγγέλους ἀναθεματίζει παρὰ τὸ κήρυγμά τι νομοθετοῦντας.

Καὶ λέγουσι, Πάντως ἀνάγκη ἐστὶ, θελήσεις λέγεσθαι ἐπὶ Χριστοῦ καὶ ἐνεργείας; ἀπεκρίθη, Πᾶσα ἀνάγκη, εἴπερ εὐσεβεῖν κατὰ ἀλήθειαν θέλωμεν. B οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων, χωρὶς ἐνεργείας φυσικῆς ὑφέστηκεν. οἱ γὰρ ἅγιοι πατέρες φανερῶς λέγουσι, Μήτε εἶναι, ἢ γινώσκεσθαι χωρὶς τῆς οὐσιώδους αὐτῆς ἐνεργείας τὴν οἱανδήποτε φύσιν. εἰ δὲ οὔτε ἐστὶν, οὔτε γινώσκεται φύσις, ἄνευ τῆς αὐτὴν οὐσιωδῶς χαρακτηριζούσης ἐνεργείας, πῶς εἶναι τὸν Χριστὸν, ἢ γνωρίζεσθαι Θεὸν ἀληθῶς φύσει καὶ ἄνθρωπον, ἄνευ τῆς θεϊκῆς καὶ ἀνθρωπίνης ἐνεργείας, ἐστὶ δυνατόν. ἀπολέσας γὰρ κατὰ τοὺς πατέρας τὸ βρυχικὸν ὁ λέων, οὐκ ἔστι λέων· καὶ κύων τὸ ὑλακτικὸν, οὐκ ἔστι κύων. C καὶ ἄλλο τὸ οἱονοῦν τὸ φυσικῶς αὐτοῦ συστατικὸν ἀπολέσαν, οὐκ ἔστιν ἔτι ὅπερ ἦν. καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Οἴδαμεν ὄντως ὅτι οὕτως ἦν. πλὴν μὴ λυπήσῃς τὸν Βασιλέα, διὰ τὴν εἰρήνην καὶ μόνον ποιήσαντα τὸν Τύπον, οὐκ ἐπ' ἀναιρέσει τινὸς τῶν ἐπὶ Χριστοῦ νοουμένων· ἀλλ' ἐπὶ εἰρήνῃ, τὴν σιωπὴν τῶν ποιουσῶν τὴν διάστασιν φωνῶν οἰκονομοῦντα.

Καὶ ῥίψας ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος ἑαυτὸν εἰς τὴν γῆν μετὰ δακρύων, Οὐκ ὤφειλε λυπηθῆναι ὁ ἀγαθὸς καὶ εὐσεβὴς δεσπότης κατὰ τῆς ἐμῆς ταπεινώσεως. οὐ γὰρ δύναμαι λυπῆσαι τὸν Θεὸν σιωπῶν, ἅπερ αὐτὸς λαλεῖσθαι καὶ ὁμολογεῖσθαι D προσέταξεν. εἰ γὰρ κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, Αὐτός ἐστιν ὁ θέμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πρῶτον Ἀποστόλους· δεύτερον, Προφήτας· τρίτον, Διδασκάλους, δῆλόν ἐστιν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ διὰ τούτων λαλήσας. διὰ πάσης οὖν τῆς ἁγίας γραφῆς, τῆς τε παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης, καὶ τῶν ἁγίων διδασκάλων καὶ συνόδων διδασκόμεθα, θελητικόν τε καὶ ἐνεργητικὸν θεότητί τε καὶ ἀνθρωπότητι, τὸν σαρκωθέντα Θεόν. οὐδενὸς γὰρ τῶν οἷς ὡς Θεὸς γι- E νώσκεται, καὶ τῶν οἷς ὡς ἄνθρωπος φύσει γνωρίζεται, χωρὶς ἁμαρτίας, ἐστὶν ἐλλιπής. εἰ δὲ τέλειός ἐστι καθ' ἑκάτερον, ὡς οὐδενὸς κατ' ἑκάτερον ἐλλιπὴς, προφανῶς τὸ κατ' αὐτὸν ὅλον νοθεύει μυστήριον, ὁ μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν εἶναι ὅπερ ἐστὶ, μετὰ τῶν προσόντων αὐτῷ καθ' ἑκάτερον, ἐν οἷς τε, καὶ ἅπερ ἐστὶ, πάντων φυσικῶν ἰδιωμάτων.

Καὶ μικρὸν σιωπήσαντες, ἀλλήλοις προσνεύσαντες λέγουσι, Πόθεν δύνασαι δεῖξαι, ὅτι τὰς

σιωόδους ἐκβάλλουσιν οἱ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως; καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἤδη δέδεικται μερικῶς, διὰ τῶν ἐν Ῥώμῃ λαληθέντων παρ' ἐμοῦ πρὸς τὸν κύριον Γρηγόριον, τὸν ἀσηκρῆτιν. καὶ νῦν, εἰ παρίσταται τῷ δεσπότῃ τοῦτο δειχθήσεσθαι, κελεύσει δοθῆναι ἄδειαν τῷ ἀναξίῳ ὑμῶν δούλῳ, καὶ ποιῶ γνῶσιν βιβλίων, ὅτι τὰ ἐμὰ ἀφῃρέθησαν· καὶ πᾶσι φανερὸν ποιῶ τοῦτο, χωρὶς οἱασδήποτε σκολιότητος λόγων. καὶ λοιπὸν ἄλλων πολλῶν λαληθέντων, εἰς γραφικὰς καὶ φυσικὰς καὶ τεχνικὰς ἐτράπησαν γυμνασίας τέ καὶ θεωρίας· ἐφ' αἷς ἡδυνθέντες, ἱλαρωτέρως διετέθησαν· καὶ ἤρξαντο λέγειν, Οἶδεν ὁ Κύριος, ὠφελήθημεν, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐνοχλεῖν ὑμῖν οὐκ ἔχομεν.

Ὁ δὲ κῦρις Σέργιος εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι πολλάκις ἦλθον εἰς τὸ κέλλιον σου εἰς Βέββας, καὶ ἐκερσασάμην τῆς διδασκαλίας σου. καὶ ὁ Χριστὸς ἔχει βοηθῆσαί σοι· καὶ μὴ ἀγωνιάσῃς. εἰς ἓν δὲ μόνον λυπεῖς πάντας, ὅτι πολλοὺς ποιεῖς χωρισθῆναι τῆς κοινωνίας τῆς ἐνταῦθα ἐκκλησίας. Ἔστι τίς ὁ λέγων, εἶπεν ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, ὅτι εἶπον, Μὴ κοινωνήσῃς τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν Βυζαντίων; ἀπεκρίθη ὁ κῦρις Σέργιος, Αὐτὸ τοῦτο, τὸ σὲ μὴ κοινωνεῖν, μεγάλη πρὸς πάντας ἐστὶ φωνὴ, μὴ κοινωνῆσαι. καὶ εἶπεν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, Οὐδὲν βιαιότερον συνειδότος κατηγοροῦντος, καὶ οὐδὲν τούτου συνηγοροῦντος παῤῥησιαστικώτερον. ἀκούσας δὲ ὁ κῦρις Τρώϊλος, ὅτι ὁ Τύπος ἀναθεματίζεται εἰς πᾶσαν τὴν δύσιν, λέγει πρὸς τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ, Καλόν ἐστι, ὅτι τοῦ εὐσεβοῦς ἡμῶν δεσπότου ἡ ὑπόληψις ὑβρίζεται; ἀπεκρίθη ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος. Ὁ Θεὸς συγχωρήσει τοῖς ἐκβιβάσασι τὸν δεσπότην ποιῆσαι τὸν Τύπον, καὶ τοῖς συγχωρήσασι. καὶ λέγει, Τίνες εἰσὶν οἱ ἐκβιβάσαντες, καὶ τίνες οἱ συγχωρήσαντες; ἀπεκρίθη, Οἱ τῆς ἐκκλησίας ἐξεβίβασαν, καὶ οἱ ἄρχοντες συνεχώρησαν. καὶ ἰδοὺ ὁ ῥύπος ἐκ τῶν ὑπευθύνων εἰς τὸν ἀθῷον καὶ καθαρὸν πάσης αἱρέσεως, ἐξετινάχθη. ἀλλὰ συμβουλεύσατε ποιῆσαι, ὃ ἐποίησεν ὁ εὐσεβὴς τῇ μνήμῃ γενόμενος αὐτοῦ πάππος. ἐκεῖνος γὰρ αἰσθόμενος ὅτι ψόγον αὐτοῦ τινὲς κατὰ τὴν δύσιν καταχέουσι, διὰ κελεύσεως ἐλεύθερον ἑαυτὸν ἐποίησε τῆς ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ μέμψεως, γράψας, Ὅτι Ἔκθεσις οὐκ ἔστιν ἐμή. οὔτε γὰρ ἐγὼ ὑπηγόρευσα, ἢ ἐκέλευσα γενέσθαι· ἀλλὰ Σέργιος αὐτὴν ὁ Πατριάρχης συντάξας πρὸ πέντε ἐτῶν, τοῦ ἀνελθεῖν με ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, ἐδεήθη μου κατ' αὐτὴν γενομένου τὴν πανευδαίμονα πόλιν, ὀνόματί μου προτεθῆναι αὐτὴν μεθ' ὑπογραφῆς. καὶ κατεδεξάμην τὴν ἐκείνου παράκλησιν. νῦν δὲ γνοὺς ὅτι τινὲς ἐπ' αὐτὴν διαμάχονται, πᾶσι δῆλον ποιῶ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐμή. ταύτην ἐποίησέ τε τὴν κέλευσιν πρὸς τὸν μακάριον Ἰωάννην Πάππαν, κατακρίνοντα τὴν Ἔκθεσιν, ἐν

A Synodos abjiciant hi, qui sunt throni Constantinopoleos? Qui dicit eis: Jam partim ostensum est per ea, quæ Romæ locutus sum ad dominum Gregorium a secretis. Et nunc, si placet dominatori ut hoc ostendatur, jubeat dari licentiam indigno servo vestro, & facio notitiam librorum, quoniam mei ablati sunt. & cunctis hoc manifestum facio sine qualibet pravitate verborum. Et deinde cum alia multa dicta fuissent, in scripturales, ac naturales,
B & artificiales conversi sunt exercitationes & theorias, quibus delectati hilariores effecti sunt, & cœperunt dicere: Novit Dominus, profecimus, & ex hoc vobis molestiam non ingeremus.

Porro, domnus Sergius dixit ei: Sæpe veni ad cellulam tuam in Bellas *, & audivi doctrinam tuam, & Deus auxiliabitur tibi, ne sollicitus sis. In uno vero solummodo contristas omnes, qui videlicet multos facis separari a communione hujus Ecclesiæ. Est aliquis qui asserat, ait Dei servus, quod dixerim, Ne communices
C Ecclesiæ Byzantiorum? Respondit domnus Sergius: Hoc ipsum, inquiens, quo ipse non communicas, magna est apud omnes proculdubio vox non communicandi. Et Dei servus: Nil, ait, certius est quam conscientia, quæ accusas: & nil eo, cui hæc testimonium perhibet, majorem habet fiduciam. Ceterum, cum audisset domnus Troilus, quod typus anathematizaretur in toto Occidente, dicit ad servum Dei: Bonum est, quia pii dominatoris nostri opinio injuriis laceratur? Respondit servus Dei: Deus ignoscat his, qui
D dominatori facere typum persuaserunt, & his qui permiserunt. At ille: Qui, ait, sunt, qui persuaserunt, & qui sunt qui permiserunt? Respondit: Hi qui erant Ecclesiæ suaserunt, & Principes permiserunt. Et ecce sordes a sontibus in insontem & omni hæresi purum excussa est. Sed consilium date, ut faciat quod fecit piæ memoriæ quondam avus ejus. Ille quippe sentiens, quod in vituperium ejus in Occidente quidam prorumperent, per Epistolam liberum se fecit ab Ecclesiæ querimonia, scribens: Ecthesis, inquit,
E non est mea, neque enim ego vel dictavi, vel jussi ut fieret. Sed cum hanc Sergius Patriarcha composuisset ante quinque annos, prius quam ab Oriente repedassem, deprecatus est me, cum ad hanc felicem pervenissem urbem, ut nomine meo proponeretur cum subscriptione. & suscepi deprecationem illius. Nunc vero cognoscens, quod quidam super ea altercarentur, cunctis facio manifestum, quia non sit mea. Hanc fecit jussionem ab beatum Joannem Papam, condemnantem ecthesin in

* Ita Anastasius.

his quæ scripserat tunc ad Pyrrhum. Et ex eo tempore ubique Sergii esse dicitur ecthesis. Hoc faciat & is qui pie in nobis imperat, & permanebit omnino intemerata ab omni reprehensione opinio ejus. Tunc moventes capita siluerunt, hoc tantum dicentes: Omnia difficilia, & perplexa.

His itaque & aliis diversis edictis, adorati & adorantes, cum omni hilaritate discesserunt. & rursus alio sabbato adduxerunt eos in Palatium, & introducunt primo discipulum senis, convenientibus etiam tunc duobus pariter Patriarchis. Et ducunt Constantinum & Mennam senis accusatores, exigentes a discipulo, quo adquiesceret his quæ a se dicerentur. Ast discipulus cum fiducia omni ad Senatum intrepide dixit; Constantinum introducitis in secretarium Palatii! Hic neque Presbyter est, neque Monachus, sed Tribunus thymelicus. innotuit Afris atque Romanis, quales mulierculas pascens illinc venerit. Nam & omnes didicerunt versutias ejus, quas exercuit ut lateret, modo quod sorores suæ fuerint dicens, modo quod ne communicarent Ecclesiæ Constantinopolitanæ tulerit eas, affirmans, ne videlicet pollucrentur hæretica communione. Verum etsi rursus sibi defecerint epulæ, & invenerit locum se non agnoscentem, eadem facit turpis lucri gratia, & sordidæ voluptatis. Ingensque confusio est saltem loqui cum eo his, qui religiose vivere volunt. Deinde interrogatus si typum anathematizasset, intrepide dixit: Non solum anathematizavi, sed & libellum feci. Ergone, aiunt ei Principes, confiteris te male fecisse? At ille: Non tribuat Deus, ut quod bene & secundum ritum Ecclesiæ feci, dicam factum fuisse non bene. Et super multis interrogatus, cum respondisset secundum quod sibi largitus est Deus, educitur de secretario.

Et introducunt senem, & dicit ad eum domnus Troilus. Dic Abba, vide, dic veritatem, & miserebitur tui dominator. Nam si ad legalem inquisitionem venerimus, & inveneris saltem unum verum ex his, de quibus accusaris, lex occidet te. Et dixit: Jam dixi, & iterum dico. Si unum tantummodo ex his quæ dicitis est verum, & satanas Deus est. Si vero non est Deus, sed apostata, & ea super quibus accusor falsa sunt, & minime subsistentia. Verumtamen quicquid jubetis facere facite. Deum colens non injuriam patior. Et dicit ei: Non anathematizasti typum? Respondit: Multotiens dixi, quia anathematizavi. Et dicit ei: typum anathematizasti, Imperatorem anathematizasti. Respondit Dei servus: Ego, inquiens, Imperatorem non anathema-

τοῖς πρὸς Πύῤῥον τότε γραφεῖσι. καὶ ἔκτοτε Σεργίου [A] χρηματίζει πανταχοῦ εἶναι Ἔκθεσις. τοῦτο ποιήσει καὶ ὁ νῦν εὐσεβῶς βασιλεύων ἡμῶν, καὶ μένει παντελῶς ἄχραντος πάσης μέμψεως ἡ πρόληψις αὐτοῦ. τότε σείσαντες τὰς κεφαλὰς, ἐσιώπησαν, τοῦτο μόνον εἰρηκότες, Ὅλα δύσχρηστα καὶ ἀνέκβατα.

Τούτων καὶ ἑτέρων διαφόρως λαληθέντων, προσκυνηθέντες καὶ προσκυνήσαντες, μετὰ πάσης ἱλαρότητος ἀνεχώρησαν. καὶ πάλιν τῷ ἄλλῳ σαββάτῳ, συνήγαγον αὐτοὺς ἐν τῷ παλατίῳ· καὶ εἰσφέρουσι πρῶτον τὸν μαθητὴν τοῦ γέροντος, συνελθόντων καὶ τῶν [B] δύο Πατριαρχῶν. καὶ ἄγουσι Κωνσταντῖνον καὶ Μηνᾶν κατηγόρους τοῦ γέροντος, καὶ ἀπαιτοῦντες τὸν μαθητὴν συγκατατίθεσθαι τοῖς κατ' αὐτῶν λαλουμένοις· μετὰ δὲ πάσης παῤῥησίας εἶπεν ὁ μαθητὴς ἀφόβως πρὸς τὴν σύγκλητον. Κωνσταντῖνον εἰσάγετε ἐν σεκρέτῳ παλατίου, οὗτος οὐκ ἔστιν οὔτε Πρεσβύτερος, οὔτε Μοναχὸς, ἀλλὰ τριβοῦνος Θυμέλης. ἐγνωρίσθη Ἄφροις καὶ Ῥωμαίοις, ποῖα γύναια βόσκων ἦλθεν ἐκεῖσε. πάντες ἔμαθον τὰς πανουργίας αὐτοῦ, ἃς ἐποίησε πρὸς τὸ λαθεῖν· ποτὲ μὲν λέγων, ὅτι ἀδελφαὶ αὐτοῦ εἰσι· ποτὲ δὲ [C] ὅτι διὰ τὸ μὴ κοινωνῆσαι τῇ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως ἐπῆρεν αὐτὰς, ἵνα μὴ χρανθῶσι τῇ αἱρετικῇ κοινωνίᾳ. ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐὰν λείψῃ αὐτῷ σπατάλη, καὶ εὕρῃ χώραν μὴ γνωρίζουσαν αὐτὸν, τὰ αὐτὰ ποιεῖ, αἰσχροῦ κέρδους χάριν, καὶ ῥυπαρᾶς ἡδονῆς. καὶ μεγάλη αἰσχύνη ἐστὶ τὸ κἂν συντυγχάνειν αὐτῷ, τοῖς σεμνῶς βιοῦν θέλουσιν. εἶτα μετὰ ταῦτα, ἐρωτηθεὶς εἰ τὸν Τύπον ἀνεθεμάτισεν, ἀφόβως εἶπεν, Οὐ μόνον ἀνεθεμάτισα, ἀλλὰ καὶ λίβελλον ἐποίησα. Τί οὖν, οὐχ ὁμολογεῖς πεποιηκέναι κακῶς; λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἄρχοντες. καὶ λέγει, [D] Μὴ δῷ ὁ Θεὸς, ἵνα ὅπερ ἐποίησα καλῶς κατὰ θεσμὸν ἐκκλησιαστικὸν, εἴπω γενέσθαι κακῶς. καὶ πολλὰ ἄλλα ἐρωτηθεὶς, καὶ ἀποκριθεὶς καθὼς ὁ Θεὸς ἐχορήγησεν αὐτῷ, ἐξάγεται τοῦ σεκρέτου.

Καὶ εἰσάγουσι τὸν γέροντα, καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν κῦρις Τρώϊλος, Εἰπὲ, Ἀββᾶ. βλέπε, εἰπὲ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐλεεῖ σε ὁ δεσπότης. ἐπεὶ ἐὰν διὰ τῆς νομίμου διηγήσεως ἔλθωμεν, καὶ εὕρῃ κἂν ἓν τῶν κατηγορηθέντων σου ἀληθὲς, ὁ νόμος φονεύει σε. καὶ εἶπεν, Καὶ ἤδη εἶπον, καὶ πάλιν λέγω, ὅτι ἐὰν μόνον ἓν λέγηται εἶναι ἀληθὲς, [E] καὶ ὁ σατανᾶς Θεός ἐστιν· εἰ δὲ οὐκ ἔστι Θεὸς, ἀλλ' ἀποστάτης, καὶ τὰ κατηγορηθέντα μου ψευδῆ καὶ ἀνυπόστατα. πλὴν εἴ τι κελεύετε ποιῆσαι, ποιήσατε. Θεὸν σέβων, οὐκ ἀδικοῦμαι. καὶ λέγει αὐτῷ, Οὐκ ἀνεθεμάτισας τὸν Τύπον; ἀπεκρίθη, Πολλάκις εἶπον ὅτι ἀνεθεμάτισα. λέγει αὐτῷ, Τὸν Τύπον ἀνεθεμάτισας; τὸν βασιλέα ἀνεθεμάτισας. ἀπεκρίθη ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, Ἐγὼ βασιλέα οὐκ ἀναθεμάτι-

σα, ἀλλὰ χάρτίω ἀλλότριον τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἐκκλησιαστικῆς πίστεως. καὶ λέγει αὐτῷ, Ποῦ ἀναθηματίσθη ὑπὸ τῆς συνόδου Ῥώμης; ἀπεκρίθη, εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Σωτῆρος, καὶ εἰς τὴν Θεοτόκου. τότε λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Ἔπαρχος, Κοινωνεῖς τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν ὧδε, ἢ οὐ κοινωνεῖς; ἀπεκρίθη, καὶ εἶπεν, Οὐ κοινωνῶ. λέγει αὐτῷ, Διὰ τί; Ἀπεκρίθη, Ὅτι ἔξω ἔβαλε τὰς συνόδους. καὶ εἶπεν, Ἐὰν ἔξω ἔβαλε τὰς συνόδους, πῶς εἰς τὰ δίπτυχα ἀναφέρονται; καὶ λέγει, Καὶ τίς ὄνησις ὀνομάτων, τῶν δογμάτων ἐκβεβλημένων. Καὶ δύνασαι, ἔφη, τοῦτο δεῖξαι; Καὶ εἶπεν, Ἐὰν λάβω ἄδειαν, καὶ κελεύητε, δειχθῆναι ἔχω τοῦτο πάνυ εὐχερῶς. καὶ σιωπησάντων αὐτῶν, λέγει αὐτῷ ὁ Σακελλάριος, Διατί ἀγαπᾷς τοὺς Ῥωμαίους, καὶ τοὺς Γραικοὺς μισεῖς; ἀποκριθεὶς ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, εἶπε, Παραγγελίαν ἔχομεν, τοῦ μὴ μισῆσαι τινα. ἀγαπῶ τοὺς Ῥωμαίους, ὡς ὁμοπίστους· τοὺς δὲ Γραικοὺς, ὡς ὁμογλώσσους. καὶ πάλιν λέγει αὐτῷ ὁ Σακελλάριος, Πόσων ἐτῶν λέγεις ἑαυτόν; ἀπεκρίθη, οε. καὶ λέγει αὐτῷ, Πόσους χρόνους ἔχει μετὰ σοῦ ὁ μαθητής σου; ἀπεκρίθη, λζʹ. τότε ἀνέκραξε εἷς κληρικὸς, Ἀπέδωκέ σοι ὁ Κύριος, ὅσα ἐποίησας τῷ μακαρίῳ Πύῤῥῳ. πρὸς ὃν οὐδὲν ἀπεκρίθη ὅλως.

Τοσούτων δὲ λαληθέντων ἐν τῷ σεκρέτῳ, οὐδεὶς οὐδὲν τῶν Πατριαρχῶν ἐφθέγξατο. ἐν δὲ τῷ κινεῖσθαι περὶ τῆς συνόδου Ῥώμης λόγον, κράζει ὁ Δημοσθένης, Οὐ κεκύρωται ἡ σύνοδος, τοῦ συγκροτήσαντος αὐτὴν καθαιρεθέντος. καὶ λέγει ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, Οὐ καθῃρέθη, ἀλλ' ἐδιώχθη. ποία γέγονεν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις συνοδικὴ καὶ κανονικὴ πρᾶξις ἀσφαλῶς ἔχουσα αὐτοῦ τὴν καθαίρεσιν; πλὴν ἵνα καὶ κανονικῶς καθῃρέθη, οὐ ποιεῖ τοῦτο πρόκριμα τοῖς ὀρθοδόξως κατὰ τοὺς θείους κανόνας κυρωθεῖσι· οἷς καὶ τὰ γραφέντα παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Πάπα Θεοδώρου συμβαίνουσι. καὶ λέγει τούτων ἀκούσας Τρώϊλος ὁ Πατρίκιος, Οὐκ οἶδας τί λέγεις, Ἀββᾶ. τὸ γενόμενον γέγονε.

Ταῦτα, ὅσα ἡ μνήμη κατέχει, τὰ κεκινημένα τε καὶ εἰρημένα· καὶ εἰς τοιοῦτον τὰ κατ' αὐτοὺς κατέληξε τέλος. ἀπολύσαντες καὶ τὸν ἅγιον γέροντα τοῦ σεκρέτου, ἐν τῇ φρουρᾷ, καὶ τῇ ἐπαύριον, ἥτις ἦν κυριακὴ, συμβούλιον ποιήσαντες οἱ τῆς ἐκκλησίας, ἔπεισαν τὸν Βασιλέα, ταύτην αὐτοὺς κατακρῖναι τὴν πικρὰν καὶ ἀπάνθρωπον ἐξορίαν, διῃρημένους ἀλλήλων. τὸν μὲν ἅγιον γέροντα, εἰς Βιζύην κάστρον τῆς Θρᾴκης· τὸν δὲ μαθητὴν αὐτοῦ εἰς Πέρβεριν· ὃ οὐκ ἔχει ἐξώτερον βῆμα ποδὸς ἡ Ῥωμαίων βασιλεία, ἀπρονοήτους, γυμνοὺς, ἀτρόφους, πά-

A tizavi, sed chartam alienam ab Ecclesiastica fide. Et dicit ei: Ubi anathematizatus est a Romana synodo? Respondit: In Ecclesia Salvatoris, & in Dei genitricis. Tunc dicit ad eum Præfectus, Communicas Ecclesiæ huic, an non communicas? Respondit, & dixit: Non cummmunico. Dicit ei: Quare? Respondit: Quoniam foras ejecit Synodos. At ille: Si foras, inquit, ejecit Synodos, quomodo in diptychia recitantur? Et dicit: Et qui profectus est nominum cum dogmata sint ejecta? Et
B potes, ait, hoc ostendere? Et dixit. Si accepero licentiam, & jusseritis, ostendetur hoc oppido facile. & tacentibus omnibus, dicit ei Sacellarius: Quare diligis Romanos, & Græcos odio habes? Respondens autem Dei servus ait: Præceptum habemus, ne quemquam odio habeamus. Diligo Romanos ut unam mecum habentes fidem: Græcos autem, ut eadem qua ego lingua loquentes. Et iterum dicit ei Sacellarius, Quot annorum dicis esse teipsum? Respondit, septuaginta quinque. Et
C dicit ei, Quot annos habet tecum discipulus tuus? Respondit, triginta septem. Tunc unus clericorum exclamavit. Retribuit tibi Deus quæcumque fecisti beato Pyrrho. Ad quem nihil omnino respondit.

Cum autem tanta in secretario dicta fuissent, nullus penitus Patriarcharum quicquam effatus est. Cumque sermo de Synodo Romana motus extitisset, clamat Demosthenes. Non est firma Synodus eo, qui hanc celebravit, deposito, Ad quod servus Dei: Non, inquit, depositus est, sed expulsus. Nam quæ sub gesto-
D rum serie synodica & canonica facta est actio continens ejus diligenti relatione depositionem? Verumtamen etiamsi canonice depositus extitisset, non faceret hoc præjudicium his, quæ orthodoxe secundum sacras regulas sunt firmata: quibus etiam quæ scripta sunt a sanctæ memoriæ Papa Theodoro congruunt. Et dicit his auditis domnus Troilus: Nescis quid dicas, Abba. Quod factum est, factum est.

Hæc sunt, quantum memoria retinet, quæ mota & dicta sunt, & tali ea quæ in illos gesta fuere termina-
E ta sunt fine, dimisso quoque sancto sene a secreto in carcerem. Postera vero die, quæ fuit Dominica, concilio facto, hi qui erant Ecclesiæ persuaserunt piissimo Imperatori, hoc eos amaro & inhumano exilio condemnandos, & ab invicem dividendos. Sanctum quidem senem penes Byzobeo castrum Thraciæ provinciæ. porro discipulum ejus apud Perberim, quod exterius nec passus pedis Romanorum habet Imperium, nudos, sine provisione, sine causa, atque omni ad vivendum occasione

carentes ; non appropinquantes mari, ne haberent ex misericordibus visitationem. & ita sunt nudi, & sine alimentis, solam habentes spem Dei. & hoc omnes Christianos rogantes atque clamantes: Orate propter Dominum, ut consummet Deus misericordiam suam cum humilitate nostra, & doceat nos. Nam & ipsi qui cum eo navigant esseri experimentum accipiunt maris, ventis quidem & fluctibus scapha concussa, sed stabili penitus permanente. Permittit quippe magnis eos temptari procellis, eorum erga se probans affectum, quatinus voce grandi exclament,

Matth. 8.25. *Domine, salva nos, perimus*, discantque omnia illi soli adscribere, quæ suæ noscuntur esse salutis. & ne confidentes sint in se, tranquillitatemque consequantur magnam, ventis

Matth. 10.16 sedatis & fluctibus. & in medium eos luporum dat, & per angustam portam intrare, & per artam incedere semitam jubet. & famem ac sitim, & nuditatem, & vincula & carceres, & abductiones & verbera, & crucem & clavos, & acetum & fel, & sputa & alapas, & colaphos & ludibria proponit, & passionem, & mortes multimodas. quorum finis splendidissima est resurrectio, serens secum pacem his qui propter illum persecutionem sunt passi, & ascensum in cœlos, & ascensum ad paternum & supersubstantialem thronum, & sortem quæ est super omnem principatum, & potestatem, &

Ephes. 1, 21. virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, sive in hoc sæculo, sive in futuro. Cujus participes efficiamur omnes, orationibus & intercessionibus superlaudabilis & præ omnibus venerabilis & gloriosæ, proprie ac natura Dei genitricis, semperque Virginis Mariæ, sanctorumque Apostolorum, Prophetarum, ac Martyrum. Amen.

A στης τῆς πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμῆς ἐστερημένους· μὴ ἐγγίζοντας θαλάσσῃ, ἵνα μὴ ἔχωσιν ἐκ τῶν ἐλεημόνων ἐπίσκεψιν. καὶ οὕτως εἰσὶ γυμνοὶ καὶ ἄτροφοι, μόνην ἔχοντες τὴν ἐλπίδα τοῦ Θεοῦ. παρακαλοῦντες πάντας τοὺς Χριστιανούς, τοῦτο βοῶντες, Εὔξασθαι διὰ τὸν Κύριον, ἵνα πληρώσῃ ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετὰ τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, καὶ διδάξῃ ἡμᾶς ὅτι οἱ συμπλέοντες αὐτῷ, ἡγεμωμένης πεῖραν λαμβάνουσι θαλάσσης, ἀνέμοις καὶ κύμασι δονουμένου μὲν τοῦ σκάφους, ἀκατασείστου δὲ διαμένοντος. συγχωρεῖ γὰρ

B κλύδωνος μεγάλου αὐτοὺς πειραθῆναι, δοκιμάζων αὐτῶν τὴν περὶ αὐτὸν διάθεσιν, ἵνα μεγάλῃ τῇ φωνῇ κράξωσι, Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα. καὶ μάθωσι πάντα μόνῳ αὐτῷ ἐπιγράφειν τὰ τῆς αὐτῶν σωτηρίας· καὶ μὴ πεποιθότες ὦσιν ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ τύχωσι γαλήνης μεγάλης, τῶν ἀνέμων καὶ τῶν κυμάτων κατευνασθέντων· καὶ ὡς μέσον λύκων αὐτοὺς ἐκδίδωσι, καὶ διὰ τῆς στενῆς πύλης εἰσελθεῖν, καὶ διὰ τεθλιμμένης ὁδεύειν τρίβου

C παρακελεύεται· καὶ λιμὸν καὶ δίψαν, καὶ γύμνωσιν, καὶ δεσμὰ καὶ φυλακὰς καὶ ἀπαγωγὰς καὶ μάστιγας, καὶ σταυρὸν καὶ ἥλους, καὶ ὄξος καὶ χολὴν, καὶ ἐμπτύσματα καὶ ῥαπίσματα καὶ κολαφίσματα καὶ ἐμπαιγμοὺς προτείνεται. καὶ πάθος καὶ θανάτους πολυτρόπους· ὧν τέλος, ἡ παμφαὴς ἀνάστασις, φέρουσα μεθ' ἑαυτῆς εἰρήνην τοῖς δι' αὐτὸν διωχθεῖσι· καὶ χαρὰν, τοῖς δι' αὐτὸν θλιβεῖσι· καὶ ἀνάληψιν εἰς οὐρανοὺς, καὶ προσαγωγὴν τοῦ Πατρικοῦ

D καὶ ὑπερουσίου θρόνου, καὶ λῆξιν ὑπὲρ ἄνω πάσης ἀρχῆς οὖσαν καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος· καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, εἴτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι· ἧς τύχοιμεν ἅπαντες, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς πανυμνήτου καὶ πανσέπτου καὶ ὑπερενδόξου κυρίως φύσει Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, Προφητῶν καὶ Μαρτύρων. ἀμήν.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΑΒΒΑ ΜΑΞΙΜΟΥ πρὸς Ἀναστάσιον μονάζοντα.

A

Χθὲς ὀκτωκαιδεκάτη τοῦ μηνός, ἥτις ἦν ἡ ἁγία * a Πεντηκοστή, ὁ Πατριάρχης ἐδήλωσέ μοι λέγων, Ποίας ἐκκλησίας εἶ, Βυζαντίου, Ῥώμης, Ἀντιοχείας, Ἀλεξανδρείας, Ἱεροσολύμων; ἰδοὺ πᾶσαι μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὰς ἐπαρχιῶν ἡνώθησαν. εἰ τοίνυν εἶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἑνώθητι, μήπως ξένην ὁδὸν τῷ (B) βίῳ καινοτομῶν, πάθῃς ὅπερ οὐ προσδοκᾷς. πρὸς οὓς εἶπον, Καθολικὴν ἐκκλησίαν, τὴν ὀρθὴν καὶ σωτήριον τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ὁμολογίαν, Πέτρον μακαρίσας ἐφ' οἷς αὐτὸν καλῶς ὡμολόγησεν, ὁ τῶν ὅλων εἶναι Θεὸς ἀπεφήνατο. πλὴν μάθω τὴν ὁμολογίαν, ἐφ' ἣν πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν γέγονεν ἡ ἕνωσις· καὶ τοῦ γινομένου καλῶς, οὐκ ἀλλοτριοῦμαι. καί φασι, Κἂν οὐκ ἔχωμεν περὶ τούτου κέλευσιν, λέγομεν διὰ τὸ γενέσθαι σε πάντως ἀπροφάσιστον. δύο λέγομεν ἐνεργείας διὰ τὴν διαφοράν, καὶ μίαν διὰ τὴν (C) ἕνωσιν. Τὰς δύο διὰ τὴν ἕνωσιν μίαν φατὲ γεγονέναι, ἢ παρὰ ταύτας, εἶπον, ἑτέραν. Οὔ, φασιν, ἀλλὰ τὰς δύο μίαν διὰ τὴν ἕνωσιν. Ἀπηλλάγημεν πραγμάτων, ἔφην, ἑαυτοῖς ἀνυπόστατον πίστιν, καὶ Θεὸν ἀνύπαρκτον πλάσαντες. εἰ γὰρ εἰς μίαν συγχέομεν τὰς δύο διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ πάλιν εἰς δύο διαιροῦμεν διὰ τὴν διαφοράν, οὐκ ἔσται μονὰς οὔτε δυάς, ἐνεργειῶν ἀλλήλας ἀναιρουμένων ἀεί, καὶ ποιουσῶν ἀνενέργητον ᾧ προσπεφύκασι, καὶ παντελῶς ἀνύπαρκτον. τὸ γὰρ μηδεμίαν ἔχον ἐκ φύσεως ἀναφαίρετον, καὶ μηδενὶ (D) λόγῳ τροπῆς ἀλλοιουμένην καὶ μεταπίπτουσαν κίνησιν, πάσης οὐσίας ἐστέρηται κατὰ τοὺς πατέρας, οὐκ ἔχον ἐνέργειαν οὐσιωδῶς αὐτὸ χαρακτηρίζουσαν. τοῦτο οὖν λέγειν οὐ δύναμαι, οὔτε ἐδιδάχθην παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ὁμολογεῖν. τὸ δοκοῦν ὑμῖν, οὖσιν ἐξουσιασταῖς, ποιήσατε. Οὐκοῦν ἄκουσον, ἔφησαν, Ἔδοξε τῷ δεσπότῃ καὶ τῷ Πατριάρχῃ, διὰ πραικέπτου τοῦ Πάπα Ῥώμης, ἀναθεματισθῆναί σε μὴ πειθόμενον, καὶ τὸν ὁριζόμενον αὐτοῖς ἀπενέγκασθαι θάνατον. Τὸ τῷ Θεῷ πρὸ παντὸς αἰῶνος ὁρισθὲν ἐν ἐμοὶ δέξοιτο πέρας, φέρον αὐτῷ δόξαν πρὸ παντὸς ἐγνωσμένην αἰῶνος, αὐτοῖς τοῦτο ἀκού-

EJUSDEM S. ABBATIS Maximi ad Anastasium Monachum discipulum suum.

Heri, quod fuit octavadecima mensis dies, qua solemnitas agebatur sanctæ mediæ Pentecostes, Patriarcha significavit mihi dicens: Cujus Ecclesiæ es? Constantinopolitanæ, Romanæ, Antiochenæ, Alexandrinæ, an Hierosolymitanæ? Ecce omnes una cum subditis sibi provinciis adunatæ sunt. Igitur si es Catholicæ Ecclesiæ, unire, ne forte extraneam & novam viam conversatione tua reperiens patiaris quod non speras. Ad quos dixi: Catholicam Ecclesiam Deus omnium esse prænunciavit, rectam & salutarem fidei in se habitæ confessionem, Petrum beatum dicens in quibus se bene confessus est. Veruntamen dictam confessionem, supra quam omnium Ecclesiarum facta est unitas, & ab eo quod bene gestum est nequaquam alienabor. Et aiunt: Licet non habeamus super hoc jussionem, dicimus, ut efficiaris penitus inexcusabilis. Duas fatemur operationes ob diversitatem, & unam propter unitionem. Duas propter unitatem asseritis factas, an præter has, dixi, aliam? Non, inquiunt, sed duas unam propter unitionem. Caruimus, dixi, rebus, nobismetipsis sine subsistentia fidem, & sine existentia Deum fingentes. Si enim in unam confundimus duas propter unitionem, & rursus in duas separamus unam propter differentiam, non erit unalitas, neque dualitas, operationibus invicem separatis semper, & patrantibus inoperativum & penitus insubstantivum eum cui inerant. Quod enim ex natura nullum habet qui auferri possit, vel aliqua ratione vicissitudinis commutari & intercidere motum, omni caret substantia secundum patres, non habens operationem substantialiter se characterizantem. Hoc itaque dicere nequeo. neque enim sic edoctus sum a sanctis Patribus confiteri. quod libuerit vobis, potestativi cum sitis, facite. Ergo audi, dixerunt. Visum est dominatori & Patriarchæ per præceptum Papæ Romani, ut anathematizeris nisi obedias, & destinatam ab eis perferas mortem. Quod a Deo ante omne diffinitum est sæculum, finem accipiat, ferens sibi gloriam ante omne sæculum scitam, illis cum hæc au-

a * Πεντηκοστῇ) Μεσοπεντηκοστῇ. legit Anastasius nec satis quadrat, at ipso die Pentecostes facta sit hæc allocutio, bene alio minus solemni, qualis ille mediæ Pentecostes, nostris ignotus, antiquæ tamen Græcis venerationis: in quem extant varii Patrum tractatus.

direm, respondebam. Et ut cognoscas, & additamentum orationis & deprecationis facias Deo; manifesta tibi quæ denunciata sunt mihi exhibui: rogans quatenus hæc domno Thio, & sanctis Patribus qui illic simul cum eo sunt, nota constituas ejusdem rei gratia.

A σας ἀπεκρινάμην, καὶ πρὸς τὸ γνῶναί σε. καὶ προσθήκην εὐχῆς τῷ Θεῷ ποιήσασθαι καὶ δεήσεως, ἐμφανῆ σοι τὰ δηλωθέντα πεποίηκα, παρακαλῶν τῷ κυρίῳ Θείῳ, καὶ τοῖς ἐκεῖ σὺν αὐτῷ πατράσιν ἡμῶν ἁγίοις γνώρισμα καταστῆσαι ταῦτα, τῆς αὐτῆς χάριν αἰτίας.

A N A S T A S I U S.

HÆc jussit mihi transcribere & nota facere sanctissimis vobis, quo & ex his motione comperta, communem omnes pro communi matre nostra, Catholica videlicet Ecclesia, & nobis indignis servis vestris afferatis Domino precem, ad roborandum omnes, & nos quoque,

B in illa vobiscum perseverantes, secundum pie in ipsa prædicatam a sanctis Patribus orthodoxam fidem. Magnus enim in toto mundo timor habetur, cum hæc persecutionem consonanter ab omnibus patiatur, nisi sua gratia consuete præstet auxilium is, qui semper auxiliatur, semen pietatis saltem Seniori Romæ relinquens, nobis non mentientem ad Apostolorum habitam principem repromissionem suam confirmans,



EJUSDEM S. ANASTASII MONACHI DISCIPULI S. ABBATIS MAXIMI,

AD COMMUNE MONACHORUM apud Caralim constitutorum Collegium.

MUlta scribere nos etiam præter votnm tempus probibuit. Omnia vero in uno nota facimus verbo sanctissimis vobis. Hi qui alterius sunt partis diffinitione immobili ut est, & propriæ maxime professionis constitui paternam non malunt doctrinam, sed alterius impelluntur opinionibus, quas & dinumerare operosnm de cetero duco. Modo ergo ab inexistentia ad inconvenientiam translati sunt: id est ex eo quod neque unam, neque duas dicunt, ad prædicandum duas & uoam, id est tres in uno eodemque Christo voluntates & operationes traducti. qood oeqoe patrius, neque synodicus, neque physicus sermo decrevit: sed neque priscorum & deinceps hæreticornm furor eatenus adinvenit, sciens inanem tanquam vitio proprio corruptam eandem opinionem. Si enim diversæ ex diversis compositum substantiis characterizant naturaliter proprietates, utpote nnllatenus adempra naturarum diversitate propter nnitionem, sed salva potius proprietate utriusque naturæ, & in unam personam & unam subsistentiam concnrrente, quemadmodum sancta Calchedoneosis syncdus ait. & is Deus ex Deo patre, & homo ex homine semper virgine matre, idem ipse existens cognoscitur juxta naturam natns, quanquam incorporaliter & sine causa; corporaliter autem ex hac propter causam, salutem videlicet nostram: quomodo possibile est, unam eandemque personam, id est unum eundemque Christum Dominum nostrum & Deom, super duas etiam alia secundum ipsos proprietate natnraliter figurari, ad certitudinem corum, ex quibus, & in quibus, & quæ est? Si enim eædem credtuntnr etiam per aliam, id est per tertiam, quæ & per dnalitatem, voluntates & operationes ejus, quæ secundum naturam sunt: necesse est nt identitate exhibitionis indissimilitas cognoscatnr existentiæ, & sit idem duabus nna, id est alterutris trea, sive naturales, sive substantiales. Vernm, naturales qnidem non, sed secundum illos snbsistentialis, aggregentque ob hoc adversus eum jam aut tres substantias, aut totidem sobsistentias, & secundum ipsum æqui numeri proprietates, increatam videlicet & creatam, & neutram, id est inexistentem. Inexistens enim est, qnod nentrins per naturam participatur, ita nt etiam identitate, quæ ad eam, id est tertiam est, secundum illos inexistentes sint & duæ naturæ, & naturales ipsins voluntates & operationes. At vero si non

A eadem, sed alia, exceptis his ex qnibus est credendns, io eo per tertiam aiont, eundem secundum eandem, rursus proferunt inexistentiam, velnt is qni medins inter neutram harum existat, increatam scilicet natura sua, & creatam substantiam atque virtotem. aut enim subsistentialem volunt hanc esse, aut compositam, aut deivirilem, ant unitoriam propter adunationem. Nam non solum, ut dictum est, hanc non existentem introdocnnt, qnod secundum nihil eornm ex quibus est natura hunc characterizet: verumetiam a natnrali cogoatione, quam habet cum Deo & patre, reddunt externum. Minus enim dicendum, quia perhibeot eum etiam a congenita B proprietate, quam habet ad intemeratam matrem & virginem, alienum: quasi secundum oeutrum horum habeat compositam, ant subsistentialem, aut deivirilem, aut unitoriam propriam volnntatem & operationem. Verum patria quidem incompositam sine principio habet, & substantialem atqne divinam; matria vero creatam natura & humanam. Deinde etiam divisas naturas, ex quibus ipse est, infernnt, quasi per operationem, & non per subsistentiam sibi unitas innotescat. si propter nnitatem unam operationem dogmatizent. quod hi qui in divisione corrupti sunt dicuot, affectuosam hanc esse operationem fabulose fingen- C tes. Sic autem & confusioni locum tribuentes, & deivirilem secundum Severum male interpretantor, uoam haoc, sed non duas secundum unitionem divinam natura & virilem significare contendentes, & hanc deiviri quandam naturam, sed non virom factum Deum sibimet snbinducunt, præsertim cum hoc prævidens etiam vere deiphantor Dionysius *, non nnam vocaverit hanc, sed nova quadam Deivirili nobis eum dixerit operatione conversatom. Ostendens non alteram ab altera disjnnctam, sed ambas per alterntras, & alterutris conuaturaliter adunatas, in corum ex quibus, & in quibus, & quæ erat, certitndinem proferendas. Et nt [a] paterne dica- D mus *, cum alterius communione hornm utrumque. Ita nt mirabiles quidem passiones, compassibilia vero procnldubio miracnla cognoscantur, per omnimodam coaptationem eorum, quæ ab eo naturaliter gesta sunt. Dupla enim omnia, & vera omnia, & nnita omnia prædicant in eo qui duplici est natura, ea quæ secundum naturam sunt Dei præcones & patres nostri. Quibus, nt dictum est, snum

*Epistola ad Caium.

[a] *Leo Papa in epistola ad Flavianum.

* a *Paterne*) Patrum more sive verbis. sic infra, *scrutemur sensum paternarum vocum*.

A corrigere noleutes ſermuuem, adbuc & ſenioris Romæ propriæ conſentire ſectæ coegerunt Apocriſiarios, unam ſuper duas, id eſt tres ſecum prædicandi in eodem Dominu noſtru Jeſu Chriſto voluntates & operationes, ſimilem ſcientiæ lignu guſtum commiſcentes, quemadmodum & iſti fidem ex bonu & malo profeſeſſerunt affectautibus, Unde & talibus circumvenientes literis, ei qui miſerat mittune. Quia ergo in magnu propter hæc periculo ſunt res pene totius Catholicæ & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ conſtitutæ, pro ea deprecamur & ob-
B ſecramus ſanctiſſimos viros, ne hanc deſpiciatis periclitantem, ſed adjuvetis tempeſtatibus laborantem, ſcientes in tempore tribnlationis dilectiunem, quæ in Spiritu ſancto eſt, naſci. & ſi poſſibile eſt vos tranſire citius, quaſi alia pro cauſa, ad ſenioris Romæ pios & firmos ut petram viros. qui videlicet vobiſcum tutores noſtri ſunt ſemper & propuguatores ferven-

A tiſſimi veritatis, obſecrare hos ſupplicatoriis vocibus & lacrymis pro omnibus Chriſtianis, quatinus mercedem a Dominu ſortiantur. omnibus ſimiliter & ſibimet abſque nuvitate recens inventa ſervantes orthoduxam fidem, & nihil ſuper ea minus pluſve ſuſcipientes vel approbantes, præter quæ diffinita ſunt a ſanctis Patribus ac ſynodis, ut boni ſtudii ſui æmulatione hoc maximum cum Dei auxilio directe proſequentes opus, cum illis ſive nunc, ſive in die judicii, Dominum habeant debitu-rem, quem nimirum habuerunt in talibus cre-
B ditorem, non aliud quid præter ſe, ſed ipſum tutum, tutis vobis atque illis in æternas delicias & refectiunem donantem. quem & nos habere adverſus Arrianos qui continuantur hic ſupplicate Deo, beati & noſtræ ad Deum deductiunis prævii, cum ſimus egeni, pauperes, & indigni ſervi veſtri.

* ΤΟΜΟΣ Β'. ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Μαξίμου, περὶ τῶν πραχθέντων ἐν τῇ πρώτῃ αὐτοῦ ἐξορίᾳ, ἤτοι ἐν Βιζύῃ· τὰ παρὰ τοῦ Θεοδοσίου ἐπισκόπου Καισαρείας Βιθυνίας, καὶ αὐτοῦ διαλεχθέντα.

A Τὰ κεκινημένα περὶ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως, καὶ τῆς τῶν δι' ἐναντίας παρεισάκτου καινοτομίας, μεταξὺ τοῦ Ἀββᾶ Μαξίμου, καὶ Θεοδοσίου Ἐπισκόπου Καισαρείας ἀναγκαῖον ἡγησάμην κατάδηλα ποιῆσαι πᾶσιν ὑμῖν τοῖς ἐν ὀρθοδοξίᾳ διατελοῦσιν, ἵνα ἀκριβέστερον τὰ περὶ τούτων εἰδέναι ἔχοντες, δοξάζητε μᾶλλον τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν, τὸν διδόντα λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος τῶν φοβουμένων αὐτόν· μήπως συνήθως οἱ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας, τἀναντία ταύτης διαφημίζοντες, ἐκταράξωσιν ὑμῶν τὰς καρδίας.

B Τοιγαροῦν τῇ εἰκοστῇ τετάρτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς τῆς νυνὶ παρελθούσης τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως, ἐξῆλθε πρὸς αὐτὸν ἐν ᾗ παρεφυλάττετο ἐξορίᾳ, τουτέστιν ἐν κάστρῳ Βιζύης, ὁ προρρηθεὶς ἐπίσκοπος Θεοδόσιος· ὡς εἶπεν, ἐκ προσώπου Πέτρου τοῦ προέδρου Κωνσταντινουπόλεως πεμφθείς· καὶ Παῦλος καὶ Θεοδόσιος οἱ ὕπατοι· ὡς εἶπον καὶ αὐτοὶ ἐκ προσώπου Βασιλέως πεμφθέντες· καὶ ἀνελθόντες πρὸς τὸν εἰρημένον μοναχὸν Μάξιμον, ἐν ᾧ τόπῳ ἀπεκέκλειστο, ἐκάθισαν, καὶ ἐπέτρεψαν καὶ αὐτὸν καθίσαι, συνόντος αὐτοῖς, καὶ τοῦ ἐπισκόπου Βιζύης. C καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος, Πῶς ἔχεις κῦρι ἀββᾶ; ΜΑΞΙΜΟΣ. Ὡς προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων τὴν περὶ ἐμὲ προνοητικὴν διεξαγωγὴν, οὕτως ἔχω. ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ. Τί οὖν, πρὸ παντὸς
* προώρισεν. αἰῶνος περὶ ἑκάστου ἡμῶν * ὥρισεν ὁ Θεός; ΜΑΞ. Εἴπερ προέγνω, πάντως καὶ προώρισε. ΘΕΟΔ. Τί ἐστιν αὐτὸ τὸ, Προέγνω, καὶ προώρισεν. ΜΑΞ. Ἡ πρόγνωσις τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐννοιῶν καὶ ἔργων ἐστίν. ὁ προορισμὸς δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν συμβαινόντων ἐστί. D ΘΕΟΔ. Ποῖά ἐστι τὰ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ποῖα τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν; ΜΑΞ. Ὡς ἔοικε, πάντα γινώσκων ὁ δεσπότης μου, δοκιμαστικῶς διαλέγεται πρὸς τὸν δοῦλον αὐτοῦ. ΘΕΟΔ. Μὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, ἀγνοῶν ἠρώτησα, καὶ μαθεῖν θέλων τὴν διαφορὰν τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν· καὶ πῶς τὰ μὲν ὑπὸ τὴν πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ ὑπάρχουσι· τὰ δὲ, ὑπὸ τὸν προορισμὸν ὄντα. ΜΑΞ. Ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὰ ἑκού-

TOMUS CONTINENS relationem de dogmatibus, quæ mota sunt inter S Maximum & Theodosium Episcopum Cæsareæ Bithyniæ, seu Consules qui cum eo erant.

A Quæ mota sunt de immaculata nostra Christianorum fide, atque subintroducta contrariorum novitate, inter Abbatem Maximum & Theodosium Episcopum Cæsareæ Bithyniæ, necessarium duxi manifesta facere omnibus vobis, qui in orthodoxia consistitis: ut cum certius de his scire visi fueritis, glorificetis magis ac magis amatorem hominum Deum, qui dat verbum in apertione oris timentium se. ne forte more solito veritatis inimici huic contraria diffamantes, corda vestra conturbent.

B Igitur nono Kal. Septembrias, quæ nunc transacta est quartædecimæ indictionis, exivit ad eum in exilium, in quo positus servabatur, id est ad castrum Bizyæ, prædictus Episcopus Theodosius, ex persona, ut dixit, Petri Constantinopolitani Præsulis missus, nec non & Paulus ac Theodosius Consules, ut fassi sunt, & ipsi ex persona Imperatoris directi. Et cum ascendissent ad prædictum Monachum Maximum in locum, in quo retrusus habebatur, sederunt, & præceperunt etiam & ipsum sedere. Aderat autem cum C illis etiam Episcopus Bizyæ. Et dicit ad eum Theodosius Episcopus: Quomodo habes, Abba? Et Maximus ad eum. Sicut prædestinavit Deus ante omnia sæcula provisoriam fore circa me dispensationem, sic habeo. Theodosius. Ergone prædestinavit Deus ante omne sæculum quæ circa singulos sunt? Max. Si præscivit, utique & prædestinavit. Theod. Quid est hoc ipsum quod asseris, præscivit & prædestinavit? Max. Præscientia est cogitationum & sermonum & operum, quæ ex nobis sunt: prædestinatio D vero eorum est, quæ ex nobis non accidunt. Theod. Quæ sunt illa, quæ ex nobis sunt, & quæ ex nobis non sunt? Max. Ut liquido patet, omnia sciens dominus meus probando interrogat servum suum. Theod. Per veritatem Dei ignorans, & discere volens percontatus sum differentiam eorum quæ sunt ex nobis, & quæ non sunt ex nobis, & qualiter quædam sub præscientia Dei, quædam vero sub prædestinatione consistant. Max. Ex nobis

Rom. 8. 9.

* Tomus alter S. Patris nostri Maximi ac Confessoris: quæ gesta sunt in primo ejus exilio, id est, Bizyæ: quæ scilicet inter Theodosium Cæsareæ Bithyniæ Episcopum ipsumque fuerunt disputata.

ſunt voluntaria omnia, id eſt virtutes & vitia. Non ex nobis autem ſunt illationes accidentium nobis pœnalium modorum, vel his contrariorum. Neque enim ex nobis eſt vel nocens languor, vel lætificans ſanitas, * licet operatrices horum cauſæ ex nobis exiſtant, ut puta intemperantia cauſa eſt languoris, quemadmodum temperantia cauſa eſt ſanitatis. Et regni cœleſtis cauſa mandatorum cuſtodia, quemadmodum & ignis æterni horum tranſgreſſio. THEOD. Ergone propter hoc tribularis in exilio iſto, quoniam digna quædam hac tribulatione geſſiſti? MAX. Rogo ut Deus hac tribulatione remetiatur exceſſus meos, quibus ei peccavi in prævaricatione juſtificationum mandatorum ſuorum. THEOD. Non eſt etiam probationis cauſa tribulatio multis illata? MAX. Probatio Sanctorum eſt, ut ſcilicet per tribulationes vitæ hominum manifeſtentur affectus eorum, qui ſunt circa id quod eſt naturaliter bonum, ſibimet inſinuantes ignotas omnibus virtutes ſuas, ut in Job & Joſeph. Siquidem alter ad manifeſtationem abſconſæ fortitudinis temptabatur, alter vero ad declarationem ſanctificatoriæ pudicitiæ probabatur. Et omnis ſanctus non ſponte tribulatus ad quaſdam hujuſcemodi diſpenſationes tribulatur: ut per infirmitatem qua permittitur moleſtiam pati, ſuperbum & apoſtatam draconem conculcet, id eſt diabolum. Patientia enim probationis opus eſt in unoquoque Sanctorum. THEOD. Per veritatem Dei bene dixiſti, & confiteor utilitatem. & quærebam in talibus ſemper diſputare vobiſcum. Sed quia pro alio capitulo ego & domini mei futuri Patricii profecti ſumus, & per tot intervalla locorum advenimus, rogamus te quæ a nobis proferuntur ſuſcipere, & totum orbem lætificare. MAX. Quæ ſunt hæc, domine! vel quis ego, & unde ſum, ut in his quæ proteenduntur mihi, conſenſus meus totum lætificet orbem? THEOD. Per veritatem Domini noſtri JESU CHRISTI, quod dico tibi ego & domini mei futuri Patricii, ex ore domini noſtri Patriarchæ ac pii domini orbis audivimus. MAX. Jubete, domini mei, dicere quæ vultis & quæ audiſtis.

THEOD. Rogat Imperator & Patriarcha per nos, cognoſcere a te, qua pro cauſa non communices throno Conſtantinopolitano. MAX. Habetis ſuper hoc præceptionem in ſcriptis a piiſſimo Imperatore, vel Patriarcha? THEOD. Non debueras, domine, nobis incredulus eſſe. Licet enim exiguus ſim, ſed Epiſcopus audior, & iſti domini mei pars ſenatus exiſtunt. Nec venimus ad te temptandum te, abſit. MAX. Quo-

* Anaſtaſius legit [illegible]

A σιν πάντα· τουτέστιν ἀρεταὶ καὶ κακίαι· οὐκ ἐφ' ἡμῖν δέ, αἱ ἐπιφοραὶ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν κολαστικῶν τρόπων, ἢ τῶν ἐναντίων. οὔτε γὰρ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ἡ κολάζουσα νόσος, οὔτε ἡ εὐφραίνουσα ὑγεία. καὶ αἱ ποιότητες καὶ αἱ τούτων αἰτίαι. οἷον αἰτία νόσου ἀταξία, ὥσπερ καὶ ὑγείας εὐταξία· καὶ βασιλείας οὐρανῶν αἰτία, ἡ τῶν ἐντολῶν φυλακή, ὥσπερ καὶ πυρὸς αἰωνίου, ἡ τούτων παράβασις. ΘΕΟΔ. Τί οὖν, διὰ τοῦτο θλίβῃ ἐν τῇ ἐξορίᾳ ταύτῃ, ἐπειδὴ ἄξιόν τι ἐποίησας ταύτης

B τῆς θλίψεως; ΜΑΞ. Παρακαλῶ ἵνα ὁ Θεὸς ταύτῃ τῇ θλίψει, πληροφορήσῃ τὰς ἐκτίσεις ὧν ἥμαρτον αὐτῷ ἐν τῇ παραβάσει τῶν αὐτοῦ δικαιωτικῶν ἐντολῶν. ΘΕΟΔ. Οὐκ ἔστι δοκιμῆς ἕνεκεν ἐπαγομένη θλίψις πολλοῖς; ΜΑΞ. Ἡ δοκιμὴ τῶν ἁγίων ἐστίν, ἵνα φανερωθῶσι διὰ τῆς θλίψεως τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων, αἱ περὶ τὸ φύσει καλὸν διαθέσεις αὐτῶν, ἑαυτὰς συνεκφαίνουσαι τὰς ἠγνοημένας πᾶσιν ἀρετὰς ὡς ἐπὶ Ἰὼβ καὶ Ἰωσήφ. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ φανερώσει τῆς κεκρυμμένης ἀνδρείας ἐπειράζετο· ὁ δέ, ἐπ' ἐκ-

C φωνήσει τῆς ἁγιαστικῆς σωφροσύνης ἐδοκιμάζετο· καὶ πᾶς τῶν ἁγίων ἀκουσίως ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ θλιβείς, ἐπὶ τισὶ τοιαύταις οἰκονομίαις ἐθλίβετο, ἵνα διὰ τῆς ἀσθενείας τῆς συγχωρουμένης αὐτοῖς ἐπαχθῆναι, τὸν ὑπερήφανον καὶ ἀποστάτην καταπατήσωσι δράκοντα· τουτέστι τὸν διάβολον. ἡ γὰρ ὑπομονή, δοκιμῆς ἔργον ἐστὶν ἐφ' ἑκάστου τῶν ἁγίων. ΘΕΟΔ. Μὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, καλῶς εἶπας· καὶ ὁμολογῶ τὴν ὠφέλειαν· καὶ ἐζήτουν ἀεὶ ἐν τοῖς τοιούτοις συνδιαλέγεσθαι ὑμῖν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπ' ἄλλῳ κεφαλαίῳ κἀγὼ καὶ οἱ δεσπό-

D ται μου οἱ μελλοπατρίκιοι πρὸς σὲ γεγόναμεν, καὶ τοσαῦτα διαστήματα ἤλθομεν, παρακαλοῦμέν σε τὰ παρ' ἡμῶν προτεινόμενα δέξασθαι, καὶ χαροποιῆσαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. ΜΑΞ. Ποῖα ταῦτά εἰσι, δέσποτα, καὶ τίς ἐγώ, καὶ πόθεν εἰμί, ἵνα ἡ ἐπὶ τοῖς προτεινομένοις τοι συγκατάθεσις χαροποιήσῃ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. ΘΕΟΔ. Μὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἅπερ λέγω σοι, ἐγώ τε καὶ οἱ δεσπόται μου μελλοπατρίκιοι, ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ Πατριάρχου, καὶ τοῦ εὐσεβοῦς δεσπότου τῆς οἰκουμένης ἠκούσαμεν. ΜΑΞ. Κελεύσατε οἱ δεσ-

E πόται μου εἰπεῖν ὅπερ βούλεσθε, καὶ ἅπερ ἠκούσατε.

ΘΕΟΔ. Παρακαλεῖ ὁ Βασιλεὺς καὶ ὁ Πατριάρχης δι' ἡμῶν, μαθεῖν παρὰ σοῦ, διὰ ποίαν αἰτίαν οὐ κοινωνεῖς τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως. ΜΑΞ. Ἔχετε περὶ τούτου ἐπιτροπὴν ἔγγραφον παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου Βασιλέως, ἢ παρὰ τοῦ Πατριάρχου; ΘΕΟΔ. Οὐκ ὤφελες, δέσποτα, ἀπιστῆσαι ἡμῖν. κἂν γὰρ ταπεινός εἰμι, ἐπίσκοπος ἀκούω· καὶ οἱ δεσπόται μου συγκλήτου μέρος τυγχάνουσι. καὶ οὐκ ἤλθομεν πειράσαι σε· μὴ δῴη Θεός. ΜΑΞ. Οἴομ-

δήποτε τρόπῳ ἐλθόντες πρὸς τὸν δοῦλον ὑμῶν, ἐγὼ χωρὶς πάσης ὑποστολῆς λέγω τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐ κοινωνῶ τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως. πλὴν καὶ ἄλλων ἦν τοῦ ἐρωτᾷν με διὰ ποίαν αἰτίαν, ὑμῶν οὐκ ἔστι, τῶν γινωσκόντων ἀσφαλῶς πλεῖον ἐμοῦ τὴν αἰτίαν.

Γινώσκετε τὰς γενομένας καινοτομίας ἀπὸ τῆς ἕκτης ἐπινεμήσεως τοῦ διελθόντος κύκλου ἀρξαμένας ἀπὸ Ἀλεξανδρείας διὰ τῶν ἐκτεθέντων ἐννέα κεφαλαίων παρὰ Κύρου, τοῦ οὐκ οἶδα πῶς γεγονότος ἐκεῖσε προέδρου, τῶν βεβαιωθέντων ὑπὸ τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως· καὶ τὰς ἄλλας ἀλλοιώσεις, προσθήκας τε καὶ μειώσεις, τὰς γενομένας συνοδικῶς ὑπὸ τῶν προεδρευσάντων τῆς τῶν Βυζαντίων ἐκκλησίας, Σεργίου λέγω, καὶ Πύῤῥου, καὶ Παύλου. ἅς τινας καινοτομίας πᾶσα γινώσκει ἡ οἰκουμένη. διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὐ κοινωνῶ ὁ δοῦλος ὑμῶν τῇ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως. ἀρθῶσι τὰ προσκόμματα τὰ τεθέντα ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν, μετ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν θεμένων αὐτά, καθὼς εἶπεν ὁ Θεός, Καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαῤῥίψατε, καὶ τὴν λείαν καὶ τετριμμένην, καὶ πάσης ἀκανθώδους αἱρετικῆς κακίας ἐλευθέραν ὁδὸν τοῦ εὐαγγελίου, καθάπερ καὶ ἦν εὑρίσκων, ὁδεύω πάσης δίχα προτροπῆς ἀνθρωπίνης. ἕως δὲ αὖ τοῖς τεθεῖσι προσκόμμασι, καὶ τοῖς τεθεικόσιν αὐτὰ σεμνύνωνται οἱ πρόεδροι Κωνσταντινουπόλεως, οὐδείς ἐστιν ὁ πείθων με λόγος ἢ τρόπος κοινωνεῖν αὐτοῖς.

ΘΕΟΔ. Τί γὰρ κακὸν ὁμολογοῦμεν, ἵνα χωρισθῇς τῆς κοινωνίας ἡμῶν; ΜΑΞ. Ὅτι μίαν ἐνέργειαν λέγοντες θεότητος, καὶ ἀνθρωπότητος τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, συγχέετε τόν τε τῆς θεολογίας, καὶ τῆς οἰκονομίας λόγον. εἰ γὰρ πεισθῆναι δεῖ τοῖς ἁγίοις πατράσι, λέγουσιν, Ὧν ἡ ἐνέργεια μία, τούτων καὶ ἡ οὐσία μία· τετράδα ποιεῖτε τὴν ἁγίαν τριάδα, ὡς ὁμοφυοῦς τῷ λόγῳ γενομένης τῆς αὐτοῦ σαρκός, καὶ ἐκστάσης τῆς πρὸς ἡμᾶς, καὶ τῆς αὐτὸν τεκούσης συγγενοῦς κατὰ φύσιν ταυτότητος.

Καὶ πάλιν, ἀναιροῦντες τὰς ἐνεργείας, καὶ μίαν κυροῦντες θέλησιν θεότητος τοῦ αὐτοῦ καὶ ἀνθρωπότητος, ἀφαιρεῖσθε αὐτοῦ, τὴν τῶν ἀγαθῶν διανομήν. ἐὰν γὰρ ἐνέργειαν ἔχῃ, κατὰ τοὺς τοῦτο θεσπίσαντας, δῆλον ὅτι κἂν θέλῃ, ἐλεῆσαι οὐ δύναται, ἀφαιρεθείσης αὐτοῦ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐνεργείας, ὅπερ ἐνεργείας ἀγαθῆς χωρὶς, οὐδὲν τῶν ὄντων ἐνεργεῖν ἢ πράττειν πέφυκεν.

Ἄλλως τε δέ, καὶ τὴν σάρκα ποιεῖτε τῷ θελήματι συνδημιουργὸν πάντων τῶν αἰώνων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς, Πατρί τε καὶ Υἱῷ καὶ Πνεύματι· τῇ δὲ φύσει κτιστήν, ἢ τοῦ ἀληθέστε-

A quomodo venissetis ad servum vestrum, ego absque omni reverentia dico causam ob quam non communico shrono Constantinopolitano. Verumtamen etsi aliorum esset fas percontandi qua pro causa, vestrum non esset, qui me causam certius nostis.

Scitis novitates quæ factæ sunt a sexta indictione transacti circuli, inceptas ab Alexandria per novem Capitula a Cyro, qui nescio quo pacto illic factus est Præsul. quæ videlicet B firmara sunt a throno Constantinopolitano. necnon & alias immutationes, additionesque ac diminutiones, quæ factæ sunt in Concilio a Sergio, Pyrrho, ac Paulo, qui Ecclesiæ Byzantii præfuerunt. quas videlicet novas adinventiones esse, omnis noster orbis agnoscit. Hac pro causa non communico ego servus vester Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Tollantur offendicula, quæ posita suns a prædictis viris, cum eisdem ipsis qui posuerunt hæc, quemadmodum dixit Deus: *Et lapides a via projicite*. & planam & C detritam, atque ab omni spinosæ hæreseos pravitate liberam viam Evangelii gradiantur. & tum inveniens quemadmodum erat, incedo & ipse absque omni hortatu humano. Donec autem super offendiculis positis, & his qui posuerunt ea, glorientur Præsides Constantinopolitani, nullus sermo vel modus est, qui mihi persuadeat illis communicare.

Jerem. 50.25

THEOD. Nunquid malum quid confitemur, ut separare te hujus rei causa conveniat a communione nostra? MAX. Quia unam operaD sionem dicentes deitatis & humanitatis Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, confunditis tam Theologiæ quam dispensationis sermonem. Si enim credere oportet Patribus, qui asserunt, quorum est operatio una, horum & substantia una, quaternitatem facitis sanctam Trinitatem, quasi congenita verbo facta carne ipsius: quæ etiam careat cognata identitate, quam nobiscum, & cum ea quæ se peperit, naturaliter habet.

Et rursus perimentes operationes, & unam voluntatem asseverantes deitatis ipsius & humanitatis, E adimitis ejus bonorum distributionem. Si enim nullam habet secundum illos qui hoc sanxerunt operationem, perspicuum est quod licet velit, misereri non possit. detruncata nimirum ejus operatione bonorum. sed duntaxat operatione naturali excepta, nihil eorum quæ sunt operari vel agere constat.

Alias autem & carnem facitis voluntare quidem concreatricem omnium sæculorum, & eorum quæ sunt in eis, Patri & Filio ac Spiritui sancto. natura vero creatam, vel ut ve-

A nius dicamus non habentem initium voluntate, si divina voluntas sine initio est, utpote quæ sit deitatis sine initio existentis, natura vero recens. Quod non solum omnem sensum excedit, sed & omnem impietatem. Non enim dicitis absolute tantum unam voluntatem, sed & istam divinam. Divinæ vero voluntatis nemo potest initium excogitare temporale, vel finem. Nam nec divinæ naturæ, cujus est substantialis voluntas.

B Rursus autem aliam introducentes novitatem, adimitis omnimodis omnia significativa & commendantia divinitatem & humanitatem Christi, legibus & typis sancientes, neque unam neque duas in eo voluntates aut operationes dicendas. quod rei est essentiam non habentis. Nihil enim eorum quæ sunt, si intellectuale est, privatur voluntatem habente virtute ac operatione; si sensuale, sentiente operatione; si germinabile, crescente ac alente operatione; si penitus inanimale est, & ea quæ ex more dicitur vita caret, operatione ac opportunitate. & indicant omnia quæ sic sunt opitulativa sensibus sensualium. operatio enim talium est, subiei utique visui per apparitionem suam; auditui, per sonum; odoratui, per odorationem quandam amplexibilem; gustui, per quosdam humores, & tactui, per reciprocam impressionem. Sicut enim operationem visus dicimus videre, ita & visorum videri, & cetera omnia secundum eundem aspicimus fieri modum. Si igitur nihil eorum quæ sunt est omni penitus operatione destitutum, dominusque noster & Deus (propitius esto Domine) nullam habet naturalem voluntatem vel operationem in utrisque, ex quibus, & in quibus, & quæ est, quomodo poterimus aut esse, aut vocari Dei cultores, secundum nullum modum existere eum voluntate vel operatione dicentes, qui adoratur a nobis, Deum? Expresse namque a sanctis Patribus edocemur, eum dicant: Quod enim nullam virtutem habet, neque est, neque aliquid est, neque est quævis ejus omnino positio.

Dionys. de div. nom.

E THEOD. Quod factum est per dispensationem, ne accipias ut ratum dogma. MAX. Si non est ratum eorum dogma, qui hunc recipiunt, typus qui sancit & lex nullam dicendam Domini voluntatem vel operationem, quarum detruncatio inexistentiam indicat ejus, qui fuerit his privatus, qua pro causa barbaricis & sine Deo gentibus me absque honore tradidistis? Qua pro causa damnatus sum ad habitandum Bizen, & conservorum meorum alter quidem Perberim, alter vero Mesembriam? THEOD. Per Deum; qui me judicaturus est, & quando fa-

A ρον εἰπεῖν, ἄναρχον τῇ θελήσει, ἐπείπερ ἡ θεία θέλησις ἄναρχός ἐστιν. ὡς ἀνάρχου θεότητος· τῇ δὲ φύσει πρόσφατον, ὅπερ πᾶσαν οὐ ἔννοιαν ὑπερβαίνει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσέβειαν. οὐ γὰρ λέγετε ἁπλῶς μόνον ἓν θέλημα, ἀλλὰ καὶ τοῦτο θεϊκόν. θείας δὲ θελήσεως, οὐδεὶς δύναται ἀρχὴν ἐπινοῆσαι χρονικὴν, ἢ τέλος, ἐπειδὴ μηδὲ τῆς θείας φύσεως, ἧς ἐστὶν οὐσιώδης ἡ θέλησις.

B Πάλιν δὲ ἑτέραν εἰσάγοντες "καινοτομίαν, ἀφαιρεῖσθε παντάπασι πάντα τὰ γνωριστικὰ καὶ συστατικὰ τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ, νόμοις καὶ τύποις θεσπίζοντες μήτε μίαν, μήτε δύο ἐπ' αὐτοῦ θελήσεις ἢ ἐνεργείας λέγεσθαι· ὅπερ ἐστὶ πράγματος ἀνυπάρκτου. οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων, εἴτε νοερόν ἐστιν ἀφίρηται θελητικῆς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, εἴτε αἰσθητικὸν αἰσθητικῆς ἐνεργείας, εἴτε φυτικὸν, αὐξητικῆς καὶ θρεπτικῆς ἐνεργείας. εἴτε παντελῶς ἄψυχον, καὶ πάσης ἄμοιρον ζωῆς, τῆς καθ' ἕξιν λεγομένης ἐνεργείας καὶ ἐπιτηδειότητος. καὶ δηλοῦσι πάντα τὰ οὕτως ὄντα, ἀντιληπτὰ τυγχάνοντα ταῖς τῶν αἰσθητικῶν αἰσθήσεσιν. ἐνέργεια γὰρ τῶν τοιούτων, τὸ ὑποπίπτειν πάντως· ὁράσει, διὰ τῆς ἰδίας ἐπιφανείας· ἀκοῇ, διὰ κτύπου· ὀσφρήσει, δι' ἀτμοῦ τινὸς περιπτυστοῦ· γεύσει, τισὶ χυμοῖς· καὶ ἁφῇ, διὰ τῆς ἀντιτυπίας. ὥσπερ γὰρ ἐνέργειαν λέγομεν τῆς ὁράσεως τὸ ὁρᾷν, οὕτως καὶ τῶν ὁρωμένων τὸ ὁρᾶσθαι· καὶ τὰ λοιπὰ πάντα κατὰ τὸν αὐτὸν θεωροῦμεν γινόμενα τρόπον. εἰ τοίνυν οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστὶ πάσης ἔρημον παντελῶς φυσικῆς ἐνεργείας· ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς, ἱλάσθητι Κύριε, οὐδεμίαν ἔχει φυσικὴν θέλησιν ἢ ἐνέργειαν καθ' ἑκάτερον. τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶ, πῶς δυνάμεθα ἢ εἶναι ἢ καλεῖσθαι θεοσεβεῖς, κατ' οὐδένα τρόπον ὑπάρχοντα θελητικὸν ἢ ἐνεργητικὸν, παρ' ὑμῶν προσκυνούμενον λέγοντες. τρανῶς γὰρ ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων διδασκόμεθα, λεγόντων, Τὸ γὰρ μηδεμίαν δύναμιν ἔχον, οὔτε ἐστιν, οὔτε τί ἐστιν, οὔτε ἐστί τίς αὐτοῦ παντελῶς θέσις.

E ΘΕΟΔ. Τὸ δι' οἰκονομίαν γενόμενον, μὴ λάβῃς ὡς κύριον δόγμα. ΜΑΞ. Εἰ μή ἐστι κύριον δόγμα τῶν δεχομένων, ὁ θεσπίζων τύπος καὶ νόμος μηδεμίαν λέγεσθαι τοῦ Κυρίου θέλησιν ἢ ἐνέργειαν, ὧν ἡ ἀφαίρεσις τὴν ἀνυπαρξίαν δηλοῖ τοῦ ταύτης ἀφῃρημένου, διὰ ποίαν αἰτίαν βαρβάροις ἔθνεσι καὶ ἀθέοις ἀπέδοσθέ με ἄνευ τιμῆς; διὰ ποίαν αἰτίαν κατεκρίθην οἰκῆσαι Βιζύην, καὶ οἱ συνδοῦλοί μου, ὁ μὲν Πέρβερην, ὁ δὲ Μεσεμβρίαν; ΘΕΟΔ. Μὰ τὸν θεὸν τὸν μέλλοντά με ἐξετάσαι, καὶ ὅτε γίγνεται, εἶπον, καὶ νῦν τὸ αὐτὸ λέγω, ὅτι

" Interpres καινοτομίαν.

ὅτι κακῶς γέγονεν ὁ τύπος, καὶ ἐπὶ βλάβῃ πολλῶν. πρόφασις δὲ γέγονε τοῦ ἐκτεθῆναι αὐτὸν, ἡ πρὸς ἀλλήλους τῶν ὀρθοδόξων περὶ θελημάτων καὶ ἐνεργειῶν ζυγομαχία. καὶ διὰ τὸ πρὸς ἀλλήλους εἰρηνεῦσαι πάντας, συνεῖδόν τινες τὰς τοιαύτας καταστιγασθῆναι φωνάς. ΜΑΞ. Καὶ ποῖος πιστὸς δέχεται οἰκονομίαν καταστιγάζουσαν φωνὰς, ἅσπερ λαλεῖσθαι διὰ Ἀποστόλων καὶ Προφητῶν καὶ διδασκάλων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ᾠκονόμησε; καὶ σκοπήσωμεν, κύριε ὁ μέγας, εἰς ποῖον κακὸν καταντᾷ ψηλαφώμενον τὸ κεφάλαιον τοῦτο. εἰ γὰρ ὁ μὲν Θεὸς ἔθετο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πρῶτον μὲν Ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων· εἰρηκὼς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῖς Ἀποστόλοις, καὶ δι' αὐτῶν καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς, Ὃ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω. καὶ πάλιν, Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· δῆλον ὅτι καὶ προφανὲς, ὡς ὁ μὴ δεχόμενος τοὺς Ἀποστόλους καὶ Προφήτας καὶ διδασκάλους, ἀλλ' ἀθετῶν αὐτῶν τὰς φωνὰς, αὐτὸν ἀθετεῖ τὸν Χριστόν.

Καὶ ἄλλο δὲ σκοπήσωμεν. ὁ Θεὸς ἐκλεξάμενος ἐξήγειρεν Ἀποστόλους καὶ Προφήτας καὶ διδασκάλους, πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων. ὁ δὲ διάβολος, ψευδαποστόλους καὶ ψευδοπροφήτας καὶ ψευδοδιδασκάλους κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐκλεξάμενος ἐξήγειρεν, ὥστε καὶ τὸν παλαιὸν πολεμηθῆναι νόμον, καὶ τὸν εὐαγγελικόν. ψευδαποστόλους γὰρ καὶ ψευδοπροφήτας καὶ ψευδοδιδασκάλους μόνους νοῶ τοὺς αἱρετικούς. ὧν οἱ λόγοι καὶ οἱ λογισμοὶ διεστραμμένοι εἰσίν. ὥσπερ οὖν ὁ τοὺς ἀληθεῖς Ἀποστόλους καὶ Προφήτας καὶ διδασκάλους δεχόμενος, Θεὸν δέχεται· οὕτως καὶ ὁ τοὺς ψευδαποστόλους καὶ ψευδοπροφήτας καὶ ψευδοδιδασκάλους δεχόμενος, τὸν διάβολον δέχεται. ὁ τοίνυν συνεκβαλὼν τοὺς ἁγίους τοῖς ἐναγέσι καὶ ἀκαθάρτοις αἱρετικοῖς. δέξασθε λέγοντα τὴν ἀλήθειαν· τῷ διαβόλῳ προφανῶς τὸν Θεὸν συγκατέκρινεν.

Εἰ τοίνυν γυμνάζοντες τὰς γενομένας καινοτομίας ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις, εἰς τοῦτο καταντούσας αὐτὰς εὑρίσκομεν τὸ ἀκρότατον κακὸν, ὁρᾶτε μήπως εἰρήνην προφασιζόμενοι, τὴν ἀποστασίαν εὑρεθῶμεν νοσήσαντες, καὶ κηρύττοντες ἣν πρόδρομον εἶπεν ἔσεσθαι τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίας ὁ θεῖος Ἀπόστολος. ταῦτα χωρὶς ὑποστολῆς εἶπον ὑμῖν, δεσπόται μου, ἵνα φείσησθε ἑαυτῶν τε καὶ ἡμῶν. κελεύετε ἵνα ταῦτα γεγραμμένα ἔχων ἐν τῇ βίβλῳ τῆς καρδίας, ἔλθω κοινωνήσων ἐν ᾗ ταῦτα κηρύττεται ἐκκλησίᾳ· καὶ γένωμαι κοινωνὸς τῶν ἀληθῶς μὲν τὸν Θεὸν, δῆθεν δὲ τὸν διάβολον τῷ Θεῷ συνεκβαλλόντων; μὴ γένοιτό μοι παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ δι' ἐμὲ γενομένου χωρὶς ἁμαρτίας. καὶ βαλὼν μετάνοιαν εἶπεν, Ἐγὼ, εἴ τι κελεύετε εἰς τὸν δοῦλον ἡμῶν ποιῆσαι, ποιήσατε· ἐγὼ τοῖς ταῦτα δεχομένοις, οὐδέποτε γίνομαι συγκοινωνός.

A ctus est dixi, & nunc idipsum dico, quia male, & ad læsionem multorum factus est typos. Verum occasio facta est ut exponeretur alterna lis orthodoxorum super operationibus & voluntatibus altercantium: & ut omnes pace mutua fruerentur, consideraverunt quidam hujusmodi voces silentio comprimendas. MAX. Et quis fidelis suscipit dispensationem taceri facientem voces, quas dici per Apostolos, & Prophetas, atque Doctores Deus omnium dispensavit? Et inspiciamus, domine magne, in quod malum deveniat tractatum Capitulum istud. B si enim Deus posuit in Ecclesia primo Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores ad perfectionem sanctorum, dicens in Evangelio Apostolis, & per eos his qui post ipsos sunt: *Quod vobis dico, omnibus dico.* Et iterum: *Qui recipit vos, me recipit: & qui vos spernit, me spernit*, manifestum est ac perspicuum, quod qui non recipit Apostolos, & Prophetas & Doctores, sed spernit voces eorum, ipsum Christum spernit. Marc. 13. 37. Matth. 10. 40. Luc. 10. 16.

C Inspiciamus autem & aliud. Deus eligens excitavit Apostolos, & Prophetas, atque Doctores ad perfectionem Sanctorum. At vero diabolus falsos Apostolos, & falsos Prophetas, & falsos Doctores contra pietatem eligens excitavit; quo & vetus lex impugnetur & Evangelica. Falsos autem Apostolos, & falsos Prophetas, & falsos Doctores solos hæreticos intelligo, quorum sermones & cogitationes perversæ consistunt. Sicut ergo is, qui veros Apostolos, & Prophetas, & Doctores recipit, Deum recipit: ita & qui falsos Apostolos, & falsos Prophetas, & falsos Doctores recipit, diabolum D recipit. Igitur qui pariter cum scelestis & immundis hæreticis sanctos ejecit, (suscipite me dicentem veritatem) Deum liquido cum diabolo pariter condemnavit.

Itaque si examinantes novitates, quæ temporibus nostris effectæ sunt, eas ad hoc devenisse invenerimus summum malum, videte ne forte pacem prætendentes, apostasia reperiamur languere, & prædicare. quam præcursoram fore Antichristi adventum sacratissimus dixit Apostolus. Hæc absque subtractione dixi vobis, domini mei ut parcatis vobismetipsis, & nobis. E Jubetis ut hæc scripta in libro cordis mei habens, ingrediar & communicem in Ecclesia, in qua hæc prædicantur, & fiam communicator eorum, qui veraciter quidem Deum, falso vero diabolum cum Deo ejiciunt? Ne fiat mihi a Deo, qui propter me secundum me factus est absque peccato. Et genu flexo dixit: Quicquid jusseritis in servum vestrum facere, facite. Ego his, qui hæc recipiunt nunquam communicabo.

Et ceu gelidi facti super his quæ dicta fuerant, deorsum capita summittentes, siluerunt per multam horam. & annuens, atque Abbatem Maximum Theodosius intuitus dixit: Nos fide dicimus tibi dominum nostrum Imperatorem, quod te communicante tollat typum. MAX. Multum adhuc distamus ab invicem. Quid faciemus de confirmata synodice voce unius voluntatis in ejectionem omnis operationis a Sergio, Pyrrho, ac Paulo? THEOD. Illa charta deposita est, & projecta MAX. Deposita est ex lapideis parietibus, non tamen ex intellectualibus animabus. Suscipiant damnationem horum, quæ Romæ synodice prolata est per pia dogmata, seu regulas, & solvitur medius paries, atque hortatione non indigebimus. Et ait Theodosius Episcopus: Non est firmata synodus quæ Romæ celebrata est, quoniam sine jussione facta est Imperatoris. MAX. Si synodos quæ factæ sunt jussiones Imperatorum firmant, & non pia fides; recipe Synodos, quæ contra homoousion factæ sunt. nam jussione Principum sunt patratæ. Primam videlicet in Tyro, secundam in Antiochia, tertiam in Seleucia, quartam in Constantinopoli sub Eudoxio Arriano, quintam in Nice, quæ est in Thrace, sextam in Sirmio; & post hæc multo post, septimam, in Epheso secundam: cui Dioscorus præfuit. Omnes enim has Imperatorum jussio aggregavit. Attamen omnes damnatæ sunt propter impietatem infidelium dogmatum ab eis confirmatorum. Quare autem non abicitis eam, quæ deposuit Paulum Samosatenum sub sanctis & beatis Dionysio Papa Romano, & Dionysio Alexandrino, atque Gregorio miraculorum patratore, qui eidem præfuit Synodo, quoniam non est jussione facta Imperatoris; Qui præterea canon promulgat, solas illas approbandas synodos, quæ Imperatoris jussione sunt congregatæ? Verum etsi omnino jussione Imperatorum synodos aggregetis, illas novit sanctas & probabiles Synodos pius Ecclesiæ canon, quas rectitudo dogmatum approbavit. Sed & bis, quemadmodum novit Dominus meus, & alias docet, fieri synodos in omni provincia per singulos annos regula sancit, jussionis Imperialis nullam memoriam faciens, ad tuitionem salutaris fidei nostræ, & correctionem omnium Capitulorum, quæ divinæ non conveniant Ecclesiæ legi.

Et dixit Theodosius Episcopus: Ita est ut asseris. Dogmatum quippe rectitudo Synodos roborat. Verumtamen non recipis libellum Mennæ, in quo unam voluntatem & unam operationem Christi dogmatizavit? MAX. Ne det Dominus

A Καὶ ἀποπαγέντες ἐπὶ τοῖς λαληθεῖσι, κάτω βαλόντες τὰς κεφαλὰς ἐσίγησαν ἐπὶ ὥραν ἱκανήν. καὶ ἀνακύψας, καὶ τῷ ἀββᾷ Μαξίμῳ ἀτενίσας Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος, εἶπεν, Ἡμεῖς ἀντιφωνοῦμέν σοι, τὸν δεσπότην ἡμῶν τὸν βασιλέα, ὅτι σοῦ κοινωνοῦντος κουφίζει τὸν Τύπον. ΜΑΞ. Πολὺ ἀπεχόμεθα ἀπ' ἀλλήλων ἀκμήν. τί ποιοῦμεν περὶ τῆς συνοδικῶς βεβαιωθείσης φωνῆς, τοῦ ἑνὸς θελήματος, ἐπ' ἐκβολῇ πάσης ἐνεργείας ὑπὸ Σεργίου καὶ Πύρρου. ΘΕΟΔ. Ἐκεῖνος ὁ χάρτης κατηνέχθη καὶ ἀπεβλήθη, ΜΑΞ. Κατηνέχθη ἐκ τῶν λιθίνων
B τοίχων, οὐ μὴν ἐκ τῶν νοερῶν ψυχῶν. δέξωνται τὴν κατάκρισιν τούτων τὴν ἐν Ῥώμῃ συνοδικῶς ἐκτεθεῖσαν διὰ εὐσεβῶν δογμάτων τε καὶ κανόνων, καὶ λέλυται τὸ μεσότοιχον, καὶ προτροπῆς οὐ δεόμεθα. ΘΕΟΔ. Οὐκ ἔῤῥωται ἡ σύνοδος ἡ ἐν Ῥώμῃ, ἐπειδὴ χωρὶς κελεύσεως γέγονε βασιλέως. ΜΑΞ. Εἰ τὰς γενομένας συνόδους αἱ κελεύσεις τῶν βασιλέων κυροῦσιν, ἀλλ' οὐχὶ εὐσεβὴς πίστις, δέξωνται καὶ τὰς κατὰ τοῦ ὁμοουσίου γενομένας συνόδους, ἐπειδὴ κελεύσει βασιλέων γεγόνασι.
C φημὶ δὲ, τὴν ἐν Τύρῳ, τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ, τὴν ἐν Σελευκείᾳ, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Εὐδοξίου τοῦ Ἀρειανοῦ· τὴν ἐν Νίκῃ τῆς Θρᾴκης, τὴν ἐν τῷ Σιρμίῳ· καὶ μετὰ ταύτας πολλοῖς ὕστερον χρόνοις, τὴν ἐν Ἐφέσῳ δευτέραν, ἧς ἐξῆρχε Διόσκορος· ὅλας γὰρ ταύτας, κέλευσις βασιλέων ἤθροισε, καὶ ὅμως πᾶσαι κατεκρίθησαν διὰ τὴν ἀθεΐαν τῶν κυρωθέντων ἀσεβῶν δογμάτων. διὰ τί δὲ οὐκ ἐκβάλλετε τὴν καθελοῦσαν Παῦλον τὸν Σαμοσατέα ἐπὶ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων, Διονυσίου τοῦ Πάπα Ῥώμης, καὶ Διονυσίου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ Γρηγορίου τοῦ Θαυ-
D ματουργοῦ, τοῦ τῆς αὐτῆς ἄρξαντος συνόδου, ἐπειδὴ μὴ γέγονε κελεύσει Βασιλέως. ποῖος δὲ κανὼν διαγορεύει, μόνας ἐκείνας ἐγκρίνεσθαι συνόδους, τὰς κελεύσει Βασιλέως ἀθροισθείσας, ἢ ὅλως κελεύσει Βασιλέως πάντως τὰς συνόδους ἀθροίζεσθαι. ἐκείνας οἶδεν ἁγίας καὶ ἐγκρίτους συνόδους ὁ εὐσεβὴς τῆς ἐκκλησίας κανὼν, ἃς ὀρθότης δογμάτων ἔκρινεν. ἀλλὰ καθὼς οἶδεν ὁ δεσπότης μου, καὶ ἄλλους διδάσκει, δεύτερον γίνεσθαι σύνοδον κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν τοῦ ἔτους ὁ κανὼν διαγορεύει,
E κελεύσεως βασιλικῆς μηδεμίαν μνήμην πεποιημένος, ἐπ' ἀσφαλείᾳ τῆς σωτηριώδους ἡμῶν πίστεως, καὶ διορθώσει πάντων τῷ θείῳ τῆς ἐκκλησίας νόμῳ (μὴ συναινούντων) κεφαλαίων.

ΘΕΟΔ. Ὡς λέγεις ἐστίν. ἡ τῶν δογμάτων ὀρθότης ἐγκρίνει τὰς συνόδους. πλὴν οὐ δέχῃ τὸν λίβελλον Μηνᾶ, ἐν ᾧ μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν τοῦ Χριστοῦ ἐδογμάτισεν; ΜΑΞ. Μὴ δῷ Κύριος ὁ

A Θεός, ὑμεῖς οὐ δέχεσθε, ἀλλ' ἐκβάλλεσθε πάντας τοὺς διδασκάλους, τοὺς μετὰ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, τοὺς ἀγωνισαμένους κατὰ τῆς τοῦ Σεβήρου μιαρίας· κἀγὼ ἔχω δέξασθαι τὸν λίβελλον Μηνᾶ, τοῦ γενομένου μετὰ τὴν σύνοδον; δι' οὗ συνηγορεῖ προφανῶς Σεβήρῳ, καὶ Ἀπολιναρίῳ καὶ Μακεδονίῳ καὶ Ἀρείῳ καὶ πάσῃ αἱρέσει, καὶ κατηγορεῖ τῆς συνόδου· μᾶλλον δὲ τελείως ἐκβάλλει, δι' ὧν ἐδογμάτισε; ΘΕΟΔ. Τί οὖν, ὅλως οὐ δέχῃ μίαν ἐνέργειαν; ΜΑΞ. Καὶ τίς λέγει μίαν ἐνέργειαν τῶν ἐγκρίτων διδασκάλων; B καὶ ἤγαγε Θεοδόσιος τὰς ψευδωνύμως παρ' αὐτῶν περιφερομένας Ἰουλίου τοῦ Ῥώμης, καὶ τοῦ Θαυματουργοῦ Γρηγορίου, καὶ Ἀθανασίου τῶν ἁγίων χρήσεις, καὶ ἀνέγνω αὐτάς. ΜΑΞ. Φοβηθῶμεν δὴ τὸν Θεόν, καὶ μὴ θελήσωμεν παροργίσαι αὐτόν, ἐπὶ τῇ παραγωγῇ τῶν αἱρετικῶν χρήσεων. οὐδεὶς ἀγνοεῖ ταύτας εἶναι τοῦ δυσσεβοῦς Ἀπολιναρίου. εἰ μὲν ἄλλας ἔχεις, δεῖξον· ἐπεὶ ταύτας προφέροντες, πλεῖον πείθετε πάντας, ὅτι κατ' ἀλήθειαν Ἀπολιναρίου τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτῷ κακοδοξίαν ἐνοσήσατε. C καὶ προφέρει ὁ αὐτὸς ἐπίσκοπος Θεοδόσιος, ἐπ' ὀνόματι τοῦ Χρυσοστόμου δύο χρήσεις, ἃς ἀναγνοὺς ὁ ἀββᾶς Μάξιμος, ἔφη, Αὗται Νεστορίου εἰσὶ τοῦ νοσήσαντος ἐπὶ Χριστοῦ τὴν προσωπικὴν δυάδα. καὶ εὐθέως θυμῷ ζέσας ὁ ἐπίσκοπος εἶπε, Κῦρι μοναχέ, ὁ σατανᾶς ἐλάλησε διὰ τοῦ χαλινοῦ σου. ΜΑΞ. Μὴ λυπηθῇ ὁ δεσπότης μου πρὸς τὸν δοῦλον αὐτοῦ. καὶ λαβών, εὐθέως ἔδειξεν αὐτῷ τὰς αὐτὰς φωνὰς οὔσας Νεστορίου, καὶ ἐν ποίοις λόγοις αὐτοῦ κειμένας. ΘΕΟΔ. Ὁ Θεὸς οἶδεν, ἀδελφέ, τὰς χρήσεις ταύτας ὁ D Πατριάρχης μοι δέδωκε· πλὴν ἰδού, τὰς μὲν Ἀπολιναρίου εἶπας· τὰς δέ, Νεστορίου. καὶ παραγαγὼν τὴν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου χρῆσιν τὴν λέγουσαν, Μίαν τε καὶ συγγενῆ, καὶ δι' ἀμφοῖν ἐπιδεικνὺς ἐνέργειαν, εἶπε, Τί πρὸς ταῦτα λέγεις; ΜΑΞ. Εἰσί τινες δείξαντες αὐτὴν κατ' ἀλήθειαν κατὰ προσθήκην τεθεῖσαν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ εὐαγγελίου, τῇ γενομένῃ ἐκ τοῦ ἁγίου τούτου πατρός, ὑπὸ Τιμοθέου τοῦ Ἐλούρου. ἔστω δὲ καθ' ὑμᾶς αὐτοῦ. ἐξετάσωμεν τοίνυν τὴν διάνοιαν τῶν πατρικῶν φωνῶν, καὶ γνωσόμεθα τὴν ἀλήθειαν. ΘΕΟΔ. Τοῦτο οὐ συγχωρῶ γενέσθαι· ἁπλᾶς γὰρ τὰς φωνὰς ἀνάγκην ἔχεις E

Anastasius. δέξασθαι. (" ΜΑΞ. Εἰπέ μοι τὴν διαφοράν, ἱκέσιος γενόμενος, τῶν ἁπλῶν φωνῶν πρὸς τὰς ποικίλας. ΘΕΟΔ. Ἵνα ὡς ἐστι τὴν φωνὴν δέξῃ, καὶ μὴ ἐρευνήσῃς τὴν διάνοιαν αὐτῆς.) ΜΑΞ. Προφανῶς καινοὺς καὶ ξένους τῆς ἐκκλησίας καὶ περὶ τῶν φωνῶν εἰσάγετε θεσμούς. εἰ καθ' ὑμᾶς οὐ δεῖ ἐρευνᾶν τὰς φωνὰς τῶν γραφῶν καὶ τῶν πατέρων, ἐκβάλλομεν πᾶσαν τὴν γραφὴν τήν τε παλαιὰν καὶ τὴν καινήν. ἐκεί-

A Deus. Vos non recipitis, sed ejicitis omnes Doctores, qui post sanctum Calchedonense Concilium decertaverant adversum Severi execrabilem haeresim: & ego habeo recipere libellum Mennae, qui post Concilium fuit, per quem liquido sentire dinoscitur cum Severo, & Apolinario, & Macedonio, & Arrio ac omni haeresi, & accusat Concilium, immo perfecte rejicit per ea quae dogmatizavit? THEOD. Quid ergo penitus non recipis unam operationem? MAX. Et quis dicit unam operationem ex probabilibus magi- B stris Ecclesiae? Et attulit Theodosius scripta, quae falso ab eis ferebantur esse sanctorum Julii Romani, & miraculorum factoris Gregorii, atque Athanasii testimonia, & legit ea. Et dixit Maximus: Timeamus nunc Deum, & ne velimus irritare illum in haereticorum prolatione testimoniorum. Nullus enim ignorat haec impii esse Apolinarii. Ergo si alia forsan habes, ostende. Nam haec proferentes, plus credere cunctis persuadetis, quod secundum veritatem impii Apolinarii & nequam cum eo sentientium opinionem re- C novassetis. Et profert idem Episcopus Theodosius sub nomine Chrysostomi duo testimonia, quae agnoscens Abba Maximus ait: Haec Nestorii sunt, qui personalem in Christo dualitatem vesane dogmatizavit. Et statim furore fervescens Theodosius dixit: Domne monache, Satanas locutus est per effraenatum os tuum. MAX. Ne tristetur dominus meus contra servum suum. Et mox sumens ostendit ei easdem voces esse Nestorii, & in quibus sermonibus ejus jacerent. THEOD. Deus novit, frater, haec testimonia Patriarcha D mihi dedit. Verum ecce, alia quidem horum dixisti Apolinarii; alia vero Nestorii. Et producto sancti Cyrilli testimonio, quod ait, unam atque cognatam per utramque demonstrans operationem, dixit: Quid ad haec dicis? MAX. Sunt quidam ostendentes illud in veritate per additionem positum in interpretatione Evangelii, quae facta est ex hoc sancto patre, a Timotheo Heluro. Verum, sit secundum vos ejus. Scrutemus igitur sensum paternarum vocum, & cognoscamus veritatem. THEOD. Hoc non permitto fieri. E Simplices enim voces necessarium habes recipere. MAX. Dic mihi differentia deprecabilis factus vocum ad varias. THEOD. Ut sicuti est recipias vocem, & ne scruteris sensum ipsius. Et MAX. Evidenter, inquit, novas & extraneas Ecclesiae etiam super vocibus introducitis leges. Si secundum vos non oportet scrutari voces Scripturarum ac patrum, abjicimus omnem scripturam, veterem scilicet, atque novam. Au-

A ἐνέργειαν. καὶ εἰ τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς, ὡς οὖν καὶ ἔστι, τέσσαρας φύσεις, τέσσαρας Θεούς, διαφέροντας ἀλλήλων ὑποστάσει τε καὶ φύσει δειχθησόμεθα λέγοντες. πλὴν, τίς εἶδεν ἢ ἐθεώρησεν ἰδιάζουσαν ἐνέργειαν οὐδέποτε, τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀγομένων, καὶ ὑπὸ τὸν κοινὸν ὁρισμὸν τοῦ εἴδους φύσει ταττομένων. οὐδέποτε γὰρ γίνεται τὸ φύσει κοινὸν, ἑνὸς καὶ μόνου τινὸς ἴδιον. τὰ γὰρ ὑποστατικὰ σήμαντρα, οἷον, γρυπότης, ἢ σιμότης, ἢ γλαυκότης, ἢ ψεδνότης, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀφοριστικά εἰσι συμβεβηκότα τῶν B ἀριθμῷ ἀλλήλων διαφερόντων. πᾶς γὰρ ἄνθρωπος ὥς τι τὴν φύσιν ὤν, ἀλλ' οὐχ ὥς τις τὴν ὑπόστασιν, ἐνεργεῖν πέφυκε, κατά τε τὸν ἰδιαίτατα καὶ κοινῶς νοούμενον τὸ καὶ λεγόμενον κατηγορικὸν λόγον, οἷον τὸ ζῶον, τὸ λογικὸν, τὸ θνητὸν, ὅπερ ἐστὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς γενικοῦ λόγου. πάντες γὰρ τῆς αὐτῆς μετέχομεν ζωῆς, τῆς αὐτῆς λογικότητος, καὶ τῆς αὐτῆς ῥοπῆς καὶ ἀπορροπῆς· καὶ τοῦ καθέζεσθαι καὶ ἵστασθαι, καὶ λαλεῖν καὶ σιγᾷν, καὶ ὁρᾷν καὶ ἀκούειν, καὶ ἅπτεσθαι· ἅπερ εἰσὶ τοῦ κοινοῦ ἐφ' ἡμῶν νοουμένου λόγου. οὐ δεῖ οὖν καινοτομεῖν φωνὰς μὴ C ἐχούσας ἰσχὺν, ἢ γραφικὴν, ἢ πατρικὴν, ἢ φυσικὴν, ἀλλὰ ξένην, καὶ διαστροφαῖς ἀνθρώπων ἐξευρημένην. πλὴν δεῖξόν μοι ταύτην κειμένην ἐν οἱῳδήποτε πατρὶ, καὶ πάλιν τὸν νοῦν τοῦ ταύτην εἰρηκότος ἐπιζητοῦμεν.

ΘΕΟΔ. Τί οὖν, οὐ δεῖ παντελῶς ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν μίαν ἐνέργειαν; ΜΑΞ. Κατὰ τὴν ἁγίαν γραφὴν, καὶ τοὺς ἁγίους πατέρας οὐδὲν τοιοῦτον λέγειν παρελάβομεν· ἀλλ' ὥσπερ δύο φύσεις τὸν Χριστὸν τὰς ἐξ ὧν ἐστιν, D αὕτως καὶ τὰς φυσικὰς αὐτοῦ θελήσεις καὶ ἐνεργείας καταλλήλως αὐταῖς, ὁμοῦ τε φύσει Θεῷ καὶ ἀνθρώπῳ ὄντι τῷ αὐτῷ, πιστεύειν καὶ ὁμολογεῖν ἐπετράπημεν. ΘΕΟΔ. Ὄντως, δέσποτα, καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν καὶ τὰς φύσεις καὶ διαφόρους ἐνεργείας, τουτέστι, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην· καὶ θελητικὴν αὐτοῦ τὴν θεότητα, καὶ θελητικὴν αὐτοῦ τὴν ἀνθρωπότητα. ἐπειδὴ οὐκ ἄνευ θελήσεως ἦν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. δύο δὲ οὐ λέγομεν, ἵνα μὴ μαχόμενον αὐτὸν αὐτῷ εἰσαγάγωμεν. ΜΑΞ. Τί οὖν, E δύο φύσεις λέγοντες, μαχομένας αὐτὰς εἰσάγετε διὰ τὸν ἀριθμόν; ΘΕΟΔ. Οὔ. ΜΑΞ. Τί οὖν, φύσεων ἐπιφημιζόμενος ὁ ἀριθμὸς οὐ διαιρεῖ· ἀλλ' ἐπὶ θελήσεων καὶ ἐνεργειῶν λεγόμενος, διαιρέσεως ἔχει δύναμιν; ΘΕΟΔ. Πάντως. καὶ οἱ πατέρες ἐπὶ θελήσεων καὶ ἐνεργειῶν οὐκ εἶπον, φεύγοντες τὴν διαίρεσιν, ἀλλ' ἄλλην καὶ ἄλλην, καὶ θείαν καὶ ἀνθρωπί-

A hoc verum est, sicut re vera ast, quatuor naturas, & quatuor natura Deos differentes ab invicem subsistentia & natura dicere apparebimus. Veeumtamen, quia dixit, aue contemplatus est seorsum habitam operationem cujuspiam eorum quæ sub aliqua specie rediguntue, & sub communi diffinitione speciei natura taxantur? Nunquam enim aliquando fit id quod natura commuua est, unius & solius cujuslibet proprium. Subsisteotialia oamque Iudicia, utputa nasi prælixitas seu brevitas, aut oculorum albedo, aut calvitium, & B quæcumque sunt talia, quæ * deputativa accidentia sunt numeris ab invicem differentibus. Omnis enim homo, ut aliquid natura existena, sed non ut quis, subsistentia dinoscitur operari secuodum categoricam rationem, quæ tam singulariter quam communiter intalligitur, necnon & dicitur. Ut puta animal rationale mortala, quod est generalis secundum nos eationis. Omnea enim eandem percipimus vitam, & eandem rationabilitatem, & flexum, & deflexum, & sedere, & stare, & loqui, & tacere, & videre, & audire, C & tangere. quæ sunt rationis, quæ communitee in oobis intelliguntue. Non itaque oportet innovare voces non habentes vim, vel sacræ Scripturæ, vel patrum, aut naturalem, sed exteram, & versutiis hominum adjoventam. Verumtamen ostende mihi hanc positam in quovis Patre, & iterum sensum ejus qui hanc dixie inquiremua.

* redundat quæ.

Thaod. Quid ergo? non oportet omnimodis in Christo dicere uoam opeeationem? Max. Secundum saoctam Scriptueam, sanctosque Patrea, oil tale dicendum sus-D cepimus. Sed qoemadmodum duas natoras Christum, ex quibus & est, ita & naturales ejus voluntates & operationea couvenientes sibi, cum sie natura Dena idem ipse simul & homo, credere jussi sumus & confitasi. Thaod. Vere, Domine, & oos confitemue & naturas & operationes divarsaa, id est divinam & humanam, atqua ipsius cum voluntate deitatem, sed & cum voluntate humanitatem: quoniam sine voluntate nullatenus aeae anima ejus. Duaa autem non dicimua, oe hunc sibimet pugnam inferentem introdu-E camus. Max. Ergone duas naturas dicentes, repugnantes eas infertia peopter uomerum? Theod. Non. Max. Ergone naturis designatua unmerua non dividit, sed cum in voluntatibus & operationibua dicitur, divisionis habet virtutem? Theod. Utique in hia divisionem habet, & Patres numerum in voluntatibus & operatiunibus non dixera, fugientes divisionem; sed alteram & alteeam, atqua divinam &

humanam, duplam, duplicem, & ut dixerunt dico, & ut fassi sunt fateor.

MAX. Propter Dominum, si quisquam tibi dixerit alteram & alteram, quot intelligis? vel duplam aut duplicem, quot intelligis? THEOD. Novi qualiter intelligam: duas autem non dico. Tunc conversus Abba Maximus ad Principes, dixit: Propter Dominum, si audieritis unam & unam, & aliam ac aliam, aut bis duas, aut bis quinque, quid intelligentes his qui hoc dicerent responderetis? Et dixerunt: Quoniam adjurasti nos, unam & unam, duas intelligimus, & alteram & alteram, duas intelligimus, & bis duas quatuor intelligimus: similiter & bis quinque decem. Et quodammodo reveritus Theodosius responsionem eorum, ait: Quod non est a Patribus dictum non dico. Et accepto protinus Abba Maximus libro gestorum sanctæ ac Apostolicæ Synodi Romanæ, monstravit sanctos Patres duas voluntates & operationes Salvatoris nostri & Dei Jesu Christi aperte dicentes. Quem acceptum ab eo Theodosius Consul legit, sed & omnia Sanctorum testimonia Patrum. Tuncque respondens Theodosius Episcopus dixit: Deus scit, nisi quia personaliter anathema posuit Synodus hæc, plus quam omnis homo recepissem illam. Sed ne moras hic faciamus. Quicquid dixerunt Patres dico, & in scriptis continuo facio duas naturas, & duas voluntates, & duas operationes: & ingredere, nobiscum communica, & fiat unitas.

MAX. Domine, non audeo ergo suscipere consensum a vobis in scriptis super hujuscemodi re, cum sim Monachus purus. Sed postquam Deus ad compunctionem vos excitavit, in scriptis * transmittite, id est Imperator, & Patriarcha, Synodusque ipsorum. Ego enim nec his peractis communico, dum recitantur anathematizati inter sanctam oblationem. timeo enim condemnationem anathematis. THEOD. Deus novit, non reprehendo te, quia times, nec alius quisquam. Sed da nobis consilium propter Dominum, si est hoc possibile fieri. MAX. Quod consilium habeo super hoc dare vobis? Ite, perscrutamini, si tale quid aliquando factum sit, & post mortem solutus sit quispiam a crimine quod in fidei causa contraxit, atque ab illata contra se querela seu damnatione. & consentiant Imperator ac Patriarcha imitari Dei condescensionem, faciatque Imperator quidem jussionem rogatoriam, Patriarcha vero synodicam deprecationem ad Papam Romanum, & profecto si repertus fuerit mos procuidubio Ecclesiasticus hoc præcipiens, ob rectam confessionem conveniet vobiscum super hoc.

* omisit interpres, ut sanctorum Patrum voces acciperetis, sicut poscit regula Ecclesiæ, ad Romanum episcopum de ea re in scriptis &c.

A πίνην, καὶ διπλῆν καὶ διττήν. καὶ ὡν εἴπασι λέγω, καὶ ὡς εἰρήκασι λέγω.

ΜΑΞ. Διὰ τὸν Κύριον, ἐάν τις σοι εἴπῃ, ἄλλην καὶ ἄλλην, πόσας νοεῖς; ἤ, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην, πόσας νοεῖς; ἤ, διπλῆν καὶ διττήν, πόσας νοεῖς; ΘΕΟΔ. Οἶδα πῶς νοῶ, δύο δὲ οὐ λέγω. τότε στραφεὶς ὁ Ἀββᾶς Μάξιμος πρὸς τοὺς ἄρχοντας, εἶπε, Διὰ τὸν Κύριον, ἐὰν ἀκούσητε μίαν καὶ μίαν, ἢ ἄλλην καὶ ἄλλην, ἢ δὶς δύο, B ἢ δὶς πέντε, τί νοοῦντες τοῖς λέγουσιν ἀποκρίνεσθε; καὶ εἶπαν, Ἐπειδὴ ὥρκισας ἡμᾶς, τὸ μίαν, καὶ μίαν, δύο νοοῦμεν· καὶ ἄλλην καὶ ἄλλην, δύο νοοῦμεν· καὶ δὶς δύο, τέσσαρα νοοῦμεν. ὁμοίως καὶ δὶς πέντε, δέκα νοοῦμεν. καὶ ὥσπερ αἰδεσθεὶς Θεοδόσιος τὴν ἀπόκρισιν ἐκείνων, εἶπε, Τὸ μὴ εἰρημένον τοῖς πατράσιν, οὐ λέγω. καὶ λαβὼν εὐθέως ὁ Ἀββᾶς Μάξιμος τὴν βίβλον τῶν πεπραγμένων τῆς ἁγίας ἀποστολικῆς συνόδου, ἔδειξε τοὺς ἁγίους πατέρας τὰς δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ διαρρήδην λέγοντας. καὶ λαβὼν βίβλον τῶν πεπραγμένων C ἐξ αὐτῶν Θεοδόσιος ὁ ὕπατος, ἀνέγνω καὶ αὐτὸς πάσας τὰς χρήσεις τῶν πατέρων. καὶ τότε ἀποκριθεὶς Θεοδόσιος ἐπίσκοπος εἶπεν, Ὁ Θεὸς οἶδεν, εἰ μὴ προσωπικῶς τὰ ἀναθέματα ἔθηκεν ἡ σύνοδος αὕτη, πλέον παντὸς ἀνθρώπου ἐδεχόμην αὐτήν. ἀλλ' ἵνα μὴ χρονοτριβῶμεν ἐνταῦθα, εἴ τι εἶπαν οἱ πατέρες, λέγω, καὶ ἐγγράφως εὐθέως ποιῶ, δύο φύσεις, καὶ δύο θελήματα καὶ δύο ἐνεργείας· καὶ εἴσελθε μεθ' ἡμῶν κοινώνησον, καὶ γενέσθω ἕνωσις.

ΜΑΞ. Δέσποτα, ἐγὼ οὐ τολμῶ δέξασθαι συγκατάθεσιν παρ' ὑμῶν ἔγγραφον περὶ τοιούτου πράγ- D ματος, ψιλὸς ὑπάρχων μοναχός. ἀλλ' ἐὰν κατένυξεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς, τὰς τῶν ἁγίων πατέρων δέξασθαι φωνὰς, καθὼς ἀπαιτεῖ ὁ κανὼν, πρὸς τὸν Ῥώμης περὶ τούτου ἐγγράφως ἀποστείλατε· ἤγουν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ Πατριάρχης καὶ ἡ κατ' αὐτὸν σύνοδος. ἐγὼ γὰρ οὐδὲ τέως γινομένων κοινωνῶ, ἀναφερομένων τῶν ἀναθεματισθέντων ἐπὶ τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς. φοβοῦμαι γὰρ τὸ κατάκριμα τοῦ ἀναθέματος. ΘΕΟΔ. Ὁ Θεὸς οἶδεν, οὐ καταγινώσκω σου φοβουμένου· ἀλλ' οὔτε ἄλλος τις. ἀλλὰ δὸς ἡμῖν βουλὴν διὰ τὸν Κύριον, ἐάν ἐστι τοῦτο δυνατὸν γενέσθαι. ΜΑΞ. Ποίαν βουλὴν ἔχω ὑ- E μῖν περὶ τούτου δοῦναι; ὑπάγετε, ψηλαφήσατε ἐάν τι τοιοῦτον γέγονε ποτέ; καὶ μετὰ θάνατον ἀπελύθη τις τοῦ περὶ τὴν πίστιν ἐγκλήματος, καὶ τοῦ ἐξενεχθέντος κατ' αὐτοῦ κατακρίματος· καὶ καταδέξηται ὁ Βασιλεὺς καὶ ὁ Πατριάρχης μιμήσασθαι τοῦ Θεοῦ τὴν συγκατάβασιν. καὶ ποιήσωσιν, ὁ μὲν κέλευσιν παρακλητικὴν, ὁ δὲ συνοδικὴν δέησιν πρὸς τὸν Πάπαν Ῥώμης· καὶ πάντως εἴπερ εὑρεθείη τρόπος ἐκκλησιαστικὸς, τοῦτο ἐπιτρέπων διὰ τὴν ὀρθὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, συμβιβάζεται ὑμῖν περὶ τούτου.

A ΘΕΟΔ. Τοῦτο πάντως γίνεται· ἀλλὰ δός μοι λόγον, ὅτι ἐὰν ἐμὲ πέμψωσιν, ἔρχῃ μετ' ἐμοῦ. ΜΑΞ. Δέσποτα, συμφέρει σοι τὸν σύνδουλόν μου τὸν ἐν Μεσημβρίᾳ λαβεῖν μεθ' ἑαυτοῦ, ἤπερ "ἐμέ· ἐκεῖνος γὰρ τὴν γλῶσσαν οἶδε, καὶ αἰδοῦνται αὐτὸν ἀξίως, τοσούτους χρόνους κολαζόμενον, διά τε τὸν Θεὸν, καὶ τὴν κρατοῦσαν ὀρθὴν πίστιν" ἐν τῷ κατ' αὐτοὺς θρόνῳ. ΘΕΟΔ. Ἀψιμαχίας διαφόρους πρὸς ἀλλήλους ἔχομεν, καὶ οὐχ ἡδέως ἔχω μετ' ἐκείνου ἀπελθεῖν. B ΜΑΞ. Δέσποτα, ἐπειδὴ ἔδοξε τοῦτο γενέσθαι, ἔκβασις γένηται τῶν δοξάντων· καὶ ὅπου βούλεσθε, ἀκολουθῶ ὑμῖν. καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀνέστησαν πάντες μετὰ χαρᾶς καὶ δακρύων· καὶ ἔβαλον μετάνοιαν, καὶ εὐχὴ ἐγένετο· καὶ ἕκαστος αὐτῶν τὰ ἅγια Εὐαγγέλια, καὶ τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς δεσποίνης ἡμῶν, τῆς αὐτὸν τεκούσης παναγίας Θεοτόκου ἠσπάσαντο, τεθεικότες καὶ τὰς ἰδίας χεῖρας ἐπὶ βεβαιώσει τῶν λαληθέντων.

" Interpretes legit ὑπέρ.

". Adde τὴν.

C Εἶτα μικρὸν ὁμιλήσαντες πρὸς ἀλλήλους περὶ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου, καὶ τῆς θείων ἐντολῶν τηρήσεως, στραφεὶς Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος πρὸς τὸν Ἀββᾶν Μάξιμον, εἶπεν, Ἰδοὺ, πάντα διαλέλυται τὰ σκάνδαλα, καὶ γέγονεν εἰρήνη διὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ γενήσεται· ἀλλὰ διὰ τὸν Κύριον, μὴ κρύψῃς με, Οὐ λέγεις καθ' οἱονδήποτε τρόπον μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ; ΜΑΞ. Οὐκ ἐνδέχεταί με τοῦτο εἰπεῖν ποτε. καὶ λέγω τὴν αἰτίαν· ἐπειδὴ ξένη ἐστὶν ἡ φωνὴ τοῖς ἁγίοις D πατράσι, δύο φύσεων μίαν λέγειν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν. εἶτα δὲ, διὰ παντὸς τρόπου ὁ τοῦτο λέγων, εὑρίσκει ἐνθυβόλως ὑπαντῶσαν αὐτῷ τὴν ἀτοπίαν. ἐὰν γὰρ εἴπω φυσικὴν, φοβοῦμαι τὴν σύγχυσιν. ἐὰν εἴπω ὑποστατικὴν, διαιρῶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν, καὶ τρεῖς θελήσεις εἰσάγων φανήσομαι, μὴ συμβαινούσας ἀλλήλαις, ὥσπερ καὶ τὰς ὑποστάσεις. ἐὰν εἴπω τὴν ὡς ἑνὸς μίαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, ἀναγκάζομαι καὶ τὴν ὡς ἑνὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν ὡς ἑνὸς τοῦ Πνεύματος εἰπεῖν, κἂν μὴ θέλω, E θέλησιν καὶ ἐνέργειαν· καὶ εὑρεθήσεται εἰς πολυθεΐαν ἐκπίπτων ὁ λόγος. ἐὰν εἴπω σχετικὴν, τὴν Νεστορίου εἰσάγω προσωπικὴν διαίρεσιν. ἐὰν εἴπω παρὰ φύσιν, φθείρω τὴν ὕπαρξιν τοῦ θέλοντος· φθορὰ γὰρ τῆς φύσεως, ὃ παρὰ φύσιν ἐστὶ, καθὼς οἱ πατέρες εἰρήκασι.

ΘΕΟΔ. Μίαν διὰ τὴν ἕνωσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θέλησιν, πάντῃ τε καὶ πάντως ὀφείλομεν λέγειν, καθάπερ Σέργιος καὶ Πύῤῥος,

THEOD. Hoc profecto fit. Sed da mihi verbum, quod si me miserint, venias mecum. MAX. Domine, expedit tibi conservum meum, qui est Mesembriæ, accipere tecum magis quam me. Ipse enim & linguam novit, & verebuntur eum digniùs, eo quod per tot annos cruciatus fuerit propter Deum & rectam fidem, quæ tenetur in Sede ipsorum. THEOD. Jurgia diversa habuimus ad invicem modo, & ideo non gratanter accipio pergere cum illo. MAX. Domine, jam quia visum est hoc fieri, exitus fiat eorum quæ putata sunt & sequor vos quocumque jusseritis. Et in his surrexerunt omnes cum gaudio & lacrymis, positisque in terra genibus oratio facta est, & unusquisque ipsorum sancta Evangelia, pretiosamque crucem, & imaginem Dei ac Salvatoris nostri JESU CHRISTI, atque Dominæ nostræ, quæ illum peperit, sanctissimæ Dei genitricis salutaverunt: ponentes nihilominus manus suas ad certificationem eorum quæ dicta sunt.

Synod. VII. Act. 4.

Deindeque cum pusillum confabulati fuissent ad invicem de vita quæ secundum Deum agitur, & divinorum observantia mandatorum, conversus Theodosius Episcopus ad Abbatem Maximum dixit: En, omnia soluta sunt scandala, & facta est pax per Deum, & fiet. Sed propter Dominum ne celes me. non dicis per quemcumque modum unam voluntatem & operationem in Christo? MAX. Non mihi possibile est hoc aliquando dicere. Et dico caussam, quoniam extranea vox est sanctis Patribus, duarum diversarum naturarum unam dicere voluntatem & operationem. Deinde vero & per omnem modum, qui dicit hoc, inveniet jure occurrentem sibi pravitatem. Primo, quoniam si dixero naturalem, timeo commixtionem. Secundo, quia si dixero subsistentialem, divido a patre ac Spiritu sancto, & tres voluntates inducere apparebo mutuo sibimet congruentes, quemadmodum & subsistentias. Tertio, quoniam si dixero velut unius unam voluntatem & operationem, cogor & velut unius Patris, & velut unius Spiritus dicere, licet nolim, voluntatem & operationem. & invenietur sermo in multitudinem Deorum cecidisse. Quarto, si dixero affectualem, Nestorii infero personalem divisionem. Quinto, si dixero præter naturam, corrumpo existentiam voluntatis. Corruptio quippe est naturæ id quod præter naturam est, quemadmodum Patres dixerunt.

THEOD. Unam propter unitionem Salvatoris nostri voluntatem per omnia & omnino dicere debemus, sicut & Sergius, & Pyrrhus

bene, ut reor, intelligentes scripserunt. Max. Si jubes, domine, suscipe duo super hoc verba mea. Primo, quia si propter unitionem una Dei & Salvatoria nostri, sicut Sergius, Pyrrhus, & Paulus scripserunt, voluntas effecta est, alterius voluntatis secundum illos erit Filius Patri propter naturam, sed non propter unitionem, secundum filium habenti voluntatem, si non idipsum est unitio & natura. Secundo, quia si propter unitionem una secundum ipsos Salvatoris nostri voluntas effecta est, causam profecto suam unitionem habebit, & non aliam eorum naturam ex quibus existit, & affectus, non naturæ, secundum ipsos erit aperte voluntas. naturam enim, non affectum, veritatis ratio novit. Tertio, si propter unitionem, ut fassi sunt, una salvatoris nostri voluntas effecta est, qua voluntate aiunt ipsam fuisse unitionem effectam? Non enim ea quæ per illum effecta est, fatebuntur utique, si duntaxat veritati operam dederint, & quod est irrationabile fugerint. Quarto, si propter unitionem una Salvatoris voluntas effecta est, liquet profecto quod ante unitionem aut cum multis voluntatibus fuerit, aut penitus absque voluntate. Et si quidem multarum erat voluntatum, diminutionem multarum pertulit, ad unam nimirum voluntatem contractus, & convertibilitatis perspicuæ passionem suscepit? multarum, quæ sibi naturaliter inerant, voluntatum diminutionem. At vero, si modis omnibus erat absque voluntate, meliorem natura esse monstravit unitionem, ex qua aequisivit voluntatem, qua natura carebat. Et iterum convertibilia. palam profecto fecit quod natura sibi non inerat, sed adquisivit affectu. Quinto, si propter unionem una Salvatoris nostri secundum utraque ex quibus est voluntas effecta est, recens factus est voluntate Deus, idem ipse propter unitionem natura permanens sempiternus, & voluntate homo sine principio permanens naturæ recens. quod est impossibile, ne dixerim impium. Sexto, si propter unitionem una naturarum voluntas effecta est, * non est quippiam propter eandem causam una naturarum effectum natura.

* Lege ex Græco, cur non, eamdem ob causam, una naturarum natura facta est?

Et reciso inter hæc Theodosius Episcopus sermonis super his habiti impetu, dixit: Quid igitur fit propter unitionem, si nihil horum factum est propter eam? Max. Incarnatum sine mendacio factum eum qui sine carne fuerat demonstravit, ipsumque natura Deum & omnium conditorem, natura factum hominem evidenter ostendit, non conversione naturæ, aut diminutione cujusquam eorum quæ naturæ sunt, sed vera susceptione intellectualiter

A ὡς οἶμαι, καλῶς νενοηκότες γεγράφασι.
ΜΑΞ. Εἰ κελεύεις, δέσποτα, δέξαι μου
περὶ τούτου δύο ῥήματα. εἰ διὰ τὴν ἕνωσιν
μία τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, καθάπερ
Σέργιος καὶ Πύῤῥος καὶ Παῦλος γεγράφασι,
γέγονε θέλησις, ἑτεροθελὴς κατ' αὐτοὺς ἔ-
σται ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, διὰ τὴν φύσιν,
ἀλλ' οὐ διὰ τὴν ἕνωσιν, μίαν κατὰ τὸν Υἱὸν
ἔχοντι θέλησιν, εἴπερ οὐ ταυτόν ἐστιν ἕνωσις
καὶ φύσις. εἰ διὰ τὴν ἕνωσιν μία κατ' αὐ-
B τοὺς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γέγονε θέλησις, αἰ-
τίαν αὐτῆς ἕξει πάντως τὴν ἕνωσιν, ἀλλ'
οὐδετέραν τῶν ἐξ ὧν ἐστὶ φύσιν. καὶ σχέσεως
κατ' αὐτοὺς ἔσται προδήλως ἡ θέλησις, ἀλ-
λ' οὐ φύσεως· σχέσιν γὰρ, ἀλλ' οὐ φύσιν
ὁ τῆς ἀληθείας τὴν ἕνωσιν ἐπίσταται λόγος.
εἰ διὰ τὴν ἕνωσιν, ὡς ἔφασαν, μία τοῦ
Σωτῆρος ἡμῶν γεγένηται θέλησις, ποίᾳ θε-
λήσει φασὶν αὐτὴν γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν. οὐ
γὰρ δήπου τῇ δι' αὐτὴν γενομένῃ φαῖεν ἂν
ἀληθείας φροντίζοντες, καὶ τὸ παράλογον φεύ-
C γοντες. εἰ διὰ τὴν ἕνωσιν μία τοῦ Σωτῆ-
ρος γεγένηται θέλησις, δῆλον ὅτι πρὸ τῆς
ἑνώσεως, ἢ πολυθελὴς ἦν ἢ παντελῶς ἀ-
θελής. καὶ εἰ μὲν πολυθελὴς ἦν, μείω-
σιν τῶν πολλῶν, πρὸς μίαν σταλεὶς, ὑπέ-
μεινε, θέλησιν, καὶ τροπῆς προφανῶς ἐδέξα-
το πάθος, τὴν τῶν προσουσῶν αὐτῷ φυσι-
κῶς πολλῶν θελήσεων μείωσιν. εἰ δὲ παν-
τάπασιν ἦν ἀθελὴς, κρείττονα τῆς φύσεως ἀ-
πέφηνε οὖσαν τὴν ἕνωσιν, ἐξ ἧς ἐπορίσατο
θέλησιν, ἣν ἡ φύσις ἠπόρησε· καὶ πάλιν
D τρεπτὸς ἀπέφηνε, τὸ μὴ τῇ φύσει προσὸν
αὐτῷ, σχέσει κτησάμενος. εἰ διὰ τὴν ἕνωσιν μία
τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καθ' ἑκάτερον τῶν ἐξ ὧν ἐστὶ
γέγονε θέλησις, πρόσφατος γέγονε θελήσει
Θεὸς, ὁ αὐτὸς διὰ τὴν ἕνωσιν τῇ φύσει μέ-
νων ἀΐδιος. καὶ ἄναρχος ἄνθρωπος τῇ θελή-
σει, μένων τῇ φύσει πρόσφατος, ὅπερ ἀδύνα-
τον, ἵνα μὴ λέγω δυσσεβές. εἰ διὰ τὴν ἕνω-
σιν μία τῶν φύσεων γέγονε θέλησις, τί δή-
ποτε διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν μία τῶν φύσεων οὐ
γέγονε φύσις;
E Καὶ διακόψας ἐπὶ τούτοις τὴν τοῦ λόγου φο-
ρὰν Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος, εἶπε, Τί τοίνυν
διὰ τὴν ἕνωσιν γέγονεν, εἰ μηδὲν τούτων γε-
γένηται δι' αὐτήν; ΜΑΞ. Ἔνσαρκον ἔδειξεν
ἀψευδῶς γεγενῆσθαι τὸν ἄσαρκον αὐτὸν φύσει Θεὸν
καὶ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, φύσει γενόμενον
ἄνθρωπον ἀριδήλως παρέστησεν, οὐ τροπῇ φύσε-
ως, ἢ μειώσει τινὸς τῶν τῆς φύσεως, ἀλλ' ἀ-
ληθεῖ προσλήψει νοερῶς ἐψυχωμένης σαρκὸς, ἤ-
γουν ἀνελλιποῦς ἀνθρωπότητος, παντὸς προ-

πατο

πατρικῆς καθαρᾶς κατὰ φύσιν ἐγκλήματος. καὶ τὸ κατ' ἐπαλλαγὴν λόγῳ, τὸ θαυμάσιον ὄντως καὶ πᾶσι καταπληκτικόν, ὅλον ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις Θεὸν τὸν αὐτὸν ὁλοκλήρως μένοντα τῶν ἰδίων ἐντός· ὅλον ἐν τοῖς θείοις ἄνθρωπον, ὁλοκλήρως μένοντα τῶν ἰδίων ἀνέκπτωτον. περιχώρησις γὰρ εἰς ἀλλήλας τῶν φύσεων καὶ τῶν αὐταῖς προσόντων φυσικῶν, κατὰ τὴν τῶν θεηγόρων πατέρων ἡμῶν διδασκαλίαν· ἀλλ' οὐ μεταχώρησις, ἢ μείωσις διὰ τὴν ἕνωσιν γέγονεν, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τῶν σύγχυσιν κακούργως ποιουμένων τὴν ἕνωσιν, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς καινισμοῖς πολυτρόπως ἐμφυρομένων, καὶ δι' ἀπορίαν τῆς κατ' αὐτοὺς λόγου σταθηρότητος διωκόντων τοὺς εὐσεβεῖς.

Ὧν ἀκούσας Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος, ἔδοξε μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν σὺν αὐτῷ παραγενομένων, τὸ λεχθὲν ἀποδέχεσθαι. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐπίσκοπος πρὸς τὸν Ἀββᾶν Μάξιμόν φησι, Ποίησον ἀγάπην, Τί ἐστιν ὅπερ εἶπας ἡμῖν, ὅτι οὐδεὶς ὥς τις τὴν ὑπόστασιν ἀλλ' ὥς τι τὴν φύσιν ἐνεργεῖ; σκοτίζεται γάρ μοι νοήσαντι τὸ λεχθέν. ΜΑΞ. Οὐδεὶς ὥς τις τὴν ὑπόστασιν ἐνεργεῖ, ἀλλ' ὥς τι τὴν φύσιν· οἷον, Πέτρος καὶ Παῦλος ἐνεργοῦσιν· ἀλλ' οὐ Πετρικῶς καὶ Παυλικῶς, ἀλλ' ἀνθρωπικῶς. ἄμφω γὰρ ἄνθρωποι φυσικῶς κατὰ τὸν κοινὸν καὶ ὁριστικὸν τῆς φύσεως λόγον· ἀλλ' οὐχ ὑποστατικῶς κατὰ τὸν ἰδίας ποιόν. ὡσαύτως Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ ἐνεργοῦσιν, ἀλλ' οὐχὶ Μιχαηλικῶς καὶ Γαβριηλικῶς, ἀλλ' ἀγγελικῶς. ἄμφω γὰρ Ἄγγελοι. καὶ οὕτως ἐπὶ πάσης φύσεως, πολλῶν τῷ ἀριθμῷ κατηγορουμένης, κοινήν, ἀλλ' οὐχὶ μόνην τὴν ἐνέργειαν θεωροῦμεν. οὐκοῦν ὁ λέγων ὑποστατικὴν ἐνέργειαν, αὐτὴν τὴν φύσιν μίαν οὖσαν, ἄπειρον ταῖς ἐνεργείαις εἰσάγει γεγενημένην. καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὑπ' αὐτὴν ἀγομένων ἀτόμων, ἑαυτῆς διαφέρουσαν. ὅπερ εἰ δεξάμεθα καλῶς ἔχειν, πάσῃ φύσει τὸν ἐπ' αὐτῇ τοῦ πῶς εἶναι λόγον συνδιαφθείρομεν.

Καὶ τούτων εἰρημένων, ἐν τῷ ἀσπάζεσθαι ἀλλήλους, εἶπε Θεοδόσιος ὁ ὕπατος· Ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καλῶς. ἆρα καταδέχεται ὁ βασιλεὺς παρακλητικὴν ποιῆσαι κέλευσιν; ΜΑΞ. Πάντως ποιεῖ, ἐὰν θέλῃ μιμητὴς εἶναι τοῦ Θεοῦ, καὶ συνταπεινωθῆναι αὐτῷ, διὰ τὴν κοινὴν πάντων ἡμῶν σωτηρίαν. λογιζόμενος, ὡς εἴπερ ὁ φύσει σώζων Θεός, οὐκ ἔσωσεν ἕως ἐταπεινώθη θέλων, πῶς ὁ φύσει σωζόμενος ἄνθρωπος ἢ σωθήσεται, ἢ σώσει μὴ ταπεινούμενος; καὶ εἶπε Θεοδόσιος ὁ ὕπατος, Ὅτι ἐλπίζω τοῦ Θεοῦ σώζοντός μοι τὴν μνήμην, τοῦτον αὐτῷ τὸν λόγον λέγω, καὶ πείθεται. καὶ ἀσπασάμενοι

animata carne, id est indiminuta humanitate ab omni progenitoriæ secundum naturam crimine munda. & quod est secundum liberationis rationem mirabile revera, & cunctis ingenti stupore habendum, totum in hominibus Deum, eundem integrum manentem intra sua, totum in divinis hominem, eundem ipsum integre manentem, a propriis non decidentem. Receptio enim in invicem naturarum, & naturalium quæ sibi insunt, juxta deiloquorum patrum nostrorum doctrinam, & non translatio vel casus propter unitionem effecta est, eorum qui confusionem maligne faciunt unalitatem, & ideo innovationibus multimode confusionem inducunt, & propter defectionem constantiæ rationis suæ persequuntur pios.

Quibus auditis, Theodosius Episcopus visus est cum reliquis, qui secum venerant, quod dictum fuerat suscepisse. Et iterum *idem Episcopus* ad Abbatem Maximum. Fac, inquit, caritatem: quid est quod dixisti nobis, quia nullus ut quis subsistentiam, sed ut quid naturam operatur? Astat enim mihi non intelligenti quod dictum est. MAX. Nullus ut quis subsistentiam operatur, sed ut quid naturam. ut puta Petrus & Paulus operantur, sed non Petrice, & Paulice, sed humane. ambo quippe homines naturaliter juxta communionem & diffinitivam naturæ rationem, sed non subsistentialiter secundum id quod proprie facit. Similiter Michael & Gabriel operantur, verum non Michaelice vel Gabrielice, sed angelice. Ambo quippe Angeli. & ita in omni natura multa numero prædicante, communem, sed non annihilatam operationem aspicimus. Ergo qui dicit subsistentialem operationem, ipsam naturam, cum una sit, infinitam operationibus inducit effectam, secundum multitudinem atomorum, quæ sub ipsam rediguntur, a semet differentem. quod si admiserimus bene se habere, in ipsa omni natura quoquomodo existendi rationem corrumpimus.

Et his dictis, dum invicem oscularentur, Theodosius Consul dixit: En facta sunt omnia bene. putasne consensurus est Imperator rogatoriam facere jussionem? Et dicit Abba Maximus. Utique facit, si voluerit imitator esse Dei, & humiliari cum eo propter communem omnium nostrum salutem: perpendens quia si Deus, qui natura salvat, non salvavit donec volens humiliaretur, quomodo is qui natura salvandus est homo, aut salvabitur aut salvabit non humiliatus? Et dixit Theodosius Consul: *Spero*, quia Deo salvante mihi memoriam, hunc eundem ei dicam sermonem, & ad-

quiescet. Et cum in his se mutuo salutassent, abierunt cum pace, data ab Episcopo Abbati Maximo quadam pecuniæ quantitate, & tunica, & casula, quæ fuerant sibi transmissa. Et tunicam quidem statim eademque hora tulit Bizyensis Episcopus. Ast in Regio non solum quantitatem sibi pecuniæ datæ, verumetiam & aliud quodcumque ex beneficentia quorundam habere videbatur, una cum reliquis ejus vilibus rebus ac vestibus abstulerant.

Postquam vero abierunt prædicti viri sexto Idus Septembrias præsentis quintædecimæ indictionis, exivit rursus Paulus Consul in Bizyen, ad Abbatem Maximum jussionem ferens continentem secundum hanc formam. „Jubemus gloriæ tuæ ire Bizyeo, & adducere Maximum Monachum cum honore multo atque blanditie, tam propter senectam & infirmitatem, quam eo quod sit a progenitoribus noster, fueritque illis honorabilis. Et ponite hunc in venerabili Monasterio sancti Theodori, quod rejacet juxta Regium, & venite, & nunciare nobis. & mittemus ad eum ex persona nostra patricios duos, qui debeant illi declarare quæ nobis placuerint, nos ex animo amantes, & a nobis amatos. & venite nunciaturi nobis adventum ejus. Igitur cum idem Consul adduxisset eum, & posuisset in jam nominato Monasterio, regressus est nuntiare.

Et in crastinum veniunt ad eum Epiphanius & Troilus Patricii, cum multo amictu & * phantasia: necnon & Theodosius Episcopus. & ascendunt ad eum in catechumenium Ecclesiæ ipsius Monasterii, factaque consueta salutatione sederunt, cogentes & ipsum sedere, & orsus habitum ad eum sermonem Troilus, dixit: Dominus orbis jussit nos venire ad te, & dicere vobis quæ visa sunt divinitus roborato imperio suo. Sed dic nobis primitus, si facias jussionem Imperatoris, an non? Maximus dixit: Domine audiam quid jusserit pium ejus imperium, & necessario respondebo. Nam ad id quod ignotum est mihi, qualem responsionem daturus sum? at vero Troilus perseverabat, asseverans, non potest esse ut dicamus aliquid, nisi primum dicas, utrum facias vel non facias jussionem Imperatoris. Et cum vidisset eos insistentes peramplius dilationi suæ, & amarius intuentes, ac asperius respondentes cum omnibus qui cum eis erant, & ipsis quoque dignitatibus sæcularibus elevatis, respondens Abba Maximus ait: Quia non patimini dicere servo vestro quæ placent domino & Imperatori nostro, ecce dico, audiente Deo, ac sanctis Angelis, & omnibus vobis, quoniam quicquid jusserit mihi super quacumque re cum

*pompa, sive ostentatione

A ἀλλήλους ἐπὶ τούτοις, ἀπῆλθον μετ' εἰρήνης, δεδωκότος τοῦ ἐπισκόπου τῷ Ἀββᾷ Μαξίμῳ πεμφθὲν αὐτῷ ποσὸν μικρὸν, καὶ στιχάριν καὶ κομάσιν. καὶ τὸ μὲν στιχάριν εὐθέως κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν Βιζύης ὁ ἐπίσκοπος. ἐν τῷ Ῥηγίῳ δὲ οὐ τὸ δοθὲν αὐτῷ ποσὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλο εἴ τι δήποτε ἐξ εὐποιΐας εἶχε, μετὰ τῶν λοιπῶν εὐτελῶν αὐτοῦ πραγμάτων καὶ ἐνδυμάτων, ὑφείλαντο.

Μετὰ δὲ τὸ ἀπελθεῖν τοὺς εἰρημένους ἄνδρας τῇ ἕκτῃ τοῦ σεπτεμβρίου μηνὸς τῆς παρούσης πεντεκαιδεκάτης ἰνδικτιῶνος, B ἐξῆλθεν αὖθις Παῦλος ὁ ὕπατος ἐν Βιζύῃ πρὸς τὸν Ἀββᾶν Μάξιμον, κέλευσιν ἐπιφερόμενος περιέχουσαν οὕτως. Κελεύομεν τῇ σῇ ἐνδοξότητι ἀπελθεῖν ἐν Βιζύῃ, καὶ ἀγαγεῖν Μάξιμον τὸν μοναχὸν μετὰ πολλῆς τιμῆς καὶ κολακείας, διά τε τὸ γῆρας καὶ τὴν ἀσθένειαν· καὶ τὸ εἶναι αὐτὸν προγονικὸν ἡμῶν, καὶ γενόμενον αὐτοῖς τίμιον. καὶ θέσθαι τοῦτον ἐν τῷ εὐαγεῖ μοναστηρίῳ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου, τῷ διακειμένῳ πλησίον τοῦ Ῥηγίου· καὶ ἐλθεῖν, καὶ μηνῦσαι ἡμῖν. C καὶ πέμπομεν ἐκ προσώπου ἡμῶν δύο πατρικίους, ὀφείλοντας διαλεχθῆναι τὰ παραστάντα ἡμῖν, φιλοῦντας ἡμᾶς ψυχικῶς, καὶ φιλουμένους παρ' ἡμῶν· καὶ ἐλθεῖν, καὶ ἀναγγεῖλαι ἡμῖν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. ἀγαγὼν οὖν ὁ αὐτὸς ὕπατος, καὶ θεὶς ἐν τῷ προειρημένῳ μοναστηρίῳ, ἀπῆλθεν ἀναγγεῖλαι.

Καὶ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ ἐξέρχονται πρὸς αὐτὸν Ἐπιφάνιος καὶ Τρώϊλος οἱ πατρίκιοι μετὰ πολλῆς περιβολῆς καὶ φαντασίας· καὶ Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος, καὶ D ἀνέρχονται πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ κατηχουμενίῳ τῆς ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς μονῆς· καὶ τοῦ συνήθους ἀσπασμοῦ γενομένου, ἐκάθισαν, βιασάμενοι καὶ αὐτὸν καθίσαι. καὶ ἀπαρξάμενος τοῦ πρὸς αὐτὸν λέγειν Τρώϊλος, εἶπεν, Ὁ δεσπότης ἡμῶν ἐκέλευσεν ἡμᾶς πρὸς σὲ γενέσθαι, καὶ λαλῆσαι ὑμῖν τὰ δόξαντα τῷ αὐτοῦ θεοστηρίκτῳ κράτει. ἀλλ' εἰπὲ ἡμῖν πρῶτον, ποιεῖς τὴν κέλευσιν τοῦ βασιλέως, ἢ οὐ ποιεῖς; Μάξιμος εἶπε. Δέσποτα, ἀκούσω τί ἐκέλευσε τὸ εὐσεβὲς αὐτοῦ κράτος, καὶ δεόντως ἀποκρίνομαι. ἐπεὶ πρὸς τὸ ἀγνοούμενον, E ποίαν ἔχω ἀπόκρισιν δοῦναι; Τρώϊλος ἐπέμενε λέγων, Οὐκ ἐνδέχεται ἵνα λέγομεν τί ποτε, ἐὰν μὴ πρῶτον εἴπῃς εἰ ποιεῖς, ἢ οὐ ποιεῖς τὴν κέλευσιν τοῦ βασιλέως. καὶ ὡς εἶδεν αὐτοὺς ἐνισταμένους, καὶ ἐπὶ τῇ ἀναβολῇ αὐτοῦ πικρότερον βλέποντας, καὶ τραχύτερον ἀποκρινομένους μετὰ πάντων τῶν συνόντων αὐτοῖς, καὶ τῶν ἀξιωμάτων κόσμοις ἐπηρμένων, ἀποκριθεὶς ὁ Ἀββᾶς Μάξιμος, εἶπεν. Ἐπὰν οὖν ἀνέχεσθε εἰπεῖν τῷ δούλῳ ὑμῶν τὰ παραστάντα τῷ δεσπότῃ ἡμῶν καὶ βασιλεῖ, ἰδοὺ λέγω ἀκούοντος τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων Ἀγγέλων, καὶ πάντων ὑμῶν, Ὅτιπερ εἴ τι δήποτε κελεύει μοι περὶ οἱουδήποτε πράγματος τῷ αἰῶνι

τῷ συγκαταλυομένου καὶ συμφθειρομένου, προθύμως ποιῶ. καὶ εὐθέως ἀναστὰς Τρώϊλος, εἶπεν, Εὔξασθέ μοι, ἐγὼ ὑπάγω. οὗτος γὰρ οὐδὲν ποιεῖ. καὶ πολλοῦ πάνυ γενομένου θορύβου, καὶ πολλῆς ταραχῆς καὶ συγχύσεως, εἶπεν αὐτοῖς Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος. Εἴπατε αὐτῷ τὴν ἀπόκρισιν, καὶ γνῶτε τί λέγει· ἐπεὶ δ' οὕτως ἐξελθεῖν μηδὲν εἰρηκότας καὶ μηδὲν ἀκούσαντας, οὐκ ἔστιν εὔλογον. τότε Ἐπιφάνιος ὁ πατρίκιος εἶπε, Τοῦτό σοι δηλοῖ δι' ἡμῶν ὁ βασιλεὺς, λέγων, Ἐπειδὴ πᾶσα ἡ δύσις, καὶ οἱ ἐν τῇ ἀνατολῇ διαστρέφοντες εἰς σὲ θεωροῦσι. καὶ ἅπαντες διὰ σὲ στασιάζουσι, μὴ θέλοντες συμβιβασθῆναι ἡμῖν διὰ τὴν πίστιν· κατανύξει σε ὁ Θεὸς κοινωνῆσαι ἡμῖν ἐπὶ τῷ παρ' ἡμῶν ἐκτεθέντι τύπῳ, καὶ ἐξερχόμεθα ἡμεῖς δι' ἑαυτῶν εἰς τὴν Χαλκῆν, καὶ ἀσπαζόμεθά σε, καὶ ὑποτιθέμεθα ὑμῖν τὴν χεῖρα ἡμῶν, καὶ μετὰ πάσης τιμῆς καὶ δόξης, εἰσάγομεν ὑμᾶς εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ μεθ' ἑαυτῶν ἱστῶμεν ἔνθα κατὰ συνήθειαν οἱ βασιλεῖς ἵστανται, καὶ ποιοῦμεν ἅμα τὴν σύναξιν, καὶ κοινωνοῦμεν ἅμα τῶν ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων τοῦ ζωοποιοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. καὶ ἀνακηρύττομέν σε πατέρα ἡμῶν. καὶ γίνεται χαρὰ οὐ μόνον τῇ φιλοχρίστῳ καὶ βασιλίδι ἡμῶν πόλει, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. οἴδαμεν γὰρ ἀσφαλῶς, ὅτι σοῦ κοινωνοῦντος τῷ ἁγίῳ τῶν ἐνταῦθα θρόνῳ, πάντες ἑνοῦνται ἡμῖν, οἱ διὰ σὲ καὶ τὴν διδασκαλίαν ἀποσχίσαντες τῆς κοινωνίας ἡμῶν.

Καὶ στραφεὶς πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὁ Ἀββᾶς Μάξιμος, μετὰ δακρύων εἶπεν αὐτῷ, Κύριε ὁ μέγας, ἡμέραν κρίσεως ἐκδεχόμεθα πάντες. οἶδας τὰ τυπωθέντα, καὶ δόξαντα ἐπὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων καὶ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς εἰκόνος τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ τῆς αὐτὸν τεκούσης παναγίας ἀειπαρθένου μητρός. καὶ βαλὼν κάτω τὸ πρόσωπον ὁ Ἐπίσκοπος, συγγονωτέρᾳ τῇ φωνῇ λέγει πρὸς αὐτὸν, Καὶ τί ἔχω ποιῆσαι ἐγὼ, ἐπὰν ἕτερόν τι παρέσῃ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ; καὶ φησὶ πρὸς αὐτὸν Μάξιμος, Καὶ διὰ τί ἥψω τῶν ἁγίων εὐαγγελίων, καὶ οἱ μετὰ σοῦ, οὐκ οὔσης ἐφ' ὑμῖν τῆς τῶν λαληθέντων ἐκβάσεως; ὄντως πᾶσα ἡ δύναμις τῶν οὐρανῶν οὐ πείθει με ποιῆσαι. τί γὰρ ἀπολογήσομαι, οὐ λέγω τῷ Θεῷ, ἀλλὰ τῷ ἐμῷ συνειδότι, ὅτι διὰ δόξαν ἀνθρώπων, τῷ κατ' αὐτὴν λόγῳ μηδεμίαν ἔχουσαν ὕπαρξιν, τὴν σώζουσαν τοὺς στέργοντας αὐτὴν πίστιν ἐξωμοσάμην;

Καὶ ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ ἀναστάντες, θυμοῦ στρατηγήσαντες πᾶσιν αὐτοῖς, τιλμοῖς καὶ ὠθισμοῖς καὶ σφαιρισμοῖς παρέλυσαν αὐτὸν, ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ὀνύχων καταπλύσαντες αὐτὸν πτύσμασιν· ὥσπερ, μέχρις ἂν ἐπλύθησαν ἅπερ ἐβίβλητο ἱμάτια, διεπνέετο ὁ βρέμος. καὶ ἀναστὰς ὁ Ἐπίσκοπος εἶπεν, Οὕτως

hoc sæculo destruenda & corrumpendæ, prompte faciam. Et confestim surgens Troilus dixit: Orate mihi, ego vadam. Hic enim nihil facit. Et multo vehementique facto tumultu, ac multa turbatione & confusione, dixit eis Theodosius Episcopus: Dicite illi responsa, & cognoscite quid fateatur. Nam sic regredi, nihilque dicere, & nihil audire, rationabile non est. Et tunc Epiphanius Patricius ait: Hoc tibi per nos significat Imperator, dicens, Quoniam totus Occidens, & qui in Oriente subversiones operantur, ad te spectant, & omnes propter te simultates exagitant, nolentes convenire nobiscum in causa fidei; Deus compungi te faciat, ut communices nobiscum in typo, qui expositus est a nobis, & exibimus per nos ipsos ad Chaiem, & osculabimur te, & supponemus vobis manum nostram, cumque omni honore ac gloria introducemus vos in magnam Ecclesiam. & cum nobis ipsis sistemus ubi ex more Imperatores stant, & faciemus pariter synaxim, & participabimur intemeratorum & vivificorum sacramentorum vivifici corporis & sanguinis Christi, & prædicabimus te denuo patrem nostrum, fietque gaudium non modo amatrici Christi & regiæ urbi nostræ, sed & in toto terrarum orbe. Scimus enim certissime, quod te commnnicante sancto huic throno, cuncti uniantur nobis, qui propter tuum tuamque magisterium, se a communione nostra sciderunt.

Et conversus ad Episcopum Abba Maximus cum lacrymis ait: Domine magne, diem judicii expectamus omnes, nosti quæ ordinata sunt & diffinita supra sancta Evangelia, & vivificam crucem, atque imaginem Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, & sanctissimæ quæ illum genuit semper Virginis matris. Et summisso deorsum vultu, Episcopus mitiori voce dicit ad eum: Et quid habeo facere, postquam aliud quid placuit? Et dixit ad eum Maximus Abba: Et quare tetigisti sancta Evangelia, & hi qui tecum erant, cum non sit in vobis eorum quæ dicta sunt exitus? Vere omnis cæli virtus hoc mihi facere minime persuaderet. Quam enim rationem redderem, ut non dicam Deo, conscientiæ, meæ quod si propter humanam gloriam, quæ secundum sui rationem nullam habet salvandi substantiam, fidem abnegarem ejus qui fovet eam?

Et in sermone isto surgentes omnes furore instabiles redditi, evulsionibus & impulsionibus atque deceptionibus debilitaverunt eum, a capite usque ad ungues sputis certatim madefacientes. Quorum usquequo lota sunt vestimenta, quibus circumamictus erat, fœtor longius exhalabat. Et surgens Episcopus dixit:

Non oportebat ita fieri, sed audire ab eo tantummodo responsionem, & ingredi, & nuntiare domino nostro bono. Canonicæ quippe res alio disponuntur modo. Et cum vix eis Episcopus ut quiescerent persuasisset, rursus sederunt: & denis millibus injuriis, & maledictionibus inexcogitabilibus dehonestantibus eum, cum furore multo & asperitate, dixit Epiphanius: Dic, malorum extreme, vorax civium, quasi nos & civitatem nostram, sed & Imperatorem hæreticos habeas, hæc prosecutus es verba? Vere plus quam tu Christiani sumus atque orthodoxi, & Dominum nostrum ac Deum confitemur habere & divinam voluntatem & humanam voluntatem, & animam intellectualem: & quia omnis intellectualis natura utique habet ex natura velle ac operari, quoniam vitæ propriam motus est, & intellectus proprium voluntas: & voluntatis ejus capacitatem novimus, non secundum deitatem tantum, sed & secundum humanitatem. Quin & duas ipsius voluntates & operationes non abnegamus.

Et respondens Abba Maximus dixit: Si ita creditis, quemadmodum intellectuales naturæ, ac Dei Ecclesia, quomodo me cogitis communicare in typo qui solam eorum habet divisionem quæ vos profitemini? Et dixit Epiphanius: Ob dispensationem factum est hoc, ne lædantur populi hujuscemodi subtilioribus vocibus. Et respondens Abba Maximus dixit: Econtra omnis homo sanctificatur per districtam fidei confessionem, non autem per divisionem quæ in typo est posita. Et dixit Troilus: Et in Palatio dixi tibi, quia non interemit, sed taceri jussit, ut pace fruamur omnes. Et respondens Abba Maximus dixit: Silentium verborum interemptio est verborum. Per Prophetam enim dicit Spiritus sanctus: *Non*

Psalm. 18. 3. *sunt loquelæ, neque sermones quorum non audiantur voces eorum.* Ergo sermo qui loquutione non prædicatur, nullatenus est. Et dixit Troilus: Habe in corde tuo ut vis, nemo te prohibet. Et dicit Abba Maximus: Sed non circumclusit Deus corde totam salutem, dicens, *Qui non confitetur*

Matt. 10. 32. *me coram hominibus, nec ego confitebor eum coram patre meo, qui est in cælis.* Et sacer Apostolus docet, di-

Rom. 10. 10. cens, *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Si ergo Deus, ac Dei Prophetæ, atque Apostoli, jubent confiteri mysterium Sanctorum vocibus, quod est magnum & horrendum, atque totius mundi salutare, non est opus quoquomodo taceri vocem id prædicantem, ut non imminuatur tacentium salus.

Et respondens asperiori verbo Epiphanius dixit, Subscripsisti in li-

A οὐκ ἔδει γενέσθαι, ἀλλ' ἀκοῦσαι μόνον παρ' αὐτοῦ τὴν ἀπόκρισιν, καὶ εἰσελθεῖν ἀναγγεῖλαι τῷ δεσπότῃ ἡμῶν τῷ ἀγαθῷ. τὰ γὰρ κανονικὰ πράγματα, ἑτέρῳ διοικοῦνται τρόπῳ, καὶ μόλις πείσας αὐτοὺς ὁ Ἐπίσκοπος ἡσυχάσαι, πάλιν ἐκάθισαν, καὶ μυρίαις ὕβρεσι καὶ ἀραῖς ἀνεπινοήτοις μωμώσαντες αὐτὸν, μετὰ θυμοῦ καὶ τραχύτητος εἶπεν Ἐπιφάνιος, Εἰπὲ, κακέσχατε φαγοπόλιν, ὡς αἱρετικοὺς ἔχων ἡμᾶς, καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν, καὶ τὸν βασιλέα, τούτους εἶπας τοὺς λόγους; ὄντως πλεῖόν

B σου Χριστιανοί ἐσμεν καὶ ὀρθόδοξοι· καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν ὁμολογοῦμεν ἔχειν καὶ θεϊκὴν θέλησιν καὶ ἀνθρωπίνην θέλησιν, καὶ νοερὰν ψυχήν· καὶ ὅτι πᾶσα νοερὰ φύσις, πάντως ἔχει τὸ θέλειν ἐκ φύσεως καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ἐπειδὴ ζωῆς ἴδιον ἡ κίνησις, καὶ νοὸς ἴδιον ἡ θέλησις. καὶ θελητικὸν αὐτὸν οἴδαμεν, οὐ θεότητι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπότητι. ἀλλὰ καὶ τὰς δύο θελήσεις αὐτοῦ καὶ ἐνεργείας οὐκ ἀρνούμεθα.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἀββᾶς Μάξιμος, εἶπεν, Ἐὰν

C οὕτω πιστεύετε, καθὼς αἱ νοεραὶ φύσεις, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία, πῶς με ἀναγκάζετε κοινωνῆσαι ἐπὶ τῷ τύπῳ, τῷ μόνην τούτων ἔχοντι ἀναίρεσιν; ΕΠΙΦ. Δι' οἰκονομίαν τοῦτο γέγονεν, ἵνα μὴ βλαβῶσιν οἱ λαοὶ ταῖς τοιαύταις λεπτομερέσι φωναῖς. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἀββᾶς Μάξιμος, εἶπε, Τοὐναντίον πᾶς ἄνθρωπος ἁγιάζεται διὰ τῆς ἀκριβοῦς ὁμολογίας τῆς πίστεως, οὐ μὴν διὰ τῆς ἀναιρέσεως, τῆς ἐν τῷ τύπῳ κειμένης. καὶ εἶπε Τρώϊλος, Καὶ ἐν τῷ παλατίῳ εἶπόν σοι, ὅτι οὐκ ἀνεῖλεν, ἀλλὰ κατασιγασθῆναι ἐκέλευσεν, ἵνα εἰρηνεύσωμεν πάντες

D καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἀββᾶς Μάξιμος. εἶπεν, Ἡ σιγὴ τῶν λόγων, ἀναίρεσις τῶν λόγων ἐστί. διὰ γὰρ τοῦ Προφήτου λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. οὐκοῦν ὁ μὴ λαλούμενος λόγος, οὐδὲ λόγος ἐστι. καὶ εἶπε Τρώϊλος, Ἔχε ἐν καρδίᾳ σου, ὡς θέλεις· οὐδείς σε κωλύει. ὁ Ἀββᾶς Μάξιμος εἶπεν, Ἀλλ' οὐ περιώρισεν ὁ Θεὸς τῇ καρδίᾳ τὴν ὅλην σωτηρίαν, εἰπών, Ὁ ὁμολογῶν με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος διδάσκει,

E λέγων, Καρδίᾳ μὲν πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην· στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. εἰ οὖν ὁ Θεὸς, καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ Προφῆται καὶ Ἀπόστολοι κελεύουσιν ὁμολογεῖσθαι τὸ μυστήριον φωναῖς ἁγίων, τὸ μέγα καὶ φρικτὸν, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου σωτήριον, οὐκ ἔστι χρεία οἱῳδήποτε τρόπῳ κατασιγασθῆναι τὴν τοῦτο κηρύττουσαν φωνὴν, ἵνα μὴ μειωθῇ τῶν σιγώντων ἡ σωτηρία.

Καὶ ἀποκριθεὶς τραχυτάτῳ λόγῳ Ἐπιφάνιος, εἶπεν, Ὑπέγραψας ἐν τῷ λιβέλλῳ; καὶ εἶπεν ὁ

A Αββᾶς Μάξιμος, Ναὶ, ὑπέγραψα. Καὶ πῶς ἐτόλμησας, εἶπον, ὑπογράψαι, καὶ ἀναθεματίσαι τοὺς ὁμολογοῦντας καὶ πιστεύοντας ὡς αἱ νοεραὶ φύσεις, καὶ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία; ὄντως τῇ ἐμῇ κρίσει εἰσάγομέν σε εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἱστῶμεν εἰς τὸν φόρον δεδεμένον, καὶ τοὺς μιμοὺς καὶ τὰς μιμάδας, καὶ τὰς προϊσταμένας πόρνας, καὶ πάντα τὸν λαὸν φέρομεν, ἵνα ἕκαστος καὶ ἑκάστη καὶ ῥαπίσῃ καὶ ἐμπτύσῃ τὸ πρόσωπόν σου. πρὸς ταῦτα ἀποκριθεὶς ὁ Αββᾶς Μάξιμος, εἶπεν, Ὡς εἴπατε, γένηται, ἐὰν τοὺς ὁμολογοῦντας δύο φύσεις ἐξ ὧν ὁ Κύριός ἐστι, καὶ τὰς κατάλληλας αὐτῶν δύο φυσικὰς θελήσεις καὶ ἐνεργεί- B ας, Θεῷ φύσει δι' ἀλήθειαν ὄντι καὶ ἀνθρώπῳ, ἀνεθεματίσαμεν. ἀνάγνωθι, δέσποτα, τὰ πεπραγμένα, καὶ τὸν λίβελλον, καὶ ἐὰν ὡς εἴπατε εὕρητε, ποιήσατε ὅπερ βούλεσθε. ἐγὼ γὰρ, καὶ οἱ σύνδουλοί μου ὅσοι ὑπέγραψαν, τοὺς κατὰ τὸν Ἄρειον καὶ Ἀπολινάριον μίαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν λέγοντας, ἀνεθεματίσαμεν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν καθ' ἑκάτερον τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶ, φύσει νοερόν· καὶ διὰ τοῦτο C κατ' ἄμφω θελητικὸν καὶ ἐνεργητικὸν τῆς ἡμῶν σωτηρίας. καὶ λέγουσιν, Ἐὰν τούτῳ συνεπαχθῶμεν, οὐ τρώγομεν, οὐ πίομεν ἀλλ' ἀναστῶμεν, καὶ ἀριστήσωμεν, καὶ εἰσέλθωμεν. εἴπωμεν ἃ ἠκούσαμεν. οὗτος γὰρ πέπρακεν ἑαυτὸν τῷ σατανᾷ. καὶ ἀναστάντες ἠρίστησαν· καὶ εἰσῆλθον μετ' ὀργῆς τῇ παραμονῇ τῆς ὑψώσεως τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ.

Καὶ τῇ ἑξῆς ἕωθεν ἐξῆλθε Θεοδόσιος ὁ ὕπατος πρὸς τὸν προειρημένον Αββᾶν Μάξιμον, καὶ ἀφεῖλε πάντα ὅσα εἶχεν, εἰπὼν αὐτῷ ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως, Ὅτι οὐκ ἠθέλησας τιμὴν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπὸ σοῦ. καὶ ὕπαγε ὅπου ἑαυτὸν ἄξιον D ἔκρινας εἶναι, ἔχων τὸ κρίμα τῶν μαθητῶν σου, τοῦ τε ἐν Μεσημβρίᾳ, καὶ τοῦ ἐν Περβέροις, τοῦ γεναμένου νοταρίου τῆς μακαρίας ἡμῶν μάμμης. εἶπον δὲ καὶ οἱ πατρίκιοι, τουτέστι Τρώϊλος καὶ Ἐπιφάνιος εἰρηκότες, Ὅτι πάντως φέρομεν καὶ τοὺς δύο μαθητάς, τόν τε ἐν Μεσημβρίᾳ καὶ τὸν ἐν Περβέροις, καὶ δοκιμάζομεν καὶ αὐτοὺς, καὶ βλέπομεν καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἔκβασιν. πλὴν ἴσθι εἰδὼς κύρι Αββᾶ, ὅτι μικρὰν ἄνεσιν ἐὰν λάβωμεν ἐκ τῆς συγχύσεως τῶν ἐθνῶν, ἁρμόσασθαι ὑμῖν ἔχομεν μὰ τὴν ἁγίαν E Τριάδα, καὶ τὸν Πάπαν τὸν νῦν ἐπαιρόμενον*, καὶ πάντας τοὺς ἐκεῖσε λαλοῦντας, καὶ τοὺς λοιπούς σου μαθητάς· καὶ πάντας ὑμᾶς χωνεύομεν ἕκαστον ἐν τῷ ἐπιτηδείῳ αὐτοῦ τόπῳ, ὡς ἐχωνεύθη Μαρτῖνος· καὶ λαβὼν αὐτὸν ὁ ῥηθεὶς ὕπατος Θεοδόσιος, παρέδωκεν αὐτὸν στρατιώταις, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἕως Σαλεμβρίας.

Καὶ ἔμειναν ἐκεῖ δύο ἡμέρας, ἕως οὗ ἀπῆλθεν εἰς τὸ φοσσάτον ὁ εἷς τῶν στρατιω-

* Interpres legit ἐπαιρόμενοι. rectius ut videtur.

A bello ? Et dixit Abba Maximus : Etiam, subscripsi. Et quomodo, inquit, ausus es subscribere, & anathematizare confitentes atque credentes sicut intellectuales naturæ, & Ecclesia Catholica ? Vere judicio meo introducimus te in urbem, & sistemus te in foro vinctum, & mimos ac minas, & prostitutas meretrices, & omnem plebem adducemus, ut unusquisque ac unaquæque & alapis cædat, & conspuat in faciem tuam. Et ad hæc respondens Abba Maximus, ait : Sicut dixistis fiat, si confitentes duas naturales voluntates & operationes ei qui B est Deus natura in veritate simul & homo, anathematizavimus. Lege, domine, gestorum seriem ac libellum : & si ut dixistis inveneritis, facite quod vultis. Ego enim, & conservi mei, & quotquot subscripserunt, eos qui secundum Arrium & Apolinarium unam voluntatem & unam operationem dicunt, anathematizavimus, & non qui confitentur Dominum nostrum & Deum in utrisque ex quibus, in quibus, & quæ est natura intellectualem, & ideo secundum utram- C que cum voluntate ac operatione nostræ salutis. Et dicunt : Si cum hoc conferimus, neque manducabimus, neque bibemus. Sed surgamus & prandeamus, & ingrediamur, atque dicamus quæ audivimus. Iste quippe venundavit se satanæ. Et cum surrexissent, pranderunt. Et ingressi sunt cum ira, vigilia Exaltationis pretiosæ ac vivificæ Crucis.

Et in crastinum diluculo exivit Theodosius Consul ad prædictum Abbatem Maximum, & abstulit ab eo quicquid habebat, dicens ei ex persona Imperatoris : Quia noluisti honorem, prolongatus est a te, & vade ubi dignum temetipsum fore D judicasti, habens quoque judicium discipulorum tuorum, tam scilicet ejus qui est Mesembriæ, quam ejus qui est Perberis, quique fuit notarius beatæ memoriæ aviæ nostræ. Dixerant autem & Patricii, Troilus videlicet & Epiphanius, quia modis omnibus adducemus etiam ambos discipulos tuos, id est tam eum qui est Mesembriæ, quam illum qui est Perberis, & probabimus etiam ipsos, ac videbimus & ipsorum quoque proventum. Verumtamen ut scias, domine Abba, quoniam si saltem modicam requiem sumpserimus a con- E fusione gentium, conjungi vobis habemus per sanctam Trinitatem, & Papam qui nunc est tollemus, & omnes ibidem loquentes, & reliquos discipulos tuos, & omnes vos conflabimus, unumquemque in apto sibi loco, ut conflatus est Martinus. Et sumptum eum jam dictus Theodosius Consul militibus tradidit. & duxerunt eum usque Salambriam.

Et manserunt ibidem per duos dies, quousque perrexit ad castra

unus ex militibus, & dixit cuncto exercitui, quia Monachus qui blasphemat Dei genitricem huc venit. Hoc autem egerunt, ut commoverent exercitum adversus prædictum Maximum Abbatem, quasi blasphemaverit Dei genitricem. Et post duos dies rediens miles ille, tulit eum in castra, & compunctus divinitus Prætor, imo loci servator Prætoris, misit ad eum primores bandorum, Presbyterosque ac Diaconos & reverendos signorum custodes. Quos cum intuitus esset jam nominatus Abba Maximus advenisse, surrexit, & [a] misit metanœam: & miserunt & illi vice reciproca, & sederunt, jubentes & ipsi sedere. Et quidam valde senex honorabilis dixit ad eum cum reverentia: Pater, quoniam scandalizaverunt nos quidam in sanctimoniam tuam, quod non dicas Dei genitricem Dominam nostram sanctissimam Virginem, adjuro te per sanctam & consubstantialem Trinitatem, quo veritatem dicas nobis, & detergas a corde nostro scandalum hoc, ne lædamur injuste scandalizati. Et missa metanœa surrexit, & extensis in cœlum manibus cum lacrymis dixit: Qui non dicit dominam nostram superlaudabilem, sanctissimam, intemeratam, & omni naturæ intellectuali venerandam, naturalem veraciter matrem Dei effectam, qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, sit anathema, & cathathema a Patre, & Filio, & Spiritu sancto, consubstantiali & supersubstantiali Trinitate, ac omni supercælesti virtute, atque a choro sanctorum Apostolorum, Prophetarum, & infinita plebe sanctorum Martyrum, omnique spiritu in justitia consummato, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen. Et flentes omnes oraverunt ei dicentes: Deus confortet te, pater, & dignum te faciat absque offensa hunc perficere cursum. Et his dictis, congregati sunt multi milites auscultaturi multa bona verba quæ movebantur. Et cum contemplatus esset quidam domesticorum Prætoris, quod multus coacervaretur & ædificaretur exercitus, ac reprehenderet quæ fiebant, quid suspicatus Deus scit, præcepit eum rapi & emitti extra castra duobus milibus, donec collectionem fecissent, & venissent qui deberent ducere illum Perberis. Verum Clerici divina moti dilectione pedites duobus illis millariis abierunt, & venerunt, & salutaverunt eum, & oraverunt illi, & manibus suis gestantes imposuerunt eum supra jumentum, & reversi sunt cum pace ad loca sua, & ipse adductus est Perberis in custodiam, qua continuis vexationibus tenebatur.

A τῶν, καὶ εἶπον ὅλῳ τῷ στρατῷ, Ὅτι ὁ μοναχὸς βλασ-
φημῶν τὴν Θεοτόκον ὧδε ἔρχεται, ἵνα κινήσωσι τὸν
στρατὸν κατὰ τοῦ ῥηθέντος Ἀββᾶ Μαξίμου, ὡς βλασφη-
μοῦντος τὴν Θεοτόκον. καὶ μετὰ δύο ἡμέρας ἐπανελθὼν
ὁ στρατιώτης, ἔλαβεν αὐτὸν ἐν τῷ φοσσάτῳ, καὶ κατα-
νυγεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ὁ στρατηγὸς, ἤγουν ὁ τοποτηρητὴς
τοῦ στρατηγοῦ, ἔπεμψεν ἐγγὺς αὐτοῦ τοὺς προβεβηκότας
τῶν βάνδων· πρεσβυτέρους τε καὶ διακόνους, καὶ τοὺς εὐ-
λαβεῖς σιγνοφύλακας· οὓς ἰδὼν παραγινομένους ὁ ῥη-
B θεὶς Ἀββᾶς Μάξιμος, ἐγερθεὶς ἔβαλε μετάνοιαν.
καὶ ἀντέβαλον κἀκεῖνοι, καὶ ἐκάθισαν, κελεύσαντες καὶ
αὐτῷ καθίσαι. καὶ τις πάνυ γέρων τίμιος εἶπε πρὸς
αὐτὸν μετὰ πολλῆς τῆς εὐλαβείας, Πάτερ, ἐπειδὴ
ἐσκανδάλισαν ἡμᾶς τινὲς εἰς τὴν σὴν ἁγιωσύνην, ὡς
οὐ λέγεις Θεοτόκον τὴν δέσποιναν ἡμῶν τὴν παναγίαν
παρθένον, ὁρκίζω σε κατὰ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ
ζωοποιοῦ Τριάδος, εἰπεῖν ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν, καὶ
ἀποτρίψασθαι τῶν καρδιῶν ἡμῶν τοῦτο τὸ σκάνδαλον,
ἵνα μὴ βλαπτώμεθα ἀδίκως σκανδαλιζόμενοι. καὶ
βαλὼν μετάνοιαν, ἀνέστη, καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας εἰς
τὸν οὐρανὸν μετὰ δακρύων εἶπεν, Ὁ μὴ λέγων τὴν
C δέσποιναν ἡμῶν τὴν πανύμνητον καὶ παναγίαν ἄχραν-
τον, καὶ πάσῃ τῇ φύσει τῇ νοερᾷ σεπτὴν, φυσικὴν
ἀληθῶς μητέρα τοῦ Θεοῦ γενομένην, τοῦ ποιήσαντος τὸν
οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ
ἐν αὐτοῖς, ἔστω ἀνάθεμα καὶ κατάθεμα ἀπὸ τοῦ Πα-
τρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῆς ὁμου-
σίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος, καὶ πάσης ἐπουρανίου
δυνάμεως· καὶ τοῦ χοροῦ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ
Προφητῶν, καὶ τοῦ ἀπείρου δήμου τῶν Μαρτύρων·
καὶ παντὸς πνεύματος ἐν δικαιοσύνῃ τετελειωμένου,
νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀ-
D μήν. καὶ κλαύσαντες ηὔξαντο αὐτῷ, λέγοντες, Ὁ
Θεὸς ἐνδυναμώσει σε, πάτερ, καὶ ἀξιώσει σε ἀ-
προσκόπως τελειῶσαι τὸν δρόμον τοῦτον. καὶ τούτων
εἰρημένων, ἠθροίσθησαν πολλοὶ στρατιῶται, πολ-
λῶν καλῶν κινηθέντων λόγων ἀκροώμενοι· καὶ θεω-
ρήσας τίς τῶν δομεστίκων τοῦ στρατηγοῦ, ὅτι πολὺς
ἐπισωρεύεται στρατὸς, καὶ οἰκοδομεῖται, καὶ κατα-
γινώσκει τῶν εἰς αὐτὸν γινομένων, τί ὑπονοήσας ὁ
Θεὸς οἶδεν, ἐπέτρεψεν ἀνάρπαστον αὐτὸν γενέσθαι,
καὶ βληθῆναι ἀπὸ δύο μιλίων τοῦ φοσσάτου, ἕως ἂν
E τὴν σύναξιν ποιήσωσι, καὶ ἔλθωσιν οἱ ὀφείλοντες ἀ-
παγαγεῖν αὐτὸν ἐν Περβέροις. πλὴν ἀτιθείᾳ ἀγά-
πῃ νικώμενοι * οἱ κληρικοὶ, ἐπέζευσαν τὰ δύο μί- * Legit interpres. κινούμενοι.
λια, καὶ ἦλθον, καὶ ἠσπάσαντο αὐτὸν, καὶ ηὔξαν-
το αὐτῷ. καὶ χερσὶν ἰδίαις βαστάσαντες αὐτὸν, ἔ-
θηκαν ἐπὶ τὸ κτῆνος, καὶ ὑπέστρεψαν μετ' εἰρήνης εἰς
τοὺς τόπους αὐτῶν, καὶ αὐτὸς ἀπηνέχθη ἐν Περ-
βέροις, ἐν τῇ συνεχούσῃ αὐτὸν φρουρᾷ.

[a] *Misit metanœam*) Μετάνοιαν ἔβαλε. Sic & supra pag. 359. e. item pag. 365. b. ex Synodi VII. act. IV. *ἀνέστησαν πάντες μετὰ χαρᾶς καὶ δακρύων, καὶ ἔβαλον μετάνοιαν*. Græcis illius ævi *μετάνοια*, *inclinatio corporis*, sive *genuflexio*, nempe quod in pœnitentiam ejusmodi genuflexiones imponerentur.

Καὶ τοῦτο δὲ ἰστέον, ὅτι ἐν τῷ Ῥηγίῳ ἀποτεινόμενος Τρώϊλος πρὸς τὸν Ἀββᾶν Μάξιμον, εἶπεν, ὡς ὁ Κωνσιλάριος Ἰωάννης ἔγραψεν αὐτῷ περὶ συμβάσεως προστεθείσης αὐτοῖς, ἢ τοῦτο γενέσθαι τέως, ἡ τῶν σῶν μαθητῶν ἀταξία διεκώλυσε. οἶμαι δέ, ὅτι οὐκ ἔγραψεν ὁ εἰρημένος Κωνσιλάριος Ἰωάννης πρὸς τὸν Τρώϊλον, ἀλλὰ πρὸς Μηνᾶν τὸν μοναχόν. κἀκεῖνος εἶπε τοῖς τοῦ παλατίου.

Καὶ μετὰ ταῦτα ἤγαγον αὐτοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐποίησαν κατ' αὐτῶν πρᾶξιν, καὶ μετὰ τὸ ἀναθεματίσαι καὶ ἀνασκάψαι αὐτοὺς τὸν ἐν ἁγίοις Μάξιμον, καὶ τὸν μακάριον Ἀναστάσιον τὸν μαθητὴν αὐτοῦ· τόντε ἁγιώτατον Πάπαν Μαρτῖνον, καὶ τὸν ἅγιον Σωφρόνιον τὸν Πατριάρχην Ἱεροσολύμων, καὶ πάντας τοὺς ὀρθοδόξους καὶ σύμφρονας αὐτῶν, ἤγαγον καὶ τὸν ἄλλον μακάριον Ἀναστάσιον, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἀναθέματι καὶ ὕβρεσι χρησάμενοι καὶ ἐπ' αὐτόν, παρέδωκαν τοῖς ἄρχουσιν, εἰπόντες οὕτως· Σὺ μὲν οὖν Ἀναστάσιε, τὸ φαιὸν τῆς πανδήμου τῆς ἀναθηματίσεως τῆς ἀρᾶς ἐνδυσάμενος περιβόλαιον, ἀπαλλάξαντος τῆς κανονικῆς ἀκροάσεως, πρὸς ἣν ἠρετίσω στάσιν τῆς γεέννης, ἀποφερόμενος, συνούσης ἡμῖν τῆς εὐκλεοῦς καὶ πάντα συνδιατιθούσης τιμίας τε καὶ ἱερᾶς συγκλήτου, παραχρῆμα τὴν μεθ' ἡμᾶς παραληψομένης κρίσιν, καὶ τὰ τοῖς πολιτικοῖς δοκοῦντα νόμοις ἐπὶ σοὶ διαπραξομένης, ὡς αὐτοὶ δοκιμάσειαν, τῶν τηλικούτων σου βλασφημιῶν ἕνεκα καὶ τυραννίδων. ψῆφος γὰρ κατ' αὐτῶν τῆς παρούσης συνόδου, καὶ συνεργείᾳ τοῦ παντοδυνάμου Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ ἡμῶν Θεοῦ κανονικῶς ψηφισαμένης τὰ δέοντα καθ' ὑμῶν, Μάξιμε, Ἀναστάσιε καὶ Ἀναστάσιε, ἐπεὶ τὸ λοιπὸν ὑπῆρχε πρὸς τὰ παρ' ὑμῶν λεχθέντα τε δυσσεβῶς καὶ πραχθέντα, ταῖς αὐστηραῖς τῶν νόμων καθυποβληθῆναι ποιναῖς. εἰ καὶ ἀξία ποινὴ τῶν τοιούτων ὑμῶν πλημμελημάτων καὶ βλασφημιῶν οὐχ ὕπεστι, τῷ δικαίῳ ὑμᾶς περὶ τῆς μείζονος καταλιπόντες κριτῇ, ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ ἐν τούτῳ τὴν τῶν νόμων κενοῦντες ἀκρίβειαν, κερδανάντων ὑμῶν τὸ ζῆν, ψηφιζόμεθα ὑμῖν, τὸν παρόντα ἡμῖν πανεύφημον ἔπαρχον, αὐτίκα παραλαμβάνοντα ὑμᾶς ἐν τῷ κατ' αὐτὸν πολυαρχικῷ πραιτωρίῳ· καὶ νεύροις τὰ μετάφρενα τύπτοντα, (Μάξιμον καὶ Ἀνάστασιον καὶ Ἀναστάσιον, τὸ ὄργανον τῆς ὑμῶν Μαξίμου καὶ Ἀναστασίου καὶ Ἀναστασίου) ἀκολασίας, τουτέστι τὴν βλάσφημον ὑμῶν γλῶσσαν, ἔνδοθεν ἐκτεμεῖν. εἶτα δὲ, καὶ τὴν διακονήσασαν τῷ βλασφήμῳ ὑμῶν λογισμῷ σκαιοτάτην δεξιάν, σιδήρῳ διατεμεῖν, περιαχθησομένων ἅμα στερήσει τῶν αὐτῶν βδελυκτῶν μορίων, τὰ δύο καὶ δέκα τμήματα ταύτης τῆς

A Et hoc quoque sciendum, quia in Regio prætendebat Troilus ad Abbatem Maximum dicens, quod Consiliarius JOANNES scripserit sibi de accidentibus quibusdam, quæ sibi consulerent, ac placerent: licet hoc fieri interim discipulorum tuorum inordinatio prohibuerit. Æstimo autem quod non scripserit jam dictus Consiliarius Joannes ad Troilum, sed ad Mennam Monachum, & ille deinceps id dixerit Palatinis.

* Exinde adductis illis Constantinopolim, adversumque eos actione habita, ac cum anathematizassent
B essentque execrati sanctum Maximum, ejusque discipulum beatum Anastasium, nec non sanctissimum Papam Martinum, sanctumque Sophronium Patriarcham Jerosolymitanum, ac omnes Orthodoxos; quotquot denique ejusdem ac illi sententiæ essent; alterum quoque beatum Anastasium adduxerunt, iisdemque in eum diris ac contumeliis usi, tradiderunt Judicibus, ita dicentes. Sane igitur, tu, Anastasi, pullum populi universi maledictionis dirarumque indutus amictum, canonica liberatus auditione eaque
C extrusus, ad eam, quam delegisti deveharis gehennæ stationem ac sedem; qui nobiscum est, parique consilio cuncta moderatur, prænobili sacroque Senatu, statim a nobis judicium arrepturo, ac quæ civilibus constituta legibus sunt, prout visum illi fuerit, justa in te animadversione facturo, ob tantas tuas illas blasphemias rebellisque animi molitiones. Adversus hæc enim sententiam tulit præsens Synodus: cumque illa, omnipotentis Christi veri Dei nostri ope, quæ par erat, adversum Vos, Maxime, Anastasi Anastasique, de-
D creto sanxerit, superque reliquum ad ea, quæ a Vobis impie dicta gestaque sunt, ut severioribus legum pœnis subjiciamini (quanquam idcirco quod nulla ejusmodi pœna suppetit, quæ delictis vestris, ac blasphemiis condigna videri possit, justo vos Judici, qui majora sit inflicturus, permittimus) in præsenti sæculo, ceu in lucri partem, vitæ Vobis usura concessa, hacque ipsa lenitate tantisper vacuata accurata legum disciplina ac districtione, SANCIMUS, ut statim assumptis, qui nobis præsto est, Clarissimus Præfectus, in
E suum amplissimi dominatus Prætorium, Maximo ac utrique Anastasio, coram flagris dorsa cædat, vestræque Maximi amborumque Anastasiorum procacitatis organum (vestram scilicet blasphemam linguam) ab imo intus abscindat; cumque etiam, quæ blasphemæ vestræ rationi mentique ministravit, dexteram ferro auferat: ac, ubi sic execrandis membris mutilos pariter circumducens, Urbis Augustæ regiones duo-

* *Hæc Anastasius non dedit, nec vero pertinent ad Collationem: tamen, quia conjuncta sunt, adjicimus ex edit. Combefis. operum S. Maximi.*

decim totas læstraverit, sempiterno exilio, jugique præterea custodiæ tradat: ut deinceps', ac quandiu vitu superstes erit, blasphemiæ plenos errores vestros logeatis, versu scilicet in vestra capita, quam in nos maledictionem dirasque excogitastis. Talis itaque Præfectus, ulisque excruciatis tormentis, membra amputuvit: totaque urbe propudiosa circonductione traducens, Lazicem relegavit.

A κυρίας τῶν πόλεων περινοςεύσας, ἀειφυγίᾳ τε καὶ φυλακῇ πρὸ ἐπὶ τούτοις διηνεκεῖ παραδοῦναι ὑμᾶς, πρὸς δὲ μετέπειτα ὑμᾶς, καὶ εἰς τὸν ἅπαντα τῆς ζωῆς ὑμῶν χρόνον, τὰ οἰκεῖα οἰμώζειν βλάσφημα σφάλματα, τῆς ἐπινοηθείσης καθ' ἡμῶν ἀρᾶς, περιτραπείσης τῇ ὑμῶν κεφαλῇ. παραλαβὼν οὖν αὐτοὺς ὁ ἔπαρχος, καὶ κολάσας, ἔτεμε τὰ μέλη αὐτῶν· καὶ περιαγαγὼν ὅλην τὴν πόλιν ἐξώρισεν αὐτοὺς ἐν Λαζικῇ.

* Hæc Anastasius aut ipse addidit, aut ex alterius Græcis Latina fecit.

* Gloria tibi, unigenite Deus, Verbum Patris, & une consubstantialis Trinitatis, qui eos qui propter te cum te pelluntur & patiuntur, verbo & opere consortas, & sapientes facis in Spiritu sancto. Eos vero qui tui, & revera proprie semper virginis matris tuæ inimici, & veritatis calumniatores sunt, semper confundis.

B Gloria tibi, Trinitas sancta, increata, sempiterna, sine initio, infinita, inconvertibilis, & supersubstanrialis, ac impartibilis, Deus noster. Gloria tibi, gloria tibi, gloria tibi, eadem & sola beata Trinitas, spes & salus universorum qui in orthodoxa fide adorunt te, & serviunt tibi in veritate usque in finem. Sola inremerata & sanctissima, proprie natura sine mendacio ac veraciter Dei mater, & post partum iterum vere virgo casta, juva.

ANASTASII PRESBYTERI ET APOCRISIARII ROMÆ EPISTOLA

AD THEODOSIUM PRESBYTERUM GANGRENSEM.

EXemplar propriæ scriptionis Epistolæ sancti Patris nostri ac doctoris Anastasii Presbyteri & Apocrisiarii magni nominis senioris Romæ, novi scilicet Confessoris, vel quod magis fatendum est, multum certatoris & Martyris veritatis, scriptæ una cum subjacentibus testimoniis sacris, & syllogismis, quæ abscisa est ejus sancta dextera manu, admirabili prorsus ingenio, immo divina virtute & gratia, postquam passus est ipse & patres qui cum eo fuerunt in misero Byzantio, propter verbum tantummodo veritatis, & quod noluissent, vel etiam, ut verius dicatur, non potuissent eis communicare in tam publica ipsorum perfidia, & manifesta impietate, secundum sanctum & magnum in Theologia Gregorium *, qui in sermone suo, quem in se fecit, & adversus Arrianos affatur, „Quasdam dimisimus bestias sanctorum corporibus, quod quidam inhumanitatem „publicaverint, unum accusantes tantum, ne impietati cederent, nec communione pollueentur: „quam ut venenum serpentis fugientes, non corpus lædentem, sed profunda quæque animæ offuscantem. Missa præterea est a tertio exilio, id est Lazico, ad Theodosium Presbyterum Gangrensem, & Monachum in sancta Christi nostri civitate constitutum.

* Orat. 25. pag. 433.

SUPERSCRIPTIO.

Domino meo per omnia Sanctissimo Deo honorabili Patri spiritali ac magistro Theodosio presbytero, Anastasius exiguus misericordia Dei Presbyter & Monachus servus servorum Dei.

Prov. 10. 7. MEmoriam justorum cum laudibus divinitus inspiratum nobis facere jubet Proverbium. Ego igitur exiguus memoriam justorum illorum, & præcipue Maximi revera magisti, (hoc enim Maximus nomen insinuat) sermone meo in præsentiarum facere volens, & digne illius virtutem atque scientiam, sicut & pro Christo Deo gestum martyrium ejus laudare minime valens, hoc solum significare per hanc Epistolam Deo honorabilibus vobis consideravi, quod & ipsi maxime nosse, prout didici, desiderastis, id est, quando beati illi in Domino dormierint. Notum igitur facio vobis, pluribus ex his quæ hic nobis illata sunt malis, silentio, ob multitudinem eorum, & sermonis fastidium, necnon & tempus incongruum, traditis: quod cum venissemus ad amicorum Christi regionem Lazorum sexto Idus Junias quintæ indictionis, statim separaverunt nos ab invicem præceptione illius, qui tunc præesse his qui illic erant forte meruerat, diripientes omnia usque ad unam acum & filum, quæcumque ad necessarias utilitates tam ex vobis quam ex aliis Christi amicis adquisieramus. & sacratissimum quidem illum virum dominum aio Maximum Abbatem, neque in subjugali, neque in vehiculo sedere valentem,

A pro eo quod in infirmitate positus esset, cum plectentes virgulas ex eis quasi lectulum texuissent, bajulantes detulerunt, & incluserunt in castro Schemari vocitato, juxta gentem eorum, qui dicuntur Alani. dominum vero Anastasium Abbatem, & me peccatorem super equos impositos duxerunt; & incluserunt, illum quidem in castro Scotori dicto Apsiliæ, quæ est prope Abasgiam, me autem in altero castro, cujus nomen Buculus erat, regionis quæ Mesimiana vocabatur, in jam dictorum confinibus Alanorum. quod videlicet castrum iidem Alani captum nunc retinere noscuntur. Dein post paucos dies, sumptis tam me quam beato Anastasio a prædictis castris, illum quidem miserunt B ad castrum nuncupatum Suanias, cum jam semivivus esset, tam ex multitudine tormentorum ac verberum, quæ in Byzantio sustinuimus, quam ex necessitatibus atque augustiis, quæ hic sunt nobis illata. Unde & in medio viæ, ut quidam aiunt; ut autem alii asserunt, mox ac retrusus est in castro Suaniæ, ad quod destinatus fuerat, obiit. Argumentor igitur, quod circa undecimo vel nono Kalendas Augustas dormierit in Domino. Quintodecimo namque Kalendarum Augustarum deducti sumus utrique, per jussionem tunc Principis, in id quod dicebatur Mucurisin, præsentandi in medio amici Christi exercitus, cum ille jam ut prætulimus, semivivus existeret. & ex tunc eum ul- C tra non vidi. Continuo quippe destinaverunt ipsum quidem, ut dictum est, in castrum Suaniæ, me autem in castrum quod dicitur Thacyria juxta Hiberiam. Hinc igitur conjicio, quod circa undecimo Kalendas, vel nono Kalendas Augustas quintæ indictionis in Domino, sicut dictum est, obdormierit. Porro, Christi Dei martyr, domnus videlicet Abba Maximus, cum esset custodiæ mancipatus in castro superius memorato, divina sibi facta visione, advocavit quosdam ex his qui erant in castro & dixit ad eos. Tertiodecimo die Augusti mensis hujus instantis quintædecimæ * indictione, feria septima assumet me dominus. quod & factum est. Igi- D tur tertiodecimo die prædicti Augusti mensis præteritæ quintæ indictionis secundum divinum ejus vaticinium, feria septima, præsentibus derelictis, perrexit ad Dominum. Porro, & aliud miraculum, quod divinitus in sancto ejus monumento efficitur, quodque usque in præsens, qui castrum illud, & ejus circa regionem inhabitant, intuentur & prædicant, & ad quosdam etiam Principum atque magnatum pervenit, dignum est & vobis quoque sanctissimis, & per vos omnibus qui ibidem sunt sancti, per literas fieri manifestum, in gloriam & laudem Dei, qui facit mirabilia in sanctis suis, & glorificat memoriam eorum qui se orthodoxe ac sincere glorificant. Id est, tres lampades luciferæ per singulas noctes sanctum sancti illius Martyris Maximi monumentum illustrant. Hæc de memorabili hoc viro, beatoque Anastasio Deo ho-

* Quintæ dictæ, ut emendat Combefis.

norabilibus vobis, & per vos omni sanctæ Dei, quæ illic in recta fide degit, Ecclesiæ breviter annotavi: quatenus & vos his cognitis glorificetis Deum, qui est mirabilis in sanctis suis. Interea & quæ mihi peccatori & exiguo post hæc contigerunt, & in quibus sim, pati modo perpaucis manifestabo. Cum enim fecissem duos menses in castro prædictæ Thacyriæ in infirmitate rejacens, & pauxillum quid requiem fuissem adeptus, rursus misit me tunc Princeps ad partes Apsiliæ & Misimianæ, custodiæ mancipandum in castro Phustas. & ut absolute dicam, septem mensibus duxit & circumduxit me per omnes prædictas regiones nudum & discalciatum, & peditem, & frigore ac fame & siti depressum, volens profectu & me quoque ab hac detergere vita. Sed nescio quid super me humili prævidens Deus, qui omnia salubri providentia sua producit, usque nunc conservavit me in hac multarum tribulationum & miseriæ vita. Post aliquot itaque dies pellitur illinc prædictus Princeps. Deindeque succedens alius visus est compati. Inter quæ duxit me juxta domum suam receptum a jam memorato castro Phustensium. Et post annum ex diabolica operatione motus destinat me ad prædictum castrum. Sed Deus, qui remetitur his, qui aliis remetiuntur, eadem die qua me pepulit, pulsus est hinc, & efficitur profugus in Christi amatorum regione Abasgorum. Et consilio accepto a Christi amicis qui illic erant Principibus, magis compatiendi, quam me minimum persequendi, & orationem a me potius quam gemitum percipiendi, (ipsi quippe amici Christi principes Abasgiæ compatiuntur humili mihi, quanquam nescierint me) repromisit quidem illis, quod si exiret inde, & restitueretur in Principatu, omnia quæ forent ad solatium & refrigerium meum perficeret. Dein post paucos dies, nescio unde adjutus, egreditur quidem iterum, & recipit Principatum: nil tamen eorum quæ pollicitus est Deo, & crebro dictis Dei amicis Principibus, in opus perduxit. E contrario autem manibus nequam deductus virorum, repromissionum quidem oblitus est: tolli autem me a castro Phustensium, & maturius in Schemareos castrum mitti præcepit. Factum interea est, cum ducerent me in jam nominatum castrum, ut illa iterum pelleretur & esset profugus ubi & primum fuerat. Excitavit autem Deus spiritum suum in viro boni æmulatore, qui Dei habeat in se timorem pariter & amorem, & vere pheronyme * vigilantem secundum Deum possideat mentem, qui cum Deo nunc præest regioni, & Deum imitante condescensione seu compassione motus, reduxit me a via crebro dicti Schemareos castri, & constituit me quasi quinque signis * longius a divinitus custodienda domo sua, in loco Monachos veraciter condecente, præbens necessarias largissime corporis utilitates. Pro quibus omnibus Christus verus Deus, per intercessiones, quæ illum secundum carnem genuit, Dei genitricis semperque virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum protegat eum una cum amandis filiis suis, atque honorabili horum ac prorsus laudabili matre, ab omni caterva malignantium, & multitudine operantium iniquitatem, donans illis bonorum refectionem, ut semper omnem sufficientiam habentes, abundent in omne opus bonum, & statione faciat eos, quæ a dextris futura est, dignos, atque divinam illam & mitem vocem expertos, quæ dicet: *Venite benedicti patris mei, hereditate percipite præparatum vobis regnum ab origine mundi, quia hospes fui, & collegistis me.* & cetera, Amen. Obsecro autem sanctissimos vos eadem * pro ipsis postulare in sanctis orationibus vestris, & maxime cum in sanctis & colendis oraveritis. Digni quippe sunt, quibus hæc præstetis. Filii enim germani existunt sanctæ Christi Dei nostri Anastaseos. Denique Stephanum qui in sanctis est, filium videlicet beati Joannis Presbyteri, qui Cimiliarcha sanctissimæ illius Ecclesiæ fuit, venientem in hanc regionem, ut asserui, ad requisitionem humilitatis meæ, ipsi eum omni studio & gaudio susceperunt, & honoraverunt, & omnem * subvectionem ad requisitionem mei tribuerunt, tanquam homini profecto sanctæ Christi Dei nostri Anastaseos. Unde & subsidium eorum habens, invenit me sanctus ille Stephanus, cui faciat Dominus Deus misericordiam in illa die justus judex, sed & his qui miserunt eum, quoniam revera opus Evangelistæ fecit. Sicut enim equus spiritualis ascensorem habens, ipsum scilicet Deum, Deum, juxta Scripturam, quæ ait, *Ascendens super equos tuos, & equitatus tuus sanitas*, totam Lazicam, & Apsiliam, & Abasgiam discurrens, sine timore tam quæ veritatis, quam quæ subintroductæ novitatis erant, annuntiavit, ac multorum utilitatis atque salutis, & meæ ipsius quietis & consolationis causa viri est facta præsentia. & nequam nomen, quod veri apostatæ veritatis nobis imposuerunt, & tunc dissipatum est, & evidens multis veritas facta est. His itaque bonis hic proprio adventu correctis, nobilis ille vir Kalendis Januariis octavæ indictionis, quæ modo præteriit, apud Christi amicum Abasgiæ Principem dormivit in Domino. Cui omnes, qui hunc noverunt, ut functo, requiem exoptarunt. Quapropter oportebat quosdam ex vestratibus Dei amatoribus, & secundum scientiam zelum Dei habentibus, huc venire, & quæ veritatis & pro veritate sunt testificari, ut & orthodoxia magis convalesceret, & introducta novitas per amplius urgueretur. Sed & ego humilis consolatione ac refectione potirer, & venientes bonam a Christo Deo, pro quo etiam causa est, mercedem perciperent. & maxime cum usque ad Hiberiam illinc, ut didici, veniant, cujus rei gratia & huc minime veniunt. Obsecro igitur sanctissimos vos, si possibile fuerit, transmitti mihi per quemquam fidelem virum, ex his qui ad Hiberiam veniunt, codicem eorum quæ canonice gesta sunt a sancta & Apostolica Synodo, quæ per sacrum præceptionem * sancti Martyris & Apostolici ac summi Papæ Marrini, in seniore Roma est celebrata. quatinus multo magis sacra sanctorum Patrum dogmata, & quæ olim & nunc exortæ sunt hæreticorum abominationes, evidentiores hic positis efficiantur. Hoc enim tantummodo etiam inviti & nolentes faciunt bonum, qui Deum & nos injuste persequuntur; quia in diversa loca & regiones nos exulantes agunt, ut & sanctorum patrum orthodoxia, quam & nos prædicamus, per amplius * manifestetur, & propria cacodoxia in omni loco & regione publicetur & arguatur, secundum illum sancti Dionysii * Athenarum Episcopi & Martyris veritatis affatum, quod ait: *Novit Deus malum vel bonum, id est, ut bonum; & apud eum causæ malorum virtutes sunt benefacientes.* Bonum enim veraciter est, paternam quidem orthodoxiam, ut dixi, manifestare & confirmare, hæreticam vero cacodo-

* φερώνυμε: convenienter ipsi nomine Gregorii, quod idem est ac vigil. Sic de Euprepe pag. 399 a

* notis milliarium.

Matt. 25. 34.

* Combefisius legit subventionem.

2. Timoth. 4. 6.

Abac. 3. 8.

* Concil. Roman. Martini.

* de divinis nominibus.

xiam publicare ac redarguere, quam per exilia id, & alias eribulationes gignatur. Sic enim ab initio verbum quidem dilatatum est veritatis; porro impietatis minoratum disparuit; persecutionem & exilia, seu alia dira patientibus tam sanctis Prophetis, quam Apostolis, ceterisque magistris. Ergo si, ut flagitavi, a Deo compuncti sacrum Codicem misesitis, siquidem voluerint qui hunc portaturi sunt huc venire, ad famosissimum & Deo custodiendum Patricium, & cum Deo magistrum Gregorium sponte occurrant, suscipientes ad eum palam epistulam a laudabili Patricio & Prætore Hiberiæ. At vero, si fortassis huc usque venire noluerint, tribuant eum prædicto laudabili Prætori Hiberiæ, qui debeat illum mittere prælato domino nostro & amplissimo Patricio & cum Deo magistro Gregorio. Quatinus hoc facientes, percipiatis qui ex ipso profecerint bonam a Christo Deo nostro mercedem. Præterea misi ad præsens cum hac Epistola mea Deo honorabilibus vobis, & per vos sanctissimæ ac orthodoxæ quæ illic est Ecclesiæ, rotulam habentem testimonia ex dictis sancti Hippolyti Episcopi portus Romani, ac martyris Christi Dei nostri. quo & per ea nosse habeatis, quam concorditer cum aliis omnibus sanctis Patribus, & ardue duas Salvatoris nostri Jesu Christi prædicet naturas, & operationes; refellat autem eos, qui unam operationem & naturam unam divinitatis& humanitatis ejus dogmatizant: ut pote convertibilitatem simul & commixtionem, confusionemque ac divisionem utriusque ipsius naturæ annuntiantes. Quærite sane diligenter hujuscemodi sacrum Patris illius librum, secundum superscriptionem, quæ testimoniis præminent. Si enim inveneretis eum, multa & necessaria poteritis ex ipso legere testimonia super eisdem Salvatoris nostri naturis & operationibus. Hunc quippe librum Byzantii nobis, antequam passi fuissemus, delatum, cum hunc totum vellemus transcribere, subito juxta consuetudinem suam insistentes adversarii latronum more rapuerunt, & non valuimus ex ipso plus quam hæc octo testimonia tollere. Quod vero me in medio eorum quæ dicta sunt latuit, dicere non pigritabor. Hoc plane est. quia cum evangelizatus fuisset a sanctæ memoriæ domno Stephano de unitate atque concordia, quæ ibidem omnium per orthodoxam confessionem ad invicem & ad Deum effecta est, spirituali ac si coram Deo dico lætitia sum repletus, & gratificos hymnos pro tali ac tanto bono misericordi Deo licet peccator retuli, & referens non cessabo, petens hanc usque in finem immobilem conservari, ad benignissimæ misericordiæ suæ gloriam, & salutem nostram. Vosque Deo honorabiles, & omnes qui vobiscum sunt sanctos, ac per vos totam sanctam, quæ illic est, Dei Catholicam & Apostolicam saluto Ecclesiam: postulans mei peccatoris scilicet & vincti memoriam fieri in sanctis ad Deum directis orationibus vestris, in sanctis atque colendis locis: ac pretiosis mihique desiderandis syllabis * vestris fulciendo, ac me minimum consolando, atque orando, ut dignus efficiar visione vultus vestri, quamvis sit temerarium dictu, priusquam & ipse hanc miseram & multarum tribulationum vitam excedam.

* συλλαβαῖς epistolis.

SCHOLION.

Obiit autem & ipse sanctus Pater noster & martyr Anastasius, qui hanc scripsit Epistolam, die Dominico, hora tertia, quinto Idus Octobrias, cum in sancta Collecta diceret, Sancta sanctis, indictione decima.

PROLOGUS
SUBJACENTIUM
SACRORUM TESTIMONIORUM.

A Testimonia sacru, & divinitus inspirata, per quæ liquidins discimus, duas per unitionem inconfusum & indivisam sicut naturas, ita etiam & duas voluntates, uc duas operationes, aptas & congruentes nuturis, id est divinum & humanam, non inceptam & ineeptam, ut Dei simul & hominis unius & ejusdem Domini nostri Jesu Christi, corde credere ad justitiam, ore confiteri ad salutem. Non untem, sicut nothi, qui nothas nunc Ecclesias docentes & perturbantes, unam & nec unam, nec duas, & iterum unam & duas voluntates & operationes in eodem dogmatizant. Hoc enim super instabilitatem & absurditutem sensus eorum, qui hujusmodi dogmata exponunt, implum omnino & alienum immaculatæ fidei nostræ Christianorum B consistit. Eos enim, qui unam voinntutem & operationem, vel etium naturam unam Deitutis & humanitutis ejus dogmatiaant, inclyti institutores nostri & præceptorea repeliunt & detestantur. Hæreticorum quippa est hujuscemodi dogma, qui in confusione, & phantasia, & divisinne oberrant. Ergo & hi, qui nune unam tantum duarum Salvatoris nostri Christi nuturarum voluntatem, & operationem dogmutizunt, nunc cum illis, & secundum illos, supersubstantialis Theologiæ, ut in carne factæ dispen-

A sationis subvertunt & diffitentur mysterium? quaternitatem quidem personarum Trinitatem astruentes, ipsum vero unum ejusdem, id est Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum, juxta quod secundum nos factus est homo, inanimalem simul & irrutionalem, utque sine intellectu subscribentes, & conjecturam, & phantasiam, confusionemque ac divisionem utriusque naturæ ipsius introducentes. Hi vero, qui nec voluntutem aut operationem in eo confiteri volunt, inessentiulem & inexistentialem secundum utramque naturam ejus denunciant; & jam dictis hæreticis magis impios ipsi seipsos esse per propria dogmutu monstrant. Porro, hi qui unam & duus voluntates & operationes in incar- B nata ejus dispensatione supra novum fabulam & figmentum hujusmodi dogmatis dogmatizane, non solum orthodoxæ uc paternæ confessioni hæreticam opinionem, veluti aquam vino, secundum illud quod dicitur, miscentes simul prædicare volunt: sed & tres voluntates, & tres operationes, totidem ex necessitate etiam naturas, id est essentias, habentem eum inducunt, cum nec naturam esse sine operatione, nec rutsus operationem sine natura possibile sit. Habent enim se prædicta testimonia quemadmodum subinsertur.



A

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ἐπισκόπου Πόρτου, ἤγουν τοῦ λιμένος Ῥώμης, καὶ μάρτυρος τῆς ἀληθείας, ἐκ τοῦ κατὰ Βήρωνος καὶ Ἥλικος * τῶν αἱρετικῶν, περὶ θεολογίας καὶ σαρκώσεως κατὰ στοιχεῖον λόγου, οὗ ἡ ἀρχή, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος σαβαώθ ἀσιγήτῳ φωνῇ βοῶντα τὰ Σεραφὶμ τὸν Θεὸν δοξάζουσι,

*Ἑλικῶνος in Nicephori MS. Regio & in Colbertino.

B Ἀπειροδυνάμῳ γὰρ θελήσει τοῦ Θεοῦ καὶ γέγονε πάντα, καὶ σώζεται τὰ γινόμενα, κατὰ τοὺς ἑαυτῶν εὐκαίρως ἕκαστα συντηρούμενα λόγους, αὐτῷ τῷ κατὰ φύσιν ἀπειροδυνάμῳ Θεῷ, καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων· τῆς θείας αὐτοῦ θελήσεως, ἣ τὰ πάντα πεποίηκέ τε καὶ κινεῖ, τοῖς ἑαυτῶν ἕκαστα φυσικοῖς διεξαγόμενα νόμοις, ἀκινήτως συνδιαμενούσης. Τὸ γὰρ ἄπειρον κατ' οὐδένα τρόπον, ἢ λόγον, ἐπιδέχεται κίνησιν, οὐκ ἔχον ὅποι καὶ περὶ ὃ κινηθήσεται. Τροπὴ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἀπείρου, κινεῖσθαι μὴ πεφυκότος, ἡ κίνησις. Διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς ἀληθῶς γενόμενος C ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐνεργήσας τε καὶ παθὼν ἀνθρωπίνως ὅσα τῆς φύσεώς ἐστιν ἀναμάρτητα, καὶ φυσικῆς σαρκὸς περιγραφῆς ἀνασχόμενος δι' ἡμᾶς, τροπὴν οὐχ ὑπέμεινεν, * μεθ' ἣν παντελῶς ὃ ταυτόν ἐστι τῷ Πατρί, γενόμενος ταυτὸν τῇ σαρκὶ διὰ τὴν κένωσιν". ἀλλ' ὥσπερ ἦν δίχα σαρκός, πάσης ἔξω περιγραφῆς μεμένηκε· καὶ διὰ σαρκὸς θεϊκῶς ἐνεργήσας ἅπερ θεότητός ἐστιν. ἀμφότερα δεικνὺς ἑαυτόν, δι' ὧν ἀμφοτέρως, θεϊκῶς δή φημι καὶ ἀνθρωπίνως, D ἐνήργησε, κατ' αὐτὴν τὴν ὄντως ἀληθῆ καὶ φυσικὴν ὕπαρξιν· Θεὸν ἄπειρον ὁμοῦ καὶ περιγραπτὸν ἄνθρωπον ὄντα τε καὶ νοούμενον, τὴν οὐσίαν ἑκατέρου τελείως τελείαν ἔχοντα, μετὰ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας, ἤγουν φυσικῆς ἰδιότητος· ἐξ ὧν μένουσαν ἀεὶ κατὰ φύσιν δίχα τροπῆς τὴν αὐτῶν ἴσμεν διαφοράν. ἀλλ' οὐχ ὥς τινές φασι, κατὰ σύγκρισιν. ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν ἑαυτῷ κατὰ τὸ αὐτό, παρ' ὃ δεῖ, μείζονα καὶ μείονα λέγωμεν. E ὁμοφυῶν γάρ, οὐχ ἑτεροφυῶν, αἱ συγκρίσεις· Θεῷ δὲ ποιητῇ τῶν ὅλων ποιητόν, ἀπείρῳ περατόν, καὶ ἀπειρίᾳ πέρας, κατ' οὐδένα συγκρίνονται λόγον, ἀεὶ κατὰ πάντα φυσικῶς, ἀλλ' οὐ συγκριτικῶς, ἀλλήλων διαφέροντα. κἂν ἄρρητός τις καὶ ἄρρηκτος εἰς μίαν ὑπόστασιν ἀμφοτέρων γέγονεν ἕνωσις, πᾶσαν παντὸς γενητοῦ παντελῶς διαφεύγουσα γνῶσιν. τὸ γὰρ θεῖον, ὡς ἦν πρὸ σαρκώσεώς ἐστι, καὶ μετὰ σάρκωσιν, κατὰ φύσιν ἄπειρον, ἄληπτον, ἀπαθές, ἀσύγκριτον, ἀναλλοίωτον, ἄτρεπτον, αὐτοσθενές, καὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν, ὑφεστὼς οὐσιῶδες μόνον ἀπειροσθενὲς ἀγαθόν.

*in MS. Nicephori ἕνωσιν.

SANCTI HIPPOLYTI *Episcopi Portus Romani & Martyris Veritatis, ex sermone qui est per elementum de Theologia & Incarnatione contra Beronem & Heliconem Hæreticos, cujus initium est,* Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, *Dominus Sabaoth incessanti voce clamantes Seraphim Deum glorificant.*

IMMENSÆ quippe virtutis voluntate Dei & facta sunt omnia, & salvantur quæ facta sunt, secundum suas * ipsius oportune singula conservata rationes, ei qui est secundum naturam immensæ virtutis Deus & factor universorum, divina voluntate, quæ omnia fecit, ac movet, suis unaquæque naturalibus producta legibus, immobili permanente. Quod enim immensum est, nulla ratione vel modo recipit motum, non habens quo & circa quod moveatur. Vertibilitas enim ejus, qui est inexpers motionis, motus est. Propter quod secundum nos veraciter factum homo absque peccato Dei Verbum, operatumque ac patiens humanitus quæcumque naturæ sunt sine peccato, & naturalis carnis circumscriptionem propter nos sustinens, * nullam omnino propter exinanitionem vicissitudinem pertulit. Cui idipsum est patri factum, id ipsum carni. Sed sicut erat sine carne, omni etiam excepta circumscriptione permansit, & per carnem deifice operans quæ Deitatis sunt, utraque ostendens se per quæ dupliciter, divine scilicet & humane, operatum est secundum eandem, quæ veraciter vera est, & naturalis substantia; Deum immensum simul & circumscriptum hominem existentem & intellectum, utriusque perfecte perfectionem habentem, cum eadem operatione, id est naturali proprietate, ex quibus manentem semper secundum naturam sine convertibilitate earum differentiam scimus. Sed non sicut quidam aiunt, secundum comparationem, ne eundem sibi secundum ipsum præter quod oportet majorem ac minorem dicamus. Connaturalium quippe, & non eorum quæ alterius sunt naturæ, comparationes existunt. Deo enim factori omnium factorum, infinitoque finitivum, & infinitati finis secundum nullam comparatur rationem, cum semper & per omnia naturaliter ab invicem, sed non comparative differant. Quanquam ineffabilis quædam & indirumpibilis in unam subsistentiam utriusque facta sit unitas, omnem penitus omnis facti scientiam fugiens. Divinitas enim, ut erat ante incarnationem, est & post incarnationem, secundum naturam infinitam, incomprehensibilis, impassibilis, incomparabilis, inconvertibilis, per se potens, & ut totum dicamus, subsistens substantialis, sola infinitæ virtutis bonum.

* ipsorum.

* *Mutila ibi Anastasii versio est. Ita vertendum videtur:* nulla re omnino verbum, quod idem est cum Patre, factum est idem cum carne propter unionem.

Ejusdem, ex eodem Sermone. II.

Factus ergo veraciter secundum scripturas, non conversus universorum Deus homo sine peccato, ut novit ipse solus, cum sit artifex naturalis eorum quæ sunt supra sensum, in ipsa simul salutari incarnatione deitatis suæ coaptans carni operationem, non circumscriptam ea propter evacuationem, nec sicut ex deitate sua, ita & ex ipsa naturaliter cognitam *, sed in quibuscumque incarnatus deifice operatus est per ipsam declaratam. Non enim caro facta est per naturam deitas translata natura, facta videlicet secundum naturam deitatis caro, sed quod erat etiam deitati coaptata mansit, id est caro infirma, & passibilis natura & operatione, quemadmodum Salvator ait. *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma:* In qua operatus & passus quæ erant carnis absque peccato exinanitionem pro nobis indicavit * divinitatis, miraculis, & carnis passionibus naturaliter roboratam. Propter hoc enim factus est homo universorum Deus, ut carne quidem passibili patiens, totum nostrum morti venditum redimeret genus: impassibili vero deitate per carnem mirabiliter operans, ad immortalem illud & beatam reduceret vitam, de qua ceciderat diabolo parens. Atque sanctos intellectualium substantiarum cæli ordines ad inconvertibilitatem mysterio suæ stabiliret incorporationis. cujus opus omnium est in eum recapitulatio. Mansit ergo etiam incarnatus secundum naturam Deus superimmensus, sibi cognatam & convenientem habens operationem, ex Deitate quidem substantialiter natam, per sanctissimam vero carnem in miraculis dispensatorie declaratam. ut credatur Deus esse, per infirmam natura carnem per se operans universitatis salutem.

* natam.

Matt. 26. 41.

* probavit, persuasit,

A Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. β'.

Γέγονεν οὖν ἀληθῶς, κατὰ τὰς γραφὰς, μὴ τραπεὶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἄνθρωπος ἀναμάρτητος· ὡς οἶδεν αὐτὸς μόνος ὑπάρχων τεχνίτης φυσικὸς τῶν ὑπὲρ ἔννοιαν. κατ' αὐτὴν ἅμα τὴν σωτήριον σάρκωσιν, τῆς ἰδίας θεότητος ἐμποιήσας τῇ σαρκὶ τὴν ἐνέργειαν, οὐ περιγραφομένην αὐτῇ διὰ τὴν κένωσιν· οὐδ' ὥσπερ τῆς αὐτοῦ θεότητος, οὕτω καὶ αὐτῆς φυσικῶς ἐκφυομένην· ἀλλ' ἐν οἷς αὖ σαρκωθεὶς θεϊκῶς ἐνήργησε δι' αὐτῆς ἐκφαινομένην. οὐ γὰρ γέγονε φύσει θεότης, B μεταβληθεῖσα τὴν φύσιν, ἡ σὰρξ γενομένη τῇ φύσει θεότητος σάρξ· ἀλλ' ὅπερ ἦν, καὶ θεότητι συμφυεῖσα μεμένηκε τὴν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν· καθὼς εἶπεν ὁ Σωτήρ· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. καθ' ἣν ἐνεργήσας τε καὶ παθὼν ἅπερ ἦν ἀναμαρτήτου σαρκὸς, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἐπιστώσατο κένωσιν θεότητος, θαύμασι καὶ σαρκὸς παθήμασι φυσικῶς βεβαιουμένην. διὰ γὰρ τοῦτο γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἵνα σαρκὶ παθητῇ πάσχων, ἅπαν ἡμῶν τὸ τῷ θανάτῳ πραθὲν λυτρώσηται γένος· ἀπαθεῖ δὲ θεότητι διὰ σαρκὸς C θαυματουργῶν, πρὸς τὴν ἀκήρατον αὐτοῦ καὶ μακαρίαν ἐπαναγάγῃ ζωήν. καὶ τὰ κατ' οὐρανοὺς ἅγια τάγματα τῶν νοερῶν οὐσιῶν στομώσῃ πρὸς ἀτρεψίαν τῷ μυστηρίῳ τῆς αὐτοῦ σωματώσεως, ἧς ἔργον ἡ τῶν ὅλων ἐστὶν εἰς αὐτὸν ἀνακεφαλαίωσις. μεμένηκεν οὖν καὶ σαρκωθεὶς κατὰ τὴν φύσιν Θεὸς ὑπεράπειρος, τὴν ἑαυτῷ συγγενῆ καὶ κατάλληλον ἔχων ἐνέργειαν. τῆς μὲν θεότητος οὐσιωδῶς ἐκφυομένην· διὰ δὲ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς ἐν τοῖς θαύμασιν οἰκονομικῶς ἐκφαινομένην. ἵνα πιστευθῇ Θεὸς εἶναι, δι' ἀσθενοῦς φύσει σαρκὸς αὐτουργῶν τὴν τοῦ παντὸς σωτη- D ρίαν.

Ejusdem, ex eodem Sermone. III.

Etenim & mihi, ut paradigmate quod de Salvatore dictum est exprimam, naturalis sermo meus cognatus est & competens, cum sim rationalis & intellectualis anima, cujus secundum naturam est a se mobilis operatio ac prima virtus, semper mobilis sermo naturaliter ex ea profluens. quem verbis prolatum, & literis exaratum, lingua quidem organice eum oportet produco, & literis artificiose per indissimilia non existentem, & dissimilibus non fugientem ostendens eum subauditum. Non enim linguæ ac literarum naturalis sermo meus est; licet per eas ipsius faciamus pronunciationem: sed meus, qui secundum naturam loquor, & per utrasque illum ut meum pronuncio. Ab intellectuali quidem anima mea semper naturaliter dirivatum: per corporalem vero linguam meam orga-

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. γ'.

Κἀμοὶ γὰρ, ἵνα τρανώσω παραδείγματι τὸ περὶ Σωτῆρος λεχθὲν, ὁ φυσικός μου λόγος συγγενής ἐστι καὶ κατάλληλος ὄντι λογικῷ τε καὶ νοερῷ τὴν ψυχήν. ἧς κατὰ φύσιν ἐστὶν αὐτοκίνητος ἐνέργειά τε καὶ πρώτη δύναμις, ἀεικίνητος, ὁ λόγος φυσικῶς αὐτῆς πηγαζόμενος. ὃν ῥηματίσας τε καὶ γράμμασι χαράξας, γλώσσῃ μὲν ὀργανι- E κῶς, ὅτε χρὴ προφέρω, καὶ γράμμασι τεχνικῶς διὰ τῶν ἀνομοίων μὴ τραπέντα δεικνὺς αὐτὸν ὑπακουόμενον· οὐ γὰρ γλώσσης καὶ γραμμάτων ὁ φυσικός μου λόγος ἐστί· κἂν δι' αὐτῶν αὐτοῦ " ποιοῦμαι τὴν προφοράν. ἀλλ' ἐμοῦ τοῦ " κατὰ φύσιν λαλοῦντος, καὶ δι' ἀμφοῖν αὐτὸν ὡς ἐμὸν ἐκφωνοῦντος. τῆς μὲν νοερᾶς μου ψυχῆς φυσικῶς ἀεὶ πηγαζόμενον· διὰ δὲ τῆς σωματικῆς μου γλώσσης ὀργανικῶς, ὡς ἔφην,

" ποιοῦμεν.

A ὅτε χρὴ προφερόμενον. ª ὥσπερ οὖν ἐφ' ἡμῶν, ὅσον εἰκάσαι τὸ παντελῶς ἀνείκαστον, διὰ τῆς σωματικῆς ἡμῶν γλώσσης ἀτρέπτως ἡ κατὰ φύσιν τῆς ψυχῆς λογικὴ προφέρεται δύναμις. οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ὑπερφυοῦς τοῦ Θεοῦ σωματώσεως, διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, ἐν οἷς ἂν θεϊκῶς ἐνήργησε, δίχα τροπῆς ἡ παντοκρατορικὴ, καὶ τῶν ὅλων ποιητικὴ τῆς ὅλης θεότητος ἐνέργεια διεδείκνυται, πάσης ἐκτὸς κατὰ φύσιν περιγραφῆς διαμένουσα, κἂν διὰ σαρκὸς διέλαμψε φύσει ᵇ πεπερασμένης. οὐ B γὰρ πέφυκε περιγράφεσθαι κτιστῇ φύσει τὸ κατὰ φύσιν ἄκτιστον· κἂν συνέφυ αὐτῷ κατὰ σύλληψιν πάντα περιγράφουσαν νοῦν· οὔτε μὴν εἰς τ' αὐτὸν αὐτῷ φέρεσθαι φύσεώς ποτε καὶ φυσικῆς ἐνεργείας, ἕως ἂν ἑκάτερον τῆς ἰδίας ἐντὸς μένει φυσικῆς ἀτρεψίας. ὁμοφυῶν γὰρ μόνων ἡ ταυτουργός ἐστι κίνησις, σημαίνουσα τὴν οὐσίαν, ἧς φυσικὴ καθέστηκε δύναμις, ἑτεροφυοῦς οὐσίας εἶναι κατ' οὐδένα λόγον, ἢ γίνεσθαι C δίχα τροπῆς δυναμένην.

διεδείκνυτο.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. δ'.

Τὸ γὰρ μυστήριον τῆς θείας σαρκώσεως, Ἀποστόλοις τε, καὶ Προφήταις, καὶ Διδασκάλοις, διττὴν καὶ διαφορὰν ἔχον διέγνωσται τὴν ἐν πᾶσι φυσικὴν θεωρίαν· ἀνελλιποῦς ὑπάρχον θεότητος, καὶ πλήρους ἐνδεικτικὸν ἀνθρωπότητος ὄν. ἕως ἂν οὐχ εἷς κατὰ τὴν οὐσίαν γνωρίζεται Λόγος μιᾶς ἐνεργείας, οὐδέ- D ποτε καθ' ὁτιοῦν ἀμφοτέρων γνωσθήσεται κίνησις. ὁ γὰρ ἀεὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ὑπεραπείρῳ δυνάμει γενόμενος ὡς ἠθέλησεν ἄνθρωπος ἀναμάρτητος, ὅπερ ἦν ἐστι, μεθ' ὅσων νοεῖται Θεός· καὶ ὅπερ γέγονεν ἐστι μεθ' ὅσων νοεῖται, καὶ γνωρίζεσθαι πέφυκεν ἄνθρωπος. ἑαυτοῦ καθ' ἑκάτερον ἀεὶ μένων ἀνέκπτωτος, οἷς θεϊκῶς ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπίνως ἐνήργησε, τέλειον κατὰ τὸν ἑκατέρου λόγον σώζων ἑαυτὸν φυ- E σικῶς ἀναλλοίωτον.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. ε'.

Βῆρον γάρ τις ἔναγχος, μεθ' ἑτέρων τινῶν, τὴν Βαλεντίνου φαντασίαν ἀφέντες, χείρονι κακῷ κατεπάρησαν, λέγοντες, τὴν μὲν προσληφθεῖσαν τῷ Λόγῳ σάρκα γενέσθαι ταυτουργὸν τῇ θεότητι, διὰ τὴν πρόσληψιν· τὴν θεότητα δὲ γε-

A nice, ut dixi, cum oportet productum. Sicut ergo in nobis, quantum æstimare possumus quod modis omnibus est inæstimabile, per corporalem linguam nostram inconvertibiliter, quæ secundum naturam est animæ rationabilis producitur virtus. Ita & in gloriosa Dei incarnatione, per sanctissimam carnem suam in quibuscumque divine operaretur, sine convertibilitate omnipotentiva & cunctorum factiva, totius deitatis operatio monstrabatur, absque omni secundum naturam circumscriptione permanens, licet per carnem fulgeret natura circumfinita. Non B enim circumscribitur factitia natura quod secundum naturam factum non est, licet cooriatur ei per conceptionem omnem scosum circumscribentem: nec etiam in eodem ipso sibi natura differtur aliquando & naturalis operatio, donec utrumque intra propriam manet naturalem inconvertibilitatem. Connaturalium enim tantum per se operans est motus, manifestans substantiam, cujus naturalem constat esse virtutem: diversæ naturæ proprietatis substantia nulla ratione esse vel C fieri sine convertibilitate valente.

Ejusdem, ex eodem Sermone. IV.

Mysterium namque divinæ incarnationis Apostolis & Prophetis atque Doctoribus duplam ac diversam in omnibus habere naturalem theoriam dinoscitur, cum sit perfectæ deitatis & plenæ demonstrativum humanitatis. Quatum donec unum secundum substantiam non D cognitum fuerit verbum unius operationis, cum utriusque sit, nunquam aliquando cognoscetur motus. Cum enim semper secundum naturam existat Deus, superinfinita virtute factus, sicut voluit, homo sine peccato, quod erat est, cum quantis cognoscitur Deus: & quod factus est, est cum quantis esse cognoscitur homo. secundum utrumque suum semper permanens sine casu, quibus divine pariter & humane operatus est: perfectionem per E omnem utriusque rationem sibi naturaliter incommutabilem salvans.

Ejusdem, ex eodem Sermone. V.

Bero enim quidam nuper, & alii quidam, Valentini phantasia deserta, deteriori irretiti sunt pravitati, dicentes assumptam a Verbo carnem fuisse eadem quæ divinitas operata est operatam. divinitatem vero com-

ª a Ὥσπερ οὖν) Nicephorus Patriarcha C P. citat hunc locum in libro contra impugnatores imaginum, qui MS. extat in bibliotheca Regia & in Colbertina.

ᵇ b Πεπερασμένης.) Addit Nicephorus hanc annotationem: σημειωτέον ὅτι τὸ πεπερασμένης ταὐτόν ἐστι τῷ περιγεγραμμένης.

passibilem carni propter exinanitionem: convertibilitatem simul & commixtionem, seu confusionem, atque utriusque in invicem mutationem dogmatizantes. Si enim assumpta caro facta est cooperatrix, divinitati, liquet quod & natura Deus cum quotquot est intelligatur Deus: & si facta est exinanita compassibilis carni divinitas, liquet quod & natura caro cum quotquot est naturaliter esse intelligatur caro. Ea quippe quæ mutuo sunt cooperantia, & eadem operantia, & ejusdem originis, profecto & compassibilia naturæ non suscipientia differentiam, & naturis sibi confusis erit dualitas Christus, & personis separatis fiet quaternitas, quod est nimium fugiendum. & quomodo illis unus & idem ipse erit Deus natura simul & homo Christus? quam etiam secundum ipsos habebit essentiam mutatione divinitatis factus homo, & carnis translatione Deus? Casus enim in alteruteras, omnimoda est utrarumque peremptio. Inspiciatur itaque a nobis aliter sermo.

Ejusdem, ex eodem Sermone. VI.

Pium Christianis constitutum est dogma credentibus, secundum eandem naturam ac operationem, & omne aliud sibi conveniens, æqualem sibi & eundem ipsum esse Deum, nihil omnino eorum quæ sua sunt inæquale habentem & inconveniens. Si igitur secundum Beronem assumpta sibi caro ejusdem operationis effecta est, haud dubium quin & ejusdem facta est sibi naturæ, cum quotquot est natura, id est inprincipalitate, infactione, infinitate, sempiternitate, incomprehensibilitate, & quæcumque horum secundum magnitudinem Theologica amplissime in Deitate ratio contemplatur, & vicissitudinem utraque passa sunt neutro naturæ suæ substantialem rationem ultra salvandam habente. Qui enim eorum quæ alterius sunt naturæ sentit eandem operationem, confusionem simul naturalem, & divisionem eorum personalem introducit: incognita prorsus idiomatum commutatione naturali eorum facta existentia.

Ejusdem, ex eodem Sermone. VII.

Si vero ejusdem sibi non fuit naturæ, nec ejusdem sibi aliquando fiet naturalis operationis, ne appareat secundum naturam operationem inæqualem habere & inconvenientem, & suæ ipsius per omnia eorum quæ sua sunt naturalis extraneus factus æqualitatis & identitatis, quod est penitus impium.

νέσθαι ταυτοπαθῆ τῇ σαρκὶ, διὰ κένωσιν. τροπὴν ὁμοῦ, καὶ φύρσιν, καὶ σύγχυσιν, καὶ τὴν εἰς ἀλλήλας ἀμφοτέρων μεταβολὴν δογματίζοντες. εἰ γὰρ προσληφθεῖσα ἡ σὰρξ γέγονε ταυτεργὸς τῇ θεότητι, δηλονότι καὶ φύσει Θεὸς μεθ' ὅσων φυσικῶς νοεῖται Θεός. καὶ εἰ γέγονε κενωθεῖσα τῇ σαρκὶ ταυτοπαθὴς ἡ θεότης, δηλονότι καὶ φύσει σὰρξ, μεθ' ὅσων φυσικῶς γνωρίζεσθαι πέφυκε σάρξ. τὰ γὰρ ἀλλήλοις ὁμοεργῆ, καὶ ταυτεργὰ, καὶ ὁμόφυλα πάντως, καὶ ταυτοπαθῆ, διαφορὰν οὐκ ἐπιδέχεται φύσεως· καὶ φύσεων αὐτοῖς συγκεχυμένων ἔσται δυὰς ὁ Χριστὸς, καὶ προσώπων μεμερισμένων τετρὰς, τὸ φευκτότατον. καὶ πῶς αὐτοῖς εἷς καὶ ὁ αὐτὸς, Θεὸς ὁμοῦ φύσει καὶ ἄνθρωπος, ὁ Χριστός; ποίαν δὲ κατ' αὐτοὺς ἕξει τὴν ὕπαρξιν, μεταβολῇ θεότητος γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ σαρκὸς μεταποιήσει Θεός; ἡ γὰρ εἰς ἀλλήλας τούτων μετάπτωσις, παντελής ἐστιν ἀμφοτέρων ἀναίρεσις. σκοπείσθω δὴ πάλιν ἡμῖν ἑτέρως ὁ λόγος.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. ϛ'.

Εὐσεβὲς κεκύρωται δόγμα Χριστιανοῖς, κατ' αὐτήν τε φύσιν, καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ πᾶν ἕτερον αὐτῷ προσφυὲς, ἴσον ἑαυτῷ καὶ ταυτὸν εἶναι τὸν Θεόν· μηδὲν ἑαυτῷ τῶν ἑαυτοῦ παντελῶς ἄνισον ἔχοντα, καὶ ἀκατάλληλον. εἰ τοίνυν κατὰ Βήρωνα τῆς αὐτῆς αὐτῷ προσληφθεῖσα φυσικῆς ἐνεργείας γέγονεν ἡ σὰρξ, δηλονότι καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ γέγονε φύσεως μεθ' ὅσων ἡ φύσις, ἀναρχίας, ἀγεννησίας, ἀπειρίας, ἀϊδιότητος, ἀκαταληψίας, καὶ τῶν ὅσα τούτων καθ' ὑπεροχὴν ὁ θεολογικὸς ὑπερφυῶς ἐνορᾷ τῇ θεότητι λόγος· καὶ τροπὴν ἀμφότερα πέπονθεν, μηδετέρου τὸν τῆς ἰδίας φύσεως οὐσιώδη λόγον ἔτι σωζόμενον ἔχοντος. ὁ γὰρ ἑτεροφυῶν εἰδὼς ταυτουργίαν, σύγχυσιν ὁμοῦ φυσικὴν, καὶ διαίρεσιν αὐτῶν εἰσηγεῖται προσωπικήν· ἀδιαγνώστου παντελῶς τῇ τῶν ἰδιωμάτων μεταβολῇ τῆς φυσικῆς αὐτῶν γενομένης ὑπάρξεως.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. ζ.

Εἰ δὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ μὴ γέγονε φύσεως, οὐδὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ ποτὲ γενήσεται φυσικῆς ἐνεργείας. ἵνα μὲν δειχθῇ τῇ φύσει τὴν ἐνέργειαν ἄνισον ἔχων, καὶ ἀκατάλληλον. καὶ τῆς αὐτοῦ δι' ὅλων τῶν ἑαυτοῦ φυσικῆς ἔξω γεγονὼς ἰσότητος, καὶ ταυτότητος· ὅπερ ἀσεβές.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. ή.

A Εἰς ταύτην δὲ τὴν πλάνην κατηνέχθησαν, κακῶς πεισθέντες ἰδίαν γίνεσθαι τῆς σαρκὸς τὴν δι' αὐτῆς ἐκφανθεῖσαν ἐν τοῖς θαύμασι θείαν ἐνέργειαν· ᾗ τὸ πᾶν ὁ Χριστὸς οὐσιώσας καθ' ὃ νοεῖται Θεὸς συνέχει κρατούμενον. οὐ γὰρ ἔγνωσαν, ἀδυνάτον εἶναι θείας ἐνέργειαν φύσεως ἑτεροφανοῦς οὐσίας ἰδίωμα γίνεσθαι δίχα τροπῆς· οὐδὲ συνῆκαν, ὡς οὐ παντὸς ἴδιόν ἐστι σαρκὸς, τὸ δι' αὐτῆς μὲν ἐκφαινόμενον, οὐκ αὐτῆς δὲ φυ- B σικῶς ἐκφυόμενον, καὶ τοι σαφοῦς αὐτοῖς οὔσης, καὶ περιφανοῦς τῆς ἀποδείξεως· ἐγὼ γὰρ γλώσσῃ λαλῶν, καὶ χειρὶ γράφων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν δι' ἀμφοῖν τῆς νοερᾶς μου ψυχῆς ἐκφαίνω διάνοιαν, ἐνέργειαν αὐτῆς ὑπάρχουσαν φυσικὴν. μηδενὶ λόγῳ δείξας αὐτὴν γλώσσης, ἢ χειρὸς, φυσικῶς ἐκφυομένην. μήτε μὴν γινομένην αὐτῶν, ἢ λεγομένην διάνοιαν, ἀλλὰ τὴν δι' ἀμφοῖν αὐτῆς ἔκφανσιν. γλῶσσαν γὰρ, ἢ χεῖ- C ρα, διανοητικὴν συνετὸς οἶδεν οὐδείς· ὥσπερ οὐδὲ τὴν παναγίαν τοῦ Θεοῦ σάρκα, διὰ τὸ προσληφθῆναι, καὶ τὸ δι' αὐτῆς ἐκφανθῆναι τὴν θείαν ἐνέργειαν, γινομένην κατ' αὐτὸν φύσει δημιουργόν. ἀλλ' εὐσεβῶς ὁμολογεῖ πιστεύων, ὅτι διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ τὸ δῆσαι πρὸς ἀτρεψίας τὸ πᾶν, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ἐκ τῆς παναγίας ἀειπαρθένου Μαρίας, κατὰ σύλληψιν ἄχραντον, δίχα τροπῆς, ἐνουσιώσας ἑαυτῷ ψυχὴν νοερὰν μετὰ αἰσθητικοῦ σώ- D ματος, γέγονεν ἄνθρωπος φύσει κακίας ἀλλότριος, ὁ λόγος Θεὸς ὁ αὐτὸς· θεότητι μὲν τὰ θεῖα διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, οὐκ ὄντα φύσει τῆς σαρκὸς, ἐνεργῶν· ἀνθρωπότητι δὲ τὰ ἀνθρώπινα, οὐκ ὄντα φύσει θεότητος, αἰσχῇ πάσχων θεότητος· μηδὲν θεῖον γυμνὸν σώματος ἐνεργήσας· μηδὲ ἀνθρώπινον ὁ αὐτὸς ἄμοιρον δράσας θεότητος. τηρῶν ἑαυτῷ καὶ καθ' ὃν ἐνήργησεν ἀμφότερα καιροπρεπῆ τρόπον, τὸ κατ' ἄμφω φυσικῶς ἀναλλοίωτον· εἰς πίστωσιν τῆς ἑαυτοῦ τε- E λείας ἐνανθρωπήσεως, τῆς ὄντως ἀληθοῦς, καὶ μηδὲν ἐχούσης φαυλότητος. ὁ μὲν οὖν Βήρων, οὕτως ἔχων ὡς ἔφην, ἐνεργείας μονάδι τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα συγχέας ὁμοῦ φυσικῶς, καὶ προσωπικῶς μερίζων καταλύει τὸν βίον· ἀγνοήσας μόνης τῆς τῶν ἐμφυτῶν προσώπων ὁμοφυοῦς ταυτότητος τὴν ταυτουργίαν εἶναι δηλωτικήν.

Ejusdem, ex eodem Sermone. VIII.

In hunc autem errorem illati sunt male credentes propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est, qua totum Christus substantians secundam quod intelligitur Deus, tenet retentum. Non enim cognoverant, impossibile esse divinæ operationem naturæ, alterius naturæ substantiæ idioma fieri absque convertibilitate. neque intellexerunt, quod non utique proprium sit carnis, quod per eam quidem ostensum est, non ex ea naturaliter ortum. præsertim cum claræ sit eis & manifestæ probationis. Ego enim lingua loquens & manu scribens, unam & eandem per utramque intellectualis animæ meæ profero cogitationem. operationem ejus existentem naturalem nulla ratione ostendens eam lingua vel manu naturaliter ortam, sed nec effectam earum vel dictam cogitationem propter ejus ex utraque manifestationem. Linguam enim vel manum cogitativam sapienter novit nemo: sicut nec sanctissimam Dei carnem, pro eo quod assumpta sit, & per eam divina sit operatio clara effecta, secundam naturam conditricem. Sed pie confitetur credens, quia propter salutem nostram, & ut ad inconversibilitatem ligaret universitatem, universorum conditor ex sanctissima semper Virgine Maria per conceptionem inviolabilem sine conversibilitate substantiave sibimet animam intellectualem cum sensivo corpore natura factus est homo malitiæ alienus: totus Deus ipse, totus homo idem ipse, totus Deus pariter natura & homo idem ipse. deitate quidem divina per suam ipsius sanctissimam carnem non existentia natura carnis operans: humanitate vero humana non existentia natura deitatis. Nil divinum nudum corpore operatur, nil humanum idem ipse privatum divinitate gerens, servans sibimet modum secundum utrumque immutabilem, per quem operatus est utraque decenti more, ad approbationem perfectæ ac veræ, nihilque habentis pravitatis inhumanationis suæ. Itaque Bero quidem sic se habens, ut dixi, operationis monade deitatem Christi & humanitatem naturaliter simul confundens, & partiens personaliter, dissolvit vitam. Ignorans solius contra naturalium personarum connaturalis identitatis eandem ipsam operationem esse significativam.

SYLLOGISMI
DE SUPPOSITIS DIVINITUS
SAPIENTIBUS TESTIMONIIS,
& aliis, ejusdem S. Anastasii.

Ecce nunc & sacratissimus hic & magnus Doctor, veritatisque testis fidelis, concorditer cum aliis omnibus sanctis catholicæ Dei ac Apostolicæ institutoribus Ecclesiæ, duas secundum unitionem inconfusam & impartibilem quemadmodum naturas, ita etiam duas voluntates & duas operationes congruentes & convenientes naturis, divinam ut dictum est & humanam, increatam & creatam, non incœptam & cœptam, tanquam Dei simul & hominis unius & ejusdem Domini nostri Jesu Christi, magna voce confitetur ac prædicat, & confiteri nobis sine prævaricatione jubet. Difficillimum autem esse, ac modis omnibus impossibile diffinit, ut unam voluntatem & operationem, aut naturam unam deitatis & humanitatis ejus confiteantur hi, qui pie vivere volunt. Propter quod & tale quid in eo dogmatizantes, tanquam impios & alienos immaculatæ nostræ Christianorum fidei abicit & condemnat, nosque hoc facere protestatur. De duabus enim Salvatoris nostri Christi naturis & operationibus, ut breviter pauca ex sacris illius eloquiis expediam, hæc evidenter affatur. Utraque " ostendens super quæ dupliciter, divine scilicet & humana, operatum est secundum eandem quæ veraciter vera est & naturalis substantia. Deum immensum simul & circumscriptum hominem existentem & intellectum, substantiam utriusque perfecte perfectam habentem cum operatione sua, id est naturali proprietate. & rursus. Non enim facta est natura Deitas transmutata natura caro, facta natura divinitatis caro: sed quod erat etiam deitati coaptata mansit caro, infirma & passibilis natura & operatione, sicut ait Salvator, *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma*. & iterum. Per quam operatus & patiens quæ erant carnis sine peccato, pro nobis indicavit exinanitionem deitatis miraculis & carnis passionibus naturaliter roboratam. & iterum. Mysterium divinæ incarnationis Apostolis & Prophetis atque Doctoribus duplam & diversam habere dinoscitur naturalem in omnibus theosiam, indiminutæ deitatis existens, & plenæ demonstrativum humanitatis. & iterum. Quibus divine pariter & humane operatus est, perfectionem, per omnem utriusque rationem, sibi naturaliter incommutabilem salvans. & iterum. Nil divinum nudum corpore operatus, nil humanum idem ipse privatum dignitate

Matt. 26. 41.

A gerens: servans sibimet modum secundum utrumque immotabilem, per quem operatus est utraque decenti more, ad approbationem perfectæ ac veræ nihilque habentis pravitatis inhumanationis suæ. De his vero, qui unam deitatis & humanitati ejus operationem, & naturam unam dogmatizant, dicit: Non enim circumscribitur factitia natura id quod per naturam factum non est, licet cooriatur ei per conceptionem, omnem circumscribentem sensum: nec etiam in eodem ipso sibi naturæ differtur aliquando & naturalis operatio, donec utrumque intra propriam manet naturalem inconversibilitatem. & item. Connaturalium quippe tantum est eadem ipsa operans motus, essentiam indicans, cujus naturalem constat esse virtutem, alterius naturæ proprietate substantiæ secundum nul-
B lam rationem esse vel fieri sine conversibilitate valente. Item. Ea quippe, quæ mutuo sunt cooperantia, & eadem operantia, & ejusdem originis, profecto & compassibilia naturæ non suscipientia differentiam, & naturis sibi confusis erit dualitas Christus, & personis separatis fiet quaternitas, quod est nimium fugiendum. & iterum. Si igitur secundum Beronem assumpta sibi caro ejusdem operationis effecta est, haud dubium quin & ejusdem facta est sibi naturæ, cum quotquot est natura, id est inprincipalitate, infactione, infinitate, sempiternitate, incomprehensibilitate; & quæcumque horum secundum magnitudinem Theologica amplissime in deitate ratio contemplatur. & vicissitudinem utraque passa sunt, neutro naturæ suæ substantialem rationem ultra salvandam habente.
C & rursus. Qui enim eorum, quæ ulterius sunt naturæ eandem ipsam sentit operationem, confusionem pariter naturalem, & divisionem eorum inducit personalem, incognita prorsus idiomatum translatione naturali eorum facta essentia. Item. Si vero ejusdem sibi non fuit naturæ, neque ejusdem sibi fiet naturalis operationis. & iterum. In eundem autem errorem illati sunt, male credentes propriam factam carnis divinam operationem, quæ in miraculis per ipsam apparuit, qua totum Christus substantians secundum quod intelligitur Deus continet retentum. & iterum. Non enim cognoverunt impossibile esse divinæ operationem naturæ idioma fieri sine convertibilitate. & iterum. Quarum donec unum secundum substantiam cognoscatur verbum unius operationis, nunquam ali-
D quando eo quod utriusque sit cognoscetur motus. & iterum. Itaque Bero quidem sic se habens ut dixi operationis unalitate Deitatem Christi & humanitatem simul confundens naturaliter, & partiens personaliter, dissolvit vitam, ignorans solius connaturalium personarum connaturalis identitatis eandem ipsam operationem esse significativam.

His igitur ita & ab hoc quoque sacratissimo & magno Doctore ac martyre veritatis, (id ipsum autem est, si dicamus a sanctissimo, qui in eo loquitur, Spiritu) manifestius dictis, diligenter intendant qui volunt, & maxime qui communicant his, qui novitates nunc operati sunt: & sciant certissime, quia qui duas Salvatoris nostri Christi voluntates naturales, & operationes denegant & abiciunt, & impiam ac alienam Christianici dogmatis tam sacram & orthodoxam confessionem appellant, unamque deitatis & humanitatis ejus voluntatem & operationem dogma-

tizant, cot qai taliter ſibi conſone non confitentur anathematizantes, liqnido, & ebſqua ullo tegente velamiua ſanctos Prophetas, & Apoſtolos, atqne Doctores; vel etiam ut varius dicatur ſauctiſſimnm Spiritum, qui in illis locutos eſt, quinimo & loquitar, anethematizant, & ab eo per illos traditam nobis ſacram & orthodoxam conſeſſionem ebnegant & abieiunt, atque impiam & alieuam a Chriſtianico dogmate eſſe aſſeverant, & æque ut prædictas hæreticus, quin potius nt omnes ſimul profani hæretici, qui in conſuſioue ac phantaſie & diviſione decepti ſunt, ſolum ſaperſuhſtantialis Theologiæ ac incaroatæ diſpenſationis non abnegant & ſubvertunt myſterium. quaternitetem quidem perſonarum ſanctam confiteutes Trinitatem: at B vero unum hujus, id eſt Dominnm noſtrum Jeſum Chriſtum, inanimatum, & ſiue intellectu ac ſiue ratione, ſecnndum quod propter nos factus eſt homo, introducentes, & convertibilitatem ſimul & conſperſionem ac matabilitatem, conſuſiouemque ac phantaſiam & diviſionem utriuſqne naturæ ipſias pronnuciantes, & puri per hoc hominis, vel prodigii cujuſdam matrem ſanctam ſemper virginem ac Dei genitricem Mariam ſcribentes. Deinde vero haue, quæ videlicet in eo ab illis dogmatizata eſt, unam voluntatem & nnam operationem reſpuentes, & neque unam, neque duas, id eſt divinam C & humanam voluntatem vel operationem in eo, vel quandam ex omnibus confiteri volentes, non ſolum inſtabiles & tergiverſatores, ſed & hæreticis, qui in conſuſione ac phantaſia & diviſione erraverunt, magis impios ipſi ſeipſos propriis verhis & dngmatibus monſtrant. Nam illi quidem vel unam, iſti vero nec unam volautatem vel operationem eum habere volunt, ac per hoc inſuhſtantialem illum & ineſſeatialem, minus enim eſt dicere ſine voluntate, ac impotem *, ſecundom utraſque naturas pronnnciant. cum juxta ſactasdiſſinitiones & rationes corruptiu, id eſt interemptio & iuexiſteutia naturæ, naturaliam habitudinum & operationum atque virtntum inſirmi- D tas & deſectus exiſtat. & quod univerſalirer voluntate naturali ac ſubſtantiali operatione privatur, neqae eſt, neque aliquid eſt, neqae eſt quævis ejas eſſentia. Et non ipſum tantum, ſed & Patrem, & Spiritam ſauctum, inſubſtantivum aſtruunt & inexiſtentem. Ejuſdem enim utriſque illis ſubſtautiæ, id eſt deitatis, & voluntatis, ac operationis Salvator exiſtit, ſecundum quod eſt & dicitur natura Deus; ita ut ſubſequenter & Dominam noſtram vere ſanctiſſimam ſuper omnes Sanctos venerandam ſcilicet & laudandam, ut proprie ac non ſalleciter, veraciter Dei genitricem ſemperque virginem, non proprie ac veraciter matrem Dei deſcri- E baut, ſed ejas qui nullomodo ſecnndam ipſos exiſtit. Et iſti quidem talibus ac tanris impietatibus capti, per ſua * ipſias dogmata pinpalantur. Hi vero, qui ſimul cum dnabus voluutatihus & operatinnibus, quæ ſanctis catholicæ inſtirutoribas Eccleſiæ pie in Salvatore noſtro Chriſto dicuutur, aliam unam neſcio unde fingentes confiteri volunt, & anathemarizant eos, qai non conſone ſibi unam & duas, id eſt tres voluntates & operationes in eo confitentur. nihilominus & iſti ſanctos Prophetas & Apoſtolos ac Doctores, quin & ſuper hos, qui in ipſis locutus eſt, immo & nunc per eos affatar, ſanctiſſimnm Spiritum anathematizant, & traditam per eos nobis ab illo ſanctam & imma-

*impotentē

* ipſarum.

A culatam ſidem novis adulteiantes adinventionibus abnegant, & aliam in Salvatore Chriſto nataram præter divinam & humanam, extraneam quandam * & omnium alienam exiſtentium fingunt. cujus eſſe volunt a ſe fictam in illo unam voluntetem & operationem. quoniam omnis voluntas neturalis & ſubſtantialis operatio, naturæ profecto volantativæ ac operativæ idiomata ſuut. Et omnis operatio neturalis ſubſtantiam indicat, ex qua procedit & * ineſt. & indicativum uniuſcujuſque naturæ operatio & eſt & coguoſcitur naturalis. & omnis natura propriæ operationis ſubſtantiali retione coguoſcitur, & omnis natara convenientem ſibi ſeqac ſignificantem habet operationem hanc ab B aliis diſcernentem, diffinitioneſque ſubſtautiaram nataralis earum operationes vera ratio novit. Et ut compendioſe dicatur, nec naturam ſine operatione, quæ illam ſubſtantialiter characterizet, nec rurſus volantatem vel operationem * conſtat eſſe ſiua quadam ſubſtantia, id eſt poſſibile, quemadmodam divina enocionantar eloquia, & ipſa rerum natura clamat. Igitur voluntatem & operationem anam præter duas circa Salvatorem Chriſtum fingentes, * & neceſſitate etiam aliam naturam præter divinem, ut dictum eſt, & humanam extraneam qaandam exiſtentium omniam alienam plaſmantes applicant ei, * cujus eſſe jam dictam a ſe unam C voluntatem, qaæ inane figmentum fictæ cogitationis eſt, & germen quod ab idololatria nil penitus differt. Deus enim ſimul & homo Salvator exiſteus, duas tantum congruentes ſibi nataras & voluntates & operationes, id eſt divinam & humanam habet, quemadmodum inclyti præceptores noſtri ac doctores affirmant: non anam & duas, id eſt tres, ut adverſarii dogmatizant. quo illud evidentiſſime gerant, quod olim a Deo per Eſaiam Prophetam in calamniam dicitur, id eſt, *Caupones tui vinum aqua miſcent*. Ut enim apparet, & iſti verbum veritatis cauponum more adulterando, naturalem dualitatem voluntatum & operationum Salvatoris noſtri Chriſti una volantate ac ope- D ratione, quæ in ipſo ab hæreticis, qui in conſuſione ac diviſione ſeu phantaſia decepti ſunt, impie dogmatizata eſt, veluti vinum aqua miſcentes, utraſque ſectas confiteri compellunt. quod impium veraciter eſt & alienum immaculatæ fidei noſtræ Chriſtianorum. qui ex diametro ſimiliter ut præceſſores ſui etiam per hunc a veritate decidunt modum. Æquale quippe ex diametro & ſimile malum eſt cum hæretica opinione, paternam proicere ac reprobare orthodoxiam, & e diverſo cum hac pariter & illam confiteri & approbare. *Quæ enim participatio juſtitiæ & iniquitati? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? aut quæ conventio Chriſti ad Belial?* E *aut qua pars fidelis cum infideli? qui autem conſenſus templo Dei cum idolis?* divinus ait Apoſtolus. Inqnam vero & ipſe: Quæ participatio, vel communicatio, aut conventio, aut pars, aut conſenſus paternæ orthodoxiæ, ad nequam hæreticorum opinionem, ut cum altera altera prædicetur, vel etiam reſpuatur? Et hoc quoque diligenter intendant, quia ſi quemadmodum magnus ab Immortalitate cognominatus, immo vero cunctus Sanctorum chorus affirmat, quod pene fides Salvatoris noſtri non admittat, cum hoc inſtabile quiddam ſecundum ſuam ipſius rationem exiſtat. Quod ſi hoc fuerit paſſa, & quod huic eſt contrarium proculdubio ſuſtinebit, additamentum ſcilicet, & qaomodo

* & ab omnibus quæ ſunt in rebus alienam finguat *Combef.*

* cui ineſt *Combef.*

*conſtare ſine quadam ſubſtantia, eſt poſſibile *Combef.*

* ex neceſſitate *Combef.*

* cujus velint eſſe *Combef.*

Eſa. 1. 22.

2. *Cor.* 6. 14.

manebit ulterius fides defectibus ac profectibus immutata? Dicant, inquit, nobis, qui per singulos dies fides creant, immo Deos sibi diversos fingunt, quoniam eam fidei verbo mutatur atque multiplicatur a talibus id quod creditur, Ergo & adversarii fides sibi condentes diversas, absque omni contradictione secundum qualitatem & quantitatem atque immutationem dogmatum suorum, immutant simul & multiplicant id quod creditur, & quinque Christos eatenus plasmasse monstrantur. Hunc quidem unam operationem, illum vero nec unam operationem, & alium unam voluntatem, & alterum nec unam voluntatem. porro quintum unam & duas, atque unam & duas, id est tres operationes & tres voluntates, ut aiunt, habentem. Et dicant si volunt illi ipsi, qui talia exponunt dogmata, & qui communicant eis, in quem talium ac tot Christorum a se fictorum credentes baptizati sunt vel baptizantur: aut cujus eorum corpus & sanguinem sumunt atque distribuunt: utrum ejus qui unam, an qui nec unam operationem; ejus qui unam voluntatem, an ejus qui unam & duas, & unam & duas, id est tres operationes & tres voluntates, & propterea jam ex necessitate tres etiam naturas

3 Reg. 18. 26. habet. Sed *non erat vox, & non erat auditio*, quemadmodum ait Propheta magnus Helias scelestos sacerdotes & pseudoprophetas confusionis redarguens. Nam quicquid horum dixerint, illina cum impietate etiam redargutionem sermo eorum circumferet, quoniam non in verum & veraciter existentem Christum credunt atque baptizant, nec illius corpus & sanguinem accipiunt & distribuunt. Illum enim verum scilicet, & qui vere consistit, Christum Deum simul & hominem inclyti magistri nostri ac praeceptores scientes, duas & tantum quemadmodum naturas, sic etiam & duas voluntates, & totidem operationes congruentes sibi, divinam scilicet, ut jam dictum est & comprobatum est, & humanam, increatam & creatam, sine inceptione & cum inceptione, in ipso confitentur & confiteri nobis præcipiunt. Non autem, ut hi nunc novitates fecerunt, unam & nec unam,

A nec duas, & rursus unam & duas, id est tres voluntates & operationes habere illum fatentur. Super hæc autem omnia quæ dicta sunt, & illud quoque certissima noverint, quoniam unam nec unam, neque duas, & iterum unam & duas voluntates & operationes, & omnia cum anathematibus & depositionibus, ac excommunicatione dogmatizantes, aperte sibi & alterutris repugnare probantur. & ipsi per seipsos & invicem subvertunt ac destruunt, alterna verba & dogmata, seque ipsos & alterutros, & eos qui sibi communicant, anathematizant, & ab omni sacra dignitate ac ministerio pellunt atque deponunt. Necnon & a perceptione illibatæ communionis vivifici corporis & sanguinis

B magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi sequestrant. Et hæc liquido nos, & nullo intuentes & sciente obstantes velamine, non solum propter multiformem errorem, verumetiam & propter instabilitatem & absurditatem ac reciprocationem talium virorum & dogmatum, omni custodia nosmetipsos ab illorum impietate & communione servemus, quotquot in veritate esse ac dici Christiani volumus. Alienum quippe a Christianis est, cum orthodoxia etiam impietatem suscipere, aut confiteri quidem orthodoxam fidem, communicare vero his, qui hanc per novas inventiones abnegant & adulterant. Propter quod divina nobis lex simul & Aposto-

C lica jubet, eos qui aliud præter quod a Christiferis viris accepimus, docere ac introducere conati fuerint, * avertere & anathematizare, * aversari.
non tantum si homines fuerint, sed & licet Angeli fortassis e cœlo descendentes extiterint. Et si hoc fecerimus, & divinam sine prævaricatione adimpleverimus præceptionem, sacramque ac orthodoxam fidem absque adulterationa simul & innovatione possederimus & confessi fuerimus, ad vitam salvi efficiemur æternam in Christo Jesu Domino nostro. cum quo Deo & Patri, una cum sanctissimo & bono ac vivifico Spiritu, gloria, honor, imperium, & adoratio nunc & semper, & in omnia nunquamque finienda sæcula sæculorum, Amen.



POSTERIORA

S. HIPPOLYTI TESTIMONIA.

Ex Combefisii Editione Operum S. Maximi.

T. 1. pag. lxxvi.

A ..... Hæc evidenter effatur. Utraque ostendens se, eo quod dupliciter (divine scilicet & humane) operatum est, secundum eandem quæ veraciter vera & naturalis substantia est, Deum immensum simul, & circumscriptum existere ac intelligi hominem; utriusque perfecte perfectam essentiam habentem, cum illius operatione, id est, naturali proprietate. Et rursus. Non enim caro facta est natura Deitas, translata natura, facta videlicet secundum naturam Divinitatis caro; sed quod erat, etiam Deitati coapta, mansit, id est, caro infirma & passibilis natura & operatione, sicut ait Salvator, *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma*. (Matt. 26. 41.) Et rursus. B Qua operatus & passus, quæ erant carnis ab omni peccato immunis, Divinitatis pro nobis exinanitionem miraculis & carnis passionibus naturaliter confirmatam probavit. Et iterum. Mysterium divinæ Incarnationis, Apostolis & Prophetis atque Doctoribus, duplam ac diversam in omnibus habere compertum est naturalem considerationem; cum perfectæ Deitatis, & plenæ vim habeat ostendendæ humanitatis. Et iterum. Quibus divine pariter & humane operatus est, perfecte utroque sui rationem natura servans incommutabilem. Et iterum. Nihil divinum nudum corpore operatus, nihil humanum idem ipse gerens quod expers esset Deitatis: qua ipsa nova decentique ratione C utraque operatus est, utriusque ratione immunem se a mutatione servans, ad perfectæ suæ humanationis, quæ plane vera sit, nihilque aut vitii aut labis admittat, fidem adstruendam.

De his vero, qui unam deitatis & humanitatis ejus operationem, & naturam dogmatizant, dicit: Non enim circumscribi natura genita comparatum est, quod secundum naturam ingenitum est, tametsi ei coaluit, per conceptionem, quæ vim omnem mentis circumscribit: ac nec unquam in eandem naturam naturalemque virtutem seu operationem vertantur, donec utrunque intra propriam naturalem inconvertibilitatem manet. Et item. Eorum enim duntaxat, quæ ejusdem naturæ sunt, motus ejusdem virtutis ac efficaciæ est, substantiam designans, cujus est naturalis virtus, cum substantia diversæ natura proprietatis nulla ratione esse possit aut fieri, absque convertibilitate. Item. Ea enim, quæ ejusdem inter se virtutis sunt & operationis, ejusdemque prorsus originis ac earundem passionum, ea naturæ distinctionem non admittunt; confusisque secum naturis, erit Christus dualitas, personisque divisis fiet quaternitas: quod omnium maxime cavendum. Et iterum. Si quidem igitur, ut auctor Bero est, assumpta illi caro ejusdem ac ipse virtutis seu operationis facta est, plane etiam ejusdem facta est naturæ, cum quibus omnibus natura est, quod principii expers, quod ingenita, quod infinita, quod sempiterna, quod incomprehensa, & si qua ejusmodi secundum excellentiam Theologicus sermo eximie in deitate contemplatur: & vicissitudinem utraque passa sunt, neutro substantialem naturæ suæ rationem ultra incolumem servante. Et rursus. Qui enim eorum, quæ sunt diversæ naturæ, eandem sentit operationem, confusionem pariter naturalem, divisionemque ipsorum inducit naturalem; ignota prorsus ac obscurata per idiomatum commutationem naturali eorum substantia existentiaque. Item. Si vero non ejusdem ac ille facta est naturæ, nec ejusdem unquam fiet operationis. Et iterum. In hunc autem errorem impegerunt, credentes male propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; qua Christus, rerum hac universitate condita, secundum quod intelligitur Deus, quod ita conditum est, tenet ac conservat. Et iterum. Non enim cognoverunt, fieri non posse, ut divinæ naturæ operatio, alterius diversæque substantiæ proprietas fieret, absque convertibilitate. Et iterum. Quandiu non unum secundum essentiam unius noscitur Verbum operationis, nulla unquam ratione fiat, ut amborum motus cognoscatur. Et iterum. Itaque Bero, qui sic habeat, ut dicebam, una operatione Christi pariter Deitatem & humanitatem natura confundens ac personis dividens, vitam dissolvit; qui nempe nesciat, Eandem operationem, personarum, quæ ejusdem naturæ sint, identitatem duntaxat designare.

SCHOLION, SIVE HIPOMNESTICUM,

his qui desiderio ac zelo divino legere voluerint, breviter declarans, quæ paucis sunt agnita id est una cum athleticis certaminibus, quot exilia, & in quibus locis ac tempore pertulerint martyrium, diemque fide ad Deum profectionis, & exhibitionis, sanctorum & Deiferorum patrum nostrorum ac magistrorum, novorum revera Confessorum, & magnorum Martyrum; præcipue illius, qui positam hic Epistolam digito Dei scripsit. eo quod ipse quidem eorum, qui ante se defuncti sunt, Maximi scilicet & Anastasii discipuli ejus, significaverit diem, ut prælatum est: de se autem, & germanis fratribus ejus, Theodoro scilicet, ac Euprepio, nemo. Insuper & Martini sanctissimi & summi Apostolici Papæ ac Martyris, qui omni, quæ sub sole est, præcellit hieraticæ dignitati, atque quorumdam aliorum quorum præsens Epistola mentionem non facit, nec quæcumque, ut reor, alia charta, vel homo.

A Oportet eos, qui hæc legerint exemplaria præsentis sacræ illius sacri Epistolæ, Deo parentibus, qui scrutantur renes & corda, firmissime credere, quia in ea, Deo teste veritatis, ex ipsa Epistola, quæ propria manu ejus, immo ut verius propter miraculi dicamus insigna, digito Dei scripta est, sancti videlicet Patris & magistri nostri domni Abbatis Anastasii, Presbyteri & Apocrisiarii senioris & opinatissimæ urbis Romæ, multumque certantis magni & novi revera Martyris veritatis transcripta sunt, scripta ab eo (postquam passus est, quemadmodum dictum est, in Byzantio, una cum concertatore suo & vere philosopho, immo Deosopho magnoque commartyre Christi veri Dei & Salvatoris nostri Maximo, id est cum abinitus abscissæ fuerint pretiosæ ipsorum ac sacræ, divinitusque veraciter mobiles linguæ ac manus, cum verberibus & tormentis amarissimis, ex quibus sanguinis fluorem & pompam per totam urbem perpessi sunt. quod nec malæ unquam vitæ revera quisquam sustinuit. Et nisi solus Deus, qui ex nihilo ut essent cuncta produxit, & mortuos suscitat, ex hujuscemodi crudelitate ipsorum, & tanto sanguinis fluxu, cauterio nullomodo illis indulto, vel constipatorio aliquo abscisionibus manuum atque linguarum ad cessationem sanguinis juxta morem apposito, hos conservasset ad verecundiam adversariorum, tradidissent ex tunc desiderato a se Deo suas * ipsius sanctas revera & beatas proculdubio animas. Hæc autem omnia ob nihil aliud in eos gessarunt vere profanissimi & miserrimi apostatæ veritatis, nisi propter pessimam veraciter & solam invidiam, quam antiquus hostis dæmon in eis seminavit, quemadmodum & in similibus suis Judæis, cum non potuissent saltem ad modicum quid resistere sapientiæ, quæ illis merito fuerat a Deo donata, pro vera scilicet veritate, & solum pro eo quod noluissent illi communicare cum his in tam publica & sine Deo impietate ipsorum) cum ipsa sancta dextera manu sua, quæ abscissa fuerat, cujusque truncus tantum remanserat, id est sine planta & digitis inopinato argumento, cum videlicet duo sibimet parvissima ligna & tenuia colligaverit, immo, ut verius dicatur, virtute & gratia divina, quemadmodum & lingua revera divina & invisibili expedite penitus & sine prohibitione loquebatur, quanquam ab intus ex ipso fuerit fundo rescissa, sicut Urbanicius Patricius Lazicæ cum juramentis terribilibus enarravit nobis, dispensatione Dei in hoc ipso per semet inspector effectus, diffidens super hoc glorioso & ingenti miraculo. Quin & Theodorus protosecretarius prætorii Præfecti Constantinopolitani ante hunc enarravit mihi, & ipse cum horribilibus juramentis, cum conscius fuisset sanctarum passionum ipsorum, tanquam dominus & magister hujuscemodi rerum, glorificans & laudans ac gratias agens Deo super tali miraculo & tam fiduciali virtute ipsorum. Quoniam sicut canis vel cervus excursu multo & siti vel æstu ... ita laxaverunt & tradiderunt linguas suas ut etiam manus, quanquam brevi valde statura sanctus & infirmus asset corpore Maximus, sicuti cunctis est manifestum. B Quocirca & abundantius adversarii saucientes sensus suos super tanta & mirabili alacritate Sanctorum, intrinsecus nequissimi & veraciter inhumani, ut revera feræ agrestes has abscidebant. non solum ista sic ab eo Epistola scripta, sed & aliis multis libris ac tomis studiorum ipsius. Quorum ipsi non solum inspectores divina providentia facti sumus, sed & partim in sortem gratia Dei ex eis accipere illius præceptiona meruimus, & ipsis quoque simili argumento & manu, immo, ut verius dictum est, digito scriptis Dei, sicut magni Moysi tempore legitur factum. providentia videlicet & cooperatione solius omnipotentis Dei. qui cum sit amator bonitatis & hominum, facit mirabilia C magna in Sanctis suis, & glorificat vere glorificantes se, tam indeclinabili opere, quam verbo & veritate: cum adhuc degeret in ultimo, id est tertio exilio suo Lazicæ, in castro Thusumes nuncupato, sito supra villam Mochors, climatis Apsiliæ termini, ad Orientem Pontici maris, apud ipsum pedem Caucasiorum montium, juxta Christi amicorum regionem Abasgorum, & gentem Alanorum, quasi signis quinque a prædio Zichachorio, id est prima domo Gregorii veri amici Christi Patricii & Magistratus ejusdem regionis Alanorum. Cujus & optimam memoriam merito facit in hujusmodi Epistola, translati videlicet vi & præceptione miserorum Principum, qui illic ante se usque ad se præ- D fuerunt, in eodem tertio exilio septies, in difficilioribus locis & tribulatione multa, in prædicto castro Thusumes dormivit in Domino. cum & ipse certamine bono certasset, orthodoxam revera fidem servasset, & cursum martyrii consummasset, mensis Octembrii die undecima, feria prima, hora tertia, cum diceretur inter sancta officia, Sancta sanctis, indictione decima, cum prædixisset & ipse diem sanctæ depositionis suæ

Psal. 7. 10.

* ipsorum.

2. Tim. 4. 7.

quibusdam qui sibi aderant ante menses tres. Et alus quoque pluribus miraculis sanctissimi & omnia efficientis Spiritus cooperatione, tam ibidem, quam in duobus exilus suis, Trapezunti videlicet, & Mezembriæ patratis, plurimisque conversis ad veritatem & illuminatis. Qui cum conversati fuissent & perdurassent in hoc sancto & beatissimo & multorum sudorum certamine, id ast coronam ferente confessione ac testimonio, prædictus quidem sanctus Anastasius Presbyter & Apocrisiarius Romanus, a sexta indictione præteriti cycli usque ad decimam indictionem, in omnibus prædictis tribus exiliis suis, traductionibus diversis affectus, tribulationibusque ac necessitatibus, & angustiis non mediocribus nec modicis, permansit annis viginti. Discipulis vero ejus Theodoro & Euprepio germanis & sanctis fratribus, filiis Plutini beatissimi Imperatorii pistoris, id ast qui super omnes pistores publicos est, eorum videlicet, qui annonas scholarum omnium solvunt, quod appellatur Tetransiton, divitiis pretiosis & dignitatibus diversis, divinisque virtutibus, & virginitate, quæ his omnibus major est, adornatis. per quam scilicet, ut opinor, etiam sanctis pro Christo agonibus & coronis honorari meruerunt, [Matth. 5. 8.] ut casti & mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. post primum magistri sui & nostri apud Trapezuntem exilium multis eleemosynis & oblationibus factis, volentibus Romam confugere, protinus & ipsis in eadem persecutione prope Abydum comprehensis, propter eandem & solam causam, & pro eo quod noluissent cum eis cootaminari tam evidente impietate in profano & penitus sine Deo imperatorio typo, qui ex summissione factus est eorum, qui erant Ecclesiæ Constantinopoleos, & publicatis, id ast denudatis omni substantia quæ inerat sibi, & dignitatibus quas habebant. flagellaque mortalia a Præfecto suscipientibus, & Chersonem in exilium missis, & illic vi sæpius ab invicem separatis, & in castris gentium ibidem adjacentium deputatis: junior quidem frater, qui ut vere in cunctis pheronymus, Euprepes nominatus est, completo in hujuscemodi Dei amico agone anno nono, ad Dominum abiit mense Octobrio, die vicesima sexta indictione XIV. Alter vero, qui & prior frater, quique Dei donum merito a Domino est vocatus, perdurans ab eadem sexta indictione usque ad jamdictam decimam indictionem instantis cycli, id est usque ad sanctissimi patris & magistri eorum ac nostri Anastasii Presbyteri, qui revesa miserrimus, & orphani propter tam raritatem & inopiam verbi veritatis, & omnis spiritualis aescæ, ita ut nunc etiam adimpletum sit quod a Domino de malis novissimorum temporum dicitur, [Amos 6. 11.] non famem panis mittendam, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini, sicuti dictum est, sanctam in Domino requietionem, annum vicesimum agit adhuc perseverans in athleticis sudoribus & agonibus, in eodem Chersonis exilio, jam memoratus videlicet frater Theodorus, qui & propria manu multa Sanctorum opuscula dignatus est exhibere nobis, qui pergebamus illuc ad visitationem & adorationem ejus, & pretiosæ memoriæ MARTINI summi & vere universalis Papæ & magni martyris veritatis. Cujus & miracula nobis copiosa, quæ ibidem facta sunt, cum illatis quoque illis importabilibus tribulationibus, retulit. donata etiam particula sancti orarii, id est facialis *, quæ sibi fuerat ab eo dimissa, & uno ex campagis ejus, id est caligis: quos nullus alius inter homines portat, nisi sanctus Papa Rumanus. eo quod & ipse illic fuerit exilio relegatus, postquam omnia dira passus est, cum abduceretur ab urbe Roma, qui seipsum tradiderat, gestiens atque desiderans admodum pro Christo subire martyrium. ut imitator & successor sancti & Apostolorum principis Petri, tam in navigio, quam in ipso Byzantio, ita ut palam alapis cæderetur ab inimicis Dei. Dignum autem patre suo diabolo perpetrantes opus in eum, tam veste illum sua exuerunt, quam ferreorum gravamina vinculorum & catenarum sancto ejus collo & pretiosis reliquis membris imposuerunt. Deinde cum eisdem ferreis compedibus pompantes, per totam plateam traxerunt a Palatio usque ad prætorium Præfecti, cum vigiliæ magistro, id est primo carnificum, colligatum. & cum gladio præcedebat eum quidam, ut membratim concideret, deliberante ac præcipiente Bucoleonte detestabili Sacellario, & digne sanguinem devorantis bestiæ cognominato, tanquam qui & opera bestiali furore referta possideret, scientia & consilio Constantini Imperatoris, qui & prædictum obscenum & pessimum typum condidit, Gregorio Eunucho & Præfecto miseræ illius urbis. Quod utique jam & factum fuisset: quantum ad temerariam ejus alacritatem & propositum pertineret, nisi misericordissimi & benignissimi Dei præsidium hos inhibuisset, & non hujus robustissimam fortitudinem hostes erubuissent. Noverunt enim hoc pati frequenter etiam tyranni truces & inhumani, licet nimis immisericordes sint & crudeles, secundum eum qui operatur in illis Satan: martyrio ejus forsitan invidentes secundum similem sibi apostatam & idolorum vesaniæ deditum Julianum illum famosum & vere sapientem in malis. Aut certe Deo meliori quadam & sibi soli nota, qui omnia nimirum ad utilitatem dispensat, immensa hunc & ineffabili providentia conservante. cum fecisset in duobus carceribus, in excubitu scilicet & custodia Præfecti, in tribulatione multa & infirmitate gravissima dies centum octoginta; omnem vero tribulationis suæ agonem in annis tribus & altera, sicuti ex his quæ de ipso conscripta sunt, & a Romanis militibus, & propriis ejus hominibus, qui cum eo multis tormentis affecti per diversa loca exilium pertulere, scire potuimus. Porro dormivit, & ipse in Domino, cum unam semper & solam sanctam Catholicam & Apostolicam gloriosam Dei nostri Ecclesiam sacratissimis & veracibus dogmatibus synodice illustrasset, & tam sanctarum ac universalium quinque Synodorum, Nicænæ videlicet, Constantinopolitanæ, Ephesinæ prioris, Chalcedonensis, & rursus Constantinopolitanæ, sub Justiniano Imperatore, quam omnium sanctorum divinitus sapientum & probabilium patrum nostrorum, ac veracium magistrorum sacra & piissima dogmata roborasset. quemadmodum hi, qui amore pio legere voluerint, in sacris gestis sanctæ ac Apostolicæ piissimæque Synodi, quæ ab eo Romæ celebrata est, invenient, eum in omnem locum & omnem regionem transmissa sint: & ardue veritatem manifestasset ac prædicasset, & flagitia hostium relevasset, atque liquidius publicasset bono multumque sibi amabili agone agonizans, & ad desideratum Dominum, pro quo & propriam sanguinem quantum in ipso fuit effudit, in lætitia copiosa profectus mense Septembrio,

* quo facies extergitur.

A die sextadecima, indictione quartadecima, qua & custodientis pietatem, copiosæque certatricis, & castæ virginis ac martyris Euphemiæ honoranda memoria per annos singulos celebratur, reconditus inter tumulos Sanctorum in domo percolenda sanctissimæ intemeratæ ac semper laudandæ gratiosæ vereque semper gloriosæ dominæ nostræ, utpote quæ proprie natura & absque mendacio ac veraciter est Dei genitrix, & semper virgo Maria, quæ appellatur Blachernes, extra muros a stadio uno ipsius de cetero benedictæ urbis Chersonis. In qua sancta domo etiam jam memoratus sanctus Euprepius requiescit, juxta eumdem petornatum ac vere magistrum, qui Evangelicam vocem opere adim-

B Joan. 11, 14. plevit, qua dicitur: *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis*. Porro, sanctus & memorabilis ac optimus & per omnia sapiens, immo divinitus sapiens, magnusque veritatis propugnator & commartyr eorum Megistus, qui & Maximus, (hoc enim, ut antea indicavimus, dictione Latina Maximi nomen insinuat) cujus & sanctum monumentum per singulas noctes lampades exhibet a die qua dormisse dinoscitur, usque in præsens, & in perpetuum omnibus illucescens, & patefaciens confidentiam suam, quam obtinet apud Deum, sicuti præposita commendat Epistola: & nos ipsi per nosmet auditores a multis illius loci principibus & habita-

C toribus, qui cum juramentis hujusmodi mirabile vere miraculum fiducialiter prædicabant, effecti sumus. Eorum vero, qui obtutu proprio viderant has, unus etiam ipse Comes ejusdem Chemareos castri, nomine Mistrianus existit, qui & vigilans cum militibus has non semel nec bis, sed & multotiens contemplatus est, & primus patenter de his omnibus prædicavit, nobis illuc pergere non valentibus propter montis illius ascensum, id est verticis Caucasiorum, quo excelsior mons super terram non est, difficultatem, & tempus hiemis, insuper & confusionem gentium quæ fit in partibus illis. Pariter & Anastasius discipulus ejus ab undecima indictione præteriti cycli per tria exilia, Bi-

D zyes scilicet, & Perberei Thracensium regionis, atque prædictum Lazicum, in multis contritionibus & intolerabilibus necessitatibus, atque hujuscemodi athleticis certaminibus, annis decem peractis, ad regnum migravere supernum. Sanctus quidem Maximus, sicut dictum est, mense Augusto, die tertiadecima, indictione quinta, cum prædixisset ex divina revelatione suam in Domino ante dies quindecim dormitionem futuram, sicuti jam præmissum est; sanctum vero suum pro veritate in Christo Deo nostro martyrium ante non paucos annos. Discipulus vero ejus Anastasius mense Julio, die vicesima quarta, indictionis ejusdem. Igitur mis-

E sa nobis est hujusmodi sacratissima & præposita propriæ manus immo divinitus exarata Epistola, una cum suppositis sibi deiloquis testimoniis & syllogismis, ab eodem ipsorum exilio, id est Lazico; quam & habemus, & conservamus, cum eodem quo scribebat tradito sibi divinitus argumento, id est prædictis duobus exilibus fusticalis, & aliis benedictionibus ac muneribus ejus sanctisque ac venerabilibus, necnon & omnibus post Deum bonis, librorum videlicet ejus studiis, & propriæ manus compositionibus, tanquam revera sacrosanctis laudibus & reliquiis. Data vero est nobis vere minimis, Theodosio scilicet & Theodoro, germanis & sine dolo fratribus humilibus & peccato-

A ribus Monachis, per Gregorium Monachum & Abbatem Monasterii sancti Joannis Baptistæ regionis Albanorum, quod appellatur Bataram, mensis Augusti die vicesima, indictionis undecimæ, quæ præteriit nos, qui revertebamur a regione sæpe dicta Lazorum. Illuc enim profecti fueramus, licet valde infirmi & pauperes & indigni essemus, secundum consuetudinem ad visitationem eorum, non solum propter jam dictum creditum nobis pondus conscriptum, id est præceptionem sæpe memorati sancti ac summi Apostolici Papæ Romani Martini, personaliter ad eum in eadem magni nominis urbe advenientibus, & certitudinem propriæ manus de his quæ ab eo synodice confirmata sunt, ex ip-

B so sumentibus & audientibus Papa & alio ex his qui simul aderant. Sed & quoniam ore proprio mandaverat nobis de hoc, postquam passi sunt, cum adhuc essent Byzantii in custodia prætorii Præfecti, quæ appellatur Diomedis, ex qua & præmisimus eos in jam sæpedictum tertium eorum exilium Laziceæ mœrentes illis, & in reliquis eorum exiliis & custodiis, laboribus & sollicitudinibus, angustiisque non mediocribus, secundum quod nobis possibile fuit, per Deo acceptas eorum preces, nobis cooperante ipso, qui eripuit nos sæpius de iniquis manibus impiorum, marisque periculis ac diversis tempestatibus, ministrare de paupercula,

C quæ inerat nobis ex parentum benedictione sicut in Domino; ut autem verius dicamus, Dei munere, & non ex alienis. sed & reliquis nil minus eorum concertatoribus & commartyribus. & ut fieremus inspectores stigmatum ipsorum & passionum, quæ propter Christum verum Deum nostrum pertulerunt. Quin immo & auditores per nos effecti, divinitus quoque sapientis atque salvantis expertes eorum constitueremur doctrinæ, & Deo persuadibilibus & bene acceptis ipsorum orationibus frueremur, & quædam vestimentorum, quæ in passione sibi scissa sunt, propriis manibus ab eis accepta deferremus, una cum sanctificatis pannis, pretiosoque sanguine rubricatis; qui circumpositi fue-

D rant sanctis eorum quæ abscisæ fuerant manibus, causa sanguinem medicinaliter restringendi. Utrosque autem complecti ac memorari, non sine consideratione, ut reor, perpendimus, pro eo quod unum & idem ipsum in certamine sanctæ revera & orthodoxæ fidei, & in vinculo pacis & caritatis dinoscantur effecti. De cetero infinita multitudo eorum, qui in prædicta non ferenda & intolerabili persecutione diversis verberibus & tribulationibus palam & occulte martyrium inferebant, astuto ac versuto molimine, has illis aliter atque aliter, quasi non pro fide, sed sub prætextu aliarum ingerebant occasionum atque damnorum, adeo ut hæc sim-

E plicioribus quibusque, qui facile decipiuntur, ignorantibus, soli Deo, qui occultorum est cognitor, & his qui studiosiores erant hos & quamobrem passi sint proculdubio deferentes. Pro quibus omnibus universos qui in veritate quæ revera sunt veritatis relegitis, ac si præsentes & procidentes tam cordis genu cum corporalibus genibus, quam cordis sensu cum lacrymis inclinati, & ante vestigia omnium vestrum provoluti, deprecamur & exoramus, quo primum quidem veniam in omnibus tribuatis exiguitati ac indisciplinationi nostræ, qui ad certitudinem & satisfactionem tanquam vere fideles fideliter talia prorsus recipimus. & ne oblivio velet tantos & tales sacros agones, eo

quod

quod valde a paucis & raris hæc cum diligentia cognoſcantur. Nos autem, ut dictum eſt, cum voluntate Dei horum ipſis viſibus conſcii ex parte maxima facti fuiſſemus, & diſcrimen quod ex deſidis generatur metuiſſemus, & non ob aliud, ut coram Deo dico, niſi propter hoc, quoquomodo hæc ſcribere præſumpſiſſemus, & vitam vel laudes depromere minime valuiſſemus, talium & tot pro pietate certaminum ac ſudorum vere mirabilium, & magnorum illorum in Domino ſacratiſſimorum virorum, propter collectaneam ſcilicet & rudem ruſticitatem noſtram, & omnimodam indiſciplinationem, per quas nobis & ſermonis ineſt inopia ſuper omnes. Quibus ſufficere arbitramur pro magnæ vitæ actibus & præconiis, ſi qui veritatis & ſtudii amore legere voluerint divina illorum, & veraciter ſine faſtidio contra impietatem, & pro pietate labores plurimos, & conſcripta quæ & cum omni ſolertia & diligentia una cum his etiam quæ ſunt ex adverſariorum execrabilibus ſcriptis, licet humiles & veraciter viles ſuper omnes in omnibus ſimus. juxta virtutem tamen quæ ineſt nobis, in diverſis libris ac tomis conſcripſimus, & amatoribus veritatis tradidimus, in gloriam & indeſinentem laudem & gratiarum actionem omnipotentis Dei & vere mirabilis in ſanctis ſuis, ac zelum & alacritatem eorum, qui pro pietate certare voluerint, confuſionemque ac inevitabile opprobrium inimicorum veritatis, & ipſius Dei univerſorum, inſtantiaſque ac oppoſitiones illatarum ſibi falſarum calumniarum, & decretorum inanium ac inſtabilium, & abſolare omnes eorum ſacratiſſimos ac pios agones atque ſudores, qui ab eis qui ex adverſo erant diverſo modo ſunt acti, id eſt a ſubintroducta nova & hæretica omnia recipiente adinventione
a * Haracliano, Cyro, Sergio, Pyrrho, Paulo, petritarum, & involuntativo in operatiſtarum, vel ut verius dicamus novorum Epicureorum, id eſt penitus carentium Deo, ut ipſa rerum & ipſa contrariorum conſcripta demonſtrant his qui hujuſcemodi diſcernere norunt. Quatinus hi, qui poſt nos ſtudioſi & in verbo potentes fuerint, & his inventis ex his occaſionem acceperint, Deo ac ſanctis ejus gratiarum actiones
Prov. 9. 9. debitas reddant. *Da enim ſapienti occaſionem, & ſapientior*, inquit, *erit*. Secundo vero indeſinentibus orationibus & ſupplicationibus cum

A operibus bonis ac lacrymis benigniſſimum natura & miſericordiſſimum placetis Deum, ut compatiatur infirmitatibus noſtris, ſedetque de cetero inſtantem adhuc doloſam & verſutam, & penitus argumentoſam, atque graviſſimam ſuper omnes præcedentes paganas & hæreticas perſecutiones. quippe cum ſciat pulveris noſtri fragilitatem, & facilem lapſum propter nimiam fraudem eorum atque nequitiam, & finis ſeditionis fiat, & terminus hujuſcemodi atrociſſimi mali, pretioſum ſcilicet illorum ſanguinem effundentium. veluti ſub impiis & Dei exſortibus Arrianis, pro roſeo ſanguine ſancti Petri Alexandrini Patriarchæ ac Martyris geſtum eſt. Propter quod & prædicti ſancti Patres noſtri,
B & veraciter pietatis doctores, præcipueque Apoſtolicus & verticalis Papa noſter Martinus ſimiliter ſemetipſum in ſacrificium pro fideli populo tradidit, in omnibus agonothetam Chriſtum Deum noſtrum, & verticem Apoſtolorum Petrum imitatus, & in cunctis ſequutus. cujus & ſucceſſor ut revera dignus effectus eſt. pacemque firmam & indiſſolubilem unitatem ubique ſanctis ſuis donet Eccleſiis: nec permittat de reliquo uſque in finem hæreſim quamlibet ſuſcitari, tam propter multitudinem miſerationum ſuarum, quam ob infirmitatem & mobilitatem naturæ noſtræ, quæ ſuper omnes præteritas generationes excrevit. Testio autem, ut
C immobiles uſque in finem conſervemur, non ſolum nos, ſed & omnes pii, in ſancta revera & orthodoxa atque immaculata noſtra Chriſtianorum ſola Catholica & vera fida, remiſſionemque peccatorum & ſalutem percipiamus, qui veraciter peccatores ſumus & ſervi omnium, qui vere orthodoxi & proprii adoratores ſunt Chriſti veri Dei & Salvatoris noſtri, qui revera glorificantes ſe magnifice in veritate & glorificat: cuiqua decora eſt omnis gloria, honor, imperium, magnificentia, in cœlo & in terra, adoratio & gratiarum actio in ſenſu cordis & ipſa veritate, timoreque ac tremore pariter & exultatione, ſecundum propheticum eloquium, una cum immortali & miſerationum amatore,
D compatientiſſimoque ac miſericordiſſimo ſuper naturam Patre, atque ſanctiſſimo & conſubſtantiali, vivificoque ac omnipotente divino Spiritu, nunc & ſemper, & in univerſa & infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

* a *Heracliano, Cyro, Sergio*) Nomen videtur unum ex pluribus conflatum Heracliano-Cyro-Sergio-Pyrrha-Paulo-Petritæ: ſicut Involuntativo-Iooperatiſtæ, id eſt voluntatem & operationem, humanam ſcilicet, adimentes Chriſto.

GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS
S. PRISCÆ CARDINALIS
EPISTOLÆ,
OPUSCULA,
SERMONES:

JACOBUS SIRMONDUS *Societatis Jesu Presbyter primum in lucem eruit, ac Notis Epistolas illustravit, anno* M. DC. X.

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI

CÆSARI BORBONIO
DUCI VINDOCINENSI

BRITANNIÆ ARMORICÆ PROREGI.

QVo tempore, Princeps illustrissime, Vindocinensis Principatus codicillos Regis optimi Patris tui liberalitate adeptus es, non magis ille, ut equidem sentio, qua in te esset indulgentia, quam singularem erga Vindocinenses ipsos providentiam, benignitatemque declaravit. Hoc agens nimirum, ut quibus gloriosum atque auspicatum ipsius & majorum imperium fuerat, idem per te ac posteros tuos continuaretur: & novo quasi exortu clarissimum Borboniæ domus sidus, quo radiante diutissime floruerant, iterum illis te Duce affulgeret. Habui sane Vindocinum, ex quo ad Odonem Burgundum, ne

altius repetam, dotali Adelæ conjugis, Fulconis Nerræ Andegavorum Comitis filiæ, donatione translatum est, egregios semper ac rebus gestis inclytos Principes, Fulcones, Burchardos, Goffridos, Joannes, Hugones, & alios: sed nunquam neque nobiliores, neque armorum, aut pietatis gloria illustriores, quam Borbonios: ut tanto scilicet ceteris laudibus præcellerent, quanto regii prærogativa sanguinis anteibant. Unde non sine divino quodam consilio factum videtur, ut Vindocinensis Honor, regiæ quondam hæreditatis portio, cum dominos antea sæpe mutasset, ac per singula fere Comitum suorum capita familias alternasset; in hac tandem ut sibi honorifica & fortunata regali stirpe conquieris: cum ab Joanne Borbonio Marchiæ Comite, qui abavi tui abavus fuit, per quem Comitum Vindocinensium familia in Borboniam inserta est, ad Henricum usque IV. Patrem tuum, Regum fortissimum & clementissimum, Borboniorum Vindocini Principum stemma recta & nusquam interrupta serie decurrat: quos omnes aut summi in Gallia gesti magistratus, administrataeque Provinciæ, aut triumphales devictis hostibus adoreæ, aut parta denique vel externa vel avita regna nobilitarunt. Ex quo quidem præsaga jam mente sentiunt Vindocinenses tui, quo te majorum tuorum decora vocent: quid sibi ex paterno de te judicio spondere debeant; quid posteris tuis Vindocini futuris Ducibus: quibus ut novam familiam ducis, novum etiam, quod eximia hæc indoles tua pollicetur, ad immortalem nominis famam iter ostendes. Goffridus vero noster, si ad vitam rediret, quantopere sibi operibusque suis te potissimum Duce lucem redditam gratularetur? aut cujus illa auspiciis in publicum exire mallet, quam tuis, in cujus ipse tutela & patrocinio, si viveret, versaretur? Sed tibi præterea debebantur. Nam si fundi dominum fructus sequuntur, quis non intelligat, quod in Vindocinensi olim agro satum, natumque sit, tibi uni deberi, ad quem integra Vindocini possessio pleno ac solido jure transfusa est? Hoc ergo majore jam fiducia, quo justiore obsequio, ad te cum proxeneta suo nunc venit: rogantque pariter; ipse, ut hunc ejus ingenii fœtum ipsius vice foveas, & quod jurati olim Comites Vindocinenses Monasterio suo præsidium spoponderunt, id ratum ac perpetuum esse velis; ego, ut tenue hoc specimen officii, ad dedisissimi animi auctoramentum placidus excipias; familiamque Ordinis nostri universam, paterni hæres exempli, qua ipsum vides, benignitate, clementiaque tueare.

ILLUSTRISSIMÆ A. T.

Deditissimus,

JACOBUS SIRMONDUS
SOCIETATIS JESU.

L E C T O R I.

GOffridi Abbatis, quod jure mireris, neque apud illorum temporum hiſtoricos, neque apud eos, qui noſtra vel avorum memoria illuſtrium Scriptorum indices texuerunt, ulla uſquam eſt mentio. Huic nos ſilentio ut aliqua ex parte mederemur, vitæ breviarium ex ejus ipſius Epiſtolis collegimus: tum aliquot deinceps ejuſdem ævi de illo teſtimonia: indito etiam Franciſci Torrenſis noſtri elogio; cujus diligentiæ πολυϊστορίαν Goffridi opera, quæ cæteros fugiſſe videbantur, minime latuerunt. In editione porro adornanda binis exemplaribus antiquæ & probæ utroque notæ uſi ſumus. Nam præter Cenomannicum, quod e S. Petri de Cultura Cœnobio nacti jam eramus, alterum nobis e Monaſterio ſuo ſuppeditavit prolixa & ſingularis D. Michaelis Subleti Abbatis Vindocinenſis humanitas. Cui quidem Opuſcula duo, XIII. nempe, ac XVIII. debemus, quæ in altero deſiderabantur. Epiſtolas ab Opuſculis & Sermonibus ſejunximus. Permixta enim & confuſa in utroque erant omnia. Sed in Epiſtolis, quia in codice Vindocinenſi perpaucæ erant, Cenomannenſem ſecuti ſumus; ordine etiam intacto, niſi quod Epiſtolas aliquor, quæ extra ordinem, ut pote poſt primam, opinor, collectionem a Goffrido ſcriptæ, inter alios Tractatus & Sermones ſparſæ legebantur (quibus & aſteriſcos in Indice, ut tui quoque ſint judicii, præfiximus) ſuis quaſque locis ad ceteras adjecimus: totumque utrarumque corpus levandi faſtidii gratia in libros quinque partiti ſumus: cum lectoribus plerumque idem quod iter facientibus evenire ſoleat; quibus, ut Numatianus ait,

Intervalla viæ feſſis præſtare videtur,
Qui notat inſcriptus millia multa lapis.

TESTIMONIA.

Veterum aliquot ejusdem ætatis Scriptorum, & Neoterici unius de Goffrido Abbate Vindocinensi.

I.

HUGONIS ARCHIEPISCOPI LUGDUNENSIS SEDIS APOST. *Legati literæ de Fulconis Rechini Comitis absolutione, cui Goffridus interfuit.*

HUgo Lugdunensis Archiepiscopus Apostolicæ sedis Legatus, dilectissimis in Christo fratribus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus salutem. Communi Orthodoxorum omnium notitiæ tradere dignum judicavimus, qualiter ex præcepto Domini nostri Papæ Urbani pro causa Fulconis Andegavensium Comitis usque ad fines Andegavorum veniendi obedientiam suscepimus, ut eum a vinculo anathematis quo diutino tempore innodatus erat pro captione fratris sui Gaufridi, quem in bello publico ceperat, absolveremus: cum tamen ipse Comes rationem reddere, aut satisfacere, aut judicium subire non subterfugeret: immo semper paratus esset: & ut virorum probabilium Clericorum & laicorum relatione cognovimus, præfatus frater ejus, tempore quo captus fuit, a Stephano Cardinale Romanæ sedis Legato pro multimoda injuria, quam inferebat Turonensi Ecclesiæ, & Abbati S. Martini majoris Monasterii, excommunicatus erat, & Fulconi huic principatus Andegavensis Comitatus ab ipso Legato ex parte Sancti Petri donatus erat. quem quidem & ab avunculo suo Gauffrido concessum fuisse, virorum probabilium de nobilibus suis veraci cognovimus relatione. Nos igitur hac suscepta legatione, ut vigor Apostolicæ obedientiæ majori a nobis tractaretur auctoritate, venerabilem fratrem nostrum Bituricensem Archiepiscopum executionis hujus adhibuimus socium: & sic simul positi fratrem Comitis, quem captum audiebamus, consulto adivimus. quem ita desipientem invenimus, ut ferebatur ab omnibus; ut prorsus inutile & vanum videretur regendæ ei patriæ committere principatum, qui sibi & omnibus stultitia sua factus fuisset inutilis: usque adeo, ut nec per manus nostras a captione vellet eripi. Venimus itaque ad Cœnobium S. Florentii, & in die nativitatis S. Joannis Baptistæ, virorum religiosorum Episcoporum & Abbatum, qui invitati advenerant, Fulconem Comitem paratum satisfacere aut rationem reddere, unanimi omnium voto & laude absolvimus: acceptis ab eo securitatibus, ut si frater ejus melioritatem sensus reciperet; ex præcepto Domini nostri Papæ, vel nostro, aut concordiam faceret cum eo, aut judicium subire paratus esset: nec uxorem duceret, de quarum numerositate culpabatur, absque nostro consilio. cujus rei gestæ seriem vobis pandere judicavimus. Religiosorum autem, qui adfuerunt, nomina hæc sunt. Aldebertus venerabilis Bituricensium Archiepiscopus. Ouveldus Cenomanensis Episcopus. Guillelmus Abbas S. Florentii. Bernardus Abbas Majoris Monasterii. Bernardus Abbas SS. Sergii & Bacchi. Girardus Abbas S. Albini. Nualdus Abbas S. Nicolai. Baldricus Abbas Burguliensis. GAUFRIDUS ABBAS VINDOCINENSIS. Actum est anno ab incarnatione Domini M. XCIV. apud Abbatiam S. Florentii, die festo S. Joannis Baptistæ.

II.

IVONIS EPISCOPI CARNOTENSIS *Epist. XLI. ad Goffridum.*

IVo humilis Ecclesiæ Carnotensis minister Gaufrido Vindocinensis monasterii Abbati cum dilectione salutem. *Item Epistola* LVII. XCIX. CLXXII. & CXCV.

III.

HUGONIS DE CLEERIIS MILITIS ANDEG. *in Commentario de majoratu & Senescalcia Franciæ, quem integrum post Notas edidimus.*

REx Ludovicus requisivit Fulconem Comitem, ut de guerra ista eum juvaret. Comes vero respondit, quod nullomodo ei servire debebat. Eum namque ex majoratu & Senescalcia exhæreditabat. Tunc Rex Ludovicus per Amalricum de Monte-forti avunculum Fulconis Comitis, & per Gaufridum Abbatem Vindocinensem, & Radulphum de Balgentiaco mandavit Comiti, de omnibus istis & majoribus aliis istorum consilio se versus Comitem emendaturum.

IV.

CALLISTI II. PAPÆ EPISTOLA *ad Goffridum Abbatem Vindocinensem.*

CAllistus Episcopus servus servorum Dei dilectissimo in Christo filio suo Gaufrido Vindocinensi Abbati salutem & Apostolicam benedictionem. Et tuæ in Romanam Ecclesiam devotionis sinceritas, & nostra in invicem assidua familiaritas nos hortantur, ut visitare te frequentius Apostolicæ benedictionis literis debeamus. Visitamus ergo, & te sicut fratrem in Christo carissimum amplioris dilectionis brachiis amplectentes, diligere, & de familiari familiariorem, & ex caro cariorem habere deinceps præoptamus. Personam tuam honorare, & Ecclesiam tuam juvare cupimus & fovere. Sane fratres tuos per te in Domino salutamus, & eis omnipotentis Dei & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli benedictionem impendimus. Quicquid vero dignitatis, libertatis, seu immunitatis ab Apostolica sede tibi, tuoque Monasterio concessum est, nos quoque ratum & integrum perpetuo manere censemus. Datum Romæ VIII. Idus Aprilis.

V.

FRANCISCI TORRENSIS IN ANTAPOLOGETICO *pro Residentia Pastorum.*

DIcere autem plebem aliquando elegisse Episcopos, aut posse modo; ad hæresim de investitura Ecclesiastica a laicis accepta pertinere potest, quam Romana Synodus Gregorio VII. Pontifice damnavit, & hoc nomine affecit, ut etiam Goffridus Vindocinensis Abbas vetus autor, & valde in scripturis sanctis eruditus in libro de ordinatione Episcop. & investitura laicorum ad Petrum cognomento Leonem Ecclesiæ Romanæ Cardinalem scripsit, & in Epistola VII. ad Paschalem Pontificem de pacto inito cum Rege Teutonico.

INDEX
OPERUM GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS
EPISTOLARUM LIBRI V.

Lib. I. Ad Pontifices, & Sedis Apostolicæ Legatos.

LIB. II. Ad Episcopos Carnotenses.

LIB. III. Ad Episcopos Andegovenses, Cenomannenses, & Santonenses.

LIB. IV. ad Abbates, Priores, monachos diversorum Cœnobiorum.

LIB. V. Ad Sæculares tum Clericos tum Laicos.

OPUSCULA.

SERMONES.



GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS
B. PRISCÆ CARDINALIS,
EPISTOLARUM
LIBER PRIMUS.

EPISTOLA PRIMA.

Domino cariſſimo ac venerabili Papæ Urbano Goffridus ſuus reverentiam cum puræ dilectionis obſequio.

SAnctitatem veſtram viſitare cupiens Romam venire diſpoſueram : ſed quæ adhuc valde me cruciat febris quartana , detinuit invitum . Et quia velle adjacet mihi, ſi quando Deus poſſe donaverit, venire uſque ad vos non pigritabor, beata viſione veſtra ſatiari non mediocriter optans . Interim , Pater dulciſſime , apud pietatem veſtram obtinear ſervus veſter literis veſtris benedici pariter & ſalutari. [a] Santonenſi Epiſcopo , humiliter quæſo , præcipiatis , ne Eblonem, qui vobis ſemper inobediens extitit , aliqua occaſione abſolvat , niſi prius nobis ſatiſfecerit de invaſione terræ noſtræ , & de reddibus , quos per quatuor annos injuſte habuit . Præſentium literarum portitorem virum religioſum , amatorem juſtitiæ & veritatis, &, ut videtur , per omnia zelum Dei habentem , bonitas veſtra nullatenus dubitet. Hic eſt enim, qui in partibus noſtris, quaſi primus & maximus cum Propheta clamare non ceſſat : *Quis conſurget mihi adverſus malignantes, aut quis ſtabit mecum adverſus operantes iniquitatem ?* (Psal. 93. 16.) Pater benigne , nuper Canones relegens, quandam ſententiam inveni , quæ [b] Paſchali Papæ inſcribitur , ubi [c] neophytum factum Epiſcopum, hæreticum vocat : & ſicut ſimoniacum , ita & neophytum a ſancta Eccleſia debere ſeparari docet & præcipit . Hæc autem ſententia utrum inter Canonicas recipi debeat, ſatis non video. Sed quod minus inde percipio , paternitate veſtra edocente ſcire deſidero . Valeat majeſtas veſtra .

EPISTOLA II.

Dilectiſſimo domino ac venerabili Papæ Paſchali Goffridus per omnia ſuus cum dilectione debitam ſervitutem.

AD vos venire, optime Pater, paraveram . quod quanto deſiderio explere cupiebam , ſi etiam lingua mea ſileret , teſtis eſt mihi paratus ipſe quem feceram . Sed dum prompta voluntas veniendi affuit , inopinata neceſſitas non defuit , quæ meæ voluntati penitus obſtitit. Sunt enim in partibus noſtris [d] quidam ſatis nobiles genere , ſed multum ignobiles actione : mihi quidem carne propinqui , at moribus & vita longinqui . Hi de rebus monaſterii , cujus , licet indignus , curam gerere videor , perverſas quaſdam exactiones ſive conſuetudines extorquere laborant , quas prædeceſſores eorum longe ante per violentiam rebus ipſis impreſſerant. Quos cum per Eccleſiaſticam cenſuram a ſua impietate revocare minime potuiſſem , cœpi laborare , ſi quomodo flecti potuiſſent per [e] Principis poteſtatem : cujus videlicet anteceſſores

a *Santonenſi Epiſcopo*) Rannulfo , ad quem de eodem Eblone ſcribit lib. III. epiſt. XXXI.

b *Paſchali Papæ*) Id nominis primo . Extat hic Canon apud Ivonem Decreti p. II. cap. XXIV. cujus etiam meminerunt Gloſſographi editionis Romanæ decretorum Gratiani I. q. I. *Quiſquis* . ſed Paſchali II. tribuunt , cum primi dicere debuerint. Primi etenim fuiſſe vel hic Goffridi locus oſtendit , cum ad Urbanum II. ſcribat, qui Paſchalem II. anteceſſit .

c *Neophytum factum Epiſcopum*) Neophytus hoc loco non novitius Chriſtianus , quo ſenſu Apoſtolus Neophytum fieri vetat Epiſcopum I. ad Timoth. III. & Synodus Nicæna Can. II. ſed novitius Clericus , ex laicorum cœtu in ſacrum ordinem recens adſcriptus , & novus adhuc , ut Gregorii Magni verbis utar , in ſancta converſatione. Nam & hos quoque Neophytos dici Gregorius voluit , & ab Epiſcopali gradu una cum Simoniacis anathemate arceri . Lib. IV. epiſt. V. ad Virgilium , & lib. VII. epiſt. CXII. ad Syagrium & alios . Et ſi enim primis ſæculis propter Eccleſiæ neceſſitatem creati utriuſque generis Epiſcopi fuerant non pauci , & in quibuſdam præclare ſucceſſerat,ut in Philogonio Antiochiæ, & Nectario Conſtantinopoli, & Ambroſio Mediolani, & Sidonio noſtro apud Arvernos , & in aliis: poſtea tamen ſublata neceſſitate interdici, ambitumque hominum ad ſacros honores repente proſilientium coerceri placuit . Synodus ſane Arvernenſis II. nondum edita (Edita deinde tom. 2. Concil. Galliæ pag. 389.), Aurelianenſem V. imitata paulo ante Gregorii ætatem , unius anni ſpatium Neophytis præfixerat Can. IX. his verbis. *Ut nullus ex laicis abſque anni converſatione præmiſſa Epiſcopus ordinetur , ita ut intra anni ſpatium a doctis & probatis viris diſciplinis & regulis ſpiritualibus plenius inſtruatur* . At Gregorii ſententiam & verba ſecutus eſt ſuo Canone Paſchalis . Sed quod in eo ſcriptum eſt, Neophytos iſtos , ſi Epiſcopi fiant , hæreticos a Gregorio appellari , cum apud Gregorium nuſquam legatur, ſubdititium videtur. Quæ cauſa fortaſſe , cur de canone illo ambigat Goffridus . Neophytorum tamen hæreſin etiam Ivo nuncupat epiſt. CXLIX.

d *Quidam ſatis nobiles*) Præpoſiti Olarionis Santonum inſulæ , ubi has conſuetudines exigebant . Lib. III. epiſt. XXXVIII. & lib. V. epiſt. XX.

e *Principis poteſtatem*) Guillelmi Aquitaniæ Ducis Lib. V. epiſt. XX. & XXI. Vindocinenſe cœnobium fundarunt quidem Goffridus Martellus Comes Andegavenſis , & Agnes ejus uxor . verum Agnes antea nupſerat Guillelmo Comiti Aquitano, Guillelmi caput-ſtuppæ filio : ex eoque conjugio prognatus Guido Guillelmi hujuſce Principis avus . Ejus igitur proavia fuerat Agnes fundatrix . Monaſterii porro Vindocinenſis defenſores erant Comes Pictavenſis una cum Andegavenſi & Vindocinenſi. Urbanus II. in diplomate anni M. XCVIII. *Præterea ſtatuimus, ut Andegavenſis , Pictavenſis , ac Vindocinenſis , Comites omni tempore ſint defenſores & adjutores ejuſdem loci ad honorem Apoſtolicæ ſedis .*

contradicentibus, scimus esse plantatam: non quam pater cælestis plantavit, sed quam ibi laicus quidam temeraria potentia impressit. Cujus actionis Episcopum sentimus assertorem, quem tantæ injuriæ vindicem habere debuimus, & correctorem. [a] Episcopus vero Santonensis, quod monasterium nostrum per triginta & eo amplius annos absque omni reclamatione possederat, nobis absentibus, immo nescientibus, quibusdam æmulis nostris ut acciperent licentiam dedit. nos denique vestræ sanctæ paternitatis audientiam appellantes audivit. Sed apud vos, Pater, prosit, quod apud illum penitus obfuit. Quoniam vos diu est, amantissime domine, non visitavimus, suppliciter & obnixe precamur, ne ob hoc servis suis misericors vestra sublimitas indignetur. Non enim alia de causa distulimus, nisi quia eos, si non omnes, ex ipsis aliquos, quibus injuste premimur, in vestro justo examine præsentes habere desideramus. Unde vestræ sanctitati toto corde, tota anima, tota virtute supplicamus, quatenus viscera Apostolicæ pietatis, quæ oppressis omnibus succurrere consuevit, juxta desiderium nostrum sentiamus: ut vel sic sævire desinat tempestas quam patimur, &, quod decet monachos, optata quiete perfruamur.

Epistola IV.

Beatissima Papæ Paschali, carissimo domino suo, & Patri, omnis congregatio Vindocinensis monasterii, eorumque indignus pater Goffridus, debitam cum filiali timore subjectionem & obedientiam.

Injuriis & persecutionibus, quas [b] Carnotensis Episcopus nobis suscitavit, & suscitari fecit, valde fatigati, ad sinum matris nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, mamillam justitiæ sitientes confugimus; pro cujus amore ac fidelitate multimodas Episcopi infestationes diu portavimus. Ad Romanam itaque confugimus Ecclesiam: cujus sub alas maternitatis dum congregari, & foveri, prout justum est, desideramus; nos disgregare, & tribulationum funibus alligatos inde abstrahere molitur prædictus Episcopus: & contemptis sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Sedis privilegiis, quos ab initio nostræ creationis, mater omnium ecclesiarum Romana Ecclesia, proprios & speciales filios habuit, atque lacte suæ dilectionis nutrivit, quia sibi [c] vindicare non valet, execrandis vexationibus conatur extinguere. Unde, optimæ & honestissimæ vitæ Pater, vestram pietatem humiliter imploramus, quatenus educto de vagina beati Petri gladio, Episcopus & qui sibi in injuriis nostris obtemperaverunt, sic corrigantur, ut ceteri timeant, & a nostra persecutione retrahant manus, & sub præsidio Apostolicæ virtutis, quæ monachos decet, quietem habere valeamus. Mementote, dilectissime Pater, venerabilium prædecessorum vestrorum, qui vos ad æthereas mansiones præcesserunt: quorum sancta astutia, licet in multis divisa minor esset in singulis; in causis tamen monasterii nostri, patrimonii scilicet beati Petri, se totam, prout videbatur, colligebat. Illi quidem, sicut eorum honorabiles epistolæ, quas tanquam reliquias reservamus, veraciter testificantur, benefactoribus nostris multiplices gratias referebant: & eos qui nos impugnabant, severissima invectione arguebant. Illis temporibus pacem habuimus & quietem: & militare Deo licuit, non implicari mundiali negotio. Nam si quis nos molestare cogitabat, ibi moriebatur ubi orta erat iniqua cogitatio. Nunc autem tribulationibus atterimur, fatigamur injuriis, vexationibus, & maxime Carnotensis Episcopi laboramus. At de vestra bonitate, clementissime Pater, & æquitatis integritate omnino confidentes, ab his omnibus liberari nos credimus. Gravamina, quibus a memorato Episcopo premimur, & sub quanto illius onere gemimus, propter nimiam morositatem tacuimus: & domni Abbatis lingua melius omnia loquetur, quam indicare possit Epistola.

Epistola V.

Gloriosæ ac venerabilis vitæ Patri & domino, Paschali sanctæ & Catholicæ Romanæ Ecclesiæ Pontifici, frater Goffridus peccator dictus Abbas Vindocinensis, quod patri filius, & domino servus.

Literas sanctitatis vestræ cum gaudio & reverentia, qua debuimus, suscepimus, eisque debitam obedientiam, prout dignum erat, exhibere voluimus: & quicquid a beatitudine vestra nobis in literis præceptum fuerat, completum utique fuisset, si inobedientia [d] Archembaldi, dicti Abbatis sancti Albini, & quorumdam monachorum sibi faventium non obstitisset. Sanctum quidem & justum vestrum mandatum fuerat: sed qui justitiam & sanctitatem minus diligunt, ex omnibus quæ præcepistis, nihil omnino fecerunt. Hinc igitur vestræ discretioni incumbit, quod inobedienter actum est corrigere; ut vel sic universi cognoscant, quam grave sit Apostolica præcepta contemnere. Utile est enim, immo necessarium, ne hæc tanta præsumptio monachorum inulta remaneat: ne forte de monachis sumpta occasione in gradu altiori pestis inobedientiæ caput erigere præsumat. Hoc in anno, dilectissime Pater, ad vos venire desiderio desideravi: sed infirmitate & multiplici monasterii nostri necessitate detentus venire non potui. Sed Deo volente, quam citius

---

mariat, Capitul. lib. v. cap. cxxc i i. *Placuit nobis ne Capella in nostro palatio, vel alibi sine permissu Episcopi, cujus est parochia, fiant.* Quod ergo Episcoporum hac in re jus fuit, idem suum esse Abbates voluerunt in parochiis, quæ in ipsorum erant potestate. Tale autem Cluniacensium jus fuit ex Lucii II. privilegio. *Prohibemus*, inquit, *ut infra parochias ad jus Cluniacensis monasterii pertinentes absque Cluniacensis Abbatis consensu nullus Ecclesiam vel Capellam ædificare præsumat.* Romæ anno MCLIV.

a *Episcopus vero Santonensis*) Ranulfus idem, a quo insulam Ficici, de qua hic sermo, semel atque iterum Monasterio suo subtractam queritur lib. i i i. epist. xxxv i i.

b *Carnotensis Episcopus*) Ivo, quo cum de vexationibus istis multa sæpe expostulat lib. i s. Scripta quidem epistola totius monasterii nomine, sed a Goffrido dictata, Romamque ad Paschalem allata.

c *Vindicare non valet*) Ideo non poterat, quia Theodericus Episcopus suo & successorum nomine, Monasterium Vindocinense ab Episcoporum Carnotensium potestate liberum fecerat privilegio, quod ad calcem operum Goffridi edidimus.

d *Archembaldi, dicti Abbatis*) Hoc argumentum tractatur in Epistola sequenti.

potero, ad vos veniam, beatam faciem vestram visurus; & [a] B. Priscæ Ecclesiam, vel de Ecclesia justitiam, si bonitati vestræ non displicet, quod minime displicere debet, recepturus.

EPISTOLA VI.

Beatissimo Papa Paschali, carissimo Domino & Patri, frater Goffridus, S. Romanæ sedis humilis servus, debitam cum dilectione obedientiam.

[b] DOmnum Paganum beati Albini electum, quem mihi minimo servorum vestrorum, vestræ auctoritatis decreto commendastis, scitote veraciter multa gravamina passum. Prius quidem, electio sua sine judicio & audientia ei ablata est. Postea per invidiam in locum, quem per electionem fratrum suorum obtinuerat, Archembaldus subrogatus est. Qui me præsente in capitulo suo inter manus Andegavensis episcopi, [c] cum regula S. Benedicti abbatiam penitus ante dimiserat: quia, sicut ipsemet & omnis congregatio cum eo publice confitebatur, præ animi & corporis infirmitate tantum onus ferre non poterat. Paganus vero cum se nec auditum, nec vocatum quasi damnatum conspiceret, ne per hanc, quam immerito patiebatur, repulsam, infamia postmodum notaretur, me audiente domnum [d] episcopum Andegavensem, & domnum Engolismensem [e] legatum vestrum convenit: justitiam & audientiam ab eis quæsivit. sed sicut utraque quæsita est, utraque ab utroque negata fuit. Salomon tamen rex, & Evangelicus Judex nec sic egerunt, nec sic agere judices Ecclesiæ docuerunt. Quorum unus meretrices litigantes audire minime contempsit: sed earum causas diligenter discutiens prudenter terminavit. Alter vero in adulterio deprehensam & apud se accusatam sapienter & misericorditer liberavit. His quæ supra diximus, & aliis gravaminibus prædictus frater vehementer oppressus, Sanctam Apostolicam sedem, quæ materna pietate oppressis omnibus subvenire consuevit, appellavit: & ad eam, sicut ad matrem filius, consilium & auxilium petiturus confugit. Sed nec sua electio, nec sanctæ Sedis appellatio, quæ quondam prodesse solebat, adhuc sibi prodesse potuit. Et quia matris injuriam silere non convenit filio, sanctæ matris Romanæ Ecclesiæ injuriam, cujus filius ego sum, licet indignus, occultare nec possum, nec debeo. Archembaldus & monachi qui sustinent partes ejus, omnia quæ de Pagano eis præcepit Romana Ecclesia ita contempserunt, quod ex omnibus omnino nihil fecerunt. Huic tamen universali omnium Christianorum matri obedire est utile, & honorificum, & non obedire criminosum. Hæc obedientibus dilectionem servare semper studuit; & inobedientibus reddere ultionem. Unde, præcordialissime Pater, paternæ pietatis viscera qualiscumque filius vester humiliter precatur: quatenus in matre nostra Romana Ecclesia sic & justitiæ status vigeat & dilectionis affectus; ne pauper innocens opprimatur, nec superbus dives qualibet occasione glorietur. Quod si [f] violentia Teutonici Regis aliquid æquitatis minus a vobis extorsit, & timor mortis filiorum vestrorum ad hoc carnem vestram, non animam, inclinavit: quanto minus justitiæ in hoc actu dignoscitur, tanto in causis aliis amplius peragatur. Pater in Christo carissime, non vos ultra modum afficiat, si qua fuit sinistra operatio: non perturbet oculum mentis vestræ regia exactio. sed quanto fortius potestis, jura justitiæ in rebus aliis teneatis nunc ex deliberatione: ut quod regi fecit vestra humanitas, fecisse credatur pro vita filiorum paterna compassione.

[g] EPISTOLA VII.

Beatissimo Papæ Paschali, carissimo domino & Patri, frater Goffridus Apostolicæ sedis servorum minimus, eam, quæ secundum Deum est, obedientiam.

OPtime nostis, Pater optime, ovium Petri Petrum simul & Judam habuisse, & sicut

---

a *Beatæ Priscæ Ecclesiam*) Et hoc etiam peti debet ex epistola IX. hujus libri.

b *Domnum Paganum beati Albini electum*) Vetus & nobile S. Albini cœnobium Juliomagi Andegavorum, in quo post Girardum II. creatus Abbas Archembaldus anno Christi M.C.VI. cum sua sponte abdicasset, suffectusque in ejus locum esset Paganus, mutata mox voluntate Abbatiam iterum affectavit, obtinuitque ut Pagani electio infringeretur. Pro Pagano litteras ad Goffridum dedit Paschalis, de quibus epistola præcedenti. sed ei nec litteræ Pontificiæ, nec adhibitæ apud Legatum & Episcopum Andegavensem preces profuerunt, quo minus Abbatiam retineret Archembaldus.

c *Cum regula S. Benedicti*) Hoc est, librum porrigens Regulæ, Abbatiam abdicarat. Ductum e prisca illorum temporum consuetudine, qua ad sanciendas, firmandasque cessionum & investiturarum actiones baculum, cultellum, aliudve quippiam ejusmodi adhibebant: interdum etiam librum regulæ S. Benedicti, apud monachos nimirum. Cujus rei in ipso S. Albini tabulario varia suppetunt exempla. ut in donatione Adelardi de Castro-Gonterii, quam lib. v. epist. XXV. proferemus. Item in altera concessione Samsonis Passavantii militis, in qua post eorum enumerationem, quæ Monasterio apud Cortumcampum donarat anno M.C.XXXVIII. sic concludit. *De hac igitur eleemosyna ego ipse Samson cum regula S. Benedicti, cum qua Ecclesiæ beneficium ab Abbate & fratribus memoratis acceperam, memoratos investivi Abbatem & conventum, & eandem regulam super altare B. Albini detuli ob memoriam perpetuæ firmitatis.* Ut in his librum regulæ, sic in aliis tabulis cultellum, baculum, chirothecas in manum missas, altarique impositas legimus: Quia exstant hodieque in eodem S. Albini cœnobio, & in aliis plerisque veteris moris monimenta: baculi, inquam, & chirothecæ, & alia, investiturarum, traditionumque, quas signarant, titulis inscripta.

d *Episcopum Andegavensem*) Rainaldum, ad quem scribit lib. III.

e *Engolismensem legatum*) Girardum, de quo epistola XIX. hujus libri.

f *Violentia Teutonici Regis*) Henrici IV. postmodum Imperatoris. de ea re mox dicetur ad epist. sequentem.

g *Epistola VII.*) Hujus epistolæ argumentum in indice Codicis Cenomannensis ita concipiebatur: *Rationabiliter ostendit pactum quod cum Teutonico Rege fecerat non tenendum.* Pactum scilicet de investituris Episcoporum & Abbatum, quas Henricus a Paschali armata militum manu ad urbem circumsesso, captoque per vim extorserat III. idib. Aprilis anno M.C.XI. cum eas Henrico ejus patri ut concederent Gregorius & Urbanus nullis unquam minis neque blandimentis, neque vexationibus inflecti potuissent. Quod factum Paschalis etsi excusare videbatur necessitas, quod alioqui, ut ipse in epistola ad Guidonem Viennensem causatur, servitus Ecclesiæ, captivis interitus, excidium urbi & Italiæ imminere videretur: usque adeo tamen omnibus locis improbatum est, ut apertum schisma tantum non excitarit. Itaque prudentes & cordati viri, quos violata Ecclesiæ jura male habebant, in quibus Goffridus hic noster, & alii, quorum extant epistolæ, Paschalem hortari atque urgere non destiterunt ut pactum, quod invitus fecerat, & ipsemet ultro damnabat, publico decreto rescinderet. quod quidem præstitit anno sequenti in synodo Lateranensi, in qua investituras Henrico iterum abrogavit.

a [a] beatus Ambrosius dicit, quandiu in ea Judas fuit, semper passa est tempestatem: sed illo filio perditionis foras expulso, tranquillitatem habuit & quietem. Judæ siquidem perversitas exigebat, ut navi, quæ utrumque, Petrum scilicet & ipsum vehebat, suscitaret tempestatem: sed fides & pietas B. Petri apud Dominum obtinebat, ne collisionem incurreret vel submersionem. Et quia nostris temporibus alter Judas, parturiente diabolo, contra sanctam Ecclesiam natus agnoscitur, qui catholicam fidem, libertatem, & beatam ejus castitatem modis omnibus detestanda præsumptione sibi auferre conatur: valde necesse est, ut nunc etiam fides B. Petri in sua speciali sede, quæ nunquam errare consuevit, tantum vigeat; quatenus in primis suæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ & a collisione provideat, & eam a submersione defendat: ne forte, quod, absit Satana triumphante, erroris fluctibus intolerabiliter oppressa succumbat; & sic credentium omnium multitudo Scyllam & Charybdim cum illa patiatur, & pereat: & B. Petrus sub undis latere credatur, qui olim super undas ambulabat. Firmiter credimus, nec erramus, Dominum nostrum duobus discipulis, Petro videlicet & Paulo, Ecclesiæ dedisse principatum. Petrum fidei Catholicæ principem fecit; Paulum doctrinæ. Quorum unum elegit adhuc in terra corporaliter manens: alium vero in cælo jam residens. In terra quidem Petrum elegit, ut Ecclesiam suam ejus fidei robore firmaret: Paulum postea de cælo, quatenus ejus sancta doctrina fide firmatam Ecclesiam exornaret. Isti gloriosi triumphatores operibus veritati fidem servantes non sanguini, maluerunt alter obedienter subire patibulum crucis, alter ensem suscipere diligenter submissa cervice; unde amplius lactis exivit quam sanguinis; quam Ecclesiæ sibi commissæ virtutem fidei & libertatem, quam bonus eorum magister & Dominus fuso sanguine sui sacratissimi corporis comparaverat, paterentur auferri. Isti sanctæ memoriæ & venerabilis vitæ martyres suo capiti Christo fideliter inhærentes, quam veraciter ejus membra fuerunt, mori potius pro illo, quam contra illum vivere eligentes, factis amplius quam verbis clamaverunt. Quorum victorioso sanguine laureata sancta Romana Ecclesia olim superatis hostibus triumphavit; quæ in suis doctoribus & mori pro Christo semper optavit, & sibi vivere recusavit. Hi sancti viri in æthereis mansionibus cum suo Domino jam exultant; ubi pro morte temporali beatam immortalitatem adepti, suos, sed non degeneres successores expectant. Quod si alicui eorum victoria non affuit passionis, non illud timor negavit; nec tam passio defuit, quam dies certaminis. Talibus patronis terra lætatur, cælum exultat: & quia felix eorum vita mortem meruit gloriosam; hinc sancta eorum solemnia plebs Christiana celebrando frequentat; & per supplicabiles ipsorum preces se tota devotione suo creatori commendat. Horum itaque solemnia celebrare est utile & religiosum: se piis eorum precibus commendare utile pariter & necessarium. A quorum sorte beata qui in eorum sede residens & aliter agens se privavit, factum suum ipse dissolvat, & velut alter Petrus lacrymando corrigat quod fecit. Si metu

A mortis titubavit ad horam carnis infirmitas, in corrigendis carnis operibus mentis integritas perseveret, & emendare non erubescat, causans de carne, velit nolit, moritura, quod acquisitu immortalitate vitare potuisset. Si vero timore mortis filiorum suorum potius quam suæ, ea fecisse vel facientibus assensum dedisse convincitur, quæ Christus per semetipsum correxit, & B. Petrus abominatus est, atque sacri Canones penitus execrantur; nullo velamine tegi potest vulnus tam manifestum: quia pater sic filiis propitiare non potuit, sed salutem impedire filiorum. Mortem siquidem, quæ fructum facit meliorem differre subito morituris, & in æternum
B victuris vitam a Deo paratam auferre, nulla nos docent exempla Sanctorum. Nam si Paulus ad horam vitavit mortem, in aliquo fidem non læsit, neque deseruit veritatem: & se morti magis reservasse creditur, quam subtraxisse, ut fructum deinceps faceret potiorem. Unde nec justitiæ nec misericordiæ fuisse consilium veraciter agnoscitur, sed Satanæ incitamentum, eos subtraxisse morti, quæ diu deesse non potest mortalibus, qui cum utilitate totius ecclesiæ vitæ statim sociari potuissent æternæ. O quam venerabilis, & quam pretiosa esset in conspectu Domini mors, immo vita illorum, quibus si pati pro fide datum fuisset desuper, vel in terra permissum, sancta Ecclesia hæretica pra-
C vitate superata, suo sponso, qui pro ea mortuus est, & resurrexit, usque in finem sæculi fideles filios procreasset; nec frangi, nec flecti deinceps fides Catholica potuisset. Si objicitur, quod inviti forsitan paterentur, & idcirco eorum passio crederetur infructuosa, quod spontanea minime videretur: & iterum, * *Pœna martyrem non facit, sed causa*, causa utique idonea & multum idonea erat, quia causa fidei, qua melior non poterat inveniri. Pro hac etiam, si aliter non possent, contra suam voluntatem mori debuissent: quia nec sic martyrii palma fraudari potuissent. Innocentes etenim sancti, qui nec voce, nec voluntate martyrium quæsisse leguntur, quoniam pro Domino pertulerunt, corona
D martyrii non privantur. Hos sancta Ecclesia non solum martyres esse, verum etiam martyrum flores confitetur. Unde firmiter credendum est, & nullatenus dubitandum, quod supplicium mortis pro fide Christi homini collatum, etiam si pro carnis infirmitate noluerit, & tamen non negaverit, martyris vindicat nomen & præmium. Si autem adeo fuissent degeneres filii, quod a porta paradisi, cui non Teutonici regis impietate, sed, qui bene malis uti consuevit, Domini pietate jam propinquaverant, retro pedem dare negando voluissent: constantia patris & ratio spiritui propitiare potius debuerat, quam carni, eosque in fide sancta exhortatione firma-
E re: si necessitas incomberet, primus pro veritate succumbere; & sicut B. Sixtus beatum Laurentium ad vitam prævenit æternam, ita & ipse eos prævenire: ne illorum imperfectione universalis Ecclesia chartam fidei, castitatis, ac libertatis perderet, quam Salvator ore suo dictatam, & sigillatam in cruce, manibus propriis Christianis omnibus tradidit in pignus & tenorem dilectionis. Et quoniam culpa hæc inexcusabilis nullatenus dubitatur, & excusando augeri po-

* *Aug. ep. 61 ad Dulcitium*

a *Beatus Ambrosius dicit*) Lib. IV. in Lucam cap. IV. *Hæc est*, inquit, *illa navis, quæ adhuc secundum Matthæum fluctuat, secundum Lucam repletur piscibus*. Et post alia: *Non turbatur ista quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Judam habet*.

test, non mihi; relicto errore scienter commisso sine dilatione corrigatur: ne mater nostra spiritualis, quæ quasi novissimum spiritum trahit, omnino moriatur: Fide, castitate, ac libertate vivit, ac viget Ecclesia: quæ si non habet, languet, & separatur a vita. Nam fide fundatur, ornatur castitate, libertate tegitur. Sed cum laicam investituram, quæ secundum traditiones sanctorum patrum hæresis comprobatur, non contradicit, sed præcipit; cum corrumpitur ipsa muneribus; cum sæculari potestati subjicitur; fides, castitas, & libertas ei simul aufertur; & quæ vitam non habet, nec immerito mortua creditur. Hujus mortis auctorem vel novissimum Ecclesiæ membrum credere, etiam si pastor videatur, errare est. Huic errori quicunque inhæserit, merebitur ab ipsa vitæ radice præcidi. Super his autem si quis aliter senserit, non est Catholicus. manifestetur, & veritatis argumento probabitur esse

a hæreticus. [a] Tolerandus quidem est pastor, ut Canones dicunt, pro reprobis moribus: si vero exorbitaverit a fide, jam non est pastor, sed adversarius, a quolibet peccatore tantum Catholico detestandus. Licet enim secundum sanctorum decreta Romanorum pontificum, etiam meretrici communem Ecclesiæ fidem, quam suam credit & confitetur, defendere. Multo igitur amplius atque perfectius religiosum Catholicum decet hæreticam pravitatem impugnare: nec Christianæ legis veritatem, qui Christianus est, in tali negotio debet occultare. Sunt quidam episcopi, quos nec clerus, nec populus elegit; sed eos tantum laica persona investivit. ii contra Catholicorum statuta patrum, & maxime contra veridicam B. Gregorii septimi Papæ vocem, qui pro defensione hujus fi-

b dei [b] mortuus est in exilio, investituram pal-

c liantes, eam [c] negarent hæresim esse, verbis ad seducendum compositis, si possent. Quorum stamaris dolosis, viris fidei non appenditur: hos enim custodit Dei spiritus, quo reguntur. Fratres isti, utinam si fieri posset, fratres Catholici, qui non a suo consecratore, sed contra claves Ecclesiæ, a laicis investituram susceperunt vel suscipiunt, dum quemlibet auctorem hujus criminis moliuntur defendere, sub illius defensione se, sed quasi productis verendis, natibusque nudatis operiunt. Nam cum castitatem sponsæ Dei sepelire, & nimium sordida pollutione sepultos suscitare fallaciter conantur, se faciunt amplius manifestos, sed quia hæreticus hæretici testimonio in eo hæresis genere quo conveniant, minime damnatur, mirum non est si jam nefanda loquuntur. In eum autem qui talia credit & profitetur, de pharetra veritatis David rex & propheta hoc modo jaculatur:

Psal. 9. *Non est Deus in conspectu ejus: inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore*. Et illud, *Verba oris ejus iniquitas & dolus*: noluit intelligere, ut quæ sunt fidei, sequeretur. Qui talis est, præesse, non prodesse, & quæ sua sunt tantum quærere, non quæ Jesu Christi, desideras: & per quælibet devia oves præcipitentur nullatenus curat. De quibus lac & lana sibi non sufficit; sed illarum devorat carnes & ossa corrodit. Se tamen æstimat pastorem ovium, cum sit potius lupus earum. Et merito lupus non pastor ovium creditur, qui eas non pascit, sed de ipsis pascitur. Hæc a nobis idcirco dicuntur, quia dum a Satana propheta corruptus agnoscitur, qui non solum verbo, sicut Balaam, sed etiam scripto, in Christiani populi necem consilium pariter & assensum dedisse convincitur; valde necesse est, ut cui residet, asina loquatur, & prophetæ corripiat insipientiam, qui sacra divinæ legis præcepta transgressus est, sacrilegi Regis secutus insaniam. Et quoniam Luciferum nostris temporibus e cælo lapsum indubitanter agnoscimus, non ei qualibet occasione illius impietatem dissimulantes inhæramus, ne in puteum desperationis cum eo, quod Deus abnuat, corruamus. Si minus dixi quam debui ignorantiæ deputetur: si amplius, quia de odio iniquitatis & æquitatis amore processit, ignoscatur.

EPISTOLA VIII.

Dilectissimo patri & domino Paschali Papæ venerabili, frater Goffridus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ servorum minimus, debitam cum dilectione obedientiam.

PLacuit Sanctitati vestræ, Pater carissime, [d] Abbatem B. Albini vocare, & ut in præsentia vestra usque ad festivitatem omnium Sanctorum mihi justitiam exequeretur, decreto vestræ auctoritatis admonere. Quid ipse olim contra sedem Apostolicam fecerit, Beatitudo vestra melius novit. Nunc autem vobis inobediens esse non audet; quoniam si ad istam vocationem vestram non veniret, [e] Comes Andegavensis possessionem, quam Monachi B. Albini per subreptionem abstulerunt, monasterio nostro restitueret. Ego vero ad prædictum terminum inevitabili monasterii nostri necessitate detentus, sicut prædicto Abbati ante dixi, venire non potero. Sed si Deus vitam & prosperitatem mihi concesserit, usque ad festivitatem Sancti Clementis beatam faciem vestram visitabo, de Abbate, & de Monachis B. Albini justitiam accepturus; & quia venerabilis memoriæ dominum Papam Urbanum deceperunt, multis auctoritatibus Sanctorum Romanorum pontificum probaturus. Ipse postea dominus Papa, visis privilegiis nostris, se fuisse deceptum asseruit, & auctoritate privilegii sui, quod contra nos fecerat ita retractavit, quod Ecclesiam, de qua querela manet, & quicquid prædecessores sui monasterio nostro firmaverant, sine exceptione firmavit. Unde, dilectissime Pater, discretam paternitatem vestram, non adoptivus, sed pro-

a *Tolerandus quidem est pastor*) Ex Anacleti epist. III. citat Ivo decreti P. III. cap. CXI.

b *Mortuus est in exilio*) Salerni. Henrico Imp. cedere coactus, qui Romam expugnarat. Gregorii VII. verba, cum in lethalem morbum incidisset, a Petro Bibliothecario hæc memorantur; *Dilexi justitiam, & odi iniquitatem: propterea morior in exilio*.

c *Eam negarent hæresim esse*) Hac de re uberius agit lib. III. epist. XI. & in Opusculis.

d *Abbatem B. Albini*) Archembaldum, de quo epist. V. Is nunc Romam cum Goffrido vocabatur, disceptaturi ambo de Ecclesia S. Joannis super Ligerim, quam Urbani II. judicio Albinianis, pro Credonensi quam repetebant, dare coacti fuerant Vindocinenses. Goffridus vero Abbas factus, causam suam sic egerat apud Urbanum, ut is judicium suum retractaret, Ecclesiamque S. Joannis Vindocinensi postea Monasterio inter ceteras ejus possessiones assereret. quod quidem non solum ab Urbano, verum etiam a Paschali ejus successore factum vidimus diplomate anni M.C.III. Attamen, quoquo modo composita res fuerit, obtinuit tandem Urbani decretum, potiunturque hactenus illa Ecclesia monachi S. Albini.

e *Comes Andegavensis*) Fulco ejus nominis V. idem qui Hierosolymorum postea regnum adeptus est, de quo iterum epist. XXI. & lib. II. epist. VII.

prins & specialis [a] filius vester precatur humiliter, ne prosit illis quæ de justitia diffidune, si adventum prævenerint nostrum. Monasterium S. Albini Romanæ Ecclesiæ nunquam servivit, vel serviet, nisi pro sua tantum necessitate. Monasterium vero nostrum ita B. Petri est proprium, quod ab ipsis fundatoribus suis alodium ei datum extitit, & patrimonium. Ab ipso nostræ congregationis initio prædecessores nostri sanctæ Romanæ Ecclesiæ optime servierunt: & si gloriari oportet, immo quia gloriari oportet in Domino; nemo illorum melius, quam ego. Unde salva veritate profiteor, quod postquam Monasterium regendum suscepi, [b] tredecim millia solidorum nostræ monetæ in Romanæ Ecclesiæ servitium expendi: sola videlicet dilectione, non mea qualibet necessitate. Hæc autem dico, Deus scit, non fallaciter exprobando; sed dilectionem nostram erga Romanam Ecclesiam veraciter approbando: ut qui Romanam Ecclesiam diligunt, & me diligant, & mecum contra meos adversarius clypeum defensionis opponant. Inter cetera, quæ mea humilitas Romanæ Ecclesiæ in sua necessitate fecit servitia, unum, quia celeberrimum fuit, nec possum, nec debeo silere: quo audito, qui Catholicam fidem diligit, me nunquam poterit non amare. [c] Primo anno, quo, Deo volente vel permittente, nomen Abbatis suscepi, audivi piæ recordationis dominum Papam Urbanum [d] in domo Joannis Frica-panem latitare, & [e] contra Guitbertistam hæresim viriliter laborare. Licet locus noster pauper esset, Romam tamen veni, illius persecutionum & laborum volens particeps fieri; & suam pro posse meo desiderans supplere inopiam: quod & Dei gratia feci. Mala quæ in itinere & in civitate passus sum, nostrorum per omnia, ne agnoscerer, factus famulus famulorum, longum est enarrare. Quasi alter Nicodemus ad dominum Papam in domum prædicti Johannis nocte veni: ubi eum pene omnibus temporalibus bonis nudatum, & alieno ære nimis oppressum inveni. Ibi per quadragesimam mansi cum illo; &, si fas est profiteri veritatem, ejus onera in quantum potui, caritatis humeris supportavi. Quindecim vero diebus ante Pascha, Ferruchius, quem Lateranensis Palatii custodem Guitbertus fecerat, per internuncius locutus est cum domino Papa, quærens ab eo pecuniam, & ipse redderet illi turrim & domum illam. Unde dominus Papa cum Episcopis & Cardinalibus, qui secum erant, locutus, ab ipsis pecuniam quæsivit: sed modicum quid apud ipsus, quoniam persecutione & paupertate simul premebantur, invenire potuit. Quem ego, cum non solum tristem, verum etiam præ nimia angustia lacrymantem conspexissem, cœpi & ipse flere, & flens accessi ad eum dicens, ut secure cum Ferruchio iniret pactum. Ibi aurum & argentum, nummos, mulas & equos expendi: & sic Lateranense habuimus, & intravimus palatium. Ubi ego primus osculatus sum domini Papæ pedem; in sede videlicet Apostolica, in qua longe ante Catholicus non sederat Papa.

EPISTOLA IX.

Beatissima Papæ Paschali, frater Goffridus, quod carissima patri humilis filius, & bono domina fidelis servus.

Literas vestras, dilectissime Pater, [f] triginta quinque diebus ante Concilium vidi: in quibus audivi quod noluissem, & quod audire peccando non merui. Pervenit enim ad aures vestras nescio cujus relatione, me persecutoribus Ecclesiæ, & [g] Comiti Pictaviensium participare; quod, Deus scit, nunquam feci; nec paternitatem vestram optassem de me rem hujusmodi credidisse. Hæc namque seminavit inimicus homo, & fallaciæ spiritus erat in eo. Monasterium siquidem nostrum, quicquid melius habet, & unde pene penitus vivimus, in terra Comitis Pictaviensis noscitur habere. Et ideo mutare non possum, quin aliquando cum eo loquar: sed testem in animam meam invoco Spiritum sanctum; hoc necessitate fit Monasterii nostri, non mea voluntate. Occasione quondam accepta, quia [h] prædecessor noster non potuit

a *Specialis filius vester*) Lib. III. epist. xxxiv. D. Bernardus epist. cccxiv. ad Eugenium Papam: *Abbas Vindocinensis, qui specialiter vester est, rogamus ut & ipse specialem inveniat gratiam.*

b *Tredecim millia solidorum*) Duodena tantum millia leguntur epist. II. & XIII. ad Callistum. Quare mendum hoc loco videtur.

c *Primo anno quo*) Christi M.XCIV. ex Bertaldo Constantiensi, qui res Urbani accurate persecutus est, constat initio hujus anni turrim Crescentii in Guibertinorum potestate adhuc fuisse. Goffridus paulo ante ferias Paschales opera sua turrim eum palatio Lateranensi receptam notat. quod in eundem prorsus annum incidisse compertum est. Goffrido autem ut beneficium Urbanus, ita nos egregii facinoris memoriam debemus. Nam nisi ipse proderet, nesciremus.

d *In domo Joannes Frica-panem*) Vetustissimæ ac nobilissimæ apud Romanos familiæ nomen nunc paululum inflexum, Frangipanes enim dicuntur: Quod ergo generatim scribit Bertoldus, Urbanum Romæ prope S. Mariam novam in quadam firmissima munitione moratum, id ipsum videtur quod explicatius dicitur a Goffrido, illum in Joannis hujus domo latuisse.

e *Contra Guitbertistam hæresim*) Contra Guitbertum, ejusque fautores. Hic est quem ex Archiepiscopo Ravennate Pseudopontificem, indito Clementis III. nomine, adversus Gregorium VII. crearat Henricus Imp. anno M. XXCIII. Quo ex tempore & Gregorium quoad vixit, & Victorem, Urbanumque successores eum aliis diris modis exercuit, eum Roma extorres pene semper habuit. Ita ut in Apostolica sede, quod extrema epistola scribit Goffridus, Catholicus Papa longo intervallo non sederit. Undecim plane anni fuerunt ab exordio Guitberti ad receptum ab Urbano Ferruchii deditione Lateranum.

f *Triginta quinque diebus ante Concilium*) Lateranense, anni M. C. XII. de quo ad epist. VII. diximus. Eadem excusatione usus etiam Ivo Carnot. epist. cl. quo minus ad Concilium proficisceretur: quod Paschalis Papæ literas quibus vocabatur, septem tantum hebdomadibus, hoc ea XIII. diebus ante constitutum Concilio diem acceperit.

g *Comiti Pictavensium*) Guillelmo, de quo epist. II. ejus nominis & familiæ postremo, quem sæpius excommunicatum constat. Sed de ea nunc excommunicatione agitur, quam Girardus Engolismensis legatus, & Petrus Episcopus Pictavensis ob illicitas pulsa legitima uxore nuptias inflixerunt, ut narrat lib. v. Historiæ Guillelmus Malmesburiensis. Multa Vindocinenses & apima in hujus Principis ditione prædia possidebant, ut Oleronis & Surgeriarum Ecclesias in pago Santonico, Olonensem, & alias in Pictavensi.

h *Prædecessor noster*) Paulo post, *Prædecessorum nostrorum*. Lib v. epist. XXI. *Rectores monasterii nostri qui fuerunt ante me*. Quatuor omnino ante Goffridum Vindocini Abbates fuerunt Rainaldus, Odericus, David, & Berno, quem hoc loco significat. Bertoni Obedientiam seu Prioratum S. Georgii (de hoc enim agi puto) eripuerat Guillelmus Comes, quem Goffrido postea restituit. Urbanus II. Goffrido: *Ecclesiam S. Georgii in Oleronis insula, quam ab omni exactionis consuetudine liberam Guillelmus Pictavensis Comes excommunicatione nostra coactus reddidit, sicut ab Andegavensi Comite Goffrido & Agnete Comitissa loco vestro tradita fuerat.* Qua de re iterum lib. v. epist. XIA. & XX. De Obedientiæ autem hac notione vocabulo lib. IV. epist. VII.

tuit ad eum venire vel noluit, quandam nobis abstulit obedientiam, quam me postea viginti quinque millia solidorum redimere oportuit. In quibus tamen me ab excommunicato debeo abstinere, si ei communicavi, vel quandiu fuerit excommunicatus, communicavero, nunquam mihi a Deo illius peccati fiat remissio. Hæc & si quælibet alia vobis de me dicta sunt amara, credite firmiter ea fallaciter & invidiose fuisse inventa. Unde si justum est, competens terminus ponatur, & qui me sagittant in occulto, notificentur contra quos scilicet canonice me præparare debeam, & de quibus forsitan aliquid dicam; & sine misericordia judicemur. Veritatem dulcissime Pater attendite, non verborum relationem. Æmulantur enim me quidam, scilicet diaboli æmulatione. Quorum falsis detractionibus compellor palam profiteri veritatem, quam satis tacere voluissem. Nullus itaque veraciter dicet æmulorum, quod in tota Francia Monasterium sit ordinatum melius quam nostrorum. Quod nostro tempore per Dei gratiam amplius crevit, quam prius devotio fundatorum ei contulerit: licet nunquam Ecclesiam, nunquam alterius Ecclesiæ decimam, vel quamlibet possessionem Ecclesiasticam eo modo acquisierim, quo faciunt quidam. Tempore prædecessorum nostrorum Romana Ecclesia vel debitum censum, [a] duodecim scilicet solidos, per annum vix inde habere potuit. quod non propter jactantiam, sed propter gratiarum actionem dico; in servitio Romanæ Ecclesiæ amplius quam duodecim millia solidorum nostra paupertas expendit. In spatio triginta quinque dierum, reverendissime Domine, me præparare & ad vos venire non potui, corporis etiam pressus infirmitate. Iter nostrum quam citius potero, præparabo: &, si Deus mihi vitam & sanitatem donaverit, vos, sicut carissimum patrem, ad præsens videbo, vobis diligenter serviturus, & [b] B. Priscæ misericorditer recepturus Ecclesiam, vel de Ecclesia, si placet, justitiam. Dignum satis & justum esset, si discretioni vestræ videretur, ut quod sanctorum prædecessorum vestrorum, Alexandri secundi videlicet, & Gregorii septimi auctoritate nobis donatum est, & sub eorum anathemate firmatum, & postea pro fidelitate Romanæ Ecclesiæ a Guitberto hæretico ablatum extitit, a Romana Ecclesia nobis redderetur, quæ mala pro bonis reddere non consuevit. Hæc est enim retributio quam Deus non docuit, nec B. Petrus agnovit. De Guitberto quidem me optime vindicavi: quia post beatæ memoriæ Papam Urbanum, & præcipuum sanctæ Romanæ

---

a *Duodecim scilicet solidos*) Idem repetit epist. XIII. ad Callistum. Censum hunc abbati Vindocinensi tanquam sedis Apostolicæ alodiario indixerant fundatores. Tabulæ fundationis: *Abbas vero, qui alodiarius B. Petri esse dinoscitur, matrem suam Romanam Ecclesiam per singulos annos aut per se, aut per legatum suum visitare studeat, & si majorem caritatem non fecerit, censum saltem XII. solidorum ad concinnanda luminaria ante venerabile corpus Beatissimi Petri ibi persolvere non negligat.* Clemens II. in privilegio confirmationis: *Censum vero ad memoriam cognitionemque sempiternam duodecim solidos de moneta patria vestra B. Petro reddi per annos singulos volumus.* Sic olim Cluniacenses tutelæ nomine X. solidos quinto quoque anno pendebant. in diplomate Agapiti II. *Sane ad recognoscendum quod prædictum cænobium S. Apostolicæ sedi ad tuendum atque fovendum pertineat, dentur per quinquennium solidi X.* Vizeliacenses singulis quot annis libras argenti. Paschalis II. Altardo Abbati Vizeliac. *Ad indicium quoque hujus libertatis, Apostolicæ sedi, cujus juris esse dinoscitur libram argenti per singulos annos persolvas.* sic alii alios census.

b *Beatæ Priscæ Ecclesiam*) B. Priscæ Ecclesiam titulum Presbyteri Cardinalis in monte Aventino Abbatibus Vindocinensibus cum dignitate Cardinali primus illustri & inusitati exempli prærogativa concessit Alexander II. ita ut quicunque legitimi Vindocini Abbates forent, iidem Romanæ Ecclesiæ hujus tituli Cardinales essent. Alexandri hæc sunt verba in literis ad Odericum Abbatem anno MLXII. *Concedimus etiam omnibus hujus loci Abbatibus Ecclesiam B. Priscæ cum dignitate Cardinali, Sancti Spiritus judicio decernentes, ut nulla deinceps Ecclesiastica sæcularisve persona prædictam B. Priscæ Ecclesiam seu Ecclesiæ dignitatem eis auferre qualibet occasione præsumat.* Quod eidem Oderico beneficium confirmavit Gregorius VII. anno MXXIX. Verum grassante posthæc in urbe factione Guibertina, Ecclesia hæc Vindocinensibus, quod partes illas aversarentur, adempta, atque ad alios translata est. Et quanquam Goffrido nostro, ut est in epist. XVI. ejus investituram reddidit Urbanus II. iteram tamen ejus possessione dejectos fuisse ex eo liquet, quod eam nunc repetit a Paschali, & epist. XIII. promissum sibi a Callisto testatur. a quo tandem in integrum restitutus, Cardinalis B. Priscæ titulum usurpare cœpit. Sic enim ad Callistum ipsum scribens se appellat Opuscul. III. Callisti diploma, quo vindicias Goffrido instauravit, integrum proferetur ad epist. XXVIII. lib. II. Ejus porro vestigia decimo post anno secutus est Honorius II. cujus etiam extat privilegium Romæ IX. Kal. Apr. anno MCXXIX. perscriptum. Nec tamen diuturna satis aut illibata Vindocinensibus fuit hæc possessio. Nam sive quod Ecclesiæ illius sarta tecta negligerent, sive alia potius causa fuit, iteram illis est adempta, & aliis Cardinalibus, quos B. Priscæ titulo creabant, per Pontifices attributa. Denique Innocentius III. intermissam possessionem Hamelino Abbati, qui octavus fuit a Goffrido, postliminio restituit, sed cum hac exceptione, ut ipse quidem ejusque successores Abbates pristinam Cardinalis dignitatem, ejusque insignia cum B. Priscæ Ecclesia perpetuo retinerent. Cæterum si quando alii ejusce tituli Cardinales crearentur, his parerent, quartamque proventuum partem penderent ii, qui B. Priscæ Ecclesiam pro Vindocinensibus administrarent. Innocentii verba, tametsi paulo longius excurrunt, non abs re fuerit audire. Sic igitur habent: *Licet autem antecessores nostri Ecclesiam S. Priscæ in monte Aventino sitam cum omnibus pertinentiis suis, & Cardinali etiam dignitate prædecessoribus tuis duxerunt concedendam, sicut in ipsorum privilegiis perspeximus contineri: quia tamen post aliqua tempora per incuriam & neglectum eorum ipsa Ecclesia destructionem & desolationem incurrit; quidam prædecessorum nostrorum eam diversis temporibus diversis Cardinalibus assignarunt, quos ad titulum ejusdem Ecclesiæ promoverunt. Nos vero tuo volentes honori deferre, de consueta sedis Apostolicæ benignitate concedimus, ut dignitatem, quam antecessores tui ex concessione ipsius Ecclesiæ sunt adepti, tu & successores tui nihilominus habeatis. Sandaliorum usum, tunicæ, & dalmaticæ, mitræ, & annuli, sicut eis presbyteri Cardinales utuntur, vobis in perpetuum auctoritate Apostolica confirmamus, ipsamque B. Priscæ Ecclesiam Vindocinensi Monasterio de speciali gratia restituimus; hoc adhibita moderamine, ut si forte nos aut successores nostri presbyteros Cardinales ad ejus titulum duxerimus promovendos, pro ea maxime causa ut super altare B. Petri consuetum agant officium, sicut a sanctis Patribus provida fuit deliberatione statutum, hi quibus pro tempore curam & administrationem ipsius Ecclesiæ commiseritis, eisdem Cardinalibus debitam impendant obedientiam humilem & devotam. Qui videlicet Cardinales de proventibus Ecclesiæ ejusdem percipiant quartam partem: vos autem de ipsa Ecclesia geratis sollicitudinem diligentem, ne per vestram incuriam in sollicitudinem iterum redigatur: quia privilegium meretur amittere, qui permissa abutitur potestate.* Hactenus Innocentius. Ex eo factum est, ut gemini deinceps fuerint B. Priscæ Cardinales: alii ordinarii, quos Pontifices designabant; alii extra ordinem perpetui ac velut nati, Abbates Vindocinenses. illi munere & officio, hi titulo tenus & dignitate. Hodie vero nec B. Priscæ Ecclesiam retinent nec dignitatem: quam tamen Constantiensis concilii tempore adhuc retinebant. Hæ rerum vices.

Ecclesiæ filium, [a] Petrum Leonis, ei abstuli Lateranense palatium. Valeat dominus Papa & vigeat: & qui eum odit, vel decipit, convincatur, ut pereat.

EPISTOLA X.

Dilectissimo domino suo universali Papæ Calixto, frater Goffridus suus quicquid est, quicquid potest, quicquid sapit & habet.

IN primis dulcissime Pater, pro universis beneficiis vestris multiplices grates & gratias agit benignæ Paternitati vestræ humilis servus vester. Mihi quidem servo suo præcepit vestra dilectio, ut infra vel circa Abbatiam nostram expectarem, donec viderem nuntium vestrum, ad vos venire paratus, quia de caro cariorem, & de familiari familiariorem me facere disponebat vestra sancta & sincera intentio. Carissime domine, obedientiæ vestræ servavi mandatum: expectavi & adhuc expecto promissum. Quod si oblivione, vel aliqua necessitate extitit prolongatum; eo tamen fraudari qualibet occasione non potero. Sunt etenim tria maxime, quæ de gratuitæ bonitatis vestræ promissis me desperare nulla ratione permittant: [b] nobilitas scilicet generis, veritas Apostolicæ dignitatis amica, & antiquæ vinculum dilectionis. Jubeat igitur bonus dominus meus me venire ad se, quod suo servo, licet indigno, promisit, & scripsit facturum. Ego autem, si ipse jusserit, quando & quomodo jusserit, sum ad eum venire paratus. Hæc humilitas mea suo præcordialissimo domino scripsit, & si quid minus scriptum est, cum præsens fuerit, non tacebit. Valeat benignissimus dominus noster semper, & vigeat: & omnis ejus inimicus aut convertatur, aut pereat.

EPISTOLA XI.

Dulcissimo patri suo, & carissimo domino universali Papæ Calixto frater Goffridus, quod patri filius, quod domino servus.

LOquar ad dominum meum, quamvis non sim omnino utilis servus sed tamen fidelis. Loquar ad patrem meum, quem toto corde, tota anima, tota virtute dilexi; & probatio meæ dilectionis fuit quondam exhibitio operis. Nihil aliud dicam, nisi quod divina scriptura loqui me docuit. Apud Noe pium & justum patriarcham, nec Japhet patris amator perdere, nec Cham patris derogator percipere patris benedictionem promeruit: maxime Cham ille, qui non solum patris pudenda detexit, verum etiam quæ in patre non erant, pudenda finxit, & publicavit. Unde nullatenus dubito, immo fiducialiter credo, quod nec censura justitiæ, nec jura naturæ, nec vinculum antiquæ dilectionis, nec veritas Apostolicæ dignitatis amica, me diutius fraudari patientur promissa mihi patris benedictione. Scit enim pius Pater, quid mihi, licet indigno filio, promiserit; quid mihi postea literis Apostolicæ veritatis significaverit. Faciat igitur Pater bonus; ne facies filii, qui patrem semper dilexit, de non completa patris promissione erubescat; ne ille qui iniquo odio semper habebit utramque, de contumelia patri irrogata se ejus gratiam adeptum glorietur, & de filii repulsa adgaudeat. Ascendat in mentem piissimi Patris & domini, & in memoria fixum teneat, quantum illum, antequam novissem, dilexi: quam devote ei, antequam caram ejus faciem vidissem, servivi. Ego sum, ego sum ille, qui Armannum monachum missum ab eo ad dominum Papam Urbanum honorifice pro ejus amore suscepi; & qui apud dominum Papam, qui me quasi unicum filium diligebat, pro causis ipsius diligenter peroravi, & totum ejus complevi negotium, testis est mihi conscientia, sicut melius potui. Valeat Pater meus semper & vigeat: & omnis ejus inimicus aut convertatur, aut pereat.

EPISTOLA XII.

Dilectissimo Patri & Domino universali Papæ Calixto, frater Goffridus suus quicquid est, quicquid potest, quicquid sapit & habet.

MIhi, dulcissime Pater, præcepit vestra dilectio, ut ad vos venirem, [c] quia de caro cariorem, & de familiari familiariorem me facere, personam scilicet nostram honorare, & Ecclesiæ nostræ conferre utilitatem disponebat vestra sancta & sincera intentio. Veniam certe, Deo auxiliante, ad dominum meum, ei servire paratus, & recepturus ab eo quod verbo & scripto mihi promisit, nec ero ingratus. Interim humiliter rogo pium patrem & dominum, quatenus misso [d] ad Carnotensem Episcopum suæ auctoritatis decreto, excommunicationem confirmet, quam Episcopus ipse, literis Apostolicæ sedis coactus, in Nivelonem, & Archembaldum, qui plurima damna & multiplices injurias Monasterio Vindocinensi, alodio B. Petri & ejus patrimonio, fecerunt, & adhuc facere non desistunt. Prædicto etiam Episcopo Apostolica sinceritas penitus interdicat, ne quicquam a nobis contra Romanæ Ecclesiæ privilegia exigere præsumat. Dictum est mihi, quod Hugo præpositus Carnotensis Ecclesiæ ad vos venit, qui, sicut dicitur, sacrilego & excommunicato Niveloni communicat, & eum in rapina possessionum nostrarum manutenere conatur. Si unquam bene aliquid promerui de celsitudine vestra humilis servus vester, piam erga me sentiat ille vestræ dilectionis affectum, nec verborum ejus relationem suscipiatis; sed nostram potius expectate veritatem, quia me

---

Vide & Not. pag. 331. c. a *Petrum Leonis*) Præcipuum hoc sæculo Romanæ Ecclesiæ columen & decus Petrus Leonis, Romanorum omnium opibus & potentia facile princeps; nec solum sub Urbano, sed postea etiam sub Paschali; cujus pacis cum Henrico interpres, ut Dodechinus & alii scribunt, atque auctor fuit. quinetiam sub Callisto, ut est lib. v. epist. 11. Is est cujus restat sepulcrum in atrio Basilicæ S. Pauli via Ostiensi cum epitaphio, cujus acrostichis *Petri Leonis* nomen notat.

b *Nobilitas generis*) Guidoni enim Archiepiscopo Viennensi, qui in Pontificia dignitate Callistus II. appellatus est, pater fuit Guillelmus Comes Sequanorum genus, ut cum Sugerio. In Ludovici Regis vita loquar, imperialis & Regiæ celsitudinis derivativa consanguinitate clarum.

c *Quia de caro cariorem*) Supra epist. x. verba sunt Callisti in literis ad Goffridum, quas in fronte operis inter elogia præfiximus.

d *Ad Carnotensem Episcopum*) Gaufridum Ivonis successorem. Hinc patet datas a Pontifice de excommunicando Nivelone literas fuisse ad Gaufridum, similes earum quas de eadem re ad Ivonem a Paschali scriptas servant Vindocinenses.

ad præsens, prævio Spiritu sancto, præsentem habebitis. Si quid minus dixit humilitas nostra, præsentium latoris lingua supplebit. Hoc intersigno præsentes literas meas esse pater meus agnoscat, quod [a] Armanno monacho Romæ pro ejus amore bene servivi: & cum apud Turonum [b] nocte nudatus esset a furibus, non dimidiam vestem, ut Sanctus Martinus, sed grisiam pelliciam atque varias pelles obtuli patri meo, quem nimia charitate semper dilexi & diligo. Valeat dominus & pater meus, & vigeat: & omnis ejus inimicus aut convertatur, aut pereat.

Epistola XIII.

Dulcissimo Patri & domino universali Papæ Calixto, frater Goffridus, quod patri filius, quod domino servus.

Clericus, quem ad vos misi, carissime Pater, octo diebus ante Pentecosten ad me rediit: qui ex parte bonitatis vestræ mihi nuntiavit, ut cum Comite [c] Vindocinensi, qui iturus est Jerusalem, venirem Romam, [d] B. Priscæ recepturus Ecclesiam. Unde dulcissimæ paternitati vestræ quantas possum refero grates & gratias. Præsentium etenim bonorum exhibitio est quædam certitudo futurorum. Veniam itaque, Deo auxiliante, cum Comite illo, sicut præcepistis, & ante, si potero; & quot & quantos labores & timores, nostrarumque rerum distractiones, dilectissimam patrem & dominum videre desiderans, anno præterito passus sum, in ejus præsentia non tacebo. Confido, immo fiducialiter credo, quod humilis servus & fidelis filius adhuc de bono domino valde lætabitur, de cujus benignitate etiam inimici quod desiderant, adsequuntur. Nunc utique venissem; sed societatem invenire non potui securam, & mortiferos Italiæ calores timebam. Bajulare quidem crucem Christus jubet, non quærere sepulturam. Et quoniam B. Priscæ Ecclesiam non bene paratam satis agnovi; ad vos, dulcissime Pater, fratrem hunc præmittere dignum duxi; qui ibi nobis præparet, ubi aliquantulum honeste possimus conversari. Veritatem, Pater optime, non verborum relationem attendite. Æmulantur nos multi, sed non Dei æmulatione. nullus tamen veraciter dicet æmulorum, quod a mari usque ad mare monasterium melius ordinatum sit quam nostrum. quod nostro tempore per Dei gratiam amplius crevit, quam prius devotio fundatorum ei contulerit. Nunquam tamen Ecclesiam, vel quamlibet possessionem Ecclesiasticam quolibet ingenio comparavi, vel de manu laici accepi. quod utinam nostro exemplo vitarent alii. Tempore prædecessorum nostrorum Romana Ecclesia, vel debitum censum, duodecim scilicet solidos, per annum vix inde habere potuit. Quod non propter jactantiam, sed propter gratiarum actionem dico, in servitium Romanæ Ecclesiæ, non qualibet nostra necessitate, sed sola dilectione amplius quam duodecim millia solidorum ante vos, & in tempore vestro, quod valuit centum marcas argenti, nostra paupertas expendit. Hinc igitur mihi retribui desidero bona pro bonis: quam retributionem Christus beatum docuit Petrum: & B. Petrus post ipsum hanc tenendam docet & præcipit.

Epistola XIV.

Dilectissimo Domino universali Papæ Honorio, frater Goffridus, quod patri filius, quod domino servus.

Multo desiderio desideravi venire ad vos, Pater optime, & in Ecclesia Romana, non ad horam, sed ad moram manere decreveram: sed infirmitas corporis affectum quidem non mutavit, sed negavit effectum. Hanc utique infirmitatem ex nimio labore & multiplici Romano itinere contraxi: &, quod non propter jactantiam dico, sed propter gratiarum actionem, propter utilitatem Romanæ Ecclesiæ, pro qua ter captus sum, & ter quater transalpinavi. Pro cujus præterea servitio, & maxima ejus necessitate, tempore Guitberti corpus nostrum, & pene quidquid habui, expendi. Ego sum, ego sum ille, qui Romæ pane tribulationis cibatus, & aqua potatus angustiæ, cum honorabilis memoriæ Papa Urbano, in domo Joannis Frica-panem multos labores & timores diu passus sum: & quid ibi egerim pro fidelitate Romanæ Ecclesiæ, & quomodo omnia nostra usque ad novissimam equitaturam pro acquisitione Lateranensis palatii seminaverim, novit Deus & B. Petrus, & noverunt Romani illius temporis. Eo etiam tempore Romæ presbyter ordinatus, investituram de Ecclesia B. Priscæ per manum domini Papæ Urbani recepi, quam prædecessores nostri longe ante possederant: sed quia noluerunt obedire Guitberto, inde fuerant ejecti. Et quamvis ætas & infirmitas nostra quietem potius desideret quam laborem, animo trahente ad vos, pie Pater, quam citius potero venire aggrediar, licet animus ipse peregrinam non mediocriter timeat sepulturam. Interim ad carissimum patrem mitto [e] latorem præsentium aliqua nostræ caritatis signa ferentem: cujus lingua supplebit quod minus dixit epistola. Valeat dominus Papa semper & vigeat; & nos de sua prosperitate & dilectione lætificet.

---

a *Armanno monacho*) Quem ad Urbanum Papam miserat Callistus, Viennensis tunc Archiepiscopus. epist. xi.

b *Nocte nudatus esset a furibus*) Simili casu equos sibi Cabilione nocturno furto sublatos queritur Joannes viii. epist. xcvii.

c *Comite Vindocinensi*) Goffrido, ni fallor, Grisa-tunica, ad quem Ivo epist. cxxix. Duo, Goffrido Abbate, Comites Vindocini Hierosolymitanam expeditionem iniere: quorum utrique nomen Goffrido. sed prior Goffridi de Pruliaco filius in ipsa expeditione ad Ascalonem cæsus occubuit anno M. C. I. ut narrant Guillelmus Tyrius lib. x. cap. xx. & Malmesburiensis lib. iv. de gestis Regum Angliæ. Alter hic Goffridus cognomento Grisa-tunica, cujus mærorem genus Ivo eadem epist. describit; peregrinationi sacræ superstes ad S. Ægidii oppidum postea diem clausit, relicto Joanne filio hærede, de quo alibi Goffridus.

d *B. Priscæ Ecclesiam*) De ea dictum est ad epist. ix. sed omissum monere, Odericum Abbatem, quod ex alia Alexandri II. diplomate didicimus, quia B. Priscæ monasterium in monachorum sancti Pauli jure ac potestate tunc erat, illud ab Hildebrando Archidiacono Cœnobii sancti Pauli œconomo & Rectore impetrasse hac lege, ut xii. aut saltem viii. in ea monachi ab Abbate Vindocinensi ex ea pensione, quam Hildebrandus approbante sancti Pauli conventu adsignabat, perpetuo alerentur. Itaque Ecclesiam hanc deinceps coluerunt monachi Vindocinenses. Urbanus II. Goffrido nostro. *Ecclesiam B. Priscæ in qua fratres monasterii tui religiose viventes ipsi vidimus.* Hoc ex numero inter primos fuit B. Arnulfus, quem Alexander II. Vapincensem postea Episcopum creavit.

e *Latorem præsentium*) Paganum epist. xxvii.

EPISTOLA XV.

Bono domino & pio Patri universali Papæ Honorio, totus Vindocinensis Conventus, quod Patri filii, quod domino servi.

SAlvatoris sequentes consilium, ad januam vestræ pietatis pulsamus, & illius Evangelicæ mulieris exemplum imitantes, post vos humiliter alamamus, de injuriis & vexationibus [a] Andegavensis Episcopi conquerentes. Pater sancte, ei quidem mandastis, ut pro reverentia B. Petri & vestra, Monasterium nostrum, quod ad Romanam præcipue, & singulariter spectat Ecclesiam, & res Monasterii manuteneret, & nullis injuriis, sive molestiis inquietari permitteret. Ipse vero literas vestras, quæ Archiepiscopo Turonensi, & Cenomanensi Episcopo, sicut & ipsi, missæ fuerunt, in præsentia legati vestri Engolismensis Episcopi suscepit: sed nec tunc legere, nec nobis deinceps reddere dignatus est: & sic aliis, quibus eas misistis, postea non potuimus ostendere. Præterea aliorum injurias non compescuit, sed ex sua parte exaggeravit, & exaggerat: & quos potuit raptores sæculi verbo & exemplo incitavit. Monasterium nostrum, Alodium Romanæ Ecclesiæ, pro cujus amore & timore ei honorem & reverentiam olim Episcopi & Archiepiscopi deferebant, dominus ista de his quæ multo tempore tenuit, sine judicio & audientia exspoliavit, & in proposito exspoliationis perseverat. Unde non contra Susannam testes sumus: sed de domino Episcopo germana loquimur aaritate, quæ & de amico, & de inimico nos dedocet loqui mendacium, & de utroque edocet profiteri veritatem. Nos quidem, quoniam monasticam professionem [b] retractare Philippicam in pontificem minime decet, non dicimus quod mentis tempestate nos persequatur, sive mole suæ magnitudinis premat: sed tamen quo sanctitatis genere hoc faciat ignoramus, quod in veteri testamento præceptum non legimus, nec in novo promissum, & canonum regulis non dubitatur esse contrarium. Humilitas utique nostra prædicto episcopo in sua necessitate diligenter servivit. sed salva ejus reverentia dicimus, quod retribuit nobis mala pro bonis, retributionem quam Deus non novit. Unde, clementissime Pater & domine, vobis toto corde supplicamus, ut de quibus sine judicio exspoliati sumus ab eo, nos investiri faciatis. Quod si deinceps contra nos, qui specialiter vestri sumus, causari voluerit; inter ipsum & nos, quoniam ad vos venire non possumus, judicem, qui non sit nobis suspectus, constituite. Æmulantur enim nos quidam non bona æmulatione: & propter hoc maxime, quia sub tutela & defensione Apostolicæ sedis positi sumus. Domnus Abba noster ad vos venire desiderans, usque Vizeliacum profectus, ibi per aliquot dies remansit non modica infirmitate detentus. Valeat pius pater, & bonus dominus, & sibi placeat, & faciat ut quam prædecessorum suorum temporibus habuimus quietem, suo tempore habeamus.

EPISTOLA XVI.

[c] *Petro sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Diacono, carissimo domino & præcordiali amico, frater Goffridus ejusdem Ecclesiæ servorum minimus, quod habet, & potest, & seipsum.*

INfirmitatem vestram audivimus; quam & compassionis affectu, & totius animæ nostræ visceribus nostram reputamus. Rogamus itaque, & rogando discretam dilectionem vestram suppliciter admonemus, ut si nobis vel quibuslibet rebus nostris indigetis, significare nullatenus erubescatis. Amicus enim erga amicum erubescere non debet, nisi tantum cum illum offendit. Quibus licet sit aliquando corporum dissimilitudo, non semper esse debet imago animorum. Præterea nuda, immo nulla est amicitia, quam mutua, & maxime in necessitate, non probant obsequia. Valete, & quod placuerit, rescribite.

EPISTOLA XVII.

[d] *Richardo beatæ vitæ Episcopo, Apostolicæ sedis venerabili Legato, Goffridus ejusdem sedis servorum minimus, dilectionem, & dilectionis servitutem.*

FRatre, quem ad vos cum literis domini Papæ misimus, referente didicimus, Radulphum Turonensem dictum Archiepiscopum in præsentia vestri de nobis verbis inhonestis fuisse conquestum. Quod si ita est, vehementer miramur, quia unde de nobis juste conqueri debeat ignoramus. Mirari autem nec possumus, nec debemus, si inhoneste loquitur, qui pena universo mundo clamante, sed nullo adhuc vindicante, multa inhonesta & perversa operatur. Veniat tamen, si placet vestræ sanctitati, vobiscum Vindocinum, in alodium B. Petri, & burgenses, quorum mercede conducitur, secum adducat: & quantum justitia dictaverit, exequatur & accipiat.

EPISTOLA XVIII.

[e] *Cononi vitæ laudabilis Episcopo, sanctæ Apostolicæ sedis Legato, frater Goffridus ejusdem sedis alodarius, & servus, dilectionem & totius dilectionis servitutem.*

VIndocinense Monasterium, alodium B. Petri & patrimonium, quid libertatis, vel

a *Andegavensis Episcopi*) Ulgerii, quo cum de iisdem vexationibus conqueritur lib. III. epist. XII. Archiepiscopus Turonensis Ildebertus, ut conjicio: Episcopus Cenomannensis Guido, Ildeberti in ea cathedra successor. Legatus autem Girardus, de quo epist. XIX.

b *Retractare Philippicam*) Sic etiam loquitur lib. IV. epist. XII. Ildebertus item epistola XXXIII. *Invectionem fortassis expectas, & Philippicam retractari pallidus suspicaris.*

c *Petro Diacono Cardinali*) SS. Cosmæ & Damiani. hunc enim esse arbitror Petrum Leonis Cardinalem, ad quem de ordinatione Episcoporum scribit Opusc. II. Is a Paschali creatus Diaconus Cardinalis tituli quem dixi, Gelasium in Gallias secutus est: ubi cum ægrotaret, ad eum missa hæc epistola videtur.

d *Richardo Episcopo Legato*) Cardinali scilicet Albano, de cujus in Gallia legatione, conventuque Balgentiaci, ac synodo Trecis convocata Ivo Carnotensis, cum in epistolis quas ad ipsum complures scribit, tum in aliis ad Paschalem, cujus Legatus erat, sub annum M. C. IV.

e *Cononi legato*) Et hic Episcopus item Cardinalis, sed Prænestinus, ejusdem Paschalis Legatus anno M. C. XV. quo anno tria in Gallis, a Conone Legato celebrata Concilia docuit nos cum Roberto monacho S. Mariani, vetus Chronicum Turonense. Primum Remis, alterum Bellovaci, tertium Catalauni. Sunt & Ivonis aliquot ad Cononem Legatum epistolæ.

immunitatis, seu dignitatis nunc usque habuerit, & usque in finem sæculi, Deo patrocinante, habebit; beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritas sancta per venerabiles eorum successores eidem loco concessa vos melius edocebit, & vobis, ut credimus, majorem diligendi nos occasionem præbebit. Nos enim non potest non diligere, nisi qui eorum inretractabilem auctoritatem non diligit. Quædam Ecclesiæ nostræ privilegia vobis idcirco mittimus transcripta; quia quam speciali, immo quam singulari dignitate sancta Catholica Romana Ecclesia locum nostrum ab ipso suæ creationis initio sibi conjunxerit, bonitatem vestram nolumus ignorare. Nam quicquid illa sublimavit, & dilexit, vos omnino diligere credimus, & velle honorare nullatenus dubitamus. Optimæ memoriæ Papa Urbanus, & qui nunc est, dominus Paschalis Papa in Ecclesia nostra, ubi sua caritatis gratia per undecim dies manserunt, ista & multa alia privilegia nostra viderunt, & ore proprio legerunt, & suæ auctoritatis decreto firmaverunt. Sancta itaque [a] octo Catholicorum Romanorum Pontificum auctoritate, & confirmatione monasterium nostrum viguit, & quietum mansit, & nulli [b] penitus personæ, nisi soli Papæ potestatem aliquam aut dominationem in eo exercere, vel ejus rectores qualibet occasione sollicitare licuit. Et quidem satis juste: quia ab ipso sui principio per venerabiles & religiosos fundatores suos ab Apostolica sede hanc inviolabilem dignitatem obtinuit. Hac tanta a successoribus B. Petri prædecessoribus nostris dignitate concessa, [c] nullus eorum alicui concilio unquam affuit, quod ab ipso summo Romano pontifice non extitit celebratum. Illis tamen temporibus, [d] Hildebrandus Archidiaconus Romanæ Ecclesiæ, deinceps Papa factus, [e] Giraldus Ostiensis Episcopus, [f] Stephanus, & [g] Raimbaldus, atque multi postea magnæ auctoritatis viri a latere B. Petri in legationem missi, ad has partes venerunt, & monasterium nostrum, & libertatem ejus atque dignitatem dilexerunt, & illibatam omnino servaverunt. Nos siquidem ad vos venire, quem carissimum dominum & amicum credimus, & vobis honorifice servire desideravimus, & desideramus: & desiderium nostrum diligenter compleretur, si necessitas corporis & quorundam perversitas hominum pateretur. Sunt etenim in itinere quidam Ecclesiæ nostræ inimici: quorum injurias, quia res B. Petri nobis commissas eis relinquere nolumus, usque ad propriі corporis captionem jam sumus experti: qui nunc etiam nobis captionem solummodo non minantur, sed mortem: [h] Viziliacensis Abbatis nobis obitum exprobrantes, quem sine vindicta capite dicunt fuisse truncatum. Unde discretioni vestræ humiliter supplicamus, quatenus aut conductum nobis quæratis, aut locum significetis securum, ubi possimus vobis occurrere, & quædam ad utilitatem domini Papæ vestræ dilectioni revelare.

EPISTOLA XIX.

Carissima domina & præcordiali amica [i] *Girardo honorabili Engolismensi Episcopo, sanctæ Romanæ sedis Vicario, Goffridus ejusdem sedis alodiarius & servus, dilectionem & dilectionis servitutem.*

PRessuras, quas monasterium nostrum, alodium B. Petri & ejus patrimonium, patitur, vestræ sanctitati notificare curavimus; &

a *Octo Pontificum*) Benedicti IX. Clementis II. Victoris II. Nicolai II. Alexandri II. Gregorii VII. Urbani II. Paschalis II. Quorum omnium de hac monasterii Vindocinensis prærogativa literas vidimus, præterquam Benedicti. Sed hujus quoque concessionis mentio est in literis fundatorum, quorum scilicet nutu & voluntate id honoris Abbati Vindocinensi a sede Apostolica tributum est, ut soli Papæ subsit.

b *Nulli penitus persona*) Nec Episcopis, nec Legatis. Gregorius VII. ad Odericum Abbatem. *Hoc etiam divina fulti fiducia Apostolica auctoritate prohibemus, ne in Vindocinensi cœnobio ulli unquam persona, nisi soli Papæ liceat potestatem aliquam aut dominationem exercere, aut excommunicare seu interdicere*, Insta lib. II. epist. a. & XXVII.

c *Nullus eorum alicui concilio*) Epist. XXIX.

d *Hildebrandus Archidiaconus*) Id nomen, munusque Gregorii VII. priusquam Pontifex renuntiaretur. Legationis, quam a Victore II. missus obiit in Gallia, meminit ipse in colloquio, quod eum Reginaldo Radulfi Archiepiscopi internuntiu habuisse illum narrat vetus historia in tabulario S. Martini Turonensis. *Ego autem*, inquit, *memini aliquando tempore Victoris Papæ Turoni moras fecisse in diebus Bartolomæi ipsius urbis Archiepiscopi ad discutiendam causam fratris nostri B. & me honeste a Clericis sancti Martini esse susceptum, quoties volui, & communionibus illorum frequenter usum fuisse*. Duas enim ea in legatione synodos egit. Unam Lugduni adversus Simoniacos: alteram Turoni contra Berengarium.

e *Giraldus Ostiensis Episcopus*) Legatus primum Alexandri II. mox Gregorii VII. qui & Turonis illum fuisse testatur in Colloquio quod dixi; & synodum ab eodem in Novempopulis coactam commemorat, lib. I. epist. XVI.

f *Stephanus*) Si tempora spectes, præponi debuit Giraldo. Prior enim legatione functus est Nicolao II. Pontifice, Gregorius VII. in Colloquio. *Præterea Stephanus in diebus Nicolai II. Romanæ sedis Pontificis ad easdem partes missus est, vices acturus Apostolicas, vir maximæ auctoritatis. Qui neque processionem a Canonicis postulavit: neque expostulandam esse censuit, qua scilicet si adeo improbus esset, potuisset negari, quippe quæ nisi Regibus Franciæ & Apostolicis ab ipsis Canonicis nunquam fit. Quem etiam quandiu ibi fuit honeste habuerunt, & sua maxima caritatis exhibitione largiti sunt*. Præterea Gregorius idem lib. VII. epist. XVIII. ubi legati utriusque meminit, Stephanum legatum prius nominat quam Giraldum. Duravit porro Stephani legatio etiam sub Alexandro II. Is enim est qui Galfridum Barbatum Comitem anathemate percussit sub ann. MLXVIII. Quare illi, ut opinor, successit Giraldus.

g *Raimbaldus*) Subdiaconus Ecclesiæ Romanæ, Giraldi Ostiensi in legatione collega. Gregor. VII. lib. I. epist. VI.

h *Viziliacensis Abbatis*) Epist. XV. *Vizeliacum profectus*. quod oppidum est Æduorum in Diœcesi Augustodunensi, ubi nobile (sic enim appellat Bernardus epist. CL.) B. Magdalenæ monasterium a Gerardo Comite, Bertaque uxore, Caroli Calvi temporibus conditum. De eodem Petrus Cluniacensis Abbas lib. IV. epist. XXVIII. *In partibus nostris Vizeliacus, excepto Cluniaco, in nostri ordinis studiis nullum pariter habere Priorem*. Ordinis sui dixit, quia Vizeliacense cœnobium, etsi antiquius, sub Cluniacensi disciplina diu stetit. nunc pro monachis canonicos habet sæculares. Paschalis II. exstant literæ, quarum pericopen epist. XX. vidimus, Beneventi anno M. C. III. scriptæ Altardo Abbati Vizeliacensi, huic ipsi fortasse, quem impune cæsum narrat Goffridus.

i *Girardo Engolismensi*) Duo hujus nominis modico intervallo Episcopi Engolismenses fuerunt. Prior dedicationi Ecclesiæ Vindocinensis interfuit anno MXL. Verum hic legationem, cujus exstet memoriа, nullam obiit. Alter hic ab illo quartus genere Normannus, pene continuas in Aquitania sedis Apostolicæ vices egit, primum sub Paschali, & aliis post eum legitimis Pontificibus: deinde sub Anacleto Antipapa, ad quem, Bernardo teste, quia legationem ab Innocentio extorquere non poterat, fœda prævaricatione defecit. Anacleti binæ epistolæ quibus legationem illi decernit, in Annalibus Ecclesiasticis leguntur: miserabilis vitæ exitus describitur in vita sancti Bernardi.

ut eas vestras faciatis compassionis affectu, vos humiliter rogare præsumimus. Magna quidem est hæc, sed de magoa vestra bonitate præsumptio. Noveritis itaque, dilectissime Pater, [a] Petrum de Monte-auteo quoddam cœmeterium nostrum violenter infregisse: dualque villas nostras, rebus omnibus ablatis, pene penitus destruxisse. Mauricius iterum Rotuoiardus nuam Ecclesiam & terram ad Ecclesiam nostram pertinentem injuste possidet, quam nobis abstulit. Qua de re [b] a Cenomanensi Episcopo, & ab Andegavensi sæpe admouitus, semper ablata reddere contemnit. Unde de sinu matris nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, mamillam justitiæ filiali dilectiooe requirentes, vestram bonitatem multum suppliciter precamur, quatenus prædictis Episcopis, misso ad eos vestræ auctoritatis decreto, præcipiatis, ut Vindocinense monasterium, B. Petri patrimonium, nullatenus a parrochianis suis vexari, vel rebus exspoliari consentiant. Et quia venerabiles Romani Pontifices suorum irretractabili auctoritate privilegiorum omnes persecutores nostros excommunicationis vinculis alligarunt: quandoquidem, quod ab illis ligatum est, ipsi solvere non possunt; tandiu Petrum & Mauricium, qui contra nos inique egerunt, excommunicatos teneant, donec illa, quæ oobis injuste abstulerunt, Canonica lege restituant.

EPISTOLA XX.

Girardo Normanae Engolismensi Episcopo, sanctæ Romanæ sedis Legato, frater Goffridas ejusdem sedis Catholicus servus, discordias non seminare, nec tito credere mendacia preferenti.

Mitor te, tantæ discretionis pontificem, contra me, licet absentem, ea publice protulisse, quæ in cor tuum, quod armarium veritatis esse debuerat, & puritatis sigillum, nunquam debuissent veoisse. Illa siquidem a te, ut arbitror, noo fuerunt prius dicta: sed andecumque processissent, ea oon dubito invidiose, & malitiose fuisse ioventa: & sicut verum est, quod [c] falsam beatitudioem Normannorum sequetur vera miseria: ita verum est, quod ista quæ contra me dicta sunt, fuerunt falsa. Non sum ego adeo perturbati cerebri, nec sanctarum inscius scripturarum, quod io eum, qui soli cælo innocentiam debet, sine causa posuissem os meum: in patrem videlicet spiritualem, quem brachiis filialis dilectionis amplecti debeo, & para veritate venerari; a cujus sancta obedientia non potero vel mortuus separari. Si quis de me aliter sentit, desipit: nec [d] dominum Papam honorare satagit, sed publicare, si quid minas vel nimium egit. Nam quicunque contra puritatem meæ mentis, paternæ derogationis se fecerit assertorem, veniat palam, & me statim inveniet suæ falsitatis veridicum correctorem.

EPISTOLA XXI.

Girardo glorioso Engolismensi Episcopo, Apostolicæ sedis Legato, frater Goffridas Viadocinensis Abbas, & ejusdem sedis fidelis filius, boni operis fructum, & paræ dilectionis amplexum.

Quoniam sancta Romana Ecclesia noo quidem vestris meritis, sed gratia sola, humilitatem vestram adeo sublimavit, quod minimus digitus vester dorso patris vestri grossior videtur; sicut sublimia verba, quæ sæpius multum gloriuse profertis, testificantur: tanto fidelius ei debetis obedire, dulci verbo multiplicare amicos, inimicos mitigare, eam factis potius prædicare quam verbis: ne qualibet sinistra operatione ejus amici scandalizentur, & ei inimici valeant derogare. Quod si aliter agitis, vel egistis; sublimitas vestra, quam venerabilis [e] dominus noster Papa sua bonitate satis de exili loco creavit, mala pro bonis illi retribuit, retributionem scilicet quam Deus non novit. Nos autem quod audivimus, unde etiam, quod pejus est, cantilenam composuit vulgus; quoniam publicatum est, vobis occultare nec possumus, nec debemus. Audivimus itaque, & dolemus, [f] Andream de Vitreio filiæ suæ vobis conjugium vendidisse: illud etiam a vobis filium Vicecomitis de Maloleone comparasse. quorum alter quingentos solidos vobis pretium dedit conjugii: alter vero quindecim marcas argenti. Hoc [g] Episcopus Pictaviensis, & Guillelmus archidiaconus ejus, & quidam alii qui affuerunt, si veritatem sepelire noluerint, non negabunt. [h] Carrosensem abbatem non regulariter electum, sed violenter, ut dicitur, iotrusum, pro [i] mille solidis

---

a *Petrum de Monte-aureo*) Lib. III. epist. XVII. Hamelinus de Monte-aureo. eadem ex familia Joannes de Monte-aureo Comes Vindocinensis.

b *A Cenomanensi Episcopo & Andegavensi*) Ildeberto & Rainaldo.

c *Falsam beatitudinem Normannorum*) Non eo dictum puto, quasi Normannis peculiare aliquod placitum fuerit de falsa beatitudine: sed quia Girardus Normannus erat, ad Normannos id aptavit, quod sæpe universim pronuntiare solet, Ex falsa beatitudine veram miseriam sequi. epist. XXX. & lib. II. epist. III. lib. V. epist. XIV.

d *Dominum Papam*) Paschalem II. qui in privilegio investiturarum Henrico nimium indulserat. epist. VII.

e *Dominus noster Papa*) Paschalis, qui legatum illum crearat.

f *Andream de Vitreio*) Notum est oppidum in Armoricis, a quo nomen vetustæ ac primariæ quondam familiæ, in qua & Robertum Vitreiensem in Conani Comitis aula memorant literæ Hamelini Episcopi Redonensis, ad librum III. epist. XXXIX.

g *Episcopus Pictaviensis*) Petrus, cui successit Guillelmus, is fortasse, qui Archidiaconus hoc loco. Guillelmum Archidiaconum Pictaviensis Ecclesiæ docent tabulæ S. Albini, anno M.C. Maironensibus monachis concessisse, ut altare conderent in Francavilla.

h *Carrosensem abbatem*) In dedicatione Vindocinensi numeratur inter Abbates qui adfuerunt, Hugo de Sancto Salvatore Carrofi Abbas. Hic enim titulus monasterio pagi Pictavici, a Rothario Comite, ut author est Theodulfus Aurelianensis, & Euphrasia ejus uxore condito, Ludovici Pii August. temporibus. Carrofiscum monasterium dicitur a Fulberto epist. CXVII. quod iterum postea instauratum, dedicatumque ostendit Calendarium Sancti Sergii Andegavensis, his verbis: XVI. *Kal. Julii Carrofense monasterium Dei & Domini nostri Salvatoris mundi dedicatum est anno a nativitate ejusdem ex Virgine gloriosa* M. XLVIII. Theodulfi versus de Carrofensi cœnobio, si quis forte desiderat, hi sunt.

Est locus, hunc vocitant Carroph cognomine Galli,
Quo patet electis aulica porta poli.
Quo Salvatoris sub nomine prænitet aula,
Quove monasterii claustra decora manent.
Enitet hic rutulo Sanctorum pignore fretus,
Vivit & eximie turba fidelis ibi.
Denique Rotharius Comes ingens, inclytus heros,
Conjuge cum Euphrasia condidit istud opus.
Hoc fulvo argento, gemmisque exornat & auro,
Affluit & libris, vestibus atque sacris. &c.

Carrofum itaque loci nomen est, non viri ut persuasum videtur non infimi, quod mireris, ævi scriptoribus, qui monasterium Santi Carrofi appellarunt.

i *Mille solidis barbarinorum*) Arabicos, Saracenicos, barbaris notis signatos. Theodulfus idem Episcopus in Paræncsi.

barbarinorum, barbara nimis auctoritate consecrari, immo, si verum est, execrari fecistis; nolente suo consecratore, & ejus clero, modis quibus poterat, reclamante. & qui vidit, & partem habuit, Abbas quidam vester vicinus testimonium perhibuit, & multi dicunt ejus testimonium verum esse. Abbatem præterea alium, quem pro reverentia ordinis nominare erubesco, in detestabili corporis turpitudine deprehensum, & ab abbatis potestate, ipso proprium crimen confitente depositum, nullo præcedente judicio, non modica suffragante pecunia, contradicentibus illius congregationis fratribus, in pristinum gradum iterum restituistis, quod sola marcarum congregatio fuit illi culparum purgatio. Hoc [a] Bernerius abbas Bonevallensis testatur, qui hoc facinus pene ubique prædicans detestatur. [b] Fulco Biennensis abbas literas vestras pro faciendo sibi justitia quæsivit: quas illi prudentia vestra tandiu negavit, donec illas centum solidis comparavit. Sed vir ille perdidit pecuniam: nec per vos potuit habere justitiam. Hoc ipsemet profitetur, qui simul utrumque perdidisse conqueritur. Illud itaque quod contra [c] Comitem Andegavensem egistis, esset satis silentio supprimendum: sed occultari minime potuit, quod multis populis extitit divulgatum. Asserunt quidam vos quasi Balaam alterum, regis Anglici pecunia fuisse corruptum: & idcirco injustam in prædictum Comitem excommunicationis protulisse sententiam. Et licet excommunicatio vestra vires etiam unius diei habere non potuerit; amicis tamen Romanæ Ecclesiæ peperit verecundiam; & ejus inimicis detrahendi dedit materiam. Hoc solum remedium fuit, quod dominus Papa excommunicationem illam confirmare sapienter vitavit: & sic ora clausit detrahentium: & quod a vobis seminatum fuerat, Apostolicæ sedis delevit opprobrium. Inter cetera debuissem unum silere; si amico liceret amicum non præmunire. [d] Abbati Angeriacensi, ut dicitur, promisistis, quod si trecentos [e] solidos Pictaviensium masculorum vobis daret, [f] Rainaldum Chesnelli deponeretis: unde capitula, quibus illum accusaret, ei transcripta misistis. Hoc Abbas ipse fatetur, & testem in animam suam Deum invocat, quod verum loquitur. Hæc pauca de multis, modica de magnis vobis significavimus, dilectionis videlicet causa: ut si vera sunt quæ contra vestram astutiam ventilantur, præteritorum transgressio fiat vobis futurorum cautela. Nam quicumque privilegio utitur Romanæ Ecclesiæ, sanctam ejus auctoritatem perversis operibus non debet impugnare. Et cum Christus Dominus solam B. Petro quæ liganda erant, ligandi, & quæ solvenda, solvendi potestatem contulerit; vos amplius, vel aliud pro legatione vobis commissa non debetis usurpare. Quod me præsente etiam coram laicis prædicastis; vos videlicet Episcopos deponendi habere potestatem; novum genus præsumptionis putavimus: quin nulla ratione Legatis Apostolicæ sedis conceditur, quod ad solius Romani pontificis pertinet dignitatem. Sed si ita est, ut a vobis publice prædicatum agnoscitur; quasi alterum Papam vos fecistis; & ad Romanam Ecclesiam, quam nunc usque in sua necessitate libere quisquam appellare potuit, vox appellationis negatur. Nos tamen credebamus mediocritatem vestram legationem habere sedis Apostolicæ, non Apostolicam sedem esse; & a domino Papa partem suscepisse sollicitudinis, quam solummodo ceteri Legati suscipiunt, non plenitudinem exercere potestatis.

EPISTOLA XXII.

Dulcissimo domno, & præcordiali amico, domna Girarda vitæ laudabilis Episcopa, sanctæ Romanæ sedis Legato, frater Goffridus ejusdem sedis servorum minimus a Deo salutem æternam, quod ipse est, & a se quicquid sapit, & potest.

IN primis vestræ dilectioni, quæ se circa me integram & inviolatam servavit, multiplices refero gratiarum actiones. Deinde paternitati vestræ notificare dignum duxi, quod apud [g] dominum Papam ipso die, quo legatus noster ad eum pervenit, sua bona gratia, & meorum mala gratia æmulorum, quicquid volui, impetravi. Visione vestra perfrui, & colloquium vestrum habere desidero: & ubi, & quando, quod vehementer opto, obtinere valeam, mihi dignemini aut verbis, aut literis significare. Hoc enim Ecclesiæ Dei est necessarium, & vobis utile.

EPISTOLA XXIII.

Domno Girardo honestæ vitæ Episcopo, sanctæ Romanæ Ecclesiæ venerabili Legato, frater Goffridus vestræ religionis servus, dilectionem, & totius dilectionis servitutem.

AUdivimus, dilectissime domine, quod [h] Abbas sancti Nicolai Abbatiam suam in

---

Hic & crystallum, & gemmas promittit Eoas,
Si faciam alterius ut potiatur agris.
Iste gravi numero nummos fert divitis auri,
Quos Arabum sermo sive character arat,
Aut quos argento Latius stylus imprimit albo,
Si tamen adquirat prædia, rura, domus.

Frequens jam tum aureorum hujus notæ nummorum usus erat in Gallia, rerum potiente altera Regum nostrorum familia: post stabilitum nempe Saracenorum Arabum Imperium in Hispania; unde ad nos, ut equidem censeo, illa externi auri copia ex commercio fluebat: effodiunturque etiam nunc solidi Arabici multis Galliæ locis, ut docuit nos V. C. Paulus Petavius Parisiensis Curiæ Senator, cujus indicio Theodulfi quoque hos versus debeo.

a *Bernerius abbas Bonevallensis*) Ad hunc aliquot epistolæ lib. IV.

b *Fulco Biennensis Abbas*) Monasterium est in Santonum diœcesi. Sancti Stephani de Beania vulgo vocant.

c *Comitem Andegavensem*) Fulconem V. de quo ep. VIII. Huic enim bellum fuit cum Henrico Anglorum Rege, ac duce Normannorum, anno M.C.XVIII. ad Alencinonem Castrum, & Sagium, ubi collatis signis Comes victor abiit.

d *Abbati Angeriacensi*) Henrico, ad quem lib. V. scribit.

e *Solidos Pictavensium Masculorum*) In gestis Ademari Episcopi Engolismensis. *Cum Episcopus a Præposito mille solidos Pictavensium pro acaptamento exigeret, & ipse reddere non posset, Iterius Episcopo mille dedit.* Masculi Pictavenses peculiaris notæ nummi, ut Fortes Lugdunenses, in testamento Guichardi de Bellojoco, quem Sibylla uxor literis suis anno M.CC. professa est Ecclesiæ Cluniacensi pro anniversario suo legasse in singulos annos x. libras Fortium Lugdunensium.

f *Rainaldum Chesnelli*) Lib. III. epist. XXXIX.

g *Dominum Papam*) Callistum II. epist. XII. & XIII.

h *Abbas S. Nicolai*) Lambertus, de quo lib. III. epist. VIII. & IX.

manu vestra deseruerit; eo siquidem tenore, ut non eam deinceps, nisi in misericordia vestra reposceret: & eo etiam pacto, ut conventus ille B. Nicolai cum eo firmam pacem & concordiam haberet. Pactum utique, quod monachi illi de pace & concordia ante vos & per vos fecerunt, vix octo diebus, sicut ipse dicit, & nos credimus, tenuerunt. Unde vobis, magnæ discretionis Pater, multum suppliciter pro eo supplicamus, ut in adipiscenda abbatia, quam vestræ voluntatis consilio dereliquit, dulcedo vestræ pietatis pro amore Dei, & nostro suffragetur; & de monachis illis, qui promissam sibi pacem, & concordiam nec tenuerunt, nec tenent, debitam justitiam consequatur. Quod si feceritis, scitote veraciter, quod me ingratitudinis arguere nullatenus poteritis. Ad januam autem misericordiæ [a] Audegavensis ulterius non pulsabit: quia ibi misericordiam deesse experimento jam didicit. Quidquid tamen de illius promotione actum est, non censura justitiæ, sed sola & immensa misericordia fecit. Valete, & misericordiam vestram nobis notam facite.

EPISTOLA XXIV.

Domino de venerabili Engolismensi Episcopo Girardo, sanctæ Romanæ sedis prædicabili Legato, frater Goffridus salutem a Deo, & a se puræ dilectionis servitutem.

NOverit dilectio vestra, patet carissime, quod semel & secundo de fratribus nostris [b] Pictaviensi Episcopo misimus, deprecantes ut nos ad vos usque dignaretur conducere. Quod ipse benigne suscipiens, in assumptione B. Mariæ seipsum [c] ad Fontem Ebraldi spopondit venturum, & quod peteramus diligenter facturum. Nos autem, sicut mandaverat, ad prædictum locum venimus: ubi nec ipsum, nec ejus nuntium invenientes, fatigati in cassum a loco recessimus. Rogamus igitur humilitate qua possumus, ne sit vobis molestum, fidelis servi & veracis amici supplicationem suscipere; & qualiter usque ad vos transire valeamus, apud prædictum Episcopum impetrare. Quædam enim vestræ sanctitatis consilio facere disposuimus, quæ nec scripto, nec ore alieno volumus revelare.

EPISTOLA XXV.

Domino Girardo laudabilis vitæ Episcopo, sanctæ Romanæ sedis Legato, frater Goffridus ejusdem sedis alodiarius, & servus, & a Deo bonæ operationis fructum, & a se puræ dilectionis obsequium.

SIgnificastis mihi per fratrem, quem vobis ob aliam causam miseram, quia istam penitus ignorabam, ut in concilio, quod mediante quadragesima celebraturus est is, [d] Abbati Batiacensi [e] de Ecclesia B. Mariæ, & Ecclesia B. Nicolai, quas in Olerone per septuaginta annos absque canonica reclamatione monasterium nostrum possedisse noscitur, exequerer justitiam. Unde mando vobis, quod prædicto termino prædicto Abbati, quantum sancta Romana auctoritas docet & præcipit, respondebo, nisi canonico suero impedimento detentus. Interim etiam, si domnus Abbas ille voluerit, omnem sibi justitiam offero, quocumque salvo conductu ire potuero. Quod si neutrum horum placuerit; domini Papæ, cujus proprii juris & Vindocinense monasterium, & res ad ipsum pertinentes esse noscuntur, opto & offero illi judicium. Cujus judicii æquitatem qui refugit audire, B. Petrum ne sentiat iratum, debet timere. Monasterium nostrum [f] patrimonium B. Petri, & ejus alodium noveritis, & loco nostro prædictas Ecclesias, perpetuo jure, Romanorum pontificum inretractabili auctoritate firmatas esse, nullatenus dubitetis. Quod Abbas Batiacensis dixit, me pro causa sua literas vestras habuisse, scitote eum verbum veritatis non protulisse; sed quod per literas nostras vobis mandavi de famulo, qui vestras nobis afferre debuit, verum credite.

EPISTOLA XXVI.

Girardo laudabilis vitæ Episcopo, sanctæ Romanæ sedis Legato, domino suo & præcordiali amico, frater Goffridus, quicquid mandari potest, & haberi salubrius.

APud bonitatem vestram, honorabilis pater, cum dolore cordis, & nimia mentis anxietate conquerimur de [g] Petro de Montecontorio, qui [h] infra terminos vestræ legationis, in Episcopatu scilicet Pictaviensi,

---

a *Andegavensis*) Rainaldi Episcopi, de cujus electione, quam tacite perstringit, plura lib. III. epist. 21.

b *Episcopus Pictavensis*) Guillelmus Petri successor.

c *Ad Fontem Ebraldi*) Epist. XXVI. & lib. IV. epist. XXXII.

d *Abbati Batiacensi*) In pago Santonico. Gesta Grimoardi Episcopi Engolism. *Hujus tempore quidam de Principibus Engolismensibus Gandardus de Lorichis ædificavit in Santonico pago Monasterium Batiacense in honore sancti Stephani Protomartyris, & censuale fecit Romanæ Ecclesiæ.* Bassacense & de Bassaco nunc dicunt.

e *De Ecclesia B. Mariæ*) Tres in Olerone Insula juris Vindocinensis erant Ecclesiæ, quas recenset his verbis Gregorius VII. Oderico Abbati. *Ecclesia sancti Georgii in Oleronis Insula, cum magna parte ejusdem Insulæ. Ecclesia Beatæ Mariæ de Castro Oleronis. Ecclesia sancti Nicolai de Olerone.* Ex his secunda Beatæ Mariæ Parrochialis erat, ut testatur Nicolaus II.

f *Patrimonium B. Petri & alodium*) Duo ista sæpe conjungit, & reipsa conjuncta sunt. Nam quod Alodium est, transit ad hæredem, & fit patrimonium. quod in feudis, aliisve beneficiis locum non habet. Etsi enim hodie plerisque locis feuda sunt patrimonialia; id tamen non habent ex feudi natura, quod in personam vassalli constitui solebat: sed ex peculiari pacto & conventione. Alodium vero semper est patrimoniale. Quare patrimonium dicitur, & hæreditas, quatenus ab alio manat: proprium jus, & proprietas, ut a Domino possidetur. Hinc illa sæpe connexa, in proprio alodio, de proprio alode, & alia id genus. Urbanus II. Hugoni Abbati Cluniac. *Monasterium Sanctiss. Trinitatis in Marciniaco, quod in alodio proprio ædificasti.* Noster epist. II. *In patrimonium & alodium proprium.*

g *Petro de Monte-Contorio*) Et tamen eadem e familia Robertus Vindocinense Monasterium suis olim beneficiis ornarat. Gregorius VII. *Ecclesia sancti Petri de Monte Soleti, & quidquid Robertus de Monte-Contorio Vindocinensi cœnobio donavit, & ejus filius Bertrannus concessit.* Mons Contorius Pictonum oppidum, memorabili prælio nostra ætate nobilitatum.

h *Infra terminos vestræ legationis*) Girardus in tota Gallia Legatus non erat, sed in Aquitania duntaxat quod docent acta synodi Lateran. anno M. C. XII. Verum Aquitaniæ Legatis præter Aquitanicas Provincias attribui solebat etiam tertia Lugdunensis. Quo fit ut cum Giraldo Aquitaniæ Legato multa tractentur, quæ ad tertiæ Lugdunensis diœceses pertinebant. ut epist. VI. & XXIII. causæ Abbatum sancti Albini, & sancti Nicolai; apud Ildebertum epist. XXXVIII. causa Abbatis E-

fratres nostros a monasterio revertentes cepit, | A | & equos, & quidquid habebant eis abstulit violenter. Partem quidem rerum per [a] Comitem Andegavensem habuimus : alteram vero adhuc crudeliter detinet ille sacrilegus. De injuria vero personis monachorum illata amplius cruciamur: quam sic a vestra discretione vindicari humiliter exposcimus, ut raptores qui audierint, timeant, & ab hujusmodi scelere retrahant manus. Ad vos venire desiderio desideramus, sicut olim vobis mandavimus : sed propter multiplices guerras, quæ in Episcopatu Pictaviensi excreverunt, nec ad vos venire, nec loca, quæ in partibus illis habemus, visitare audemus. Præterea [b] sexum fœmineum, quem etiam amicis novimus inimicum, insidiari nobis, & in itinere insidiari, vera relatione didicimus. B Unde vestræ dilectioni præcordialiter supplicamus; quatenus per [c] Pictaviensem Episcopum, vel per quemlibet alium nos ad vos conduci faciatis; quia ultra fontem Ebraldi progredi secure non possumus. Valeat dominus Legatus & vigeat: & ut ad ipsum transire, & cum ipso loqui valeamus, sua gratia caritatis efficiat.

EPISTOLA XXVII.

C *Bono domino, & præcordiali amico, G. venerabilis vitæ Episcopo, Apostolicæ sedis Legato, frater Goffridus suus, quod potest, quod sapit, & quod est.*

Vestræ dilectioni notum facio, quod fratrem Paganum Alerici [d] ad dominum Papam mitto, quædam ei nostræ caritatis signa ferentem. Si per illum quod opto efficere potuero, ad præsens Romam non ibo : alioquin Romam ire paratus sum, & Romanam Ecclesiam per memetipsum visitare, in qua a bonæ memoriæ Papa Urbano presbyter ordinatus sum. D Vestræ autem discretioni grates & gratias multiplices refero ; qui [e] Andegavensi Episcopo semel, bis, & ter, immo quater præcepistis, ut quæ monasterio nostro abstulerat, restitueret, & privilegiis Apostolicæ sedis obediret. Ipse non solum contempsit utrumque ; verum etiam de me in Synodo sua presbyteris suis conquestus est, eo quod apud dignitatem vestram de illo clamorem feci. Decretum illud, quod idem dominus Papa Urbanus in Arvernensi concilio statuit contra Simoniam, quæ sub nomine Vicariorum olim fieri solebat ab Episcopis, annullare machinatur. Redemptionem etenim Ecclesiarum, quæ in illo magno concilio hæretica pravitas vocata est, & ab Apostolica sede damnata, licet in pluribus annis non nisi semel per Vicarios fieret, nunc sub nomine annui census a simplicitate nostra extorquere conatur. Et quia ego & fratres nostri hoc esse scelus putamus, & ideo refutamus, divinum Ecclesiis nostris interdixit officium. Hujus sceleris suscitator est præcipue & auctor [f] Richardus Archidiaconus ejus. Et quoniam neuter eorum a persecutionibus cessat, nos a clamoribus cessare non possumus. Ad vos itaque clamamus : a vobis, qui Apostolicæ sedis vices habetis, & qui B. Petri alodium maxime defendere debetis, consilium & auxilium postulamus. Et si pro eo quod amici sumus, facere non vultis, saltem pro improbitate nostra facite quod rogamus. Quid Comes Andegavensis de justitia nobis facienda bonitati vestræ rogando scripserit, vos ignorare non credimus. Valete, & nos vestræ sanctitatis humiles servos de constantia vestra & justitiæ integritate lætificate.

EPISTOLA VIII.

[a] *Hugoni vere religioso Archiepiscopo, sanctæ Romanæ sedis Vicario, domino suo carissimo & præcordiali amico, Goffridus Vindocinensis cœnobii Abbas indignus, cum dilectione reverentiam.* [g]

Literas sanctitati vestræ a domino Papa directas audivi : in quibus, ut mihi relatum est, dicitur quod Andegavensem Episcopum apud eum accusavi. Quod si dominus Papa dicit, refellere nec possum, nec debeo : sed salva ejus reverentia dico, quod prædicti Episcopi me in nullo accusatorem fuisse recognosco : nec ideo ut eum accusarem, Romam ivi. Quod alia negoria plenius manifestant, quæ ibi perpetravi. Domino siquidem Papa adjurante,

---

bronensis : quarum hic in Cenomanensi Episcopatu erat, illi in Andegavensi. Hoc ipsum liquet ex literis Amati Episcopi Olorensis, qui Aquitaniæ item legatus fuit pro Greg. VII. ut Gregorius ipse testis est lib. 11. epist. 12. Is enim ad Rodulfum scribens Archiepiscopum Turonorum, ei ut ad synodum Burdigalensem cum Suffraganeis suis veniat præcipit his verbis. Præstat enim ejus literas audire.

AMATUS ELLORENSIS EPISCOPUS, sanctæque Romanæ Ecclesiæ Dei gratia Legatus Radulfo venerabili Turonorum Archiepiscopo salutem, & omne bonum in Domino Jesu-Christo.

Noverit vestra Caritas, frater dilectissime, nos auctoritate Dei omnipotentis, omniumque legationis nostræ Episcoporum, Abbatum, Principum consensu Concilium Burdegalæ in Octava sancti Michaelis celebrandum constituisse. Quapropter fraterna dilectione vos rogando admonemus, & Apostolica auctoritate jubendo præcipimus, quatenus procrastinatione postposita, cum omnibus suffraganeis vestris, ecclesiaque vestræ privilegiis ad Concilium supradictum veniatis, ut consilio vestro solatioque causa Dei confirmetur, & Ecclesia vestra justitia pro qua diu laboravimus magnæ, diversæque contentiones extiterunt, Deo annuente, restituetur. Nos autem, si Deus permiserit, in reversione nostra de Britannia vobiscum loquemur, ut quidquid super his ceterisque negotiis vestris constituendum sit, Deo omnipotente tribuente salubriter ordinemus. Ex his ergo manifestum est legationem Aquitanicam totius etiam tertiæ Lugdunensis fines complexam esse. quod confirmatur ex iis quę Bernardus Bonævallis Abbas de hoc ipso Girardo scribit lib. II. vitæ D. Bernardi cap. VI. *Erubescebat*, inquit, *ad primam domum redire, cujus Potentiam & Turonica, & Burdegalensis, & Auxiensis provincia subdita fuerant, & quidquid a collibus Iberorum usque ad Ligerim complectitur & claudit Oceanus, paruerat ejus imperio.*

a *Per comitem Andegavensem*) Fulconem item epist. sequenti.

b *Præterea sexum femineum*) Ivo epist. XXVIII. *Ille sexus mihi est suspectus & infestus, qui etiam amicis aliquando non satis est fidus.*

c *Pictaviensem Episcopum*) Guillelmum.

d *Ad dominum Papam*) Honorium II. ut docet epist. XIV.

e *Andegavensi Episcopo*) Ulgerio, epist. XV. & lib. III. epist. XXI. ubi & de Urbani decreto.

f *Richardus Archidiaconus*) Epist. XXXI.

g *Hugoni Archiepiscopo*) Ex Episcopo Diensi factus est Archiepiscopus Lugdunensis, legationemque in utroque munere sub Gregorio VII. gessit in Gallia : tum postea etiam, quod ex Ivonis epist. XXIV. & aliis patet, sub Urbano II. quem hoc loco intelligit Goffridus. Episcopum vero Andegavensem Gaufridum a Meduana, qui ad sedem illam evectus est anno M. XCVII. Hugonis Legati literas, quibus Fulconem IV. Comitem Andegav. Ecclesiæ communioni restituit apud S. Florentium, inter Goffridi elogia vidimus.

& sua constrictus adjuratione, quædam de illo celare non potui. Quæ sicut in domini Papæ præsentia tacere non licuit, nec in vestra, si vobis placuerit, tempore competenti reticebo.

A

Epistola XXIX.

Dulcissimo domino & præcordiali amico, domno
a *[a] Um. honorabilis vitæ Archiepiscopo & Apostolicæ sedis Legato, frater Gaffridus ejusdem sedis alodiarius, & servus, quod habet, quod sapit, & seipsum.*

QUendam monachum, ut audivi, ad monasterium nostrum misistis, qui si me invenisset, me ad Concilium vestrum invitasset. Ad vos quidem venire, & vobis, & Ecclesiæ vestræ, quæ me multum honoravit, & mihi servivit, servire desidero: & vos Aurelianis ante Concilium, vel post Concilium, si infirmitas corporis permiserit, eo die, quo vobis placuerit, diligenter videbo. Ad Concilium autem Legatorum, quod salva vestra dico reverentia, vocatus venire nec possum, nec debeo. Nam noverit dilectio vestra, privilegiis Romanorum
b Pontificum, [b] Victoris, Nicolai, Alexandri, Gregorii, Urbani, Paschalis, & Calixti sub Anathemate confirmatum esse & interdictum, ne alodiarius beati Petri Abbas Vindocinensis, ab Episcopo, vel a quolibet Apostolicæ sedis Legato ad Concilium vocetur, nec ullo modo venire cogatur. Valete.

Epistola XXX.

c *[c] Radulpho laudabili Turonensium Archiepiscopo, Gaffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, diligere quod Deus diligit, & odio habere quod odit.*

d SUper [d] Arduino de Malliaco apud vos sæpe conquesti sumus, & propter multa gravamina, quæ monasterio nostro injuste, & violenter fecerat, eum a vobis juste & rationabiliter cognovimus excommunicatum. Sed absque præcedente satisfactione illum impœnitentem audimus absolutum. Quod si ita absolvi potuisse creditur, quid peccatum noceat, & quid pœnitentia prosit, non videtur. Nam si vera miseria impœnitentibus negatur, profecto eis qui de peccatis suis pœnitent, falsa beatitudo promittitur. Multo, ut diximus, gravamine memoratus nequam monasterium nostrum vexare consuevit: unde illum, ut quæ inique contra nos gesserat, corrigeret, admonuistis: & ipse propter vos promisit se nobis facturum pejora: quod ad injuriam vestram falsa veritate complevit. Ubi enim servavit veritatem, qui nocuit proximo, fidem amisit. Hinc igitur, venerabilis Pater, humiliter precamur, quatenus perversi hominis iniquitas educto de vagina vestræ æquitatis gladio sic feriatur, ut quæ nobis injuste

B

abstulit, restituat: & in injuria vestra pupillam etiam oculi Salvatoris læsisse, vel invitus agnoscere cogatur. Quod si sic egeritis, dignam mercedem a Deo, & a nobis debitam retributionem accipietis. Si vero inimico Ecclesiæ Dei timore vel amicitia parcitis, mutare non possumus, quin ad sedem Apostolicam recurramus: ubi necessitate cogente tacere non licebit, quas in episcopatu vestro tribulationes & angustias vobis consentiente sustinemus.

C

Epistola XXXI.

Dulcissimo domino, & præcordiali amico, Domna [e] R. honorabilis vitæ Remorum Archiepiscopo, frater Goffridus, quod potest, quod sapit, & seipsum. e

PAter bone, esurio, & sitio vos videre, & dominum Papam vobiscum visitare desidero. Dilectam mihi paternitatem vestram humiliter precor, ut si Romam usque ad Pascha ire debetis, servo vestro diem & locum notificare dignemini, quo humilitas nostra comitatui vestro valeat sociari. Insuper etiam ego & mecum nostra congregatio suppliciter & diligenter

D

oramus, ut benignitas vestra Episcopum Andegavensem, & R. Archidiaconum ejus, aut monere, aut rogare dignetur, ne concessionem Ecclesiarum, quam monasterio nostro benigne fecistis, perturbare conentur. Quod si sanctitatis vestræ precem sive admonitionem contempserint; nobis quidem laborem generabunt; sed suam sollicitabunt quietem, & beatæ Trinitatis virtus, & omnipotentia, eorum annullabit conatus. Valete, & quod placuerit, rescribite.

---

a *Umbaldo Archiepiscopo*) Lugdunensis etiam Archiepiscopus fuit, Joannis post Gauceranum successor, quartus ab Hugone. Legatus autem Honorii II. quod docet epistola xxia. S. Bernardi, Honorio Pontifice scripta. *Umbaldo Lugdunensi Archiepiscopo & Romanæ sedis Legato.*

b *Victoris, Nicolai, &c.*) Horum omnium Privilegia exhibet tabularium Vindocinense. Quia & ante hos omnes Clementis II. de eadem re diploma, ne Abbas Vindocini coactus ad Concilium ullum veniat, quod ab ipso Romano Pontifice non fuerit celebratum. Quare Legatis illum vocare nefas erat. Alexander II. Oderico: *Abbas Vindocinensis, qui Alodiarius Beati Petri noscitur, ab Episcopo, vel a quolibet nostræ sedis Vicario ad Concilium nullatenus vocetur*, quod ceteri postea Pontifices iteratis sanctionibus approbarunt.

c *Radulpho Turonensium Archiepiscopo*) Duo in ea sede Radulfi alter alteri successerunt. Prior Fulcredi filius, ad quem multæ exstant Gregorii VII. epistolæ. Posterior Aurelianensis patria, qui sub Urbano II. iniit, anno M. XCIV. Ad hunc scribit non solum Goffridus hoc loco, sed Ivo etiam Carnotensis epist. ccxxxv. De eodem & auctor lib. v. epist. rr.

d *Arduino de Malliaco*) Haud scio an frater Jaquelini de Malliaco, quem cum fratribus quatuor expeditioni Fulconis V. adversus Henricum Regem, de qua superius dictum est, interfuisse narrant Gesta Comitum Andegavensium. Malliacus oppidum est agri Turonici versus Andegavos.

a *R. Remorum Archiepiscopo*) Rainaldo, prius Episcopo Andegavensi, qui ex Cathedra Ludovici VI. Regis ope subnixus ad Remensem translatus est; Ulgerius in ejus locum subrogatus. Breve Chronicum sancti Albini. *Anno* M. C. XXIV. *Exercitus de Mosterolo. Rainaldus Remensis Archiepiscopus eligitur. Obiit Callistus Papa. Anno* M. C. XXV. *Ulgerius Episcopus ordinatur* XII. *Kalend. Octobris.* Papa igitur in hac epistola est Honorius II. Callisti successor. Andegavensis Episcopus, Ulgerius. Archidiaconus ejus, Richardus, de quo epist. xxvii. Fuerat paucis ante annis alter huic cognominis Remorum ex S. Martini Thesaurario Archiepiscopus Rainaldus, Græciæ postea Comitissæ filius, ad quem Ivo epist. XIII. & de quo Anselmus in præfatione libri de Incarnatione.

GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS
EPISTOLARUM
LIBER SECUNDUS.
EPISTOLA PRIMA.

Dulcissimo Patri suo [a] *Ivoni vitæ venerabilis Episcopo, Goffridus Vindocinensis cænobii humilis Abbas, quod patri filius, & domino servus.*

A Beneficiorum vestrorum recordari minime debeo, sed illa potius in corde fixa tenere: ne qualibet oblivione u memoria mea queant recedere. Recordari utique, ut ipse melius nostis, eorum proprie dicitur, quæ interdum oblivioni traduntur. Et ideo beneficiorum vestrorum, ut dixi, recordari non debeo, sed ea in mente semper habere: quia quot vel quantu erga me exriteriot, vix lingua mea dicere posset, si singula cooaretur referre. Et quicquid lingua dicat, vel taceat, unum certissime scio, quod conscientia vobis ulterius non poterit repugnare. Et lingua quidem ingratu valde existeret, ac justo judicio sempiterno silentio digna, si nuquam contra voluntatem vestram aliter foris loqueretur, quam intus clamat conscientia. Valete, & ubi vos invenire potero quarta die post festivitatem omnium Sanctorum, mihi notificare curetis: quia si alind functitui vestræ obsequium præstare non valeo, eam saltem desidero visitare.

EPISTOLA II.

Suo carissimo patri & domino Ivoni vitæ laudabilis Episcopo, Goffridus Vindocinensis cænobii humilis servus, cum dilectione reverentiam.

Pater sancte, cum me a vobis prægravari sentio, nollem quidem; sed quod infirmitas carnis velut anxia sustinet, hoc mentis ratione levius porto. Dum enim sanctitatis vestræ beneficiu exhibita mihi sæpe mente pertracto, si in aliquo contra me facitis, fateor, murmurare nec possum, nec debeo. Satis congruum, immo laudabile videtur, ut qui de muno vestra bonu suscipere consuevi, mala etiam quandoque sine murmure debeam pati. Quæ cum ita sint, scire tamen vellem quid lateat: quæ causa existat, cur bonitus vestra nooc mihi quasi crudelis appareat. Nam cum in [b] majorem Ecclesiam nostrum manum mittere non potestis, nec audetis; inceteris, quæ in Episcopatu vestro sunt, nostris Ecclesiis divinum officium non quidem satis juste abstulistis: & quia vestra auctoritate hoc injuste actum dinoscitur, auctoritate Romana, quæ omni perversæ auctoritati est contraria, in ipsis Ecclesiis a fratribus nostris privatim & publice cantabitur. Sancta & inretractabili Romanorum pontificum licentia nobis concedítur, ut si [c] interdictum in Ecclesiis nostris B a quolibet Episcopo injuste factum extiterit, nullatenus a nobis observetur. Si vero nimis audacter, vel præsumptuose nos contra vos super hoc agere dicitis, hinc judex invocetur, & fiat sinceritas Apostolicæ sedis: cujus æquitatis judicium qui contemnit audire, B. Petrum ne sentiat iratum debet non mediocriter formidare.

EPISTOLA III.

C *Ivoni honorando valde Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii qualiscumque servus, debitum para dilectionis obsequium.*

[d] Circa fratrem, pro quo rogastis, misericorditer quidem agere volumus: sed quia inordinatam remissionem pietatem esse non credimus; utile sibi, immo necessarium judicamus, ut ad monasterium suum veniens coram fratribus ad pœnitentiam compungatur, & sic de sua transgressione veniam consequi mereatur: & cui olim, suggerente diabolo, non displicuit negligenter agere, nunc tandem non displi-

a *Ivoni Episcopo*) Carnotensi. Notior est, quam ut de eo dici multa debeant. De auspiciis Episcopatus ejus, tantum monebo, cum discrepent sententiæ, certum videri ea incidisse in annum M. XCII. Ac labente quidem anno consecratum fuisse, indicant epistolæ Urbani Ivonis epistolis præfixæ: nam Capuæ VIII. Kalend. Decembris datæ leguntur paulo post consecrationem. Annum autem Christi illum fuisse, quem dixi non sequentem, quod nonnulli tradunt, argumento est locus, unde scriptæ sunt. Urbanus enim anno M. XCIII. a. d. VIII. Kalend. Decembris Tarenti erat, non Capuæ. Præterea si hoc anno inauguratum dixeris, non constabit ante obitum Urbani septem annorum numerus, quos a suscepto Episcopatu exactus numerat epist. LVII. Itaque consecratus ab Urbano Episcopus fuit Ivo anno M. XCII. Ipse postea Goffridum electum Abbatem solemni benedictione impertiit. Quod nimirum inter beneficia, quæ accepta hoc loco fert Ivoni, præcipuum fuit.

b *In majorem Ecclesiam nostram*) Monasterii ipsius Vindocinensis, quod Theodericus Episcopus Carnotensis, ut lib. I. epist. IV. observatum est, a sua & successorum potestate exemerat, ac nominatim etiam de excommunicatione & interdicto caverat, ut Clementis II. aliorumque Pontificum literæ declarant. Denique non solum id vetitum Episcopo Carnotensi: sed nulli omnino licuit, præter loci Abbates & Pontificem. Alexander II. Oderico Abbati. *Hoc etiam adjicimus, ut memoratus Vindocinensis locus nullatenus nisi ab Abbate loci pro suis injuriis, vel a prima sedis Pontifice excommunicetur vel interdicatur, etiamsi Carnotensem patriam excommunicari contigerit.*

c *Interdictum in Ecclesiis nostris*) Subditis Monasterio Vindocinensi. Gregorius VII. Oderico. *Neque etiam subditas prædicto loco Ecclesias, ubicumque sint, excommunicare vel interdicere cuiquam liceat, nisi apertis pro culpis, & quas Vindocinensis Abbas & fratres canonice ab ipsis Episcopis admoniti emendare contempserint.* Apertas culpas excipit, ut Goffridus justum interdictum, quia in ecclesiis Vindocinensium non proinde ac in Monasterio vetitum erat omne interdictum.

d *Circa fratrem*) Danielem nomine. Sic enim appellat Ivo epist. LXXXIX. ad quam Goffridus hic respondet.

ceat regulariter obedire. Nos itaque pro dilectione vestra ei quidquid deliquit sine satisfactione remitteremus: sed homini veram infelicitatem & falsam beatitudinem nec audemus promittere, nec debemus. Veniat igitur ad monasterium, sicut jam diximus, & se errasse humiliter confiteatur: quatenus per veram humilitatem sui erroris veniam consequatur. & quod deinceps de eo fieri vestræ sanctitati placuerit, sine difficultate impetrare potuerit.

EPISTOLA IV.

Ivoni reverendæ vitæ Pontifici, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis Abbas, quod bono patri devotus filius.

QUoniam omnia cum consilio facienda esse cognovimus, bonum fuit sanctitatem vestram consulere, quid nobis agendum sit [a] in ordinis dignitate circa fratres quando revertuntur. De clericis quidem dicimus, qui & religionis habitum abjecerunt, & in ipsa apostasia diu morantes, illicitis se contagionibus commiscuerunt. Quid inde Canones dicunt, audivimus simul & vidimus: sed quia regula nostra de talibus parum aut nihil loquitur, quid super hoc regulariter simus acturi, ambigimus.

EPISTOLA V.

Domino ac venerabili patri suo, Ivoni, veræ religionis Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii dictus Abbas, quod dilecto patri subjectus filius, & pio domino fidelis servus.

QUam pure & sine membro alienius malitiæ, vestræ caritatis benedictio abbatem me, licet indignum, effecerit; quam diligentissime postea, & omnino veraciter in necessitatibus meis vestræ pietatis gratia manum auxilii mihi sæpe porrexerit, dum sedula mente conspicio, me ingratum, multumque inutilem servum judicassem, si aut vestra voluntas, aut necessitas mutuæ caritatis obsequium exegisset, si non obedissem. Nunc etiam quia nec voluntas exigit, nec necessitas cogit, me ultro offero quodlibet subire servitium. Relatum quidem mihi est, quod nunc [b] domini Papæ mandatum suscepistis, quatenus aut per vos, aut per legatum vestrum Romam usque ad Nativitatem Domini visitetis. Quod si verum est, quia vobis servire desidero, minime displicet. Vellem enim, quod voluntas vestra longo mihi tempore denegavit, nunc saltem necessitas imperaret. Non ideo dico, ut vestra magnitudo auxilio egeat meæ parvitatis: sed sic me loqui compellit affectus, quem erga vos habeo, surgens de radice puræ dilectionis. Ecce vestræ dispositioni me, & mea pariter tota devotione submitto: & si Romam pro vobis ire jusseritis, quod diu optavi, obedire non recuso. Invenietis forsan, qui melius: sed absit ut inveniatur, qui libentius vestram jussionem exequatur. Coram Deo, cui mentiri nefas est, testis est mihi conscientia mea, quod nec magis fidum, nec magis voluntarium quam me in hoc vestro negotio invenire poteritis famulum. Valete, & quid super hoc volueritis, mihi, si placet, rescribite.

EPISTOLA VI.

Dilectissimo Patri suo Ivoni veræ religionis Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii minister indignus, cum dilectione reverentiam.

CUm scriptum inveniamus in decretis Romanorum Pontificum, familiares [c] ac propinquos, vel de domo prodeuntes, non esse recipiendos in testimonium: utrum in omnibus Ecclesiasticis causis, quia ibi nihil excipitur, seu in criminalibus tantum intelligi debeat, ad plenum non videmus. Hinc igitur vobis, quem divina gratia specialiter lumen scientiæ mundo prætulit, humiliter supplicamus, ut quod inde minus percipimus, scripto vestræ auctoritatis edocti melius agnoscamus. Licet nostræ parvitati utile, immo necessarium esset, a magnitudine vestra multa quærere; hoc ideirco maxime quærimus: quoniam Andegavensis est decanus cujusdam Ecclesiæ, qui in unum de confratribus suis vehementer invehitur, dicens, quod sibi ille præbendam suam concesserit; & testimonium non habet, nisi eorum, qui sunt sui familiares, & de domo sua prodeuntes. Si quod vobis promisimus, differtur, ne gravemini; quia dilatum non minuetur.

EPISTOLA VII.

Ivoni laudabilis vitæ Pontifici, domino suo, adhuc & amico, Goffridus Vindocinensis monasterii servus, dilectionem, & dilectionis servitutem.

[d] LIteras clericis & laicis Vindocinensibus a vobis directas audivi: quas vestras mi-

a *In ordinis dignitate*) Primis sæculis monachi extra Clerum erant. Ideo in pœnis canonicis non depositione, ut Clerici, sed excommunicatione cum laicis plectebantur. Synodus Calchedonensis canone secundo: καὶ οὗτος εἰ μὲν κληρικὸς εἴη τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ, εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μονάζων, ἀναθεματιζέσθω. Postea sacris ordinibus initiari cœperunt. De monachis igitur Clericis, qui post apostasiam ad Monasteria sua redeunt, quærit quomodo recipiendi sint, an ita nimirum, ut in pristina ordinis sui dignitate, graduque maneant: an ita potius ut eo excidant, & ad laicorum sortem revocentur. Qua in re etsi severa quondam erga omnium ordinum Clericos Ecclesiasticæ censuræ lex fuerit, mitius tamen actum est interdum, & pro criminis pœnitentiæque modo indultum, ut videre est in iis quæ collegit Gratianus D. L. Ivonis porro epistola, qua de monachis ad Goffridi consultationem respondebat, interiit.

b *Domini Papæ*) Paschalis II. An Goffridi opera usus sit Ivo, non liquet. Bernerium Bonævallis Abbatem ad Paschalem a se aliquando legatum docet epist. cxlvii. *Unde misi*, inquit, *vobis viro mea Dominum Bernerium Monasterii Bonævallis Abbatem, boni testimonii*, &c.

c *Familiares ac propinquos*) Eo spectat quod est apud Ivonem Decreti P. xvi. c. ccclxi. *ut contra extraneos parentela aut propinquitas testimonium minime dicat* Hoc argumento idem Ivo epist. cviii. Archiepiscopi Turonensis testes Paschali suspectos reddit, ut consanguineos ac de domo productos. & Alexander III. c. in literis, de testibus, nobilis item cujusdam Pirmani testes rejicit, quos in divortii causa de familia sua produxerat. Vel hoc igitur exemplo id patet, quod ambigit Goffridus, testes domesticos non solum in capitalibus, sed in aliis etiam causis non esse recipiendos. At receptos aliquando constat ex privilegiis. Nam ex præcepto Philippi Pulchri Regis didicimus, cum ab Abbate & conventu Sancti Dionysii adversus Latiniacenses quasdam fœminas de statu earum mota lis esset, testesque contra illas producti rejicerentur, quod de corpore essent Ecclesiæ Beati Dionysii, & Monachi contra obtenderent, se regium privilegium a Ludovico VI. in eam rem habere, Curiam perlecto privilegio pronunciasse, testes in ea causa idoneos, eorum testimonium validum videri. Anno M. CCLXXXVII. mense Junio.

d *Literas vestras*) Non extant hæ literæ Ivonis.

nime credidissem, nisi ibi sigillum vestrum appositum vidissem. Dicebant enim literæ, vobis a fidelibus vestris relatum fuisse, me contra vos & contra clericos vestros turpia & contumeliosa verba publice protulisse. Ad hæc, salva veritate, prorsus respondeo, quod de persona vestra nihil unquam inhonestatis vel contumeliæ dixi: sed quæ potui bona ubique de vobis usque in hodiernum prædicavi. Clericis vero vestris, quoniam ipsi mihi male cantaverunt, bene saltare nec possum, nec potui. Illud equidem plane confiteor, quod nulla injuriosa verba illis irrogavi: nisi quia illorum judicio prægravatum me sentiens, Romanam Ecclesiam appellavi, cujus veneranda privilegia videbam ab ipsis despicabiliter refutari: licet sancta Romana Ecclesia talia recipere ab eorum magnitudine non promeruerit; quia quod illi male ligaverant, illa suæ pietatis intuitu relaxavit. Et si ei mala pro bonis reddiderunt, hanc certe eos retributionem Deus non docuit. Qui cum me hominem amari sermonis appellasset, credidissem forsitan illis, si dulcedinem Apostolicæ veritatis plenius agnovissent. cujus beneficiis quandiu ingratos videbo, etiam in veritate suspectos habebo. Me subditum Ecclesiæ vestræ asseruistis. unde ego nullatenus scandalizor; quia quamvis inter Romanum Pontificem & me peccatorem [a] nulla, cujuscumque dignitatis, vel ordinis sit, persona media habeatur, si auctoritas Romanorum Pontificum inviolata servatur: omnibus tamen Ecclesiis non solum subditum, verum etiam earum inutilem servum me esse contestor. [b] Professum vero vestrum me vocastis. Satis melius fuisset, ut a vobis sacratum dixissetis. Quod & si pro consecratione professionem, & pro professione ab alodiario B. Petri subjectionem vobis vindicastis; consecrationem utique illam gratis minime impendistis. Non enim gratis impenditur, per quod homo homini subjectus efficitur. In professione siquidem illa consilio vestro nimia simplicitate acquievi: ubi siquid aliter actum est, vos scienter fecistis; ego autem ignoranter peccavi. [c] Sed dominus noster honorabilis memoriæ Papa Urbanus, cum per nos transiret, audivit a fratribus, me vobis professionem fecisse. Unde columbam seductam, cor non habentem me dicens, & vehementer increpans, illud veraciter mihi pro crimine imputasset, si ignorantiæ meæ ac juventuti misericorditer non pepercisset. Quid vero super hoc contra vos protulerit, pro reverentia vestri ordinis melius est inde silere, quam loqui. Igitur quod illicite commiseram irritum fecit: & ne deinceps Abbas monasterii nostri cuiquam Episcopo profiteatur, privilegii sui irretractabili firmitate prohibuit. Cujus auctoritatem secutus dominus Paschalis Papa, qui nunc est, illud iterum sua Apostolica auctoritate firmavit. In literis præterea vestris divulgatum est laicis, quod si ad vos satisfacturus non venirem, auxilium vestrum amplius non haberem, & quicumque malefactores res monasterii nostri diriperent, vos adjutorem suum potius quam nostrum defensorem invenirent. Hoc ex vestra parte literis non arbitror fuisse insertum: quoniam a Christiana religione omnino discrepat, & Satanæ noscitur incitamentum. Illud amici & inimici firmissime credant, quod nulli dabo mercedem istam, ut pro suo auxilio monasterium nostrum, alodium B. Petri, sibi inordinate subjiciam. Unde si necessitatibus meis auxilium vestrum defuerit, confido de bonitate beati Petri, quia mihi ipse non deerit; cui dum fidem servare desidero, nullus ob hoc Episcopus mihi auxilium denegare, nec quod illius est, qualibet occasione sibi deberet usurpare. Vindocinensem Ecclesiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ nec dedi, nec auferam. Quod si qualibet suggestione tentarem, peccarem in animam meam: nec etiam cum peccato perficere valerem. Romanæ itaque Ecclesiæ, cui totum me debeo, omni tempore fidem servabo: pro cujus amore ac fidelitate multiplicata gravamina virtute constantiæ, & animi integritate sustineo: nec multo majora, si emerserint, pro illa sustinere recuso. Illam in meis pressuris reclamavi, & adhuc reclamare non desino. Nam si modo ignorat, quanta pro illa patior; scio, cum agnoverit, petenti auxilium non negabit quæ semper misericordiæ visceribus affluens oppressis omnibus, & maxime domesticis suis, subvenire consuevit. [d] Domnus Ernaldus, quem Decanum vestrum dicitis, si sibi secundum justitiam placuisset, [e] teste

a *Nulla persona media*) In privilegio Victoris II. *Confirmamus igitur, atque* aa. *Apostolorum Petri & Pauli auctoritate ipsum Monasterium ita specialiter corroboramus, quatenus inter prima & Apostolica sedis Pontificem, & venerabilis loci Vindocinensis Abbatem nulla cujusque dignitatis vel ordinis persona sit, media habeatur*: quæ eadem fere verba leguntur in aliorum Pontificum diplomatis, atque in tabulis ipsius fundationis.

b *Professum vestrum me vocastis*) Jure antiquo Abbates omnes in Episcoporum erant potestate. Concilium Aurelianense primum can. XI. *Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant*. Synodus Calchedonensis can. IV. ἔδοξε τοὺς καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν μονάζοντας ὑποτετάχθαι τῷ ἐπισκόπῳ. Quare Episcopis ante consecrationem suam subjectionis, obedientiæque professionem edebant, ad eam formulam, aut ejus certe consimilem, quam a Cisterciensibus edi solitam docet Honorius III. c. *ne Dei Ecclesiam*. De simonia. *Ego N. Abbas Cisterciensis ordinis, subjectionem & reverentiam, & obedientiam a sanctis Patribus constitutam, secundum regulam sancti Benedicti, tibi Domine Episcope, tuisque successoribus canonice instituendis, & sanctæ sedis Apostolicæ, salvo ordine meo, perpetuo me habiturum promitto*. Qui vero sedis Apostolicæ privilegiis exempti fuerant ab Episcoporum potestate, ut Vindocinenses; ii nimirum professionem illam non debebant. Elicuit tamen Ivo Episcopus a Goffrido, quem propterea subditum & professum suum appellabat. Sed Ivonis factum ut, mox dicet, improbavit Urbanus professionemque a Goffrido extortam antiquavit. quod iterum repetit epist. XI.

c *Sed Papa Urbanus*) Urbani hac de re privilegium insertum est epistolæ XXVII. hujus libri, ad Goffridum Episcopum Ivonis successorem.

d *Domnus Ernaldus*) Subscribit is literis Ivonis, quæ Canonicorum sancti Joannis Valiacensis fundationem continent, leguntur que inter epistolas Ivonis num. CCXCVI. *Signum Ernaldi Decani*. Videtur idem postea ex Clerico factus monachus; deinde iterum abjecto monachi proposito ad pristinum gradum regressus: Monachum factum testatur Ivo epist. CCLXII. ad Pontium Abbatem Cluniacensem: *Collectiones Canonum per Dominum Ernaldum modo Monachum vestrum, olim Clericum nostrum transmisi vobis*. Non perseverasse, tacito sensu indicat hoc loco Goffridus.

e *Teste flocello de capite*) Monastici cultus parte, quam retinebat. Floccus, ut docet Clemens V. *De statu Monachorum, capite primo*. ea est Monachorum vestis quæ longas & amplas habet manicas. Flocculus & Flocellus, minor Floccus. Nostrates hodie, litterula mutata, magnum & parvum Frocum vocant. Qui ex Canonicis facti fuerant monachi, hi si ad Canonicos redibant, cucullam deinceps ad memoriam ex Urbani II. decreto deferebant. XIX. q. III. *mandamus*.

flocello

flocello de capite suo, porius [a] in nostra, quam iu vestra forte manere debuisset. Vulete, & contra sanctam Romanam Ecclesiam, cujus pietatis gratia vos oon minns creuvit Episcopnm, quam religio vestru, ugere nolitu.

Epiutola VIII.

Carissimo patri suo Ivonis laudubilis vitæ Episcapo, Goffridus Viudocinensis mauasterii bumilis servus reverentiam cum puræ dilectiauis affectn.

DE Archipresbytero vestro [b] Goffrido Danielis apud bonitutum vestram conqoereutes, misimus ad vos duos de frutribus nostris; qui ad aures vestras & clamorem uostrum, ut credimus, detnlurunt; & si quid aliter a familia nostru actum extiterat, vobis rectitudinrm obeulerunt. Uode nobis maudastis, ut quarco die post sestivitarem omnium Sanctorum, si ad parees nostras iuterim nou descendereris, ad vos veniremus, babituri & facturi quantum debemus. Optimum quidem hoc vestrum mandatum suit, & ideireo nou minus actiouis, quam devotionis brachiis amplectendum. Sed quibusdum detenti impedimenris, quæ anrequam ad vos misissemus, [c] Arcbidiacono vestro machinantu, ut dicitur, orta jam fuerunt, illud observare minime valemus: & quod ratio pariter ac voluntas agendum monet & præcipit, agere uecessitas sola non patitur. At cum Spiritus sancti gratiu nos consolante, a præsenri, qua detinemur, necessirare liberuti fuerimus; die quu maudaveritis, ad vos veniumos, & consilio vestro omnia faciemus. Rogamus tamen bumilitutu qua possumus, quod si Viudocinum venire debetis, nullis suasionibus Carnotum ire nos fatigetis. Super [d] Nivelone & filio ejus Ursione, eorumque hominibus proclamantes, aures vestræ pieratis sæpe pulsavimus, & udhuc pulsare nou cessamus: ut si non pro amicitia, salrem pro improbitate nostra justitium valeumus obtinere, quam petimus. Valetu, & eorum iucitatione, qui me, si posseut, contru vos sæpius incitassent, servirium & dilectionem uostram, diligenter obsecro, perdere nolira.

Epistola IX.

Domina suo & umica Ivoni bonorubili Carnatensium Episcopo, Gaffridur Vindocinensis manasterii humilis servus, cum dilectione sulutem.

MAndastis quia inducias, quas u vobis quæsivimus, nec datis, nec dure debuistis. non enim certnm diem, nt dicitis, manduvimus vobis. Ad hæc salva verirare respondemns, quouiam cerrum diem vobis mandare minime potuimus: quia quando uecessiras, qua detinebamur, finem haberet, certi nou eramus. Famulos nostros asseritis vos excommunicasse, quod valde miramur, cnm in loco uostro, [e] nulli Episcopo, nisi soli summo Romano pontifici, uxcommunicare, seu interdicere liceat, vel quamlibet potestutem, vel dominationem rxercere. Nos tamen quæcumque jusseritis, salvo Apostolicæ sedis privilegio, diligenter faciemus: contra cujus auctoritatem nihil u nobis exigi debet, nec nos obedire debemus. Dignitatis utique uxcellentiam, quam Christus dominus noster in B. Petro Romanæ Ecclesiæ contulit nec possumus, uec debemus minuere; nec ud hoc, ut eam minuamus, debet quis luborare. De hominibus, quorum nomina nobix scripsistis, quatuor ex ipsis nostros esse dicimus: de quibus quarto die post Theophanium, quantum debebimus, libenter faciemus. quamvis de vobis multum conqueri possemus, qui non solum de malesactoribux nostris, quod nemo alius Episcopus unquam fecisse dinoscitur, nobis justitiam denegastis: verum etiam contru nos vestræ uuctoritatis decreto iucirustis. Hæc vero quæ maudamus si displicent vobis, & mole vestræ magnitudinis nos premere, & cujuslibet incirutione, vel propria voluntate gravare vulris, ipsam pro cnjus amore multa gravamina vestra din portavimus, Romanam Ecclesiam uppellamus: cum qua & adversirarem sustinere optamus, & sinu qua prosperitatem babere recusumus. Unde si necessituribus nostris auxilium vestrum, quod din nobis subtraxistis, defuerit; confidimus de bouitate B. Petri, quia nobis ipse non deerit: cui dum fidem volumus servare, nullus ob boc Episcopus nobis Ecclesiasticam justitiam denegare, nec in nos sæcularium hominum incitaru sævitiam, nec, quod sanctæ Romanæ Ecclesiæ est proprium, sub hac occasione sibi deberet usurpare: a cujus fidelitatu non fames, uon gladius. non nuditas, non tribulario, non angustia, non persecurio aliqua nos vel defunctos poterit separure. Nam si modo ignorat quanta pro illa patimnr, scimus, cum agnoverit, perentibus auxilium non negubit, quæ semper misericordiæ visceribus affluens, oppressis omuibus & maxime domesticis suis subvenire consuevit. De Archipresbytero vestro, & Nivelone, ejusque filio Ursione, atque Buatmundo, & eorum hominibus, apud vos sæpius conquesti sumus & conquerimur; nec justitiam, uec justitiæ scintillam aliquum adhuc sentire potuimus. unde a vobis juratam pacem minus observari conspicimus.

Epistola X.

Ivoui bonorudo Curnotensum Episcopo, Goffridus Viudocinensis mouasterii bumilis servus, amicos in Deum, & inimicos propter Deum diligere.

LIcet injuriæ & vexationes, & quibus monasterium oostrum, & nos oon mediocrirer oppressistis, & opprimi fecistis, in auribus po-

a *Potius in nostra, quam in vestra forte*) Monachus potius, quam Clericus.

b *Goffrido Danielis*) Archipresbytero Vindocinensi, cujus iterum meminit epist. IX. XII. & XXI. ubi easdem de illo querelas retexit.

c *Arcbidiacono vestro*) Vindocinensi, quem tacito etiam nomine perstringit, & gloriosum Arebilevitam vocat epist. XVII. Raimbaldus, opinor, dicebatur. Ivonis sane literis, quibus majori Monasterio Ecclesiam Hanebensem concessit anno M. C. XIV. testes primo loco adscripti Raimbaidus Vindoriaensis Archidiacoous, & Ansgerus Blesensis Archidiaconus. In Ecclesia Carnotensi præter Urbanam Archidiaconum, qui magnus appellatur quinque, soot Archidiaconi pagenses, Castrodunensis, Pisciacensis, Blesensis, Drocensis, & Vindocinensis.

d *Nivellone & filio ejus Ursione*) De his libro I. epist. XII. & infra epist. IX. XIII. XXIII. XXX. Extant in seriniis Vindocinensibus Paschalis II. literæ ad Ivonem, in qoibus utrumque ob injarias & damna Vindocinensi Monasterio inflicta, sacris arceri jubet.

e *Nulli Episcopo nisi Romano*) Libro I. epist. XVIII. & iofra epist. XXVII.

pulorum frequentissime resoneut ; earitatis tamen, quam Deus præcipit, funibus alligati, amase cogimur etiam non amantem. Vos autem, qui graviores molestias Irrogastis, maxime diligere, ac vobis diligenter servire volumus; si amaritudinis pocula, quæ nobis sæpius propinastis, melle dilectionis temperare placuerit. Genua vero dilectinnis, quo & nos diligere, & a nobis serviri vultis & diligi, literis vestris significate: quia pacem & dilectionem vestram vehementer optamus. Et si senserimus, quod nos in veritate diligatis, nullum vestrum recusamus servitinm, in quo Domini Papæ indiguationem non mereamur, nec ordinis nostri Incurramus periculum.

Epistola XI.

Ivoni magnæ famæ Pontifici, Goffridus Viadocinensis monasterii humilis servus, prudenter & simpliciter in omnibus agere.

[a] Literæ nostræ, quas in quibusdam mellis dulcedinem redolere, & in quibusdam fellis amaritudinem respergere dixistis, secundum nostram intelligentiam omni amaritudine caruerunt, quia earitatis dulcedine plenæ fuerunt. Quod iterum asseruistis, Romanam Ecclesiam a Deo nullam injustam accepisse potestatem; ita est plane, & nos nec possumus, nec debemus non annuere: quoniam infructuosum est contra tideo apertam veritatem laborare. Quis enim insanus credere vel cogitare audeat, bonum Deum aliquid unquam lnjuste dedisse, aut ejus sanctam Ecclesiam quicquam ab eo injuste accepisse? Sed si quæ sunt solvenda solvendi, & quæ liganda ligandi a Domino collatam ei potestatem creditis, sicut nobis scripsistis; mirandum non est, si illa bene solvit, quod vos male ligastis. [b] Professio quam a me adhuc juvene & nuv tin extorsistis, regularis minime fuit, eamque fecisse, peccatum extitit, & accepisse irreligiosum. Nam si pro benedictione, quam omnino gratis dare debuistis, usurpastis professionem, & pro professione [c] ab alodario B. Petri exigitis subjectionem; profana fuit illa professio, & ideo non tenenda: quoniam subsequens benedictio, quam exhibuistis, [d] navicularia potius videtur, quam gratis data: quandoquidem pro illa temporalem mercedem cum injuria fidei Christianæ exigere non erubescitis. In professione siquidem illa, consilio vestro nimis simpliciter acquievi. Ubi tamen quidquid perperam actum est, vos scienter fecistis; ego autem ignoranter peccavi. Sed quem vestræ impuritatis consilio reatum contraxi, Apostolica sinceritas, ignorantiæ meæ ac juventuti compatiens, misericorditer indulsit: & ne quis successorum nostrorum in puteum similis deceptionis deinceps corruat, virtute suæ auctoritatis prohibuit. Si vero contra hæc vobis agere placet; illam majorem audientiam, a qua omnis Christianitas dijudicatur, non fugio, sed appello: cujus æquitatis judicium qui contemnit audire; B. Petrum ne sentiat iratum debet timere.

Epistola XII.

Carissimo domino suo & Patri, Ivoni laudabilis vitæ Pontifici, Goffridus Vindocinensis monasterii qualiscunque servus, veræ humilitatis obsequium, & puræ dilectionis affectum.

Formatas & formosas literas vestras, quas pro facienda nobis justitia [e] Archipresbytero vestro Goffrido misistis, vidimus: & si non tantas, quantas debemus, saltem quantas possumus gratias vestræ sanctitati referimus. Ibi enim nihil aliud videri vel intelligi potuit, nisi erga nos vestræ magnæ caritatis affectus. Omnes quidem presbyteri castelli Vindocinensis cum Archipresbytero vestro literas viderunt: sed cum illo, immo per illum, nescimus quibus privatis consiliis, literis obedire contempserunt. Unde, dilectissime pater, pietatem vestram, quibus valemus precibus, exoramus, quatenus circa ea, quæ vobis in veritate scripsimus, sic paterna dilectione sitis sollicitus, ut quam grave sit justa non obtemperare mandatis, agnoscere valeat ille Ecclesiasticæ justitiæ interfector, & sanctæ Ecclesiæ inimicus.

Epistola XIII.

Honorabili domino suo & cordiali amico, Ivoni religiosæ vitæ Pontifici, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, a Deo sanctis repromissam beatitudinem, & a se puram & integram dilectionem.

Literas quidem vestræ sanctitatis cum gaudio & honore suscepimus: sed die, quem nobis in ipsis significastis, ad vos venire nullo modo poterimus, monasterii nostri inevitabili necessitate detenti; quæ etiam in monasterio tunc manere nulla occasione nos patitur. Fratribus autem nostris, ut de possessionibus monasterii absque præsentia nostra judicium subeant, suadere non valemus: & quod eorum voluntati contrarium rationabiliter cernitur, eis, ne forte scandalizentur, imperare non audemus. Sed cum necessitas, quæ inevitabiliter nos detinet, finem habuerit, ante bonitatis vestræ conspectum, loco & tempore competenti, diligenter nos præsentabimus; de Nivelone, quem nec reverentia ordinis, nec honor sacerdotii, nec adventus Salvatoris a genere novi sceleris retra-

---

a *Litera nostra*) Ea est epistola VII. hujus libri. Ivonis autem epistola, cui Goffridus hic respondet, numero CXCV. hoc habet exordium. *Accepi literas tuas palpantes & pungentes: in quibusdam mellis dulcedinem redolentes; in quibusdam fellis amaritudinem respergentes.*

b *Professio quam a me*) Dictum est epist. VI. diceturque iterum epist. XXVII.

c *Ab alodiario B. Petri*) Beneficario. supra epist. VI. Ut feudatarius Domini dicitur, qui ejus feudum tenet; sic alodiarius, qui alodium. Nec tamen perpetuo hæc sibi respondent. Nam Abbas Vindocinensis alodiarius Beati Petri recte dicitur, quia monasterium ejus alodium est sedis Apostolicæ: feudatarius dici non potest, quia monasterium feudi jure non habet.

d *Navicularia potius quam gratis data*) Utitur eadem voce eadem in re opusculo a. Navicularia benedictio dicitur, ut navicularia functio in Codice, sed alio sensu. Navicularіam enim benedictionem appellat, non gratuitam, sed mercenariam, & pro qua aliquid exigatur, ut pro transvectione naulum & merces a naviculariis. Non absimili translatione institoriam lectionem dixit epist. I. Hildebertus, cui sordidus & illiberalis quæstus est propositus, ut lucrum institori. sic enim scribit: *Hinc est quod ambitiosam supellectilem inexorabili odio prosequeris: quod institoriam abdicas lectionem, quod magnum quæstum judicas pietatem cum sufficientia.*

e *Archipresbytero vestro Goffrido*) Epist. VIII.

xit, accepturi & ei facturi quantum debemus. Rogamus interim, dilectissime pater, humilitate qua possumus, ut de his, quæ Niveln & sui nobis violenter abstulerunt, & adhuc crudeliter detinent, vestra eos cogente justitia, mereamur investiri. quia [a] rebus propriis exspoliati, sicut ipse melius nostis, antequam quæ eis ablata sunt, universa potestati eorum restituantur, ad judicium minime debent convocari. Valete.

EPISTOLA XIV.

Dilectissimo domino Ivoni venerabili Carnotensium Episcopo, & omni sanctæ Mariæ Capitulo, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, a Deo salutem, & a se puræ dilectionis servitutem.

HAnc esse virtutem cognovimus veræ justitiæ, amicum non debere juvare mendacio, nec inimico in veritate deesse. De depositione domni [b] Goffridi olim Blesensis abbatis, & de promotione domni Mauricii, qui contra nos diu injustas [c] exercuit inimicitias, & parum fructuosas sibi egit querelas; sicut vidimus & audivimus [d] veritatis testimonium perhibemus. Vidimus itaque domnum Goffridum in præsentia domni [e] Brunonis Romanæ Ecclesiæ tunc Legati, abbatiam suam relinquere, & domnum Mauricium in abbatem propria voce eligere; eumque electum, & suis manibus deductum in locum, quem ante ipse tenuerat, collocare. Hoc vidimus, & coram Deo & hominibus testificamur palam ita factum fuisse. Sed si quid aliter actum est in occulto, confitemur nos prorsus ignorare. Fieri enim potuit, ut aliud lingua domnus Goffridus pronuntiaret, & aliud occultaret in pectore. Sed quidquid Blesis nobis præsentibus super hac causa factum extitit, in quantum cognoscere potuimus, domno Mauricio, ut credimus, non obesset, si nihil aliud impediret.

EPISTOLA XV.

Carissimo Domino & amico Ivoni, honorabili Carnotensium Præsuli, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, delinquentium subditorum culpas ita judicio sancti Spiritus condemnare, ut inculpabilis ante conspectum tremendi judicis valeat apparere.

OPtime nostis, Pater optime, [f] clericos vestros, quos humilitas B. Mariæ fecit superbos, non jure cæli, nec judicio sæculi, sed solita mentis tempestate [g] gradus domus nostræ destruxisse. Unde paternitati vestræ humiliter supplicamus, ut quod a Clericis vestris perverse actum dinoscitur, corrigatis; & gradus domus nostræ, quos furiosi spiritus impetu destruxerunt, ab ipsis fieri faciatis. Et cum de re nostra a nobis diu & juste possessa, & injuste ablata, secundum sacros canones investiti fuerimus; si postea de nobis conquerantur, quod justus judex, quod divina lex faciendum judicaverit, non recusamus. Venerabilis vitæ pater, res monasterii nostri, quæ in Episcopatu vestro esse noscuntur, & monasterium ipsum B. Petro a fundatoribus suis oblatum, si vobis laboriosum non esset, & pro cura episcopali & pro amore B. Petri, in quantum facultas suppetit, custodire, & ab omnibus adversariis defendere deberetis; præsertim rem illam monasterii, quam pene juxta introitum portarum vestrarum esse conspicitis.

EPISTOLA XVI.

Carissimo patri & domino Ivoni laudabilis vitæ Pontifici, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, puram cordis dilectionem, & puræ dilectionis servitutem.

PAternitati vestræ, pater optime, gratias agimus, quod [h] Comitem Vindocinensem pro causa nostra ad rationem mitti fecistis; & quia quod inique gesserat, corrigere neglexit, ejus castello, & [i] castelli banleugæ divi-

---

a *Rebus propriis exspoliati*) Infra epist. xxis.

b *Goffridi olim Blesensis Abbatis*) Cœnobii sancti Launomari, ad quem honore jam defunctum, atque ex Abbate anachoretam pristinæ solitudini redditum tres leguntur epistolæ Ivonis clxiv. ccviii. ccci.

c *Exercuit inimicitias*) Ob controversiam videlicet inter Blesenses monachos & Vindocinenses agitatam de oblationibus parrochiæ Ulchensis, de qua Ivo epist. clxii.

d *Veritatis testimonium*) Cur testimonium hoc exquisierit Ivo, intelligi potest ex tribus supra scriptis ejus epistolis, in quibus docet prœituisse postea relictæ Abbatiæ Goffridum, Mauricioque successori propterea obtrectare & adversari solitum.

e *Brunonis tunc Legati*) Ivo epist. clxiv. ad Goffridum Blesensem. *Qui in manu Romanæ Ecclesiæ Legati, nullo te cogente, immo ipso Legato dissuadente Abbatiam dimisisti, & in electione ipsius Mauricii primam vocem dedisti.* Incidit Brunonis Signiæ in Campania Italica Episcopi legatio in annum Christi MC. VI. Hoc siquidem anno in Gallias venisse Buamundum Ducem notat Chronicum sancti Albini. Buamundum autem Paschalis jussu comitatus est Bruno legatus. Auctores Petrus Diaconus, & Sugerius Abbas; qui & Synodi ab eodem apud Pictavos celebratæ meminerunt.

f *Clericos Vestros*) Canonicos sanctæ Mariæ Carnotensis.

g *Gradus domus nostræ*) Ecclesias quinque a Theoderico Episcopo Vindocinensibus datas ostendunt literæ Pontificum. Clemens II. Victor item, & Nicolaus II. in Privilegiis confirmationis. *Ecclesias quinque, quas Theodericus Carnotensis Episcopus Monasterio Vindocinensi dedit amore Dei & supplicatione Goffridi Comitis, Ecclesiam scilicet sancti Beati, Ecclesiam sancti Joannis de Castrodunensi, Ecclesiam de Balneolis, Ecclesiam de Villarebla, Ecclesiam Ancherici.* Sed harum nulla Carnuto proxima. Quare alibi quærenda est.

h *Comitem Vindocinensem*) Goffridum lib. 1. epist. xii.

i *Castelli banleuga*) Gaufridus Comes in tabulis fundationis ea enumerans quæ monasterio Vindocinensi obtulerat, *In castro*, inquit, *Vindocino terram ad burgum faciendum, cum rapto & furto & incendio, vicaria & banleuga, & consuetudinibus universis.* Ludovicus VI. in præcepto pro cœnobio S. Dionysii anno M.C.XI. *Item statuimus, ut quicumque sit intra Bannileugam S. Dionysii, vel infra terminos antiquitus institutos; a nullo rapiatur, neque res ejus diripiantur. sed si aliquid foris fecerit, ab Abbate tantum vel a Monachis justificetur.* Banleuga seu Bannileuga dicitur is modus agri, cujus finibus loci alicujus immunitas vel jurisdictio terminatur. Nota vox & significatio multis in locis Galliæ. Banni apud majores nostros multiplex fuit notio. Nam & publicum edictum bannum appellabant, & mulctam, & proscriptionem bonorum, & exilium, & alia judiciariæ summæque potestati connexa. Quos ergo ad fines ea potestas porrigebatur, eum ambitum sive procinctum, ut loquebantur, Bannileugam dicebant: seu quia leugæ spatio plus minus definiebatur, seu forte quia leugæ sive Leuvæ nomen pro quovis certæ spatio, tractuque usurpabant. In Caroli Calvi præcepto sancti Dionysii Banleuga in hunc modum describitur. *Statuimus ut prædictus locus immunitatem habeat.* Et post alia. *Cui quidem immunitati ipsos eosdemque terminos imponi censemus, qui in Privilegio Domni Dagoberti serenissimi Regis, quod de fugitivis ad idem cœnobium isdem gloriosissimus*

A num officium abstulistis. Ipsa vero malis addere pejora minatur; & vobis inobedieos, nos & oostra violenter adhuc persequitar. Sed quia ad hoc mandatum suscepimus, ut nos affectemus laudes hominum, oec eorum mioas timeamus; divina oos protegente elementia, & vestræ auctoritatis suffragaote censura, in pressuris eonstautiores inveniet. Unum tamen utile nobis, immo valde necessariam esset, pro quo vobis, taoquam patri filii, humiliter supplicamus, quatenus genus pietatis, quo pastor Ecclesiæ, cum necessitas exigit, impius pro Domino fieri debet; (genus enim pietatis est,
a [a] ut B. Hieronymus dicit, impium fieri pro Domino) ita in Comitem, & in omnem
B terram ipsius zelus vestræ rectitudinis propagaret; totum videlicet ejus Comitatum a divinis officiis segregans; & ipsum districtioris justitiæ vinculis alligaos, ut ooiversa plebs, quæ oostram injoriam & ejus malitiam oon ignorat, & cui illius iniquitas moltum displicet, nec major justitia displiceret, bioe occasione accepta proclamaret in eum: & sic quooiam Dei amore ab injusta actiooe spontaneus non vult desistese, clamore simul & timore hominum desistere vel iovitus. Nam sub quanto ejus malitiæ onere gemimas, nostra bumilitas non sileret, si referre siogula morosum non esset, & aodire tædiosum. & legati oostri liogua fortassis omnia melius dicet, quam nostra indicare posset
C b epistola. Pauperum [b] corpora sepeliri concessistis: qood nos abnuere nec possumus, nec audemus. Sed salva vestra pace, & revereotia dieimus, si insepulta remaoereot pro Ecclesiæ justitia, oon ideo aoimæ minus haberent de gloria. Et quia a sanctitate vestra pauperibus sepultura conceditur; sub oomine pauperum a sepultora jam oullus excluditor. Valete.

EPISTOLA XVII.

Amantissima domino & patri Ivoni, venerabilis vita pontifici, frater Goffridus omnem ulcisci inobedientiam, & sic vitam promereri aeternam.

NOverit, carissime pater, vestra dilectio, [c] in castro Vindocini, dictos illos [d] regulares beati Georgii Canouicos, io Ecclesia beati Petri apertis jaouis cootra ioterdictum vestrom solemolter festivitatem celebrasse: aliosque ejusdem castelli elericos quendam burgeosem defunctum, & cum desuocto justitiam quasi defunctam sepelientes, publicis processionibus sepulturæ tradidisse. De qua Ecclesiasticæ justitiæ sepultura, quæ cootumaciæ stodio acta dinoscitur, & de hujusmodi sepultoræ viodicta, vestræ sublimitati nostra humilitas aliqoid seripsisset, si monachus unus sufficeret de inobedieotia clericorom accusare multitudinem; & præsumptuosum ooo videretur, tantæ discretionis docere pootificem. Illud tamen perpendat vestra dilectio; quod si taota justitiæ injuria patieoter portatur, vereodum est, ne saocta Ecclesia hac occasione de statu suo plorimum perdat, & suæ honestatis & ordinis intolerabilem jacturam patiatur. Unda vestræ paternitati filiali dilectione supplicamus, quatenus ad nos misso vestræ auctoritatis decreto, tam perniciosa præsumptio sine viodicta minime transeat: ut quam grave sit suo Episcopo non obedire, vel sic unusquisque traosgressor agnoscat. De [e] domno Archidiacooo, cujus virtutes vel vitia prudentiam vestram ignorare non credimus, vobis vera scribere non audemus; ne nostra veritas ejus odium nobis generaret, & qui male agit pejus ageret. Certe, si inordinata remissio pietas vel misericordia esset, circa delioqueotes, sed impœoiteotes, plurimum exhiberet; qui-

---

Rex fecit, præscripti sunt. ad est usque ad eum locum, quo ad eandem Ecclesiam tendentes Tricenam pontem ingrediuntur. necnon etiam usque ad montem Martyrum, ubi ipse præcellentissimus Domini testis agonem suum fideliter complevit. similiterque usque ad viam publicam, quæ ad Luperam ducit. Itaque hanc totam procinctam Deo, Sanctoque ejus Dionysio donamus, cum omni judicaria potestate. Hoc est bannum, omnemque infractaram, & si qua sunt alia consuetudines legum. Satis ex hac descriptione liquet, sancti Dionysii banleugam ultra leugæ unius spatium porrectam fuisse. Quod vero leuvam absolute pro spatio & mensura, usurpasse videantur, declarat aliud præceptum Caroli Magni, quo villas Favernlas & Norontem in pago Carnoteno eidem sancti Dionysii Monasterio eum sylva Aquilina donat. Ejus autem sylvæ Leugas, hoc est, spatia, regionesque suis finibus circumseribit his verbis. Totum enim locum exscribam, etsi antiquariorum vitio parum castigatum.

Insuper & cum Foreste ad eas pertinente, quæ vocatur Aquilina, cum Forestariis & cæteris finibus in ea designatis. Videlicet contra pagum Madriacensem pervenit Leuva usque ad Petram fictam. Deinde ad montem Presbyteri: deinde ad Condacum usque ad Cuculosa. Secunda Leuva contra pagum Pincsasensem pervenit ad Codonarias, deinde ad Vennas usque ad Aareovallo, deinde Leviriat. Tertia Leuva contra pagum Parisiensem de Ulfanciatas pervenit ad campum Dominicum. Deinde ad campum Malgeverti. Deinde ad Sarnetum usque ad cellam sancti Germani. Deinde per illam stratam quæ pergit ad vetus Monasterium. Contra pagum Stampensem pervenit Leuva ad Rasbacium. Deinde ad Affrauntorilas. deinde ad VVaran eras. Contra pagum Carnotensem pervenit Leuva ad Puriolos inde ad Putilitoas. deinde ad Hislinvillare. inde ad VVadastivillam, & illud picariam. Deinde ad illam fronam quæ fuit Stephanona. Inde ad Calmontem, deinde ad illam stratam quæ pergit ad Helmorotum. Inde ad Longum lucum & Senona vallem super Nivigellam. Pro Banleuga leugam simpliciter posuit Ivo epist. c. & cclxs. *quod ab omnibus molendinis Belvacensis Leuva committitur.*

a *Ut B. Hieronymus dicit*) Epist. xxiii. ad Marcellam de ægrotatione Blæsillæ.

b *Pauperum corpora sepeliri concessistis*) Ecclesiasticam sepulturam prohibet interdictum. Excipit Innocentius III. Clericos, qui tamen interdictu paruerint c. *Quod in te* De pœnit. & remis. Quod pauperibus illam concessit Ivo, peculiare fuit privilegium.

c *In castro Vindocini*) Vindocinum, quod Castrum Goffrido & Castellum dicitur, non obscuræ notæ est oppidum ad Ledi fluminis ripam, in Carnutum agro ac diœcesi. Quod unum argumentum satis est ad minuendam opinionem, quæ multorum hodie animos pervasit, Vindocini a Ptolomæo Geographo mentionem fieri, Vindinumque appellari. Vindinum enim *Οὐίνδινον* Ptolomæus non in Carnutibus, sed in Aulercis Cenomanis locat, & primariam eorum urbem facit. Quare haud dubium est aliam non esse, quam Cenomanum ipsum, totius Cenomannicæ provinciæ caput; cujus nomen Gallica consuetudine suum fecit; etiam apud Goffridum lib. iii. epist. xvi. Vindocini vero Castelli antiquissima, quæ nunc quidem succurrat, mentio est in pactione Guntranni & Childeberti Regum, quæ inserta est Gregorii Turonensis historiæ lib. 12. cap. 20.

d *Regulares B. Georgii Canonicos*) Hinriginem suam debent Agneti Comitissæ illi ipsi quæ Vindocinense monasterium cum Gaufrido viro suo fundavit: nec multo sunt posteriores, eum tabulæ fundationis annum præferant MXLVIII. Regulares hodie non sunt.

e *De domno Archidiacono*) Raimbaldo. Supra epist. vii.

A hus etiam non pulsantibus, ejus misericordiæ janua patet. Nam quis ex divitibus contra interdictum vestrum vult sepeliri, & non sepelitur? Pauperibus autem, qui culpam non habent, sepultura negatur. Potentibus aperiuntur Ecclesiæ: impotentes per quos quod male actum est, corrigi non potest, ab Ecclesiis excluduntur. Sancto Evangelio teste cognovimus, & nullatenus dubitamus, benignum Jesum Dominum nostrum B. Petro quæ liganda erant ligandi, & quæ solvenda solvendi potestatem tradidisse. sed aliter quam Dominus dedit, vel B. Petrus ab illo acceperit, indiscrete gloriosus vester Archilevita, quasi propheta docens mendacium, B solvenda ligat, & solvit liganda. Providete itaque, dilectissime pater, ne justitia vestra, quæ ex parte jam perire cœpit, omnino pereat: & quod veraciter vobis mandamus, nobis non noceat.

Epistola XVIII.

Honorabili domino, & præcordiali amico, domno Ivoni Carnotensi Episcopo, frater Goffridus Vindocinensis monasterii servus, quicquid potest haberi salubrius.

C a [a] DE statu domini Papæ & Romanæ Ecclesiæ vobis veraciter annuntio, quod dominus Papa & Romam, & Romanam Ecclesiam cum magna pace possidet & tranquillitate. Romæ dominum Papam inveni, cum quo inter alia de vobis locutus, bona quæ potui & debui de persona vestra dicere, quidquid alii mussitassent, illi non tacui. Inde cum redissem,
b & Lugduni a [b] domno Primate Lugdunensi, & a tota Ecclesia ejus multum honorifice susceptus, & per quinque dies cum omni comitatu D nostro diligenter procuratus fuissem; audivi ab ipso Archiepiscopo, quæ vestræ dilectioni occultare nec possum, nec debeo. Audivi itaque,
c d a [c] domnum Senonensem [d] cum illo fecisse pacem; & omnem obedientiam illi, tanquam suo Primati, promisisse; nec vos illius pacis aliqua
e parte fuisse participem. [e] Literas etiam, quas in persona sua fecistis, sua voluntate dixit non fuisse factas, nec domino Papæ transmissas. unde sub celeritate domino Papæ nuntiaret, quod literas illas suas fuisse nullatenus crederet. Hæc autem cum audissem, de vobis, sicut de carissimo domino & amico sollicitus, cum domno Primate & Clericis suis, qui vobis modis omnibus, quibus poterant, adversabantur, locutus fui: & vitæ & personæ vestræ honestatem & magnitudinem ostendens, inter vos & ipsos pacem studiosissime quæsivi. Unde vobiscum quo & quando placuerit, volo habere colloquium: quia ista & quædam alia ad honorem vestrum, & utilitatem, ut æstimo, soli personæ vestræ manifestare desidero. Conductum tamen, si vultis, ut ego veniam, mihi quæratis securum: quia sacrilegos, qui me in adventu Domini a curia vestra revertentem ceperunt, adhuc & merito habeo suspectos. Valete, & voluntatem vestram super his mihi rescribite.

Epistola XIX.

Ivoni Carnotensium præsuli, frater Goffridus, salutem a Domino, & a se debitæ dilectionis servitutem.

SIcut consuetudines monachorum B. Benedicti regulæ concordantes laudamus: sic eas, quas sanctus Benedictus nec docet, nec præcipit, & quæ a ratione penitus discrepare videntur, laudare non possumus. Sunt enim quædam apud monachos institutiones, quas ratio nullatenus admittit, nec sanctorum quilibet patrum invenit; sed insipientium consuetudo hominum instituit. Has in monasteriis quidam monachi sibi pro lege vindicant: & cum Christus dixerit: *Ego sum veritas*, nec dixerit, *Joan. 14.*
Ego sum consuetudo; pro sua tamen consuetudine legem veritatis immutant. Et, ut cetera taceamus, in hoc, ut nobis videtur, non mediocriter errant; quod [f] unctionem infirmorum, f
cum a sancta Catholica & Apostolica sede sacramentum vocetur, & cum nullum sacramentum iterari debeat, iterandum putant. Unctionis utique sacramentum [g] B. Innocentius Papa g
adeo magnum dicit, quod pœnitentibus, qui-

a *De statu Papæ*) Paschalis II. ad quem profectum Goffridum vidimus lib. 2. epist. IV. sub annum, ut apparet, M. C. IIX.

b *Domno Primate Lugdunensi*) Joanne Hugonis successore, quem mirum est ab iis hactenus prætermissum fuisse, qui Antistitum Lugdunensium catalogos texuerunt. Sed Joannis Archiepiscopi Lugdunensis nomen, tempusque vindicant epistolæ apud Ivonem CCXXVI. & CCXXVII. quas scriptas constat anno M.C. XI. successit ergo Joannes Hugoni, rexitque Ecclesiam ante Gaucerannum.

c *Domnum Senonensem*) Daimbertum Archiepiscopum; cui cum Archiepiscopis Lugdunensibus non una fuit contentio. Prima cum Hugone Legato, cum ejus ordinationem moraretur, ut docet Ivonis epistola LX. Altera cum Joanne, cum ab eo ad Concilium Ansanum extra Provinciam vocaretur; ut est in Daimberti ipsius epistola apud Ivonem. Tertia, quam Goffridus hoc loco indicat, cum Joanne eodem, sed paulo ante alteram nata ob veterem de primatu controversiam. Frequens enim fuit, quod Ivo idem epist. LI. scribit, hac de re Præsulum Senonensium cum Lugdunensibus altercatio, etiam post rescriptum Gregorii VII. quo statuit, ut Archiepiscopo Lugdunensi tanquam Primati suo pareant quatuor Lugdunenses Provinciæ, id est, Lugdunensis, Rotomagensis, Turonica, & Senonia. Lib. VI. epist. XXXIV. & sequenti.

d *Cum illo fecisse pacem*) De hac pace, ni fallor, Joannes ipse ad Daimbertum scribens, *Meminisse potes*, inquit, *quia ex quo amicitiam, & familiaritatem Lugdunensis Ecclesiæ recuperasti, gratulanter te vidit, exultanter recepit, & quanta potuit affectione honoravit. Noli, frater, omni spiritui credere. sensimus olim procellam istam, sed Deo favente aliquandiu resedit, & ipsa faciente quievit.*

e *Literas quas in persona sua fecistis*) Quas ejus nomine dictasti. Scripserat Ivo, ut pote omnium Metropolitani sui controversiarum socius & adjutor, literas Daimberti nomine ad Paschalem: in quibus Joannem Primatem perstringebat. Eas literas Daimbertus, cum pacem cum Joanne, inscio Ivone, faceret, suo nutu scriptas, missasque ad Pontificem negabat. Hic germanus hujus loci sensus videtur: & si aliud viro docto placuisse sentio in Observationibus ad Ivonem, epist. LXVIII.

f *Unctionem infirmorum*) In ea videtur sententia fuisse Goffridus & Ivo epist. sequenti, ut nullum Ecclesiæ sacramentum iterari posse existimarint, cum ea Theologiæ placitis ea solum reperi nequeant, quæ characterem imprimunt; Baptismus nimirum, Confirmatio, & Ordo. Quo fit ut extremam Unctionem, quia ex eo numero non est, iterare liceat, non solum in diversis morbis, verum etiam in uno eodem, quandocumque morbus ex intervallo ita recrudescit, ut vitæ novum fit discrimen.

g *B. Innocentius*) Epist. 2. ad Decentium Eugubinum Episcopum.

bus cætera sacramenta negantur, nalla ratione putatur posse concedi. Quid tamen super hoc magnitudo vestræ discretionis sentiat, & quid tenendum doceat, scira desideramus: quia quamvis ista & ratione, & auctoritate esse vera non dubitemus; ea tamen vestræ auctoritatis decreto firmari volumus, & rogamus.

[a] Epistola XX.

Ivo Carnotensis Ecclesiæ minister, Goffrido Vindociensi Abbati, salutem & dilectionem.

UNctionem infirmorum non æstimo repetendam. quia, sicut ipse asseruisti, secundum institutum Apostolicæ sedis, genus est sacramenti: qui autem sacramenta Christi & Ecclesiæ repetit, injuriam ipsis sacramentis ingerit. Unctio enim infirmorum [b] publicæ pœnitentiæ est sacramentum: quam non esse repetendam, sicut nec baptismum, testatur Augustinus, testatur Ambrosius. Augustinus in Epistola ad Macedonium: *Caute, salabriterque provisum est, ut locus illius humillimæ pœnitentiæ semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset ægrotis: quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit.* Ambrosius in secundo libro de Pœnitentia: *Sicut est unum baptisma, ita & una pœnitentia: quæ tamen publice agitur. Nam quotidie nos debet pœnitere peccati. sed hæc delictorum leviorum; illa graviorum.*

Epistola XXI.

Goffrido [c] vitæ laudabilis Episcopo, dulcissimo domino suo, & præcordiali amico, frater Goffridus suus quale & quantum potest, & sapit, obsequium, & puræ dilectionis affectum.

APud bonitatem vestram, venerabilis Pater, de [d] Vindocinensi Comitissa ego conqueror, & mecum omnis congregatio nostra. Ipsa enim, dum pro necessitate monasterii essem in pago Andegavensi, terram quam monasterium nostrum pacifice tenuerat, nobis bis abstulit. corticem etiam arborum, quam ad usus suos homines nostri collegerant, sicut diu consueverunt, cremari fecit. Præterea [e] monachi Majoris-monasterii, quos B. Martini humilitas aliquantulum sublimes fecit, decimam, de qua, vobis præsente, eis obtulimus justitiam, nobis auferunt violentia sæculari. Robertus de Monte-laudatu, non laudandus, prædam nostram rapuit, de cujus redemptione centum accepit solidos, quos male acceptos, Vindocini pejus expendit. Quis istorum erga nos melior fuerit, nec ab homine, nec ab Angelo sciri potest, cum unusquisque eorum contra nos pessime egerit. Pro quibus omnibus vestræ dilectioni multum humiliter supplicamus; quatenus ad Vindocinenses clericos misso vestræ auctoritatis decreto, sic unusquisque supradictorum malefactor corrigatur: ut in his quæ contra nos male commiserunt, nullus eorum gratuletur. [f] Archipresbytero vestro vestræ bonitatis gratia præcepistis, ut nobis, si necessarium esset, Ecclesiastica justitia subveniret. Ipse quidem ad jussionem vestram omnia se facturum pollicetur: sed ex omnibus nihil omnino operatur. Certe circa ea quæ sæculi sunt, pronum eum novimus, & multum sollicitum; & alienam aquam satis prudenter conducere novit ad suum molendinum. In his autem, quæ ad Ecclesiæ justitiam pertinent, eum quidem laudaremus: sed pro eo incurrere mendacium nolumus.

Epistola XXII.

Dilectissimo domino suo, domno Goffrido Catholicæ vitæ Ep[isc]o[p]o. frater Goffridus, dimidiam animæ suæ: &, si non sufficit, totam animam & co[rp]us.

MUltiplices gratiarum actiones, dulcissime Pater, pro multis beneficiis vestris, vobis referimus; & maxime pro visceribus vestræ caritatis, quæ circa nos firma, & inconcussa sentimus. De monachis Majoris, ut dicitur, monasterii, [g] quos B. Martini humilitas superbos, & ejus paupertas pecuniosos fecit, sæpius conquesti, adhuc conquerimur; & de ipsis in præsentia vestra die festivitatis B. Ægidii justitiam accipere desideramus. Carnotum autem venire propter illum leprosum Guillelmi filium, & propter alios Ecclesiæ nostræ inimicos non audemus; & pro importuna etiam multitudine laicorum, quam prædictos monachos ibi habituros nullatenus dubitamus. Ad voluntatem tamen vestram ire & redire, ubi vel quando placuerit, vestro conductu non recusamus. Honesta tamen discretio vestra, sic vestro honori, & nostræ utilitati provideat; ne vestrorum amicorum fidelissimus justitiæ suæ detrimentum patiatur, vel personæ opprobrium qualibet occasione incurrat. Valete, & quod vobis placuerit, literis significate.

Epistola XXIII.

Carissimo domino suo & dulcissimo amico, Goffrido venerabilis vitæ Carnotensi Episcopo, frater Goffridus a Deo salutem, & a se puræ dilectionis servitutem.

AUdivit parvitas nostra de vestra magnitudine, quod sine admiratione audire non potuit. Frater unus ex nostris sicut nobis retulit, olim ad vos venit, querimoniam facturus

---

a *Epistola xx.*) Ivonis est epistola, quæ totidem verbis legitur in epistola cclv. ad Radulfum Abbatem sancti Fusciani.

b *Publicæ pœnitentiæ est sacramentum*) Futile argumentum. Qui enim dici potest unctio infirmorum ad publicam pœnitentiam pertinere; cum publice olim pœnitentibus, ut Innocentius Papa docuit, permitti non soleret? Quare verum sane est, quod Augustinus & Ambrosius affirmant, publicam pœnitentiam non iterari. Sed hoc ad rem nihil facit.

c *Goffrido Episcopo*) Carnotensi. successor fuit Ivonis vir multis vitæ, rerumque gestarum laudibus insignis, in Aquitanica præsertim legatione, quam adversus Girardum Engolismensem, aliosque Anacleti fautores gessit pro Innocentio secundo. De quo in vita Sancti Bernardi lib. II. Bernardus ipse epistola XLVII. & LV. Petrus Cluniacensis epist. XL. Joannes Sarisber. lib. V. Polycratici cap. XV.

d *Vindocinensis Comitissa*) Lib. I. epist. III.

e *Monachi Majoris-Monasterii*) Infra epist. XXVI.

f *Archipresbytero vestro*) Goffrido Danielis. supra epist. VIII.

g *Quos B. Martini humilitas*) Sic epistola præcedenti de iisdem monachis. epist. XV. de Canonicis B. Mariæ Carantensis.

A de Ursione filio Nivelonis: cujus dimidium clamorem vix audire dignatus, quod a fratribus nostris excommunicati vestri suscipiebantur, ei opposuistis. Hoc non a vobis, sed ab alio inventum credimus; qui quasi Sosannam criminatus testimonium protulit falsitatis. Absit enim a sinceritate fratrum nostrorum tanta Christi injuria, & Ecclesiasticæ justitiæ tam detestabilis sepultura. Ipsi enim Dei justitiam sepelire non noverunt: sed ubi mortuam agnoscunt, suis orationibus conantur suscitare. De prædicto Ursione, & de Pagano Nivelonis fratre, honestæ vitæ Pater, conquerimur, quorum unus, Ursio scilicet, post multa alia mala, quæ jam nobis fecit, mille oves & quatuordecim boves B nobis abstulit. Paganus vero [a] molendina nostra, quæ apud Pisostum habebamus, igne cremavit. De monachis Majoris-monasterii apud bonitatem vestram multotiens proclamavimus, & ne clamor noster nobis proficiat, multum suppliciter vos rogamus. Valete.

EPISTOLA XXIV.

Bono domino & præcordiali amico Goffrido honorabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus quidquid a Deo animæ fideli datur salubrius.

OPtime nostis, Pater optime, de Comitissa C Vindocinensi me apud paternitatem vestram conquestum fuisse. Postulans adhuc rogo, & rogans postulo sæpe quæsitam de domina illa justitiam. Mihi vestra bonitate mandastis, quod inter me & illam aut [b] placitandi, aut concordiam faciendi [c] respectum usque ad festivitatem sancti Beati accepistis. Dei domini bona gratia, cum omni Christiano pacem Christi & concordiam habeo: & satis desiderarem habere concordiam cum domina illa: sed semper est discors ejus concordia. Ego tamen aut vobis mediatore volo concordiam, aut vobis judice quæso justitiam. Verbo & scripto, ne causam nostram agerem sine judicio vestro, mihi interdixistis. & merito. Omnino enim injustum est, D & sacris Canonibus, sicut ipse melius nostis, penitus obviare videtur; ut Ecclesiastica causa [d] sæculari & peregrino judicio terminetur; & quod vos & vestros facere decet, aliis, etiam personis Ecclesiasticis, concedatur. Hoc si fieri posset, Ecclesia vestra damnum pateretur, & sui juris & honoris perderet plurimum. Ecclesiæ etenim vestræ gloriam alteri dare, nec sanctitatis genus est, nec religionis membrum.

A Hoc etiam bene nostis, dilectissime; quod sæculares homines sua consuetudine sanctæ Ecclesiæ auctoritatem conantur adnullare. Et cum eis in modico occasio cujuslibet consuetudinis contra Ecclesiastica jura conceditur, hoc deinceps omni tempore sibi vindicare nituntur. Sic qui hoc facit contra suam Ecclesiam, mundialem suscitat rixam: & cum aliquando aliter facere voluerit, sæcularis tempestas non patitur. Dilectionem itaque vestram ad locum nostrum, immo vestrum, venire humilitas nostra multum precatur; ad nos vestræ sanctitatis servos prædicto termino accedere discretio vestra non pigritetur. Quod si vobis tunc non licet, vel displicet; alius terminus inter me & Comitis-B sam, loco mihi & sibi securo, a vobis ponatur: ubi aut vestro consilio concordiam faciamus, aut vestro judicio Ecclesia nostra justitiam consequatur. Valete.

EPISTOLA XXV.

Dilectissimo domino & patri Goffrido, Catholicæ vitæ Pontifici, frater Goffridus pro Christo carcerem, exilium, vel mortem non timere: nec ea quæ sunt his contraria, justitiæ & veriti qualibet occasione præponere.

C ADversitatem siquidem vestram audivimus, quam veraciter facimus nostram totis visceribus. & quia sine vobis prosperitatem habere non gaudemus, & adversitatem sustinere vobiscum optamus; diligenter & humiliter supplicamus vobis, ut si nostræ humilitatis servitio indigetis, nobis literis significetis: quia privatim & publice, & voluntati & necessitati vestræ nos & nostra offerimus. Non sit vobis anxiosum, dulcissime Pater, in vestra necessitate, nostræ parvitatis, immo magnitudinis servitium suscipere: nec vestrum super hoc, sed sancti Spiritus sensum habeatis per Salomonem dicentis: *Si possides amicum, in tentatione posside eum. Amicus enim in necessitate probatur,* D *& medicus*. Valete: & si quid unquam de vobis bene promeruimus, nobis in vestra necessitate non parcite.

---

a *Molendina quæ apud Pisostum*) Numeratur inter molendina, quæ fundator monasterio dedit, apud Pisostum unum. Id Castelli nomen paullo supra Vindocinum in eadem Ledi ripa posito. cujus meminit etiam Odo Tusculanus Episcopus Legatus in literis ad Abbatem Vindocinensem anno M. CC. XLVII.

b *Placitandi*) Disceptandi, litigandi. Honorius II. Goffrido Abbati. *Prohibemus ne ullus te vel aliquem successorum, de his quæ ille venerabilis locus sub tricennali possessione tenuerit, cogat placitare.* Item in placito Monachorum sancti Albini, & sancti Sergii de controversia pro Campiniaco anno M. LXXIV. *Et cum voluissent Monachi sancti Sergii de minoribus rebus prius placitare, & postea de Campiniaco; visum fuit judicibus hoc esse injustum, ut causa illa posterior discuteretur, pro qua Abbates vocati fuerant, & in unum convenerant.*

c *Respectum usque ad Festivitatem*) Frequens illius ævi scriptoribus vocabulum, quo litis sive negotii alterius inducias ac prorogationem significabant. Goslenus Episcopus Carnoten. ad Sugerium Abbatem sancti Dionysii de Præposito Hienvillæ, *Respectum nobis postulantibus dare noluit, timens literis suis aliquid deperire, si causam nostram contigerit ad vos discutiendam venire. Proinde discretionem vestram super hoc imploramus, ut hujus rei discussionem non ante aliam quam in conspectu vestro ponatis. & donec a vobis id ipsum examinari valeat induciari jubeatis.* Plura exempla collegit doctissimus & diligentissimus Franc. Juretus ad Ivonis epist. CXXVII. Manet hodieque vox vernacula. Nam *sine respectu* dicimus sine intermissione, *Sans respit*. Inde & respectandi verbum formarunt. Rodulfus Viromanduorum Comes Sugerio eidem: *Comes Andegavensis respectavit colloquium.* Idem eidem. *Si ergo placeret vobis negotia Parisius facere, vel respectare, multum vellem & bonum esset. Nescio enim quando venire potero a Curia.*

d *Sæculari & peregrino judicio*) Alterum pertinet ad κοινὰ δικαστήρια. sæcularia seu publica tribunalia: alterum ad extranea judicia, hoc est, Ecclesiastica quidem sed alieni judicis non sui: ut si extra Provinciam. quorum utrumque est sacris legibus interdictum. Ivo epist. XXCV. *Cum autem in Provincia vestra peregrinum sit judicium nostrum, peregrinum tamen non putamus esse consilium nostrum.*

EPISTOLA XXVI.

Goffrido honorabilis vitæ patri Carnotensi Ecclesiæ a Deo data pastori, frater Goffridus & perpetuam salutem a Domino, & a se debitæ dilectionis servitutem.

DE monachis Majoris-monasterii sæpius conquesti, adhuc conquerimur, qui sagittis rapinæ & sæcularis violentiæ in nobis assidue jaculantur. Decimam, quam fratres nostri ª a primo Abbate monasterii sui pacifice tenuerunt, & de qua eis, vobis præsente, obtulimus justitiam, contra interdictum vestrum, cum gladiis & fustibus, quasi etiam Herodianis adductis secum, nobis auferunt; & alteram etiam, quam antea non auferebant: & sic nobis mala quæ possunt, faciunt; & quæ faciunt, licere putant. Vos eis verbo, & ᵇ eorum Abbati scripto interdixistis, ne ulterius caperent decimam illam, eosque admonuistis, ut venirent in curiam vestram, inde habituri omnem justitiam. Ipsi vero verbi & scripti vestri pariter contemptores, magis ac magis nos infestare conantur, & vestram auctoritatem persequi, & vobis derogare videntur. Unde paternitati vestræ humiliter supplicamus, quatenus ex adverso ascendatis, & murum pro domo Israel inobedientibus opponatis: quod nobis necessarium, & vobis honorificum esse minime dubitatis. Mirari tamen nec possumus, nec debemus, si in nos & in vos quasi in arido hoc faciant, qui in viride lignum, in ᶜ pastorem scilicet proprium Turonensem Archiepiscopum, sulfureo igne quondam exarserunt, nec male accensum sulfuris A ignem postea extinxerunt. Quos utinam superbi Saulis mors digna, & Mariæ sororis Aaron lepra, atque Judæ perversi discipuli pœna deterrerent; & sic mortua in ipsis superbia, quæ mater est & nutrix totius iniquitatis, & maxime cupiditatis, a monasticæ fraternitatis infestatione desisterent: nec pontificalem, ut Judas Christum, persequerentur dignitatem; nec pontificel, sicut Maria Moysi, derogarent. Valete. Justitia vestra nota sit omnibus hominibus, & amplius nobis, qui amplius indigemus.

B

EPISTOLA XXVII.

Domno Goffrido gloriosa Carnotensis Ecclesiæ Episcopo, frater Goffridus Vindocinensis monasterii qualiscumque servus, suæ bonæ consuetudinis obsequium, & puræ dilectionis affectum.

SEmel & secundo scripsit vobis dominus noster ᵈ Papa Calixtus, præcipiens, ut nobis de his, qui in Episcopatu vestro nostra auferrent, justitiam faceretis. Quæsivimus eam de Herveo de Scalis, & de duobus presbyteris, & adhuc habere non possumus. Rogamus C iterum, ut secundum domini Papæ præceptum de prædictis hominibus nobis justitiam faciatis. Parati enim sumus ante vos loco opportuno & tempore competenti venire, quod justum fuerit accepturi: & de fratribus nostris, quibus crimen sacrilegii intenditis, quantam justitia dictaverit, & Apostolicæ sedis permittit auctoritas, responsuri. In hoc tamen ᵉ non noctes, secundum consuetudines laicorum, sed secundum instituta Canonum, inducias postulamus.

---

a *A primo Abbate monasterii sui*) Is fuit Rainaldus ex monacho majoris Monasterii destinatus Abbas sancti Nicolai Andegavensis, sed a Gauffrido Martello Vindocinensi præpositus. Rem prodit Fulco Nerra Comes in commentario, quo cœnobii sancti Nicolai, quod fundavit, originem exponit. *Postquam vero, inquit, Baldricus Abbas Monasterium dereliquit. eremumque furtim petiit, ac postremo ad majus monasterium repatriavit, apud Tabennesium Monasterium vitam finiit. Post hunc domnus Albertus Abbas Raginaldum Monachum loco ejus restituit: qui ante benedictionem ad filium meum Gauffridum fugit, atque regimen Monasterii Vindocinensis noviter constructi absque licentia sui Abbatis suscepit. Postquam mo vidi esse illusum a duobus Abbatibus, iratus valde jussi ut Monachi alii ad Monasterium suum cito remearent. Deinde rogavi Domnum VValterium Abbatem sancti Albini, ut domnum Hildinum Priorem illius Ecclesiæ concederet. qui ordinatus anno* M.XXXIII. *ab Incarnatione Domini, die Nativitatis Beatæ Mariæ, qui est annus tertius Henrici Regis, Monasterium regulariter rexit.* Hucusque adscripsi, ut quo anno Monasterium Vindocinense Abbatem habere cœperit exploratum habeamus. Ab hoc Rainaldo ad Michaelem Sübletum, qui Monasterio Vindocinensi nunc præest, Abbates fuerunt VII. & XXX. quorum seriem indicat hic Elenchus.

Elenchus Abbatum Monasterii sanctæ Trinitatis Vindocinensis.

I. *Rainaldus.*
II. *Odericus.*
III. *David.*
IV. *Berno.*
V. *Goffridus.*
VI. *Fromundus.*
VII. *Hubertus.*
VIII. *Robertus.*
IX. *Guillelmus.*
X. *Geraudus.*
XI. *Lucas.*
XII. *Hamelinus*
XIII. *Goffridus.* II.
XIV. *Hugo.*
XV. *Rainaldus.* II.
XVI. *Raginaldus.* III.
XVII. *Raginaldus.* IV.
XVIII. *Philippus.*
XIX. *Joannes.*
XX. *Guillelmus.* II.
XXI. *Joannes.* II.
XXII. *Michael.*
XXIII. *Simon de Plessiaco.*
XXIV. *Guillelmus de Plessiaco.* III.
XXV. *Joannes de Buffa.* III.
XXVI. *Petrus.*
XXVII. *Ivo de Fonte.*
XXVIII. *Joannes de Villoraya.*
XXIX. *Aimericus de Cosduno.*
XXX. *Ludovicus de Crevanto.*
XXXI. *Antonius de Crevanto Doctor Parisiens.*
XXXII. *Antonius Sanguinus Card.* II.
XXXIII. *Carolus de Borbonio Card.*
XXXIV. *Marcus Siticus ab Altaemps Card.*
XXXV. *Ludovicus de Camera.* II.
XXXVI. *Carolus de Borbonio Card.* II.
XXXVII. *Michael Subletus.* II.

b *Eorum Abbati*) Odoni, ad quem extat epistola Hugonis Pontiniaci, & Bernardi Claravallis Abbatum, & altera Goffridi nostri lib. IV.

c *In pastorem proprium Turonensem Archiepiscopum*) Gravis & diuturna fuit Majori monasterio cum utroque Radulfo metropolitanis suis contentio. de qua fuse Anonymus ejusdem cœnobii monachus, cujus prolixam narrationem ex veteri codice describit Juretus ad Ivonis epistolam CVIII.

d *Papa Calixtus*) Infra epist. XXX.

e *Non noctes secundum consuetudines laicorum*) Lib. III. Capitulorum XLV. de quadruplici legitima vocatione. *Prima mannitio super noctes VII. Secunda super noctes XIV. Tertia super noctes XXI. Quarta super XLII. fiat.* Item Addit. IV. XXCXXI. *Postquam cives & pagenses de qualicumque expeditione hostili reversi fuerint, ex eo die super XL. noctes sit bannus resisus, quod lingua Theodisca scaftlegi, id est, armorum depositio vocatur.* Galli olim, ut ad priorem locum ex Cæsare observat Vir doctissimus, spatia temporis non numero dierum, sed noctium finiebant: quod ipsum de Germanis item scripsit Tacitus. manetque in vernacula nostra prisci moris vestigium, cum præscurem diem interdum sic enunciamus, ut non *hodie*, sed *hac nocte* dicere videamur. Goffridi ergo ætate, cum dilatio in judiciis petebatur, laici noctes postulabant, & Clerici inducias. Felix II. in epistola ad Ægyptios, *Cum accusatus ad judicium venerit, si voluerit & necesse fuerit, Induciæ ei petenti a Patribus constitutæ absque impedimento concedantur.*

Nolite

Nolite judicare personaliter. Domini verba sunt hæc: Nemo recte in judicio personam accipit alienam, nisi prius accipiat suam. Certe non plus in concessione [a] ornamentorum sacerdotalium ab Apostolica sede Abbatibus indulgetur, [b] quam illi, qui sine vitæ meritis & ordinibus sacris Episcopus eligitur. Si cuilibet retractare placet quod Romanus Pontifex facit, & in eum qui soli cælo innocentiam debet, os ponere præsumit; & illud retractare placeat, quod illum magis intuitu misericordiæ, quam censura justitiæ respexit. Acephali [c] non sumus: quia Christum salvatorem caput habemus, & post ipsum, Romanum Pontificem. Hoc caput habuit monasterium nostrum in initio sui, & habebit, Deo auxiliante, usque in finem sæculi. [d] Professionem, quam objicitis, a sanctæ memoriæ Papa Urbano, prædecessoris vestri tempore, irritam penitus factam in hæc verba noveritis. Urbanus Episcopus, servus servorum „ Dei, venerabili congregationi Vindocinensis Mo„ nasterii, salutem & Apostolicam benedictionem. „ Relatum nobis est, quod Carnotensis Episcopus „ a carissimo filio nostro Gauffrido vestro Abba„ te, in consecratione, quam accepit ab eo, pro„ fessionem extorserit. Quam quia contra Roma„ næ Ecclesiæ auctoritatem factam agnovimus, „ Abbati quidem nos misericorditer hujusmodi „ noxam indulsisse noveritis: professionem vero „ ipsam ita adnullamus, ut nullas penitus vires „ obtineat. Insuper etiam, ne Abbas monasterii „ vestri deinceps Episcopo professionem faciat, & „ nostræ auctoritatis privilegio firmatum est, & „ præsentibus literis prohibemus. Si quis autem „ in posterum contra hæc venire tentaverit, a „ sanctæ Ecclesiæ liminibus arceatur, & maneat „ excommunicatus, donec resipiscat, & Romanæ „ Ecclesiæ satisfaciat. Datum Romæ VIII. Kalend. Decembris. Hoc ipsum dominus [e] Papa Paschalis sua auctoritate firmavit. Quod [f] super quemlibet Vindocinensem monachum nulli Episcopo potestatem aliquam exercere liceat, ab ipso eodem felicis memoriæ Papa Urbano hoc modo prohibetur. URBANUS Episcopus

---

a *In concessione ornamentorum sacerdotalium*) Id est, Episcopalium. Sacerdos enim primi ordinis est Episcopus; secundi Presbyter, apud Sidonium, & alios. Episcopalia ergo insignia sunt Mitra, Anulus, Sandalia & cætera: quæ Abbatibus nonnullis a Sede Apostolica concedi male nimirum habebat Episcopos. Neque Episcopis modo sed aliis sane permultis parum olim ea res probata. In quibus Sanctus Bernardus epist. XLII. ad Henricum Senonensem, & Petrus Blesensis epist. CC. ad Gulielmum Abbatem. Et tamen incredibile dictu est quam late tandem hoc privilegium patuerit. Vindocinensibus quidem, ut pote Cardinalibus, mitræ, aliorumque jus fuisse Innocentii III. literæ nos docuerunt ad lib. I. epist. IX. Cæterum cum offenderentur Episcopi, quod in conciliis & synodis Abbates, quibus mitræ jus erat, ab Episcopis non distinguerentur, hoc discrimen instituit Clemens IV. ut in synodis exempti mitris auriphrygiatis, sed sine gemmis, laminisque aureis vel argenteis utantur; non exempti simplicibus albis & planis. In aliis vero locis utrisque iis uti mitris liceat, quas sedis Apostolicæ indulta permiserint. Viterbii XIX. Kal. Septemb. anno II.

b *Quam illi qui sine ordinibus sacris*) Quod Goffrido Carnotensi tacite objicit, idem de Rainaldo Andegavensi ante sacros ordines electo scribit. lib. III. epist. XI. sed Goffridum præterea humili loco natum, atque ex nihilo, ut loquitur, a Papa creatum indicat epist. XXX. hujus libri & CLII. lib. III.

c *Acephali non sumus*) Synodus Parisiensis apud Ivonem P. VI. de Clericis qui nulli parent Episcopo. *Tales Acephalos id est sine capite prisca Ecclesiæ consuetudo nominavit.* Alterum id caput veteris Episcoporum querimoniæ adversus Abbates, ipsorum scilicet exemptio. ægre enim ferebant illos potestati suæ subduci. Ideo Acephalos appellabant. Quod nomen ut illis immerito forsan exprobari videatur, qui sedis Apostolicæ privilegio utuntur, ut Goffridus; ita jure in illos conveniat, qui libertatem sibi sine auctoritate vindicant & usurpant. De quibus, opinor, & prava, quam obtendebant consuetudine, Innocentius II. Henrico Regi Anglorum. *Expedit ut in regno sive ducatu divina dispositione tibi commissi tuo tempore prava consuetudines amputentur, & vitiorum radicibus resecatis, bona quæque per tuæ nobilitatis studium Domino cooperante plantentur. Aliter enim Abbates & reliqui Clerici nec gratum Domino famulatum impendere, nec animarum suarum saluti poterunt providere. Immo Acephali, id est, sine capite reputantur, nisi Episcopis suis & Prælatis debita fuerint humiliter subjecti.* Alio sensu tanquam acephalos Petrus Blesensis Monachos dixit, qui segnem & in officio languidum Præsidem habent.

d *Professionem quam objicitis*) Epist. VII. hujus libri. His vero Urbani, Paschalisque decretis attexendæ Goffridi ipsius Carnotensis Episcopi literæ, quibus testatur se propter hujusmodi diplomatum interdictum Fromundo & Huberto Goffridi nostri successoribus, cum Abbates illos sacraret, professionem remisisse. Eæ igitur sic habent.

Goffridus Dei Gratia Carnotensis Episcopus, Sedis Apostolicæ Legatus, Huberto eadem gratia Vindocinensi Abbati salutem & gratiam.

Cum venerabilis prædecessor tuus Goffridus Deo, ut credimus, vocante, præsentis vitæ cursum terminasset, communi assensu Capituli Fromundus cum vita honestate prudentia decoratus in Abbatem electus est. Qui cum ad benedicendum nobis præsentatus fuisset, professionem ab eo sicut ab aliis nostræ diœcesis Abbatibus quæsivimus. Ille vero respondit, professionem se nullo modo facturum; quoniam a venerabilibus Sedis Apostolicæ Pontificibus Urbano, & Paschali sub anathemate interdictum erat, ne Abbas Vindocinensis pro benedictione sua professionem faceret, & ne ullus eam ab eo acciperet. Et si Carnotensis Episcopus eum nollet benedicere, a quocumque vellet Episcopo benedictionem acciperet. Quorum, visis privilegiis, cum eis resistere nec vellemus, nec possemus, sine professione illum benediximus. Illo defuncto te quoque postea benediximus, nullam a te professionem exigentes. Accepta benedictione rogasti nos humiliter, ut tua & antecessoris tui benedictionis sic facta nostrum tibi sigillum daremus, & ne aliquis successorum nostrorum a tuis successoribus professionem quæreret, nostra auctoritate prohiberemus. Perhibemus itaque testimonium veritati, quod venerabilis prædecessor tuus Fromundus & tu sic a nobis benedictionem accepistis, quod nullam nobis vel nostræ Ecclesiæ professionem fecistis. Insuper Dei & nostra auctoritate prohibemus, ne successores nostri a tuis successoribus professionem exigant, ne tui successores nostris eam successoribus faciant. Concedimus etiam Monasterio, cui Deo auctore præsides, omnem dignitatem & libertatem, quam bonæ memoriæ prædecessor noster Theodericus ei concessit, & quidquid in Episcopatu nostro tam in decimis quam in Ecclesiis vel in quibuslibet possessionibus hodie possidet, ei confirmamus, & quidquid vel legitima emptione, vel fidelium donatione acquirere poterit. Et quoniam idem monasterium procul est a nobis disjunctum, concedimus tibi tuisque successoribus, ut ad quoscumque volueritis Episcopos Monachos vestros ordinandos mittatis; eosdem Episcopos rogantes, ut eos sine hæsitatione ordinent, nullam inde nostri sive successorum nostrorum verentes offensam. Gratia Dei & Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus eidem loco ista servantibus. Contradictores autem, nisi resipuerint, in æternum pereant, & in æterna morte & damnatione permaneant.

e *Papa Paschalis*) Extat in armariis Vindocinensibus exemplum privilegii Romæ scripti II. Idus Martii.

f *Quod super quemlibet Vindocinensem monachum*) Huic simillimum aliud Urbani decretum servant Vindocinenses, datum Romæ VIII. Kalen. Decemb. Aliud item ejusdem Urbani rescriptum ad Episcopos Ivonem Carnot. & Ranulfum Santonensem; in quo post alia hæc leguntur. *Ipsi enim Arvernensi Concilio adfuistis: in quo residentibus nobiscum Galliarum Episcopis dictum est, & præsentium literarum auctoritate firmamus, ut Episcopi vel Archiepiscopi super quemlibet Monachorum Vindocinensis Monasterii potestatem aliquam exercere, sive de rebus ejusdem loci quicquam distrahere non præsumant.* Romæ II. Kal. Martii.

servus servorum Dei, omnibus sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ filiis salutem & Apostolicam benedictionem. In Arvernensi Concilio residentibus nobiscum Galliarum Episcopis, preceptum, & Romæ postea præsenti decreto firmatum est, ne nullus Episcoporum, vel Archiepiscoporum super quemlibet monachum Vindocinensis monasterii potestatem aliquam exercere præsumat. Monasterium enim ipsum, & fratres ejusdem loci ita specialiter sub Apostolicæ sedis defensione, ac Romana libertate positi sunt, ut nulli omnino hominum, nisi Romano pontifici, & eorum Abbati, in ipsis potestatem aliquam aut dominationem liceat vindicare. Si quis autem ista temerare sciens præsumpserit, excommunicatus maneat, nisi resipuerit, & Romanæ Ecclesiæ satisfecerit. Datum Romæ 11. Kalendas Aprilis. Privilegia sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quibus monasterium nostrum munitur, vobis videnda sæpe obtulimus. Sed quia sublimitas vestra distulit videre, vel noluit, quædam ex ipsis vestræ dilectioni transcripta mittimus: ne deinceps quasi ex ignorantia contra Apostolicæ sedis benignitatem brachia erigatis, quæ vos & nos creavit, non nostris meritis, sed sua gratia. Valete in Domino semper.

EPISTOLA XXVIII.

Bono domino & pie Patri Goffrido, laudabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus, quidquid haberi, vel mandari potest salubrius.

DUm apud [a] Bonam Vallem vos & nos simul essemus, præ amaritudine animi perturbati, præsens dicere nolui, quod absens vobis scribo, ne vos merito teneam suspensum, qui me immerito habuistis suspectum. Animus quippe meus juste fuerat perturbatus, quia mala pro bonis, odium utique pro dilectione mea sentiebam mihi retribui: retributionem videlicet, quam Deus nec novit, nec docuit. Quidquid seminatores discordiarum subpungant vel mussitent, præsentes literæ non fabulatum relationem, sed puram loquentur veritatem. me videlicet nihil unquam contra vos, vel contra Ecclesiam vestram a domino Papa Calixto quæsiisse, vel ipsum fecisse. Privilegium quidem apud Stampas mihi fieri debuit, & scriptum fuit. Sed quia in eo quædam sunt posita, quæ neque Ecclesiæ vestræ utilia, neque monasterio nostro necessaria videbantur, in loco, quo scriptum fuerat, remansit [b] non bullatum. Postea vero [c] Parisius factum est privilegium, in quo dignitas & honor monasterii nostri memoratur pariter & firmatur, nec in eo honor Ecclesiæ vestræ minuitur, sed augetur. Quod patet omnibus, qui invidum oculum non habent, nec obliquo sidere res bene gestas considerare conantur. Absit hoc a sinceritate animæ meæ, ut amico vel inimico aliud promptum in lingua exhibeam, & aliud teneam clausum in pectore. Illud veraciter credatis; quod in privilegio ipso nulla contra Ecclesiam vestram, vel de Ecclesia vestra facta est mentio. Quod si dominus Papa aliquid de suo nobis contulit, nec vobis quod vestrum est abstulit; vos dominum nostrum & præcordialem amicum inde lætari desideramus. Sed si inimici nostri inde lugent & contristantur, nos idcirco quod Apostolica auctoritate firmatum est, atque sub anathemate ligatum, nec possumus solvere, nec debemus. Valete, &

a *Bonam Vallem*) Lib. xv. epist. xiv.

b *Non bullatum*) Sine bulla & sigillo. Ratbodus Archiepiscopus Trevirensis in epistola sua formata, *Hanc epistolam Græcis literis hinc inde munire decrevimus, & annulo Ecclesiæ nostræ bullare consuimus*. Bullare etiam literas dixit Petrus Blesensis, obsignare. Quin & Bullarum inde nomen diplomatis Pontificum & Imperatorum, ut Formatarum Ecclesiasticis Antistitum epistolis, a forma, seu sigillo quod addebatur, ut * alibi, si Deus volet ostendemus.

* *Ad Epist. 8. lib. 6. Apoll. Sidon.*

c *Parisius factum est*) Privilegium hoc Callisti, non solum ut confirmentur quæ de illo scribit Goffridus, sed quia præcipuas monasterii Vindocinensis prærogativas & immunitates continet, ita ut instar multorum esse possit, integrum describemus. Hoc vero est antigraphum.

Callisti II. Privilegium Parisiis datum pro Monasterio Vindocinensi.

Callistus Episcopus servus servorum Dei, Dilecto filio Gaufrido Vindocinensis Monasterii Abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Cum universis Ecclesiæ Sanctæ filiis ex Apostolicæ sedis autoritate ac benevolentia debitores existamus, illis tamen locis atque personis, quæ specialius atque familiarius Romanæ adhærent Ecclesiæ, propensiori nos convenit caritatis studio imminere. Quamobrem, carissime in Christo fili Gaufride Abbas, tuis petitionibus non immerito annuendum censuimus, ut Vindocinense Monasterium, cui Deo autore præsides; quod videlicet ab ipsis fundatoribus Gaufrido Andegavensi Comite & Agnete Pictavensi Comitissa sedi Apostolicæ oblatum est, ad Prædecessorum nostrorum sanctæ memoriæ Alexandri, Urbani, Paschalis Romanorum Pontificum exemplar Apostolicæ sedis privilegio muniremus. Sicut ergo iidem fundatores devoverunt, & in eorum chirographo continetur, sub Apostolicæ sedis defensione ac Romana libertate ab omni conditione aliarum personarum absolutum semper & liberum idem Monasterium permanere sancimus. Ita videlicet ut inter Romanum Pontificem & te, tuosque successores, nulla cujuscumque dignitatis vel ordinis persona sit, media habeatur. Nec ipse Vindocinensis Abbas ad Concilium ire, ubi Papæ persona non aderit, ullatenus cogatur. Porro Ecclesiam Beatæ Priscæ in monte Aventino sitam, quam cum universis pertinentiis suis prædicti Domini nostri Alexandri Papæ concessione prædecessores tui longo tempore possedisse noscuntur, tibi tuisque successoribus cum omni dignitate, quæ ad eandem Ecclesiam pertinet, confirmamus; sancti Spiritus judicio decernentes, ut nulli deinceps Ecclesiasticæ sæcularisve personæ prædictum Beatæ Priscæ Ecclesiam seu Ecclesiæ dignitatem tibi tuisve successoribus qualibet astutia vel occasione auferre præsumat. Quod si forte contigerit Romanæ Legatum Ecclesiæ prædictum Vindocinense Monasterium visitare, caritative ibi suscipiatur, & ei juxta loci possibilitatem diligenter quæ corpori fuerint necessaria ministrentur. Porro Legatus ipse in eodem loco nihil per se disponere vel corrigere audeat, neque occasione legationis Rectorem loci vel fratres molestare præsumat. Sed si quid forte corrigendum cognoverit, Papæ notificare licebit. Si quis autem adversus locum illum pro aliquibus rebus causari voluerit, nullatenus Abbas vel fratres ei respondeant, antequam Romanum Pontificem consulant: quia quod sine nostro vel successorum nostrorum judicio distractum vel diffinitum fuerit, irritum erit. Sane ad indicium perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis duodecim solidos monetæ vestræ patriæ quotannis Lateran. Palatio persolvetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ Actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Callistus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus SS.

Datum Parisiis per manum Chrysogoni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii VIII. Idus Octobris, Indict. IIII. Dominicæ Incarnationis Anno millesimo centesimo decimo nono, Pontificatus autem Domini Callisti II. Papæ anno primo.

si bene locutus sum, & bene operatus, testimonium perhibete. Non enim contra memetipsum facere consuevi, nec nostram mordere linguam, eam loqui debui.

Epistola XXIX.

Bono domino & suo viscerali amico, Goffrido laudabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus puram dilectionem, & puræ dilectionis servitutem.

Docent nos decreta sanctorum Romanorum pontificum, [a] Leonis videlicet magni, [b] Symmachi, [c] Felicis, [d] Gregorii, [e] Hormisdæ, [f] Sixti, [g] Eusebii, nullum suis rebus exspoliatum, vel a propria sede pulsum, in aliquo judicari, vel ad Concilium debere vocari, donec omnia, quæ sibi ablata fuerunt, ex integro restituantur; quæ tanto tempore possideat, quanto ea amisisse cognoscitur. Si quis dicit, non ad judicium causæ sed ad judicium investituræ exspoliatum posse vel debere vocari; claves sanctæ Ecclesiæ agitare, & leges Catholicæ & Apostolicæ sedis violare conatur; quibus prohibitum est, ne quilibet exspoliatus vocetur ad judicium, sive in aliquo judicetur. Si igitur exspoliatus in aliquo judicari non debet, manifestum est, nec super hoc aliatenus rationabiliter dubitari potest, quod non solum judicium causæ, & investituræ, ab exspoliato removetur, verum etiam nulla contra eum judicii vocatio fieri permittitur. quoniam inane esset & vacuum eum ad judicium vocari, qui in nullo judicari conceditur. Præterea novimus, qui præsentes eramus, dominum Papam Urbanum, [h] in Arvernensi Concilio super hoc diffinitum, & ab omnibus qui aderant, Episcopis & Abbatibus laudatam dedisse sententiam: ut quicumque sine vocatione & judicio exspoliarentur, etiam sine vocatione & judicio investirentur. Valeat dominus meus, & vigeat, & sic sanctarum scripturarum veritate pascatur, ne cibo indigeat alieno, qui sæpe famelicum facit, & neminem satiat.

Epistola XXX.

Goffrido venerabili Episcopo frater Goffridus salutem & benedictionem.

Leges Romanorum pontificum exposuistis, quæ vestra expositio magis exspoliandi vestitos occasionem præbere noscitur, quam investiendi exspoliatos, dum exspoliatores defendere nititur. Licet ipsa mihi minime placuisset, forsitan tacuissem; nisi aliter exponi & teneri ab Apostolica sede vidissem & audissem. Bonæ memoriæ dominus noster Papa Urbanus, non in occulto, sed in generali Concilio, adjudicavit eos absque judicio & vocatione debere investiri, qui sine judicio & vocatione sunt exspoliati: ne sub occasione vocationis & judicii interveniret dilatio; & per dilationem aut diuturna, aut sempiterna maneret exspoliatio. Leges itaque istas exposuit sedes Apostolica, quæ illas dedit: & legum datores jure debent esse legum expositores. Hoc utique & in vetere, & in novo testamento reperitur. Nam leges dederunt Christus & Moyses, & exposuerunt. Si qui vero post ipsos legum expositores dicuntur, in hoc tantum sunt recipiendi, ubi nihil perversum, nihil eis senserе contrarium. [i] Eodem spiritu, quo dictante & lex prima per Moysen data est, & per Christum secunda; sancta [k] Apostolica sedes leges, quas Canones appellamus, dedit, & ipso inspirante exposuit. Si quis igitur Apostolicæ sedi, quæ leges Canonum dedit, in Canonum expositione contrarium sentit, non sapit quicunque est ille, sed desipit: & quia suo spiritu loquitur, non cultor, vel expositor divinæ legis, sed insidiator & oppressor indubitanter agnoscitur. Olim Carnotensis Ecclesiæ boves & oves, vel quæcunque Ecclesiarum prædæ si caperentur, [l] reddi aut recredi faciebat: aut statim in rapinarum auctores ultionem Ecclesiasticam exercebat. Nunc autem Ecclesia Dei quinquagenaria possessione sine ultione privatur; & vocatur ad judicium, quæ sine judicio & vocatione, seu qualibet reclamatione exspoliata dinoscitur. Hoc [m] sanctus Eusebius non docuit; cujus sententia minus sapientis, quam ipse fuit, expositione non indiget; qui exspoliatum ad judicium vocari penitus interdixit. Et beatissimus doctor & martyr Cyprianus dicit, rem manifestam non dilatione consilii, vel disceptatione debere differri. Et [n] Damasus Papa exspoliatis, quæ ante possidebant, prius ex integro reddi, & postea respondere præcepit. Qui exspoliato, quæ ante possidebat, primitus reddi, & eum postea respondere admonuit, præposterum ordinem in Ecclesia fieri non permisit: ut videlicet prius ad judicium vocaretur exspoliatus, & post judicium investiretur. Item ex Africano Concilio: *Si quis absens exspoliatus est, quicquid & a qualibet persona ablatum fuerit, sine omni dilatione reddatur.* Qui omnem dilationem prohibuit, exspoliatum ad ju-

---

a *Leonis videlicet*) Huc facit quod est in XLVII. ejus epistola ad Synodum œcumenicam, de restituendis Episcopis sede sua pulsis.

b *Symmachi*) In quinta synodo Romana.

c *Felicis*) II. cujus est canon ex epistola ad Episcopos Ægypti III. q. II. *Tamdiu in sede*.

d *Gregorii*) Magni, lib. VIII. epist. XXIV. Fortunato Episcopo Neapolitano.

e *Hormisda*) Quem pro Heliæ, Thomatis, & Nicostrati Episcoporum restitutione laborasse docent epistolæ LVI. cum aliquot sequentibus; & LXXII.

f *Sixti*) Xystus II. in epist. ad episcopos Hispanorum.

g *Eusebii*) in epist. ad Ægyptios & Alexandrinos. Horum pleraque, & alia ejusdem notæ Pontificum decreta videre est in Collectaneis Gratiani II. q. II. & III. q. I. & II. & Decretalium lib. II. *de restitutione spoliatorum*.

h *In Arvernensi Concilio*) Epistola sequenti. sed nulla, quod sciam, hujus rei mentio in iis quæ supersunt ejus synodi reliquiis.

i *Eodem spiritu*) Damasi est sententia XXV. q. I. *Violatores Canonum voluntarii graviter a sanctis Patribus judicantur, & a Spiritu Sancto, cujus instinctu ac dono dictati sunt.*

k *Apostolica sedes leges quas Canones appellamus*) Κανόνες ἐκκλησιαστικοί, Regulæ Ecclesiasticæ, Athanasio in epist. ad Orthodoxos. Quod proprie sunt in republica leges, hoc in Ecclesia Canones. Ideo sæpe comparantur, ut cum dicuntur, [illegible], & [illegible]. Noster Opusc. IV. *Quamvis nec in legibus, nec in Canonibus inveniatur*. & lib. III. epist. XXXIX. *Sæculi leges nulla ratione fieri permittunt, & sacri Canones omnino ne fiat interdicunt*. Inde & Photius Patriarcha Nomocanonum opus suum inscripsit, ex legibus scilicet Canonibusque compositum.

l *Reddi aut recredi*) Ivo epist. CCLXXV. *Reddat aut recredat Comitem Nivernensem*. Synonyma sunt. Nam recredere pragmaticis est restituere. unde & recredentia, pro vindiciis seu possessione restituta notum Gallicanis foris vocabulum.

m *S. Eusebius*) II. q. II. *In scripturis*.

n *Damasus Papa*) Epist. IV. ad Stephanum capite V.

dicium vocari non permisit: cum ipsa judicii vocatio sine dilatione fieri non possit. Ego siquidem absens exspoliatus fui: sed me privata causa non absentaverat; sed domini Papæ obedientia. De exspoliatis, sanctorum patrum plures sententias protulissem, nisi timerem paginam facere longiorem. Unum tamen propono, quod expono: Ecclesiasticum scilicet rigorem immutari posse malignitate odiorum. Valde dura & pertinax est indignatio, quæ aut culpabilem humiliter culpam agnoscere, aut inculpabilem se rationabiliter excusare non patitur. Hoc permaxima ab illis fit, qui aliorum humilitate superbiunt, & dominatione, non miseratione gloriantur. Carissime pater & domine, per primæ regenerationis, & per monasticæ religionis sacramentum veterem exuisse hominem, & induisse novum me profiteor, sed postea veteris vestigia secutus, novum offrudisse me non diffiteor. Nam contra vitæ merita [a] ordinatus Levita, deinceps vero, non quidem sapientiæ doctrina, Abbas factus, & Romæ presbyter consecratus, in sancto & sacro ordine de mea minus quam debui, & de aliorum salute sollicitus fui. Me miserum, me infelicem prorsus confiteor. In hoc tamen miseratio divina me servavit, quod neque Ecclesiarum, neque Ecclesiasticorum honorum occultus fui vel publicus emptor. Nulla ratione ab illa arbore volo evelli, immo desiderio desidero ejus radicem colere, & illius qualiscumque ramulus fieri, quam a patre cælesti plantatam cognovero. Si ille timendus est, ille cavendus, quod bene dixistis, qui per pacis imaginem decipit; ille valde diligendus est, & honorandus, qui per caritatis veritatem dilexit: nec sua tantum ei, quem amicum credebat, in sua necessitate axhibuit; sed etiam per semetipsum magna humilitate servivit. Qui debita etiam inimico Ecclesiasticæ æquitatis auxilia memoravit, servitia sibi axhibita cum magnæ dilectionis obsequio silere non debuit. Tutius est enim aliorum beneficia publicare, quam sua: ne forte in præsenti sæculo recipiat mercedem, quam recipere debuerat in futuro. Qui bene vigilavit & vigilat, ut melius vigilet, admoneri debet. Nam qui bonus est, admonendus est ut melior fiat. Qui tamen aliquando bene vigilavit, etiam quando voluit, obdormivit: & qui voluntarie subvenit, iterum quando voluit, subvenire distulit. [b] Ducentas etenim libratas, præter amissas possessiones & consuetudines rebus nostris violenter impressas; in vestro Episcopatu, vestro in tempore, nobis apud vos conquerentibus, Monasterium nostrum perdidit: unde postea quod valeret solidos sexaginta, recuperare non potuit. Nec vos idcirco pulsatum aliunde vel coactum existimo, [c] si dominus Papa apud reverentiam vestram Apostolicæ sedis injuriam deposuit, quam silere non debui, nec silebo: & quam ipsa per semetipsum juste vindicare potuisset; & adhuc si necessarium fuerit, Deo auxiliante, vindicabit. Ille, inquam, vehementer est ingratus gratiæ Romanæ Ecclesiæ, si ei obedire dissimulat; pro quo ipsa censuram justitiæ quasi ignorare voluit, & eum respexit solo intuitu misericordiæ.

Nec bene servat Romanum Pontificem juratum fidelitatis sacramentum, qui suum ei auferre machinatur alodium. [d] Si legatus Apostolicæ sedis, sicut scripsistis, ne nobis faceretis justitiam, præcepit; contra constitutionem Dei, & domini Papæ præceptionem fecit, & in seipsum suam ipsius sagittam retorsit; dum potestati, pro qua sibi obeditur, obedire prohibuit. Nam cum adversus potestatem, qua sibi præcipere conceditur, præcepit, præcipiendi potestatem amisit. [e] Privilegium enim, quo quisque utitur, meretur amittere, qui sibi concessa abutitur potestate. Ille veraciter sibi concessa potestate abutitur, qui occasione legationis Romani pontificis contra Romanum Pontificem agere conatur: sed dum contra torrentem brachia erigit, frustra fatigatur. Et Angelo quidem male contigit, qui Deo æquari voluit; & Legato, qui ipso Pontifice Romano major videri concupiscit, male continget: qui dum plus fieri appetit, quam Apostolicus, apostaticus fiet. Et quoniam, sicut dicitur, in ipso præcessit quædam elatio reprimenda, ut videlicet de domino Papa, carissimo patre nostro, cum quodam Episcopo, quem Romana Ecclesia creavit ex nihilo, perverse loqueretur; ab Ecclesia Dei respuendus esset & detestandus: ut vel sic posset agnoscere, quam grave sit in eum qui soli exio innocentiam debet, os ponere. Novit præterea vestra dilectio, quid magistro debeatis, & quid discipulo. Nam secundum salvatoris testimonium, *Non est discipulus supra magistrum:* neque Apostolus major eo, qui misit illum. Si vero pro domini Papæ obedientia mihi injuria redditur, lætor non mediocriter & delector pro tanto domino injuriari; pro quo non solum quamlibet injuriam sustinere, sed etiam pro ipso crucem portare paratus sum: a cujus sancta obedientia & fidelitate nemo unquam vivum vel mortuum me poterit separare. Cum Nivelone non causam agendam apud Carnotum, sed terminum audientiæ de investitura, vestro consilio inductus, non nostra ductus voluntate suscepi: quod totum occasione vestra credidi & credo præteriisse. Nam dum adhuc apud Bonamvallem essem vobiscum, dixistis, quod Carnotum me minime conducere poteratis; & ideo utile, immo necessarium erat, ut terminum mutaretis, & locum, sicut fecistis. Per [f] Hugonem etenim Decanum vestrum mihi postea mandastis, ne termino inter me & Nivelonem statuto Carnotum venirem, quia ibi adesse non possetis. Præterea per fratres nostros Paganum, & Galterium usque ad Rogationes vos ad partes nostras venturum significastis; ubi secure & certo die de investitura tractaremus; & interim Nivelonem, ut nos investiret, rogaretis. Expectavimus quidem terminum: sed neque vos neque aliquem ex parte vestra vidimus: & adhuc exspoliati, & multiplicis dilationis pondere prægravati, ut investiamur, & domini Papæ præceptum observetur, diligenter rogamus. Alioquin cum Naboth Israelita, & plebe Israelitica advocatum de cælo, ut nobis subveniat, imploramus.

a *Ordinatus Levita*) Diaconus erat Goffridus, cum Abbas creatus est: exin sacratus Abbas ab Ivone: tum Romæ presbyter ab Urbano.

b *Ducentas etenim libratas*) Lib. III. epist. x. & xv.

c *Si dominus Papa*) Callistus, opinor. vide lib. I. epist. II. ubi literas petit a Callisto ad Episcopum Carnotensem adversus Nivelonem: & hujus lib. epist. XXVII. ubi semel atque iterum scripsisse significat.

d *Si legatus Apostolicæ sedis*) Cono, ut videtur.

e *Privilegium meretur amittere*) Simplicius epist. VI.

f *Hugonem Decanum vestrum*) Ernaldi successorem.

EPISTOLA XXXI.

Dilectissimo Patri & domino Goffrido, honorabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus puræ dilectionis affectum pariter & effectum.

NEscio cujus suggestione & consilio mihi sæpius dixistis in hoc anno, quod Ecclesiæ vestræ non tollarem quod habuit, & habere debet in monasterio nostro. Et ego vobis jam dixi, & scripto præsenti adhuc dico, quod Ecclesiæ vestræ quicquam tollere nec possum, nec volo: immo illam, & in tempore vestro maxime, diligere & honorare toto corde desidero, si malignitas invidorum permiserit; si non amplius, non tamen minus, quam quilibet prædecessorum nostrorum ante me fecerit. Et quicquid Ecclesia vestra in creatione monasterii nostri sibi in ipso reservavit, vel deinceps juste & regulariter habuisse dinoscitur, non contradico, sed concedo; & quandiu vixero, velint nolint anguli discordiarum, diligenter observabo. Injustum est enim & impium, quod justa & pia dispositione bonorum prædecessorum vestrorum, & fundatorum monasterii nostri factum, & per ipsos irretractabili Apostolicæ sedis auctoritate firmatum novimus, violare. Ea quæ ab antecessoribus vestris nobis sunt scripta, vobis Andegavis monstrare volui: sed vos non habuistis spatium videndi. Ibi enim præcepta & privilegia jam per tres annos reservantur, propter superfluitates aquarum, quæ armaria nostra, quæ sunt Vindocini, adeo inundaverunt & aquosa reliquerunt, quod ex parte libri nostri, qui ibi fuerant, perierunt. Et quoniam ad præsens partim corporis infirmitate, partim monasterii necessitate detentus, Vindocinum fortassis venire non potero; rogo suppliciter, ut domnum Bernardum, & domnum Rainardum, vel eorum alterum ad nos mittatis; & ego eum a Vindocino usque Andegavim conduci faciam, & ad vos reduci; qui nostra videat scripta, & ad vos, si placet, reportet transcripta. Vobis iterum, si quæsieritis, quando Vindocinum venerimus, ea libenter monstrabimus. Ibi, Deo auxiliante, videbitis, unde reprimi debeat importuna loquacitas æmulorum; qui suorum ventositate verborum, tempestatem suscitare conantur in tranquilla mente bonorum.

EPISTOLA XXXII.

Dulcissimo domino & amicorum præcipuo, Goffrido venerabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus dictus Abbas, & omnis congregatio Vindocinensis monasterii, quod possunt, quod sapiunt, & seipsos.

BEne, immo optime, carissime Pater, de justitia nobis facienda præcepit vestra dilectio. sed quod bene præceptum est, non est bene servatum. Theobaldus enim de Gravia homines excommunicatos, quos suos esse negabat, secum habet ad mensam, & in servitio suo: quod noverunt multi, & fortassis domnus Decanus non ignorat. Præter ista & multa alia damna, [a] domnus Joannes filius Comitis Vindocinensis, & cum eo quidam [b] vavassores milites de Castro Vindocini, quandam optimam Obedientiam nostram adeo deprædati sunt, & devastaverunt; quod necesse est monachos, qui eam inhabitabant, & cultores ejus discedere; eamque in solitudinem redigi. Hoc novit domnus Decanus vester. Locutus est inde cum Comite, nostra ammonitione. Sed Comes nihil penitus fecit quod nobis sit utile. Unde dilectioni vestræ humiliter supplicamus, ut quod contra nos actum est, & quotidie pessime agitur, sic corrigatis, quatenus malefactores nostri, parrochiani vestri, & ablata nobis restituant, & quietos deinceps nos esse permittant. Bone & pie domine, tot & tantas pressuras, tribolationes, & angustias a Vindocinensibus hominibus nobis illatas, quarum etiam partem præsentibus Comite & hominibus ejus, vobis diximus, ultra sustinere ulla ratione non possumus. Inter cætera, quæ contra nos eorum intolerabilis rabies egit, homines B. Martini, & sancti Launomari captos & ligatos, nuper in [c] unam de Obedientiis nostris adduxerunt: & ibi eos, quamdiu placuit, tormentaverunt. Rapuerunt quæ erant in domo: & monachorum claustra carcerem fecerunt captivorum. Hac itaque nimia & inaudita necessitate cogente, dominus Papa a nobis requirendus est. Cujus auctoritate & consilio oportebit nos aut mutare locum, aut in loco, quæ decet monachos quietem habere. Horum alterum necessarium imminet: vel nos ab invicem separari, & ad alia monasteria transmigrare.

---

a *Domnus Joannes filius Comitis Vindocinensis*) De quo dictum est ad epist. XIII. lib. I. Comes fuit post Patrem, bellumque gessit cum Sulpitio Domino Ambasiæ, cum quo & Goffridus Joannis parens antea bellarat, uterque infelici exitu, ut narrat vetus autor Historiæ Ambasiensis.

b *Vavassores*) Vassalli. Inter epistolas Sugerii: *Sugerio Abbati Domino suo G. Major, & Vavassores, & tota sancti Richarii communia*. quod hodie dicimus, *nobiles atque incolæ oppidi alicujus*. Valvasores appellat Obertus lib. II. de feudis, tit. x. eosque proprie dici docet qui a Capitaneis feudum tenent: qui vero a Valvasoribus habent, Valvasinos nuncupari.

c *Unam de Obedientiis*) Lib. IV. epist. VII.

GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS
EPISTOLARUM
LIBER TERTIUS.
EPISTOLA PRIMA.

a *Goffrido* [a] *Andegavensium Episcopo, domino suo & amico, Goffridus Vindocinensis monasterii indignus minister, salutem.*

LIteras vestras accepi: quibus nullo modo credidissem, nisi eas sigillatas sigillo vestro vidissem. Ibi enim dicitur, vos [b] electioni Petri Bellilocensis consensisse: & ideo nunc necesse habetis, ut eum in Abbatem consecretis. Quod si ita est, parvitatis nostræ consilio super hoc amplius non indigetis; quippe quia rem jam factam habetis. Tamen si placet & bonum vobis videtur, ut ad hoc me expectare dignemini, termino, quo mandaveritis, ad vos veniam: & quicquid melius consulere vobis potero, minime dissimulabo. Unum tamen vobis celare nec possum, nec debeo: quod cum Guillelmo communionem habuerit & habet excommunicato nostro. Quem quia res Ecclesiæ nostræ subtraxerat, & fratri suo contulerat, in quantum fas est, & Ecclesiastica censura exigit, excommunicavi. Quod Petrus idem non ignorat. Valete; & quod secundum Deum de ejus promotione facere potestis, hoc facite.

EPISTOLA II.

c [c] *Rainaldo Andegavorum Episcopo, domino suo & præcordiali amico, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, salutem, & in adversitate constantiam.*

SI scripturæ sacræ firmiter credimus, scimus veraciter Episcopum non esse, qui timet exilium, dolorem, vel mortem, aut qui ea, quæ sunt his contraria, æquitati anteponit. Nolite igitur in [d] defensione sanctæ Ecclesiæ deficere: nolite consiliis eorum, qui carnaliter vivere volunt, aurem cordis inclinare: nolite a via justitiæ pedem retrahere, ne incidatis in Satanæ muscipulam, in qua capiatur anima vestra, ubi pereat, & sine fine, quod Deus avertat, torqueatur. Propterea verendum vobis est, ne de incepta justitia in conspectu hominum vilescatis: quod utique erit, si defeceritis. Defectione vestra Ecclesia Dei, quæ casta & libera vobis commissa dinoscitur, meretrix efficietur & ancilla. Si autem constanter egeritis, si inceptam juste justitiam optimo fine consummaveritis, totius fortitudinis & sanctitatis exemplum relinquetis vestris successoribus; & gloria & pax vobis erit; & Ecclesiæ vestræ dilectioni commissæ castitas multiplicabitur & libertas. Si quis vero amore pecuniæ suæ, vel cujuslibet rei occasione, vobis suggerit ut deficiatis, dicite sibi: *Si quis est Domini, jungatur mihi*: & quia esurientes & sitientes pecuniam, minime justi sunt apud Deum, sed qui diligunt justitiam & odio habent iniquitatem, isti satiabuntur. Ego sum ille, certissime credatis qui anxietates & tribulationes vestras meas facio affectu compassionis: & adversariis Ecclesiæ Dei vobiscum resistere opto, etiam si necesse fuerit usque ad effusionem sanguinis.

EPISTOLA III.

Rainaldo excellentissimo Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, salutem cum pura dilectionis affectu.

VIr vitæ venerabilis [e] Archidiaconus vester Hubertus, qui vos multum diligit, nec me multum, ut arbitror, odit; de vestro honore, & nostra utilitate sollicitus, cum audit quæ nos a mutua caritate debeant separare, statim aut per se, aut per nuncios suos omnem culpam in animam meam transfundit; adeo me increpans, quod verbera verborum suorum vix sustinere valeo patienter. Novissime autem diebus istis ita gladio oris sui viscera mea penetravit, quod in eis nihil pene sanitatis reliquit. Asserit sibi dictum, nescio a vobis, vel a quo de vestris, me in Concilio, non quidem manife- e

a *Goffrido Andegavensium Episcopo*) Hugonis de Meduana filio, qui postea relicto Episcopatu factus est monachus Cluniacensis. Chronicum S. Albini. *Anno* M.XC.III. *ordinatus est Gaufridus filius Hugonis de Meduana* VIII. *Kal. Decembr. Vix septem annis in Episcopatu mansit. Accusantibus namque & conquerentibus plurimis apud Papam, quod eo jubente neophytus & pene illiteratus fuisset ordinatus; monita ejusdem Urbani Papæ sedem deserens monachus Cluniaco factus est. Post cujus abscessum ordinatus est Andegavis Episcopus Rainaldus prid. Id. Jan. anno* M. C. II.

b *Electioni Petri Bellilocensis*) Hujus nominis monasteria multa sunt in Gallia, ut dubitari possit cujusnam Abbas hic fuerit. Labor at de Lucacensi in pago Turonico agi credam, quod Fulco Nerra Comes Hierosolymis reversus in honorem S. Sepulcri ultra Augerem fluvium Bello-loco construxit, ubi & sepulturæ locum sibi delegit.

c *Rainaldo Andegavorum Episcopo*) Rainaldus hic seu Reginaldus de Martiniaco, Brientii filius, Goffridi Meduanensis successor, ut modo dictum est, ad quem Ivo epistola CCLXXVI. & Marbodus Episcopus Redonensis apud Hildebertum epist. XXC. Translatum inde ad metropolim Remensem docuit nos epist. XXXI. lib. I. Calendarium Sancti Mauricii Andegavens. XIX. Kalend. Februarii. *Obiit Rainaldus junior primo noster Episcopus, postmodum Archiepiscopus Remensis, in cujus anniversario singulis annis* XIII. *pauperes alere debemus, & signa pulsare.* Juniorem vocat, ad discrimen alterius Rainaldi, a quo hic sextus.

d *In defensione sanctæ Ecclesiæ*) Contra Comitem Andegavensem epist. VII.

e *Archidiaconus vester Hubertus*) Ad quem epistolæ aliquot lib. V.

ste, sed in abscondito, contra pacem & salutem vestram suisse locutum. Si vos dicitis, verba vestra refellere non audeo, quia Episcopus estis. Alrer vero quicumque supee hoc se fecerit assereorem, veniar palam, & suæ falsitatis me inveniet veridicum correctorem. Contra magnirudinem vestram, sicas dixi, proierre quicquam nec possum, nec debeo. Sed anum samen firmiter teneo; quod in legibua criminosum habetue, amicum causari immerito: illum præsertim, qui eos qui se diligunt colere novit valde feliciter: & cui semper verecundum extitit de æmulis suis quicquam suggerere lasenter. Valete.

EPISTOLA IV.

Raiaalda magna & glariosa Episcapa, Gaffridas Viadocinensis monasterii servas, para dilectionis affectam.

QUidam servus Ecclesiæ nostræ, quem propter sacrilegium quod feceras, a servitio nostro diu removeramas, quæstionem quandam sinistra admiratione dignissimam nobis proposuit, postquam a vobis recessimus. De duobus viris loqaebatur, quorum unas monachas, alter Episcopus dicebatue. Episcopus ad locam monachi veniens, cum ipsn hospitari voluis: quem monachus cum gaudio & honore suscepit: nec sua santum, verum etiam seipsum in Episcopi servitium tota dilectione exbibait. Monachus Episcopum ibi diutius manere voluisset, si Episeopus consensisset. Ille recessir. recedenti monaebus unum de famulis suis associavit, qai sibi, quandiu voluir, servientis explevit officium. Episcopus cum famulo locutus, cœpis ab ipso innocentis hospitis vitam non approbando, prout dignum fuerat, sed reprobando inquirere: & quibus poterat verbis, vas castirate plenum conabatur incrastare. Quibus auditis, respondimus hoc esse novum sceleris genus, & in novi sceleris facto, majorum necessa erat ati consilio. Unde vos præcipue intersogare volumus; & quid super hoc sentiat vestra magnitudo, audire desideramus. Nostræ ausem parvitati videtue, quod non erat omnino Episcopas, qui tanræ pravitatis sectabatar opus. Nec circa proximam se diligenter babebat, post cujus cibos tam nequitee eructabat.

EPISTOLA V.

Rainalda egregia Andegavorum Episcapo, Gaffridas Viadociaeasis maaasterii qaaliscamqae servas: bamilitatem, patientiam, ac beaignitatem diligere, & ea qaa suat bis contraria odia habere.

MAgistra scripturarum auctoritate didicimus, Præsul in Christo carissime, nullum Christianum debere, multo minus igitue Domini sacerdotem, malum pro malo reddere, vel qualibet occasione proprias injurias vindicare. Cum itaque reddere malum pro malo, & suam vindieare injuriam sit periculosam; malum pro bono reddere, vel diligenti se proximo sine causa injurias irrogare, minime dubitasue damnosum. Hæc idcirco, vir venerabilis, proposuimus; ut si in altero horum, vel quod est gravius, in utroque peccavimus, peccatum non erubescamus corrigere, quod utiliter vitare debuimus. Divina gratia magis, quam nostria meritis, Dei Ecclesiæ prælati sumus. Quod si in tanta positi dignitate alter alterum odio habens delinquimus, non solum nostras lampades oon illuminamus; verum etiam aliorum ardentes sinistræ operationis exemplo extinguimus. Cumque trabem porramus io oculo nostro, festucam considerare non possumus in alieno. Si quando bona qaæ novimus, hominibus loquimur, non sequuntur verba, quæ audiunt; sed sola quæ conspiciunt exempla pravitatis imitanrur. Pronior est enim ad imitationem mali humana fragiliras: quæ si nosteis moribus, quod absit, destruitur, ejus sangais nobisa Domino reqairetur. Qaapropter non odibiliter nobis agendum est, dilectissime; qaos magis prodesse quam præesse decet; & de reddenda ratione animarum nostræ fidei commissarum plurimum esse sollicitos. Et quoniam sanctitatis nomen & ordinem accepimus, cæcos illaminare, non eos qui videns, excæcare debemus; dum nos invicem, qaod criminaliter peccare est, odio & linguæ gladio prosequimae; pro luce tenebras mundo relinquentes, populam, qui per se nimium, ut diximus, pronus est ad peccatum, cum periculo animarum nostrarum ad peccandum amplius incitamus. Certe in minimis dominum gravius exacerbamus peccatis, quam populus faciat in summis. Nam pene tanta distantia est inter peccatum pastoris, & peccatum popali, quanta distantia fuit intee peccatum Angeli, & peccatum protoplasti. Unde veraciter dictum est, qaod majori reatu ab eo delinquitur. qui potiori honore persruitue; & graviora facir vitia peccarorum sublimitas dignirasum. Non ergo nos pigeat alterum alteri humiliari, quia scriptum est: *Quanto magnus es, bamilia te in omaibas*. Et qui se amplius humiliaverit, illum Deus promisit, qui neminem decipit, amplius exaltari. Si alrer de altero victoriam habere desiderat, illam quæ secundum Deum non quæ secundum diabolum esse dinoscitur, victoriam quæras. Humilitate, patientia, benignitate vincere, victoria Dei est. superbia, impatientia, ac malignitate superare, victoria diaboli. Ex his duobus timeamus quod damnat: & quod coronat totis visceribus amplectamur; & ad caritatem qaæ operis multitudinem peccatorum, quidquid ab illa separat contemnentes, revertamur: sine qua cæteras virtutes babere damnabile est, & cum qua non habere alias, veniale.

EPISTOLA VI.

Rainalda bonorabilis vitæ Episcapa, Goffridas Viadociaeasis monasterii minister indigaus, quod amanti patri devotas filius, & bono domino fidelis servus.

NOverit bonitas vestra, Pater optime, servum servorum vestrorum Andegavim super equam venisse. nec dedignatus est Andegavim venire super equam, qui novir Salvatorem suum, & omniam, Hierusalem venisse super asinam. Sibi qaidem non magna facultas veniendi inerat, vel voluntas: sed traxit illum Epistolæ vestræ formositas, quem asperitas temporis retinere non potuis, vel qaælibet sua necessitas. Venit itaqne, & multum fatigatus venis. Quid mirum? qui indesinentes pluviarum inundationes, ac paludum repercussiones sæpias usque ad oculos ipsos sustinuis. Valete: & rantus laboe, quem, ut æstimo, vestrum facitis compassionis affectu, quanta sit requie dignus, considerate.

EPISTOLA VII.

Rainaldo vitæ laudabilis Episcopo, domino carissimo & cordiali amico, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, ex adverso diligenter ascendere, & pro domo Israel fideliter murum opponere.

PAter dilectissime, fama vociferante sinistra audivimus, [a] Comitem vestrum sanctam Ecclesiam precioso Dei & Domini nostri JESU CHRISTI sanguine a diaboli servitute redemptam, jugo servitutis iterum velle subjicere: & honorabilium principum veneratione, quam & in veteri, & in nova lege circa Domini templum olim habere studuerunt, contempta, matri, quæ spiritualiter eum genuit, novis & execrandis consuetudinibus chartam libertatis, propriis manibus Salvatoris scriptam pariter & sigillatam, conatur auferre. Unde, si ita est, immo quia ita esse, ingemiscimus; oportet vos Christianæ legis auctoritate munitum simul & munitum, ejus temerarios conatus, quibus membra Christi persequitur, adnullare: & quod in eo ad injuriam universalis matris filius nimium crevit, lima canonicæ discretionis amputare. Si vero, quod absit, sponsam Domini liberam, quam ipse vestræ fidei, tanquam matrem suam B. Joanni custodiendam commisit, ancillam fieri videritis, & tacueritis; quam debuissetis mortuam suscitare, divinæ legis & justitiæ jura sepeliens, illam penitus extinxistis. Nullum utique Christianum gregem, multo minus igitur gregis pastorem, decet Christi legem & justitiam, quæ mortuos vivificant, tanquam mortuum sepelire: sed hunc specialiter oportet, ut justitiæ veritatem prædicans, Dei legem non sileat: & quidquid sanctæ Ecclesiæ libertatem impugnare conspexerit, judicio & veritate Sancti Spiritus studeat expugnare. Plurima vobis scripsissemus de præsenti materia, si Abbatis esset officium exacerbare Principem: & præsumptuosum non videretur pontificem edocere. Exacerbatio tamen culpabilis non probatur, & est venialis illa præsumptio, quæ de odio iniquitatis & æquitatis amore generatur. Valete.

Joan. 10. v. 27.

EPISTOLA VIII.

Dilectissimo domino & amico, domno Rainaldo venerabili Andegavorum Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii servus, veraciter & simpliciter in omnibus agere.

CAlumniam, quam [b] Abbas B. Nicolai in monachum suum absentem quidem, sed quem ipse absentaverat, protulerit, audivimus; & quia crimen sacrilegii, seductionis, & monasterii sui dissipationem in eum intenderit, quoniam præsentes eramus, ignorare non possumus. Ad cujus objecta monachus, quia laicus est, non Latina, quam non didicit, lingua, sed materna respondet, & dicit, in hoc tantummodo se esse culpabilem, quod Abbati, ut se absentaret, præcipienti obedivit. De cetero autem, sicut in hoc solum se fatetur esse culpabilem; ita se inculpabilem non refugit in curia vestra ostendere, & seductum potius, quam seductorem fuisse. Quod si verum est; immo quia verum esse jam ex parte cognovimus; Abbas contra nos nec indignari rationabiliter, nec juste de nobis conqueri potuit, si veritatis causam sustinemus. Cum enim Christus sit veritas, si in Christo manere volumus, necesse est ut in veritate maneamus, & pro veritate etiam usque ad mortem, si opus fuerit, decertemus. Quod prædictus Abbas jam dictum monachum admonet, ut ad se revertatur, & eum, quem sine causa publice criminatus est, sub potestate sua esse conatur; hoc canonica satis prohibet, non præcipit; nec monastica religio cogit. Absit enim ut religio monastica canonicæ veritati inveniatur contraria. In decretis sanctissimi [c] Felicis Papæ prioris legitur; quod tamen in Nicæna Synodo longe ante constitutum fuisse reperitur; quod si quislibet impetitur crimine; nulla detentionis custodia teneatur, sed liceat ei in omnibus liberam habere potestatem, ad repellenda videlicet impetitorum machinamenta, & præparandas suas responsiones, atque amicorum quærenda juvamina, donec, aut convincatur reus, aut liberetur innoxius. Quod si aliter a quoquam præsumptum fuerit, secundum sanctorum instituta Canonum nihil erit, & viribus omnino carebit.

EPISTOLA IX.

Domno Rainaldo laudabilis vitæ Episcopo, carissimo domino & præcordiali amico, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, salutem, cum puræ dilectionis affectu.

MAndastis, dilectissime domine, per [d] fratrem nostrum Robertum, ut domnus Savaricus ad Abbatem Lambertum revertatur. Quod licet a vobis bona intentione dicatur, salva tamen vestræ paternitatis reverentia, hoc dicimus inusitatum: & in toto corpore Canonum non invenitur, ut quilibet sub illius manere debeat potestate, a quo de crimine accusatur. Non vos, carissime Pater, docere præ-

a *Comitem vestrum*) Fulconem v. lib. 1. epist. 11.

b *Abbas S. Nicolai*) Lambertus, qui Natali successit anno M. XCVI. Monachi vero nomen, Savaricus epistula sequenti. Cœnobium S. Nicolai ad Juliomagum Andegavorum in suburbano situm est. ejus conditor, ut obiter notatum est ad epist. xxvi. lib. ii. Fulco iii. Comes: cujus etiam commentarii meminimus, in quo monasterii originem explicat, narrationemque orditur his verbis: *Hisce temporibus nonnulli reges ac principes Ecclesias in Christi nomine ædificare curaverunt. & ego Fulco Comes Andegavorum, licet de ultimis & desidiosis hominibus unus, in Dei nomine, atque summi Præsulis, Ecclesiam in prospectu urbis Andegavæ ædificare decrevi, ac* M. XX. *anno ab Incarnatione Domini a Domino Præsule Huberto prædictæ urbis feci sacrare. Post cujus sacrationem non multo post tempore ex monachis S. Martini Monasterii majoris nomine Baldricum Abbatem institui, atque ad fratrum sustentationem, atque pauperum, ex meis rebus propriis ipsam ditare curavi*, &c. Monasterium hoc post Fulconem fundatorem multis rebus auxerunt Goffridus Martellus filius, & Goffridi successor Fulco iv. cujus quidem ac Natalis Abbatis rogatu, Ecclesiam Sancti Nicolai ab Urbano II. iterum dedicatam in Urbani ipsius literis legimus apud Sabloilum datis xvi. Kal. Martii, anno M. XCVI.

c *Felicis Papæ prioris*) Leguntur hæc magnam partem in epistola Felicis II. ad episcopos synodi Alexandrinæ iii. q. iii. *De induciis*. Nonnulla etiam alludere videntur ad Felicis primi epistolam ad Paternum. Sed si Felicem II. intelligit Goffridus, cur priorem appellat? si primum, cur illo antiquiorem facit synodum Nicænam? Scripserat fortasse *Posterioris*. Nicænæ porro synodi decretum cum in iis quæ hodie restant, non extet, ubi nactus sit incertum est.

d *Fratrem nostrum Robertum*) Ad quem lib. iv. epist. xxviii.

ſumimus ; a quo melius doceri & poſſumus, & optamus. Et quoniam cognovimus vobis placere, ut prædictus frater faciat quod mandaſtis; ipſe veſtræ voluntati non refugit obedire. Hoc autem, quod ſatis juſtum & canonicum poreſt videri, nec ſibi ulla canonica ratione debet negari, a dulcedine veſtræ pietatis depoſcit, & nos cum illo depoſcimus; quatenus auctoritatis veſtræ præcepto ſic in monaſterio ſuo maneat, ne quolibet genere damnationis vel detentionis opprimatur ; donec præſentem habeat accuſatorem, locumque defendendi accipiat convenientem, quo blaſphemiam repellere valeat criminoſam. Quod ſi jam dictus Abbas ſe exſpoliatum dicit, utique non mentitur : & utinam exſpoliatorem ſuum quanto gravius poſſet, impugnaret, perſequeretur, modis omnibus infamaret: quia ſic in foveam, quam paravit proximo, primus incideret. ipſe enim ſe exſpoliavit. Nam ubi apud ſublimiorem perſonam accuſavit ſubjectum; quod ſuum erat, alterius poteſtatis fecit. Si iterum ab eo, ad quem jugulandum de vagina mortalis infamiæ eduxit gladium, obedientiam exigit ; deſipit domnus Abbas ille, aut inſanit, & apoſtatæ Angeli perverſitate nititur, qui hominibus ſuggerit, ne ſibi obediant, quos ad mortem ille perſequitur. Pater optime, non eſt tutum male aſtuto paſtori obedire, qui jam de executione injunctæ diſcipulo obeditionis argumentum aſſumpſit contra diſcipulum criminoſæ accuſationis. Præcepit enim paſtor ille crudeliter aſtutus ovi ſimplici, ut ſe quaſi inter fruteta abſconderet, quatenus nullo reclamante eam lupina conſuetudine criminando devoraret. Paſtor ille bonus Evangelicus laſſam ovem vexiſſe legitur, non abjeciſſe : & quam damnatam invenit, liberavit ; non liberam condemnavit. Valete ; & valeat nobis apud vos, magnæ diſcretionis pater, æquitatis cenſura; decepti monachi innocentia ; qua vos diligimus, cordis noſtri ſinceritas ; & ſi unquam bene aliquid de vobis promeruit, noſtra humilitas.

EPISTOLA X.

Rainalde Andegavenſi Epiſcope, quem in Deum diligit, frater Goffridus purum ejuſdem dilectionis affectum.

PRiori [a] noſtro & domno Hamelino dixiſtis, quod adverſarius adverſariorum noſtrorum Rumam iviſtis. Præterea habebatis diſpoſitum, quod centum [b] libratas Eccleſiæ noſtræ daretis, quia bene vobis ſervieram : ſed poſtea bonæ intentionis animum commutaſtis, quia contra vos multum peccaveram. Servitium quidem ſcio : peccatum neſcio. Nec mirum : quoniam hujuſmodi peccatum in charta diaboli non invenitur ; Deus illud non odit, nec pro eo damnatur anima, nec pœnitentiam agit. Hoc forſitan, quod bene & ſæpe ſervivi, peccatum mihi adſcribitur : & ſic malum pro bono, & odium pro dilectione mea retribuitur. Hanc utique retributionem Deus non docet, ſed prohibet ; & qui illam ſectatur, diabolum in malitia ſuperare conatur. Juſtius enim judicare diabolus videtur, quam ille ; cum diabolus ſic agat quod tantummodo mala pro malis, ille vero mala pro bonis retribuat. Ego ſi quidem pro ſervitiis meis nullum aliud præmium, niſi dilectionem veſtram quæſivi, vel quæro : quam quidam indigne cito inveniunt ; & quidam ſatis quidem digne eam promerentur, ſed aut nunquam conſequuntur, aut ſubito perdunt. Hoc autem dico, Deus ſcit, non amaro animo. & ſi vobis non diſplicet, quod minime diſplicere debet, detur mihi audientia : & quod dictum eſt vera propoſitione probabo.

EPISTOLA XI.

Rainaldo prudenti & multiplici genere pecuniarum ſublimi, frater Goffridus Vindocinenſis monaſterii humilis ſervus, Chriſtianam legem diligenter obſervare, & neminem pro aſſertione veritatis odio habere.

[c] DOmno H. fratri noſtro dixiſtis, me vobis [d] in electione veſtra fuiſſe infeſtum. Sic magnitudini veſtræ loqui placuit ; meæ tamen parvitati ſatis diſplicuit, quod Canonum regulis, & ſanctorum conſtitutionibus patrum ibi novi eſſe contrarium. Nam ubi vidi unicum & ſingulare ſanctæ Eccleſiæ oſtium claudi ; & aliud aliunde, per quod qui intrant, fures ſunt & latrones, oſtium aperiri, Apoſtolicam violari doctrinam, ſanctum Evangelium penitus contemni; ſi mihi placuiſſet, Chriſti ſervus non eſſem, ſed diaboli. At mihi ſoli, ſicut arbitror, pro crimine non debet adſcribi, quod [e] Stephano Decano veſtro, & perſonis, quæ affuerunt, poteſt potius imputari. Omnes utique contradixerunt illam, quam veſtram

a *Priori noſtro & domno Hamelino*) Utrique ſcribit lib. IV.

b *Centum libratas*) Lib. II. epiſt. XXX. & hujus libri epiſt. XV. *ducentas libratas*, terræ nimirum. In præcepto Sancti Ludovici Regis anno M. CC. XXX. *Dilecto & fideli noſtro Joanni de Valeriaco in augmentum feudi quod tenebat, dedimus centum libratas terræ*. In Arvernis ſcilicet, apud Eſcurolas & Maeſium Scholæ. Antiqui menſores integras agri menſuras ad ſimilitudinem aſſis aut libræ in uncias, & unciæ partes dividebant, ut videre eſt apud Columellam lib. V. cap. I. Varro de re ruſtica libro primo, capite X. *Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt in ſubſicivum eſſe unciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud, cum ad jugerum pervenerunt, Id habet ſcrupula* CCLXXXVIII. *quantum as*. Quod ergo fiebat in partibus, id etiam in toto a nonnullis factum eſt, ut integris agri menſoris a libra vel ſolido aſſe nomen darent. Libratam ergo terræ dixerunt integrum jugerum terræ, arapennem, aut aliud ſimile. Dicta etiam ab eodem principio ſolidata terræ. In literis Seguini Epiſcopi Matiſconenſis anno M. CC. LX. *Cum Guillelmus de Oblato miles ab Eccleſia Cluniacenſi LX. ſolidatas terræ teneret in feudum*, &c.

c *Domno H.*) Hamelino, ut epiſt. præcedenti.

d *In electione veſtra*) De Rainaldi Epiſcopi electione, cui multis nominibus adverſatus eſt Goffridus, aget iterum lib. IV. epiſt. IX. eandem impugnat tribus epiſtolis Ildebertus : IX. ad Archiepiſcopum Turonenſem ; XII. & XIII. ad Rainaldum ipſum Electum, cui ſuadet, ut promotionem non canonicam ejuret. De eadem etiam Marbodus in epiſtola ad Rainaldum.

e *Stephano Decano veſtro*) Cui cum aliis inſcriptæ epiſtolæ IV. & V. lib. V. De eodem præterea Marbodus epiſtola eadem, & Ildebertus epiſt. IX. Utriuſque verba quia totum hunc locum illuſtrant, ſubjiciemus. ſic igitur in ea epiſtola Ildebertus. *Petitio veſtra, qua vocamur ad Electi veſtri conſecrationem, facilem apud nos inveniret aſſenſum, ſi eam ratio tueretur. Sed teſtantur qui adfuerunt, quod ad juvenem infra ſacros ordines & annos inventum, nec a clero electum ſeditioſus turbatæ turbæ clamor Pontificalem detorſerit electionem. Aſſerit etiam Decanus, Cantorem, Archidiaconos, & majorem Capituli partem, quantum licuerit obclamaſſe, ſimulque talibus auſis aſſenſum ſubtraxiſſe pro ratione ; ſeipſum præ-*

fuisse dicitis electionem, & reprobaverant. Nec A
immerito. nam illis invitis & non petentibus,
arreptus fuistis a vulgo; & qaod ibi factum
est, hoc præsumptuosa & perniciosa fecit sedi-
tio. Nos autem quæ vidimus & audivimns,
nec possumus, nec debemas non loqui. In il-
la siquidem actione, immo vulgi conspiratione,
qaam pro electione reputatis, lex velut inter
arma siluit; vox divina locnm non habnie.
Totnm ibi levitas vindicavit & vanitas: abi
mima quædam & mulier publica, qnæ vos gar-
ruliter acclamabat, amplias potuit, quam ple-
bis maturitas, vel clericalis honestas potnerit.
a b Hinc [a] Ildebertus vir religiosus, qui [b] post Me- B
tropolitanum in provincia primus erat Episco-
pas, non tacuit: qni a vestra consecratione, li-
c cet [c] a suo Metropolitano vocatus, seipsum
absentavit; & execrationem esse potias, quam
consecrationem, Apostolica & Evangelica veri-
d tate prædicavit. [d] Bonas Maurilins, quem ve-
stram prædecessorem faisse gloriamini, beato eli-
gente Martino, & præsigaante Spiritn saacto
electus est & consecratus. Vos autem vulgo fu-
rente, & spreta canonica electione estiscreatus.
Frustra ntique de bono prædecessore gloriatar,
qui sortem electionis & boaitatis, quam ille
sortitus est, non sortitur. Nam & alterius boni-
tas ei, qui in crimine manet, nullatenus suf-
e fragatur: & [e] Episcopus sine canonica electione, C
ast quasi arbor sine radice. Arbor autem qnæ
radicem aon habet, etiam si folia habeat, fru-
ctum ferre nullatenus valet. Ad hujusmodi ar-
borem Christus qnidem accessit, & cum ibi fru-
ctum non invenisset, eam maledixit. Tota
atique ordinatio Episcopi in sola electione con-
sistit, & consecratione, si tamen illam electio
recta præcesserit. Hæc antem prius per semeti-
ipsum fecit Christus: deinda vero vicarii ejus.
Et in Apostolis qnidem a Christo facta sunt,
quoniam ab ipso electi & consecrati fuerant:
in aliis vero omnibus, a nullis aliis fieri licet,
nisi a vicariis Christi. sunt antem vicarii Chri-
sti clerici in alectione, Episcopi in consecratio-
ne. Cæteri omnes petere quidem Episcopum pos-
sant: eligere vero vel consecrare non possunt.
Quicumque igitur alio modo, quasi sab nomine
Pontificis, Ecclesiam vel potestatem Ecclesiasti-
cam sibi vindicare præsumit, hic jam non per
ostium intrat, sed aliunde ascendit: at merito
non inter Episcopos compntetnr, sed inter fu-
res & latrones connumeretur. Investituram,
quam de manu laici accepistis per pastoralem
virgam, silere non debeo, nec loqui sine dolo-
re. quod ad majorem injnriam sanctæ Ecclesiæ
in occulto factum non fuit, sed publice. Qui
autem cognoscere voluerit, quid Catholica &
Apostolica Ecclesia de iavestitura senserit;
qaid docuerit, quid jndicaverit & constituerit,
legat in primo capitulo illius Concilii, qnod
tempore Gregorii septimi Papæ factum est. Et
ibi omnes clericos, qui da mana laici investitu-
ram suscipiunt, hæreticos vocatos, & ideo dam-
natos esse & excommunicatos inveniet. Licet
enim alia hæresis de investitara dicatur, alia
Simoniaca; ista tamen quæ de investitura dici-
tur, contra sanctam Ecclesiam fortius jaculatur.
Ibi eaim in primis omnis Ecclesiasticus ordo
confunditur, quando hoc qaod unicuique a
suo consecratore in Ecclesia cum orationibus,
quæ ibi conveniunt, dari debet, a sæculari po-
testate prius accipitur. Quod sancti Apostoli
non solam interdixerunt; verum etiam omnes
illos, qui per sæcularem potestatem Ecclesiam
obtinent, a Christo sibi tradita potestate dam-
naverunt. Et merito Apostoli judicio Spiritus
sancti hanc hæresim in ipso Ecclesiæ principio
damnare decreverunt; quam longo post tem-
pore ex patre diabolo nascituram esse prævide-
tunt. Cum igitur laico & investitnra, & om-
nis etiam disponendatum Ecclesiasticarum rerum
facultas a Spiritu sancto, qni in Apostolis
loquebatar, negata si penitns & interdicta;
qui investitaram a laico susceperit, non jam
contra Apostolos tantum, immo contra domi-
num Apostolorum, quod sanctum est canibns
exponit. Investitura enim, de qua loqaimnr,

fiatiam pro timore. Item epist. XII. *Quippe non elegit te Clerus, sed manu populares intrusere vementi*. Hactenus Ildebertus. deinceps Marbodus. *Nec tamen elapsus destiti, ut tunc putabam constanter, ut nunc intelligo pertinaciter urgere propositum, & contra optimos Clericorum, qui pluribus ex causis absque suo assensu a vulgo factam improbabant electionem, quoniam & infra annos, & extra ordines, & per tumultum populi magis ficta esset quam facta, promotionis tuæ causas asserere*. & de Stephano post pauca. *Idem cum Stephanus cum quibusdam, quos omnes tibi postmodum meam ut fertur pactus dejectionem ex infestissimis amicos fecisti, in ipsam esse clamaret, ego stulte, quidem & improvide, sed nimio tuo favore seductus, meipsum devovi, in me inquiens sit ista iniquitas*.

a *Ildebertus*) Hoc tempore Turonorum Archiepiscopus: sed cum Rainaldus electus est, tum adhuc Cenomannorum Episcopas, de quo epist. XIII. & sequentibus.

b *Post Metropolitanum in provincia primus erat Episcopus*) Ut pote Ceaomsnnorum Antistes. Inter Episcopos ejusdem Provinciæ primus interdum censebatur is, cujus civitas secundum a Metropoli locum tenebat, ac secundo ab ea loco in Provinciæ notitia describebatur. Hoc enim prærogativę argamento utitur Fulbertus in epistola ad Deodatum Episcapum Suessionensem: *Sed ne civitati vel Ecclesiæ Catalaunorum suum denegetis honorem, meminisse vos decet, quod in antiqua descriptione Provinciæ Belgicæ secundum ipsa civitas a Remensi locum habeat*. Ut igitur in Belgicæ II. Provincia, prosima Remensi Metropoli est civitas Catalaunorum; sic in tertia Lagdunensi, prima post Turonoram Metropolim civitas Cenomanica. Quare Episcopus Cenomanensis primas est Episcopus illius Provinciæ. Eodemque modo in prima Aquitania, primus Episcopus Arvernorum: in Aquitania II. primas Episcopus Pictavorum. atque ita in cæteris. Alio modo primus inter Comprovinciales Episcopos dicitur, qui honoris ævo antecedit: quem & Primatem quoque dici solitum ex Hilarii Papæ literis didicimus. Sic enim scribit ad Episcopos Provinciæ Viennensis, & alios. *Ei qui nunc Ecclesiæ Narbonensi præsidere permittitur, ordinandorum Episcoporum ob hæc quæ prave facta sunt sustulimus potestatem. quam ita ad fratrem & Coepiscopum nostrum Constantium Ucetiæ Ecclesiæ Antistitem, quia ævo honoris primus esse dicitur, pertinere censuimus, ut si superstite Hermete Episcopo defunctus fuerit, illum hæc cura respiciat quem reppererit Episcopalis ordo Primatem*. id est Episcoporum Provinciæ antiquissimum. qui quidem ante alios sedere & subscribere in Concilio solet, ex synodo Cabilon. cap. VI. At D. Gregorius singalari privilegio in Syagrii Episcopi Æduensis gratiam statuit lib. VII. epist. CXII. ut Episcopus ejus Ecclesiæ primum locum in provincia prima Lugdunensi post Metropolitanum obtineat: cæteri post illum suæ quisque ordinationis tempus & prærogativam sequatur.

c *A suo Metropolitano vocatus*) A Radulpho Turonum Archiepiscopo. unde apparet, quod paulo ante monuimus, epistolam IX. Ildeberti quæ titulo caret, ad Radulphum hunc rescriptam esse, cum ab eo vocaretur ad Rainaldi consecrationem. quam quidem deprecatur, & epistolam claudit his verbis: *Parcat mihi pater, quia ego parcam animæ meæ: frustra inquam, expectabitis me, quia manus imponetis sine me*.

d *Bonus Maurilius*) Vitæ B. Maurilii cap. XXXI.

e *Episcopus sine Canonica electione*) Totus hic locus de canonica electione & sequens de investitura laicorum ad verbum leguntur opusculo II. ad Petrum Leonis Cardinalem ubi argumentum utrumque tractat ex instituto.

A sacramentum est, id est sacrum signum, quo princeps Ecclesiæ, Episcopus scilicet, a cæteris hominibus secernitur pariter atque dinoscitur: & quo supra Christianum gregem cura pastoralis ei tribuitur. Hanc investituram ab illo solo suscipere debet, a quo & consecrationem habet. Illum siquidem prius oportet consecrari; deinde vero tanquam ducem Ecclesiæ sacris insignibus decorari. Si quis autem cuilibet sæculari potestati ista licere putat, errat. Quod si defendere nititur; Apostolorum doctrinam, & sancti Spiritus sensum adnullare desiderat. unde hæreticus esse nullatenus dubitatur. Hæc præterea hæresis de investitura, si recte perspiciatur, etiam hæresis Simoniaca esse, viva & vera ratione probatur. B Nam quæ sæcularis potestas sibi vindicare nititur investituram, nisi ut per hoc, aut pecuniam extorqueat, aut, quod est gravius, sibi inordinate subjectam efficiat pontificis personam? Nullus est utique laicorum, etiam si ei liceret, qui tanta intentione anulum, vel virgam dare desideret, nisi per hæc, quæ sunt sacramenta Ecclesiæ, temporalibus lucris inhiaret. Laicis quidem sacramenta ab Ecclesia suscipere licet, non Ecclesiæ qualibet sacramenta dare. annulos autem & virga, quando ab illis dantur, a quibus dari debent; & quando, & ubi, & quomodo debent; sacramenta Ecclesiæ sunt: sicut sal, & aqua, & quædam alia, sine quibus hominum & Ecclesiarum consecrationes fieri non possunt. C Semper laicus de investitura, ut diximus, aut pecuniam sibi vindicat; aut quod est amplius, Episcopi vel Abbatis personam. Hac utique non tam humana quam diabolica malignitate Ecclesia Catholicam fidem, libertatem & castitatem amittit, sine quibus nulla ratione subsistit. Hæc etenim tria semper Ecclesia habere debet: quorum vel si unum defuerit, velut paralytica jacet: nec ligandi, nec solvendi potestatem habet. Hanc igitur quicumque sub specie pastoris suscipere præsumit, fit paralyticus, & hæretica lepra pollutus. Illum non pastorem fiducialiter dico, nec illius pastoris, qui animam suam posuit pro ovibus suis, quodlibet membrum. D sed fur & latro, & lupus est. nam ad hoc venit ut furetur, & rapiat, & mactet. Hanc autem detestabilem impietatem non solum qui faciunt, sed qui consentiunt ei, damnati sunt. Ille vero consentit, qui eam tacet, qui eam non corrigit, & qui ei palam non contradicit. Et nemo est qui contradicere palam non debeat, & possit. Nam si prælati non habet auctoritatem, habet tamen Christiani vocem: & scriptura dicit, & Hier. 48. 10. neminem excipit: *Maledictus est, qui prohibet gladium a sanguine*, id est, vocem suam ab increpatione peccati. Illud etiam factum meminerit, quod asina fatuum prophetam olim correxerit. Quod si fuerit vitiosus, vel quolibet alio crimine infamis factus, non ideo silere de-

A bet: quoniam unicuique peccatori communem Ecclesiæ fidem, quam suam esse credit & confitetur, defendere, & contra ejus adversarios libere pugnare licet. Nam illi duo, qui in passione Domini crucifixi sunt cum eo, omnino infames erant: nam publici latrones: quorum unus non tantum quia credidit, sed quia suæ fidei veritatem contra alterum defendere cœpit, bonum illud & delectabile verbum a Salvatore nostro audire meruit, *Hodie*, scilicet, *mecum eris in paradiso*. Unde in latrone illo maxime declaratum agnoscitur, quod defensio fidei paradisum pariter & cum Christo esse meretur. Hæc pauca de multis, quæ forsitan oblivioni tradidistis, vestræ sublimitati dignum B duxi ad memoriam revocare: ut unde & quomodo sumpsistis Episcopi nomen, vobis ulterius non liceat ignorare. Illa vero sileo, quæ dominus Papa novit & indulsit: quia meum non est retractare quod ipse fecit. Vitam enim vestram nullo genere religionis approbatam noverat, & [a] vos infra annos esse, & [b] nullum penitus ordinem habere fortassis audierat. a b Prius quidem ordines accipere contempsistis, ut vobis liceret ea liberius exercere, quæ minime licent ad animæ salutem. Omnes postmodum ordines, sed sine ordine, quia in octo diebus, & non certis temporibus accepistis propter Episcopatus ambitionem. Unde vera propositione probatur, quod eos amore gloriæ temporalis C accepistis, non Christi caritate. Quicumque tamen sacramentis Ecclesiæ cæmento caritatis non jungitur, injuriam quidem Ecclesiæ facit, sed quasi paries luteus dissipatur: qui licet dealbari possit ad tempus, ejus subita dissolutione, qui ante confidebant in eo, premuntur. Hac igitur similitudine recte colligitur, quod qui ad injuriam sanctæ Ecclesiæ ecclesiasticum ordinem & maxime Pontificatum assequitur, suam destructionem in primis, deinde populi mortem operatur. Et tunc Ecclesia injuriam pariter sustinet & verecundiam; quando in eligendo pontifice canonica perit electio; & quod ordinato soli debetur, datur inordinato; & qui non D vocatus a Deo præponitur, sed violenter intrusus a vulgo. Gravius nihil est apud Christum Ecclesiæ injuria: cujus sacramenta qui perverse suscipiunt, cum Christo esse, vel prodesse non possunt. Cum Christo etenim simul esse, & contra Christum facere, nemo potest, cum ipse dicat, *Qui non est mecum, contra me est.* Luc. 11. 23. Qui autem cum Christo non est, nec sibi prodesse, nec aliis potest; cum ipse iterum asserat, *Qui non colligit mecum, dispergit.* Ibid. Et alibi dicit, *Sine me nihil potestis facere*. Joan. 15. 5 Hæc idcirco vestræ dilectioni scripsi, quia salvo ordine nostro, pacem vobiscum feci: & salvum nostrum non fecissem ordinem, si hanc vobis veritatem tacuissem. Valete: & non quæ vestra sunt, sed quæ Jesu Christi, quærite & diligite.

a *Vos infra annos esse*) Ildebertus epist. IX. *Infra sacros ordines & annos interatum*. Idem epist. XII. *Est ætas, quam rigor canonicus, quia consecratis metuit, a consecrandis excludit*. & mox. *In summis enim sacerdotibus ætas integra postulatur, unde nec periculum religio metuat, nec reverentiam dignitas amittat*.

b *Nullum penitus ordinem habere*) Ildebertus idem epist. XII. *Ordines tibi desunt, quos in promovendis cognovimus inquirendos.* & post alia. *Præterea quisquis in sacris non fuit ordinibus inventus, ad summum sacerdotium accedere canonicis prohibetur Ecclesiæ institutis*. Leges Ecclesiasticæ in eligendis Episcopis non solum ordines requirunt, sed ordines sacros; ac saltem Diaconatum. Synodus Arvernensis cap. 5. *Ut nullus laicus, clericus, vel tantum subdiaconus in episcopatum eligatur*. Quin illum demum summo gradu dignum censuerunt, qui per singulos inferiores diu ante probatus fuisset. quo nomine Joannem Cabilionensem Episcopum designatum commendat Sidonius noster lib. IV. epist. XXV. quod in lectoris, diaconi, & secundi ordinis sacerdotis, hoc est presbyteri gradu versatus, per singulos ordines stipendia fecisset.

A rum auctoritate privilegii se talia posse confitetur; eadem auctoritate quod non seminavit colligere, aliorum villas, castella, & civitates obtinere, patribus suis subtrahere filios, suas hominibus uxores auferre; quid plura? omnem alienam substantiam suam facere se posse fateatur. Privilegium utique pravitatis plurimum habet, & nihil penitus divinæ legis; cujus auctoritas suos in primis observatores reos facit, & proximos opprimit innocentes. Et quicumque privilegio, contra privilegium quod Christus contulit Petro, facere conatur; quasi propheta docens mendacium comprobatur. Cujus vocem falsam beatitudinem, & veram miseriam protestantem, dum animæ sequuntur Christianæ, periclitantur. B

EPISTOLA III.

a *Dilectissimo domino suo [a] Hainrico vitæ venerabilis viro, Goffridus Vindocinensis monasterii qualiscumque servus, eandem quam sibi optat salutem.*

QUæ mutuæ caritatis affectu nuper a nobis sunt constituta, multis modis postea impedire voluit inimicus. Ab ipso quippe, ut æstimo, fratribus nostris suggestum est, ut contra ea recalcitrare deberent: nec pacis, C dilectionisque a nobis constitutæ vinculo paterentur adstringi. At benignus Deus, qui malignum eum in superioribus Ægypti ligatum tenet, ita loris suæ potentiæ illum colligavit, ut quidquid discordiæ, ac dissensionis fratribus prius suggesserat, habere vires non potuit. Unde præsentibus literis dilectionem vestram admoneo, ut usque ad proximam festivitatem B. Mariæ quacumque die volueritis in Capitulum nostrum veniatis, de confirmatione pacis & concordiæ, sicut a nobis & a vobis constat esse statutum, nihil penitus hæsitantes. Non enim tales sumus, qui aliud promptum in lingua, & aliud clausum in pectore habeamus.

EPISTOLA IV.

Domno Hainrico venerabili Angeriacensi Abbati, domino & amico, frater Goffridus a Deo puræ veritatis effectum, & a se veræ dilectionis affectum.

LOcutionem, quam de causa Dei habuimus ad invicem, labialem ex vestra parte fuisse arbitror, non præcordialem. Unde vos minus vigilanti verbo usum doleo, & [b] gladiatorium spiritum habere intelligo. Ego tamen, b Deo volente, quod dixi, incipiam, & quod inceptum fuerit, ipso largiente perficiam. Valete; & si qua sunt in vobis Catholicæ pietatis viscera, mihi & in veritate rescribite. B

EPISTOLA V.

Dilectissimo patri & domino Hainrico honorabilis vitæ Abbati, frater Goffridus cum dilectione salutem.

FEre duorum mensium jam præteriit spatium, ex quo vobis usque Pictavim [c] nostrum transmisi sigillum, sicut locutus fueram vobiscum. c Et quia ibi inveniri minime potuistis; quod tunc libenter fecissem, usque ad Quadragesimam facere non possum. Facultas utique faciendi quod vobiscum facere disposueram, mihi subtracta est, non immutata voluntas. C Pecunia etenim mihi non suppetit; guerræ imminent & asperitas temporis interdicit. Valete: & quod fratres nostri queruntur, quod apud Abbatiam vestram minus regularis humanitas eis impenditur, agnoscite: & quod aliter factum est, si placet, corrigite. De susceptione hospitum vobis scripsissem, sed docere Minervam novi superfluum.

EPISTOLA VI.

Joanni [d] vitæ venerabilis Abbati, Goffridus Abbatum omnium minimus, in omnibus misericorditer agere. d

D HUic fratri, qui necessitate simul ac voluntate ad vos, sicut ad spiritualem patrem suum revertitur, necesse est ut magna misericordia suffragetur. Multum quidem peccavit; quod ejus lingua satis convenienter loquitur. Unde si vestræ pietati placet, magis dignus venia, quam cum eo & ipsi postulamus, esse videtur. Valeat igitur apud bonitatem vestram hujus pœnitentis humilis & vera, ut credimus,

---

a *Hainrico*) Abbati Angeriacensi, ad quem etiam Ivo epist. CCXXXIII. Angeriacum Santonum ad Vultonam fluvium oppidum olim dixerunt: deinde literulæ mutatione Angeliacum, & S. Joannem de Angeliaco, postquam eo delatum est caput Præcursoris Domini, Monasteriumque a Pippino Aquitaniæ Rege conditum, ut habet vetus narratio ad calcem operum S. Cypriani. Ademarus S. Martialis Monachus. *Pippinus Rex Aquitaniæ Ludovici Imperatoris filius jussu Patris Monasterium S. Joannis Angeriaco ædificari fecit*. Priscam igitur appellationem cum nova retinuit, quod in paucis id genus factum est. nam in aliis priora nomina plane silent. Ut nos Indiciatus in S. Floro apud Arvernos, Centula in S. Richario apud Ambianos, Segestrum in S. Sequano apud Lingones, Cessero in S. Tiberio apud Septimanos. Catuliacus & Novigentum in S. Dionysio & S. Clodoaldo apud Parisios, & aliis innumeris. Monasterium porro Angeriacense instauratum postea & reditibus auctum est ab Agnete, fundatrice Vindocinensi, & nova Basilica, anno M. LVIII. Goffrido Abbate, Arnaldi, qui Vindocinensi dedicationi adfuerat, successore consecrata.

b *Gladiatorium spiritum*) Epist. I. de eodem: *Domnum illum Abbatem, quem dicunt homines ex longo tempore fuisse discordiæ amatorem, seminatorem jurgiorum, pacis perturbatorem*.

c *Pictavim transmisi*) Flodoardus Chronic. anno DCCCC. LV. *In Aquitaniam profectus, urbem Pictavim petit*. Lib. II. XXXI. *Andegavim conduci faciam*. Petrus Blesensis. epist. XII. *Ta a fere in lacrymas Aurelianis efflueret*. Aurelianim, Blesim, Pictavim ejus sæculi & proximorum scriptores singulari numero usurpabant. Et tamen ubi aliquid in his locis esse, aut fieri significabant, Aurelianis, Blesis, Andegavis plurium numero dicebant. Filbertus, ut quidem legendus est, in epistola CXXII. ad Robertum Regem, *sed audito quod Aurelianis; in civitate videlicet incendio vastata consilium habiturus sis, miror & stupeo*. noster epist. XXV. *Andegavis negotium acturi sumus*. Eodemque modo Turonum, & a Turnno dicere solet, & Turonis esse, ac Turonis loqui.

d *Joanni Abbati*) Dolensi, ut docuit nos Elenchus Codicis Cenomanensis. Est autem Dolense seu Burgi Dolensis illustre Monasterium in Biturigibus ab Ebbone Toparcha, Carolo non Calvo, ut quibusdam visum est, sed Simplice regnante, iisdem fere quibus Cluniacense temporibus conditum. Fuit & Dolense aliud cœnobium in Armoricis in Episcopalem postea Cathedram conversum; quæ Dolensis Ecclesia Ivoni epist. CLXXVI.

conferre quæ possidemus. Olricus [a] de sancto Karileffo, & milites sui, multum de nostro nobis abstulerunt: unde vos eis divinum officiam interdixisse audivimus. Sed quomodo postea fuerint absoluti, ignoramus: quia de his quæ perdidimus, nihil penitus recuperare potuimus. Hoc etiam, salva vestra reverentia, veraciter dicimus, quod postquam, ut credimus, disponente Deo Episcopus factus estis, in Episcopatu vestro plusquam ducentas libratas amisimus, nec deinceps quod viginti solidos valeat per justitiam vestram consecuti sumus. Hoc tamen non aliter quam vobis serviendo, & vos diligendo peccavimus. Sed forsitan ita amicos vestros beare nostis. quod si ita est; novum genus beatitudinis invenistis. Hac siquidem beatitudine nec vos, nec amicos nostros beare didicimus, nec sic a vobis beari desideramus. Valete. &, quoniam meliora sunt vulnera diligentis, quam obedientis oscula fraudulenta, ad mentem revocate.

Epistola XVI.

Ildeberto Cenomannorum Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii servus salutem.

JUstitiam in curia vestra obtulit nobis, & adhuc offert Comitissa, sicut ipse mandastis. Qua de re visum est, quod ejus injustitiam magna ex parte defenditis; cum neutrum verum sit, nisi quia vos hoc verum esse perhibetis. Nondum enim vidimus vel audivimus aliquem ex parte Comitissæ illius nobis justitiam offerentem. Hoc tantum novimus, quod Archipresbyter vester Petrus ex parte vestra nuntiavit, quod de illa nobis justitiam faceretis: sed ubi, vel quando, aut ignoravit dicere, aut noluit. Quod conductum quæsivimus multum miramini; & certe vehementer mirandum esset, si non potius vestræ debilitati imputari posset, quam nostræ formidini. Quis etenim potest in Episcopatu vestro non timere vobis episcopante! Vos vidimus parrochianos vestros metu devitare; & fugere velut hostes; puduitque videre. Si miramini, hoc utique mirari potestis, quod nusquam securus præsumit cuiquam securitatem promittere. Non tunc personis nostris, sed equitaturis timebamus & famulis: de quibus si aliquod damnum incurrissemus, non plus justitiæ per vos nos habituros credidissemus, quam de nostris aliis rebus habuimus. Mandastis, ut si in aliquo nobis defuistis, determinate vobis scriberemus, & supplere paratus eratis. In hoc prudenter estis locutus, si dicta factis non evacuatis. In quibus autem nobis defuistis, juxta rei veritatem melius determinare non possumus, quam si fateamur in omnibus, de quibus vos nunc usque rogavimus. Et idcirco vos tanquam promissionis & propositi, quod semel & iterum in capitulo nostro fecistis, oblitum miramur; & mirando dolemus. Hoc etiam tam subito a memoria vestra cecidisse non debuisset, cum quondam de Sigebranno apud Comitem clamorem facturus Vindocinum venissetis; quod Comitem & Comitissam contra nos pro vobis ad iram concitavimus, eorum inimicitias incurrere pro amore vestro minime recusantes. Tunc propter vos offendimus Comitissam, de qua, & propter quam nunc, sed immerito, distulistis nobis, & adhuc differtis justitiam. In libro Canonum [b] de Grato Episcopo mentionem factam audivimus; sed quis fuerit ipse, penitus ignoramus. Ingratus vero Episcopus quis sit, vel unde sit, quid valeat, qualiter vivat, ipso seipsum revelante, occultare non possumus. Si vos quoquo modo gravat quod diximus, non nobis, sed vobis imputetis; qui prius contra nos indisciplinata verba profudistis, non quidem æquitatis censura, sed amore mulieris. Domine Episcope, meminisse debuissetis, quoniam multum vos dileximus, multum vobis servivimus, multum in futuro servituri erimus. Bene, in quantum potuimus, vobis cantavimus, &, ut nobis saltaretis, expectabamus. Sed dum expectaremus, quatenus juxta cantilenam nostram saltum ipse daretis, amaritudines quasdam sub ironica locutione conscriptas, contra nos direxistis. Nunc vos ergo nos veraciter agnovimus pigrum; contra nos factis & dictis velocem & pronum. Unde fraternitate qua conjungimur vos rogamus, & rogando monemus, ut quod minus justitiæ & dilectionis nostro & vestro monasterio exhibuistis, sub celeritate emendare curetis. Non est nobis necessarium, nec vobis utile, propter injustam jam dictæ fœminæ causam, a caritate, qua vos pure semper dileximus, separari. De illa siquidem justitiam accipere in curia vestra parati fuimus, & sumus; & [c] apud Montem auream, vel [d] apud Carcerem, seu [e] apud Sesam ob hoc vobis obviam ibimus. Cenomannam vero ire nec possumus, nec volumus; quia vos gravare timemus: & olim nobis mandastis, ne ad vos cum turba famulorum veniremus. Sed, credite mihi non tam miram extitit, si ibi, ubi nemo tutus esse potest, quæsivimus conductum; quam mirandum foret, si tam longa terræ spatia transissemus sine consortio famulorum. Hilgoto & Valgrion, de quibus nobis scripsistis, justitiam exequi voluimus, & ab ipsis idem accipere desideramus. Valete. Joannem [f] cæmentarium monachum no-

[a] *Olricus de S. Karileffo*) Nunc nomen familiæ, alias Monasterii Anisolensis, ut in literis Theodorici Episcopi, *Ebrardus Abbas de S. Karilefo*: alias Castri. villa Cajani olim dicebatur in finibus Cenomannorum & Carnutum, ubi S. Carilefus ad Anisolam fluvium, Cœnobium Childeberto Rege condidit, & Monasterio, Castro, Castrique Dominis nomen reliquit. S. Calesium hodie vocitant.

[b] *De Grato Episcopo*) Mirum est ignorari potuisse a Goffrido, Gratum Episcopum fuisse Carthaginiensem: cum docere id potuerit non modo Carthaginiense Concilium primum cui præfuit, verum etiam Sardicense, cui subscripsit. sed nimirum in libro Canonum, ubi Grati Episcopi nomen præfixum viderat, civitatis nomen cui præerat non legebatur.

[c] *Apud Montem aureum*) Id oppidum infra Vindocinam situm est in altera Lidi ripa.

[d] *Apud Carcerem*) Infra Montem aureum in læva ejusdem fluvii ripa, non procul a castro Lidi & Turonum finibus, Carcer Cenomanicæ Diœcesis castellum non ignobile, quod a Fulcone vi. captum narrat Chronicum S. Albini anno M. IV. *Post non multos igitur dies*, inquit, *dum Fulco Comes quod volebat implere non posset, pacem cum filio suo Gaufrido Martello fecit, pariterque sequenti anno Castellum Carceris ceperunt, & Troncium magnum & nobilissimum Castellum concremaverunt.* Chartram hodie appellant, quod vernacula majorum lingua Carcerem sonat. Itaque ut Parisii S. Dionysii de Chartra ædem vocant, ubi carcer illi fuit: sic indigenæ Chartram, aut S. Vincentium de Chartra castellum id dicunt, quod Carcer est Goffrido

[e] *Apud Sesam*) Nomen hactenus retinet cum titulo Comitatus in Pago Cenomanico ad Sartam fluvium, qui & ipsam Cenomannorum principem urbem præterfluit.

[f] *Joannem Cæmentarium*) Epist. xxv.

stram, quem vobiscum habetis, propter iniquitatem suam n nobis excommunicatum indubitanter agnoscite.

EPISTOLA XVII.

Ildeberto bonæ vitæ Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii servus, salutem.

HAmelinum de Monte aureo[a] propter mala quæ nobis fecerat, a vobis[b] & a Legato Romanæ Ecclesiæ excommunicatum, nulla tamen nobis facta satisfactione absolutum audivimus, & scimus. Unde bonitati vestræ diligenter supplicamus, ut aut ea quæ nobis abstulit sub celeritate restituat, aut excommunicationi, quam evasisse illicite videtur, iterum subjaceat: ne quod in eum n vobis, & a Vicario sedis Apostolicæ actum dinoscitur, irritum fiat.

EPISTOLA XVIII.

Ildeberto vitæ laudabilis Episcopo, suo in Christo dilecto patri, Goffridus Vindocinensis monasterii servorum minimus, beate vivere semper, nec omni spiritui credere.

DIdicistis, sicut nobis mandastis, quod propterea clerici vestri H. prohibitam sibi communionem reddiderunt, quia fratres nostri justitiam de eo recipere noluerunt. Hoc fratres veridica voce se fecisse abnegant: & quod nec justitia, nec justitiæ faciendæ securitas eis oblata fuerit, affirmant. Et ideo salva vestra pace dicimus, quod gravat nos, vos talia didicisse: contristat nos, vos talia mandasse: conturbat nos funditus, vos in his clericis vestris credidisse, quæ & nobis nostra differendo auferunt, & canonicis regulis contraria prorsus existunt. Habetur enim, ut ipse melius nostis, [c] in decretis parrum sancitum, quatenus judices Ecclesiæ summopere caveant, ne absente eo, cujus causa ventilatur, sententiam proferant. Et sicut accusarum, eo absente, non statim sequitur pœna damnationis; ita excommunicarus vel interdictus[d] eo reclamante, qui ejus injuriam sustinuit, consequi non debet remedium absolutionis. Quæ cum ita sint, mirramur vehementer, qua ratione H. absolutus dicirur, contra quem injuriæ nostræ adhuc clamant, & adhuc queruntur. Nec illud minus est mirandum, si quis illum conatur absolvere, vel absolutum jam habet, quem Romana Ecclesia vinculo excommunicationis tenet ligatum. Nec sub nomine justitiæ, quam obtulisse fertur, absolvi jure debuerat, vel induciari. Nam qui semel ab Ecclesia jussu Episcopi ejicitur, non jam contentione, seu qualiber occasione reconciliari permittitur, sed satisfactione. Hoc in Toletano Concilio sic fuisse definitum, n vobis, ut credimus, non ignoratur. Hæc clericis dicta sufficiant, qui si bene Deum timuissent, ejus justitiam utroque pede claudicare minime fecissent. Vestræ autem religioni, optime Præsul, tota devotione supplicamus, ut querimoniæ nostræ finem imponatis, & justitiæ vitiatæ a clericis starum erigere diutius non differatis. Valete: & nobis servis vestris, ne sic omnia in diœcesi vestra perdamus periclitante justitia, pro Dei amore succurrite.

EPISTOLA XIX.

Domino suo & amico, Ildeberto venerabili Cenomannensium Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii servus, cum dilectione reverentiam.

VIræ venerabilis Præsul, cum Turonis vos & nos essemus, dixistis, quod de Comitissa Viodocinensi in uno de diebus Paschalis hebdomadæ nobis justitiam faceretis, ipsumque diem nobis ante significare promisistis. Et quia aut noluistis facere, aut fortassis oblivioni tradidistis; adhuc vestræ dilectioni supplicamus diu desideratam justitiam, & promissum justitiæ diem diligenter requirentes. Valete: & festinanter atque veraciter voluntatem vestram nobis rescribite.

EPISTOLA XX.

Ildeberto vitæ laudabilis Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii qualiscumque servus, salutem cum puræ dilectionis obsequio.

FOrmatæ & formosæ literæ prudentiæ vestræ ad nos usque venerunt; quæ & mentem nostram pro causa quam nostis non mediocriter perturbatam modulatione suæ cytharæ mitigaverunt, & quibus oculus noster penitus obtundebatur, manu suæ lenitatis lacrymas detersunt. Et quia nobis optime cantare nunc tandem incepistis, si perseveraveritis usque in finem negotii, nos non ingratos saltatores habebitis.

EPISTOLA XXI.

Ildeberto prudenti ac simplici Cenomannorum Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii servus, salutem cum puræ dilectionis obsequio.

COmitissa Vindocinensis, licet modo aliud dicar, [e] Ecclesiam Saviniacensem, & quidquid monasterio nostro abstulerat, nobis reddidit in præsentia Cardinalis. Quod humilitas nostra comprobare minime recusasset, si Romanæ Ecclesiæ testimonium non præcessisset: cujus testimonio aliquid addere temerarium est, & contradicere criminosum. Unde cavendum est vobis, venerande Præsul, ne fœmina decipiat vestram simplicitatem, & compellat vos

a *Hamelinum de Monte aureo*) Hic familiæ nomen, non patriæ, ut & lib. I. epist. XIX. Petrus de Monte aureo. de Hamelino iterum epist. sequenti.

b *Et a Legato*) Girardo Engolismensi.

c *In decretis patrum*) Infra epist. XXXIII. verba sunt Zephyrini Papæ ad Episcopos Galliæ, ut ei quidem tribuuntur .III. q. IX. *Caveant judices Ecclesiæ, ne absente eo, cujus causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit.*

d *Eo reclamante*) Hoc est, nisi adversæ parti satisfecerit. unde & lib. I. epist. XXX. pari expostulatione apud Radulfum Turonensem conquestus est, quod Harduinum de Malliaca absque præcedente satisfactione absolverit. Ivo epist. XXVIII. *quos sine satisfactione reconciliare non valeo, & excommunicatos in hostem mittere non debeo.*

e *Ecclesiam Saviniacensem*) Ecclesiam de Saviniaco dixit epist. XV. cujus Archipresbyter Petrus epist. XVI. & in scriniis S. Albini, Durandus item Presbyter de Saviniaco, Heliæ Cenomannorum Comitis, id est Goffridi nostri temporibus. Abest autem Saviniacus Pagi Vindocino, qua ad Cenomannos itur, leucas fere VII.

per inobedientiam recessisse, firmissime scitis, & nullatenus dubitatis. Eum tamen contra suæ professionis fidem, & nostram voluntatem diu retinuistis, & adhuc retinetis; illius, ut videtur, salutis contemptor, & vestræ oblitus promissionis. Promisistis enim, quando novissime nobiscum locutus fuistis, quod illum ad monasterium suum sub celeritate remitteretis. Et quia nec a vobis missus, nec a sua iniquitate permissus, nondum venire voluit; illum jam admonitum, iterum admonemus, & monendo rogamus, ut qui a nobis recessit inobedienter, ad nos usque ad proximam Dominicam veniat obediturus regulariter, & suscipiendus misericorditer. Quod si qualibet occasione distulerit, eum donec resipiscat, ita excommunicamus, ut nec communionem percipiat vivus, nec sepulturam defunctus. Vobis autem, carissimo domino nostro & amico, supplicando mandamus, ut quem vestræ petitioni ad tempus concessimus, caritatis gratia, eum nobis diutius non deneget vestra prudentia.

EPISTOLA XXVI.

Dilecto in Christo patri & domino Ildeberto Cenomannorum Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, veritatem diligere, & quidquid est veritati contrarium odio habere.

SAgitta, [a] quæ quasi a Turono contra nos missa est, ex qua pharetra processit, satis cognovimus. non enim versutias hominum ignoramus. Nulla siquidem ratione vel auctoritate vobis potuit prohiberi, ut bonum, quod gratia dilectionis pene centies promiseratis, nobis debuisset negari. Defuit plane auctoritas: sed si unquam affuit vobis, est immutata voluntas. Promissionem tamen vestram veritatis effectus commendare debuisset, non quælibet impedire dolositas. Illud etiam vestræ bonitati nec debemus, nec possumus occultare, quod excellentiæ pontificali minima videtur expedire; amicum scilicet incassum fatigare, & decipere credulum, qui se, suaque omnia commiserat fidei vestræ. Valete; & quod minus erga amicum, amicum dico non quemlibet, sed vobis in omnibus fidum, & contra illum amplius sinistro consilio fecistis, sicut vitare debuissetis, ita studeatis corrigere.

EPISTOLA XXVII.

Ildeberto Cenomannorum Episcopo honorabilis vitæ viro, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, ubi non est timor, non timere, nec qualibet suasione minus Deo quam hominibus obedire.

LIteras, quas [b] Clerici Turonenses vobis miserunt, nobis misistis, in quibus altitudinem ordinis vestri subjectionis vinculis alligantes, mandaverunt, ne in castro Carceris apud [c] Ecclesiam S. Nicolai cœmeterium faceretis. Hoc totum ad depressionem vestræ dignitatis, & ad injuriam Cenomannensis Ecclesiæ dinoscitur præsumptum: quia Episcopum in aliquo subjectum Clericis nulla patitur regula scripturarum. Quo igitur adipe iniquitatis præsumpserunt Episcopum sibi inordinate subjicere, quem in nullo, [d] etiam si aliter egisset, redarguere debuissent, nisi dissentiret a Catholica fide. [e] Archiepiscopus eorum magister si adesset, nulla divina lege, quod a vobis juste fieri precabamur, potuisset prohibere: quod si præsumpsisset, vestrum non esset ei super hoc obedire. Prælato quidem obediendum est: non tamen in omnibus, quæ ipse suggerit: sed in his tantum, quæ Deus præcipit. Nam si quid contra constitutionem Dei, vel Patrum, prælati præcipiunt, statim auctoritatem præcipiendi amittunt: & in illa re nullatenus est eis obediendum: exemplo videlicet Apostolorum. Ipsi certe a bono magistro formam acceperunt obedientiæ: in qua eis de Scribis & Pharisæis dictum est: *Quæcumque dixerint vobis, servate & facite.* Sed cum illis præcipientibus, ne in nomine Jesu loquerentur, postea audierunt; quod sibi sub nomine obedientiæ fallaciter imperatum fuerat, sapienter vitaverunt dicentes: *Oportet obedire Deo magis, quam hominibus.* Hanc lineam obedientiæ si tenere vobis placuisset, [f] promissionem utique vestram veritatis dedicasset effectus: & quid contra vos Archiepiscopus propter hoc rationabiliter diceret, non haberet. Si vero contra doctrinam Apostolorum, quibus ipse non est melior, ira, vel odio, seu qualibet mentis tempestate simplicitatem vestram inquietare voluisset; Evangelicæ auctoritatis testimonia vobis essent in adjutorium, & contra illum jacularentur ad sempiternum ejus opprobrium. [g] Literæ, quas vobis ante istas misimus, mansuetudinem vestram aliquantulum turbaverant,

---

a *Sagitta quæ quasi a Turono*) Literæ Clericorum Turonensium ad Ildebertum, de quibus epist. seq.

b *Clerici Turonenses*) Metropolitanæ Ecclesiæ S. Gatiani.

c *Ecclesiam S. Nicolai*) In privilegiis Innocentii III. & Joann. Castri carceris Ecclesiæ tres numerantur, quas Goffridi de Meduana illustris viri consensu Cœnobio Vindocinensi concessisse dicitur Ildebertus. Easdem recenset Guido Episcopus Ildeberti successor in literis quibus Fromundo Abbati Ecclesias omnes confirmat, quas in Episcopatu Cenomannico possidebat. *Ecclesia*, inquit, *de Carcere, Capella scilicet S. Mariæ, Capella S. Vincentii, & Capella S. Nicolai sub perpetuo anathemate prohibentes, ut infra Banlengam ejusdem Castri Ecclesia vel Capella construatur sine licentia Vindocinensis Capituli.*

d *Etiamsi aliter egisset*) Aliter agere trita Gofrido significatione est male & perverse agere, turpiter & indecore. Sic enim usurpavit lib. I. epist. VII. lib. II. epist. VII. & VIII. & hoc libro XLI. *rogamus ut quod aliter actum est corrigatis*, lib. IV. epist. XIX. Item XLII. *aliquid aliter agere esse humanæ perfectionis: & quod aliter actum est nolle corrigere diabolicæ præsumptionis*: & lib. V. epist. XXII. Legerat nimirum in S. Benedicti regula cap. IV. *Præceptis Abbatis in omnibus obedire, etiamsi ipse aliter quod absit agat.* quæ eadem verba, sed de Episcopis scripta, leguntur in epist. I. Clementis ad Jacobum, Rufino interprete.

e *Archiepiscopus*) Radulfus ad quem lib. I. epist. XXX.

f *Promissionem dedicasset effectus*) Epist. præcedente, *promissionem tamen vestram veritatis effectus commendare debuisset*, id est probare. Tunc enim approbantur promissa, cum præstantur. Sæpe ludit in hoc verbo Tertullianus. De Monogamia: *At ubi primum scelus homicidium in fratricidio dedicatum est.* de pœnitentia: *Jam inde in semetipso pœnitentiam dedicavit.* Et in Apologetico Neronem damnationis nostræ dedicatorem vocat, hoc est primum auctorem persecutionis. Dedicare in his locis Tertulliani est auspicari, rem novam exhibere. At Goffrido exequi & perficere. quia nimirum & nova dedicantur, & dedicari nisi perfecta non solent.

g *Literæ quas vobis*) Epist. XXVI.

A ficut audivimus: unde eas misisse nos pœnitet, fatemurque erraffe. fed nimio labore fatigati & immoderata fpiritus agitati procella, contra tot reluctantium fluctuum impetus navem noftræ rationis gubernare nequivimus. Valete, & bonum quod inordinato timore dimififtis, caritate, quæ foras mittit timorem, perficite.

EPISTOLA XXVIII.

Cariffimo damiaa fuo & praecordiali amico, Ildeberto vitæ laudabilis Epifcopo, Fr. Goffridus Vindocinenfis monafterii humilis fervus, dilectionem, & totius dilectioais fervitutem.

B NOftis, dilectiffime Pater, quod monafterium noftrum patrimonium B Petri fit, & ejus alodium: & res ad ipfum pertinentes, ubicumque fint, fub fanctæ Romanæ Ecclefiæ pofitæ fint defenfione. Unde benignæ paternitati veftræ humiliter fupplicamus quatenus & pro B. Petri dilectione, & pro noftra humilitate de
a [a] Petro de Caortiis, & de Caftello in quo habitat, nobis juftitiam faciatis: qui quendam monachum noftrum de equo fuo proftravit turpiter, & ei unum fervum noftrum & duos afinos injufte abftulit, & adhuc eos detinet violenter. Valete.

C EPISTOLA XXIX.

Domno Ildeberto honorabilis vitæ pontifici, cariffimo domno & patri, Fr. Goffridus Vindocinenfis monafterii humilis fervus, quidquid poteft mandari, & haberi falubrius.

NOverit, optime Pater, veftra dilectio, Joannem cæmentarium monachum noftrum, qui noftra licentia ufque hodie vobifcum manfit, a nobis multotiens effe vocatum, ut ad nos veniret, & fe quidem multotiens promifit venturum, nec venit; timens fortaffis ne rediret.
D Nunc autem a veftra difcretione noftra humilitas eum repofcit, quem pro veftra neceffitate vobis ad horam noftra caritas commendavit. Quod fi ufque ad quintam feriam, nifi gravi corporis infirmitate detentus, ad nos non venerit, indubitanter agnofcat, quia in eum faciemus, quod in illum fieri debet, qui & proprii loci deferuit obedientiam, & fuæ profeffionis fidem irritam fecit.

EPISTOLA XXX.

E *Omnibus Epifcopis, Abbatibus & univerfis fanctæ Ecclefiæ filiis, præcipue tamen Domno Ildeberto difcreto, & venerabili Cenomanenfi Epifcopo, Frat. Goffridus Vindocinenfis monafterii humilis fervus, diligere quod Deus diligit, & odio habere quod odit.*

b [b] JOannem cæmentarium monachum quidem, fed non habentem caritatis cæmentum,

A quoniam proprii loci deferuit obedientiam, & fuæ profeffionis fidem irritam fecit; & multotiens admonitus & longo tempore expectamus, quod deliquerat emendare neglexit, & negligit; a nobis noveritis excommunicatum, & a corpore fanctæ Ecclefiæ feparatum, in quantum regula fanctæ docet & præcipit. Unde omnes Chriftianos in Chriftum credentes, qui neminem extra Catholicæ & Apoftolicæ Ecclefiæ unitatem novit, humiliter rogamus & obteftamur, ut ab hujus excommunicati confortio fe abftineant, ne ejus quod abfit, fœda & nimium fordida participatione maculentur, & pereant.
B Memorato autem honorabili viro Cenomanenfi Epifcopo diligenter fupplicamus, ut non folum a communione nequam illius, quem ei pro Ecclefiæ fuæ neceffitate ad horam commendavimus, fe abftineat; fed, quod jam fe facturum promifit, nobis reddere ftudeat commendatum.

EPISTOLA XXXI.

Ranulfo [c] beatæ vitæ Epifcopo, Goffridus Vindocinenfis monafterii humilis fervus, & fratres fibi commiffi, cum dilectione reverentiam. c

C SAtis notum vobis effe fcimus, quod confilio veftro & admonitione, [d] cum Eblone & ejus uxore pacem fecerimus. d Hoc etiam qualiter factum fuerit, vos minime latere cognofcimus: quem nimirum hujus facti mediatorem pariter & laudatorem habuimus, & per cujus manum hoc ipfum fieri & firmari decrevimus. Hac conditione fcilicet, & intentione, ut fi quis in pofterum quod in veftri præfentia factum fuerat violare præfumeret, veftra auctoritate a fancta Ecclefia alienus, donec refipifceret, haberetur: quod totum Ecclefiaftica cenfura continere videtur. In facris enim Canonibus reperitur, ut qui rem quamlibet in præfentia Epifcopi fui jufte difpofitam quaffare tentaverit; femel, fe-
D cundove commonitus, fi emendare contempferit, ab ipfo Epifcopo excommunicetur, cujus præfentiam irritam facere præfumpferit. Hinc itaque facile advertere poteftis, quid contra Juetam & Ifembertum, & homines eorum agere debeatis, Eblo quidem, & nunc dicta ejus uxor Jueta nobis per fidem promiferunt, & vobis & nobis obfides fuper hoc tradiderunt, quod Ifembertus eorum filius, qui aberat, concederet pacem, quam ipfi in manu veftra firmaverunt. Quod quia facere diftulit, & adhuc differt; ei, & ejus matri, quod dignum & juftum fuit, divinum officium abftuliftis: & literis veftris nobis poftea mandaftis, ut de ju-
E ftitia, quam inceperatis, nihil penitus dubitaremus: quod ad laudem veftræ dignitatis in multis locis jam prædicaveramus. Sed quia nunc vos Juetam abfolviffe, in qua mali fumma tota confiftit, fama referente finiftra audivimus; fi ita eft, non mediocriter admirari & poffumus & debemus: quippe cum de veftra conftantia,

---

a *Petro de Caortiis*) Lib. v. epift. xii. Hugo Caorcinus.

b *Joannem Cæmentarium Monachum quidem*) Fugitivus hic Monachus a Goffrido fæpe fruftra revocatus, ob artis fuæ utilitatem ab Ildeberto retinebatur, ut queftus eft lib. 1. epift. xvi. ad Pafchalem. Verifimile eft poft excommunicationem redditum Monafterio fuiffe, & deprecatoria quapiam epift. commendatum qualis eft xxiii. inter epiftulas Ildeberti quam libenter huc transferrem, nifi Monachi nomen, pro quo intercedit, aliud fuiffe primi apicis nota indicaret.

c *Ranulfo Epifcopo*) Sanctonenfi, Bofonis fucceffori. Hujus aufpicia Epifcopatus in vetere Chronico Vineti conjiciuntur in annum M. XXCIII. Synodo Arvernicæ interfuit, ut teftantur literæ Urbani & Pafchalis, quas produximus ad lib. II. epift. xxviii. & xii. hujus. fequenti anno Urbanum Santonos venientem excepit Idibus Aprilis.

d *Cum Eblone*) Lib. 1. epift. 1.

& juſtitiæ ioregritate amplius dubitare potuerit nullus. Valete; & quod in cauſa noſtra minus juſtitiæ peregiſtis, ſupplere rogamus vos non differatis. Non enim ingratis amicis adjutorium veſtrum, Deo ſuffragante, præbebitis.

EPISTOLA XXXII.

Ranulfo honorandæ vitæ Epiſcopo cariſſimo domino ſuo & præcordiali amico, Goffridus Vindocinenſis monaſterii ſervus, ſalutem & reverentiam.

ILlud quod quaſi pro concordia Goffridus [a] Tauniacenſis ſe nobis obtuliſſe aſſerit, nunquam mihi placuit, nec placet, nec in æternum placebit. Ceterum quod conſilio veſtro ſe ſatisfacturum nobis promittit, ſatis laudamus, ſed verendum vobis eſt, ne ſub hac humilitatis ſpecie ſimplicitatem veſtram decipiat: quod & nos non mediocriter formidamus. Rogamus igitur ſanctitatem veſtram, & rogando monemus, ne a vobis inducias habeat, niſi prius vos bene ſecurum fecerit, quod ſecundum domini Papæ decretum nobis ſatisfaciendo obediat.

EPISTOLA XXXIII.

Ranulfo venerabili Epiſcopo, Goffridus B. Petri alodiarius, prudenter & ſimpliciter in omnibus agere.

LIteras a vobis directas ſuſcepimus, quas veſtras eſſe minime credidiſſemus, niſi eas ſigillo veſtro ſigillatas vidiſſemus. Ibi quidem continetur, vos de rebus monaſterii noſtri, alodii videlicet B. Petri, diffinire cœpiſſe, & quibuſdam Inſperatis adverſariis noſtris, nobis abſentibus, immo neſcientibus, diffinitionis diem dediſſe. Quod, ſalva pace veſtra, dicimus nec juſtum fuiſſe, nec canonicum. In decretis utique Romanorum pontificum præcipitur, ne judices Eccleſiæ ſententiam proferant [b] abſente eo, cujus cauſa ventilatur. Quod ſi objicitis, quia per fratres noſtros qui aderant nos monuiſtis: ad hæc, optime Præſul, non magis humiliter quam veraciter reſpondemus: quoniam nec veſtrum erat, ſic nos per eos monere; nec eorum, quod ſapienter vitaverunt, hanc veſtram monitionem ſuſcipere. [c] Monitio namque hujuſmodi, quod vos ignorare non credimus, non per eos qui impetuntur, ſed per eos qui impetunt, ſive per alios judicis legatos debet fieri. Impetiti autem ſi legationem contra ſe ſuſciperent, quaſi cultrum, quo jugularentur, ſecum portarent. Si quis aliter ſentire voluerit, Eccleſiaſtica ſibi deerit auctoritas, & erit pro ratione voluntas. De vobis, cariſſime Pater, vehementer miramur, qui privilegia Romanæ Eccleſiæ, quæ habemus, & vidiſtis ſæpe & legiſtis: & hæc omnia, pro quibus adverſarii noſtri contra nos clamant, nodo Apoſtolicæ virtutis monaſterio noſtro indiſſolubiliter eſſe firmata, legendo inveniſtis. In quibus etiam ſcriptum ſcitis, ſi oblivioni non tradidiſtis, quia quidquid de rebus monaſterii noſtri ſine judicio & voluntate Romani pontificis definitum, [d] vel diſtractum fuerit, irritum manebit & vacuum, & qui deffinire tentaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate privabitur, ſpe recuperationis ſublata. Nos tamen, quia veſtri debitores caritate ſumus, reverendo conſpectui veſtro tempore competenti diligenter præſentabimur: ibi de prædictis adverſariis juſtitiam accepturi, & executuri quantum debebimus. Tempus vero & diem per fratres, qui ad feſtum ſanctæ Trinitatis venerint, accepto cum eis conſilio, vobis mandabimus. Quod ſi hæc diſplicent, quæ minime diſplicere debent, domini Papæ audientiam appellamus: cujus gratia & auctoritate firmiter ſtantes, neminem timemus, quem non diligimus. Valete in Domino, Pater ſancte.

EPISTOLA XXXIV.

Ranulfo Santonenſium venerabili Epiſcopo, domino ſuo & præcordiali amico, Goffridus B. Petri alodiarius, æquitatem diligere, & odio habere iniquitatem.

TEminum quem mandaſtis gratanter ſuſcepimus: ſi tamen interim ex integro, ſicut jus Eccleſiaſticum exigit, inveſtiti fuerimus. In decretis enim Romanorum Pontificum legimus, quod [e] nemo ad comprovincialem, ſive ad generalem Synodum vocari debet, vel in aliquo judicari exſpoliatus. Et ſi contra hæc, vobis conſentiente, nos deinveſtire & exſpoliare quiſquam tentaverit, adverſus conſentientem pariter & tentatoris præſumptionem, domini Papæ audientiam appellamus, cujus ſpeciales filii ſumus. Valete: & ne talia fieri permittatis, pro quibus intolerabilis labor vobis naſcatur, quod non optamus, optime Præſul, providere debetis.

EPISTOLA XXXV.

Ranulfo honeſtæ vitæ Epiſcopo, Goffridus ejus præcordialis amicus, conſtanter in omnibus operari.

JUdicium, quod vos & nos vobiſcum fecimus, animos æmulorum noſtrorum vehementer commovit. adeo, ut mihi relatum eſt, quod ad eum, qui ſiniſtra ſemper graditur via, vox eorum rauca pervenerit. Quorum latrantia ora veritate ſanctorum Canonum & poteſtis Dei gratia, & debetis obſtruere, & in rebelles illos cenſuram Eccleſiaſticæ diſciplinæ totis viribus exercere: ut vel ſic cognoſcant quam grave ſit Epiſcopo ſuo juſte judicanti non obedire. Auctoritate namque [f] Toletani Concilii illorum importuna lingua refrænatur, cum dicitur: *Quia clericum*

---

a *Goffridus Tauniacenſis*) Tauniacus duplex in Santonis prælabentium fluviorum nominibus diſtinguuntur, nam altera Carantoni dicitur, altera Vultonnæ.

b *Abſente eo*) Supra epiſt. XVIII.

c *Monitio namque*) Judicii vocatio. lib. II. epiſt. XXIX.

d *Definitum vel diſtractum*) Privilegium Gregorii VII. *Si quis vero contra illum B. Petri locum pro aliquibus rebus cauſari voluerit, non ei Abbas vel fratres reſpondeant, anteqnam Romanum Pontificem conſulant, quia quidquid ſine noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum judicio definitum ſive diſtractum fuerit, irritum erit.* Item Urbani II. M. XCIIX.

e *Nemo ad Synodum*) Euſebius Papa in epiſtola ad Alexandrinos & Ægyptios de Epiſcopis exſpoliatis. *Quos ſpoliatis, inquit, nec ad Synodum Comprovincialem, nec ad generalem poſſe vocari, nec in aliquo judicari, antequam cuncta, quæ eis ſublata ſunt, legibus poteſtati eorum redintegrentur.* lib. II. epiſt. XXIX. lib. IV. epiſt. XII.

f *Toletani Concilii*) IV. Can. XLVIII.

sive monachum aut paterna devotio, aut spontanea professio facit. Quicquid horum faerit, alligatam tenebit. Michaelem vero, non dico obedientem Archangelum; sed illum inobedieotem clericam, [a] Antiochenum his verbis damnat Concilium. *Si quislibet de Clero Episcopum proprium cantempserit, vel ei obedire noluerit, hic omnino damnetur, nec ultra remedium consequatur. Quod si Ecclesiam conturbare, vel sollicitare nititur, per potestates exteras ut seditiosus opprimatur*. Iteram [b] contra Archiepiscopum, qui in parœcia vestra, vobis inconsulto, multa jam egit, & adbuc egere conatur, ex pharetra [c] Julii Papæ sagitta dirigitur hoc modo: *Si quis Metropolitanus Episcapus, nisi quod ad suam solummoda propriam pertinet paræciam, sine consilia & voluntate omnium comprovincialium Episcoporum, aliquid agere in provincia tentaverit, gradus sui periculo subjacebit: & quad egerit, irritum habeatur & vacuum*.

Epistola XXXVI.

Ranulfo Santonensi Episcopo, & Petro Archidiacono, dominis suis carissimis & præcordialibus amicis, Goffridus Abbas, licet indignus, salutem & dilectionem.

QUod [d] Abbas sancti Joannis cum sociis suis Abbatibus testificatur, [e] placitum videlicet, quod in præsentia vestra facturi eramas, mea concessione ac consilio, donec Hispania rediret, fuisse dilatum; scitote penitus a veritate esse alienum. Cæterum qaod vestro judicio se oobis facturum justitiam pollicetur, amicus vester qualiscumque toto corde amplectitur, si ejus promissio actione firmetur. Ad vos tamen, sicut mandastis, ad præsens venire non potero, multo renam dolore detentus, & inevitabili monasterii oostri oecessitate occupatus. Sed cum corporis infirmitas, & monasterii nostri oecessitas, Deo donante transierit; benigno conspectui vestro servas vestræ sanctitatis præsentabitur, de prædicto Abbate tempore competeoti justitiam accepturus, & quantum debebit, diligenter execaturus. Si hæc refutatis, quæ canonice minime refutare potestis, appello Romam; cujus fultus auctoritate, nullius formido injuriam.

Epistola XXXVII.

Ranulfo Santonensi Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii servus, non omni vento agitari.

FAma referente sinistra, ad nos usqaa pervenit, quod [f] de insula Flaici, de qua olim oos absentes & Romanam audientiam appellaotes exiovestistis; & postea vestro & clericorum vestrorum judicio revestistis; nunc iterum oos deinvestitos habetis. Si verum est, vehementer miramur, unde tantam potastatem accepistis, quod res Ecclesiæ Romanæ deputatas, de qaibus oallus pontificum, nisi anathemate suscepto, quicquam subtrahere vel diffinire conceditur; ita leviter oobis auferre, & quibus volueritis, cooferre possitis. Altitudinem itaque vestram monendo rogamas, & rogando mooemas, ut juxta præceptum Cardinalis; oos adhuc amicos vestros investiatis: alioquin contra vos, sicut cootra persecutorem nostrum, & privilegioram Romaoorum violatorem proclamabimus: illud etiam, quod in [g] Haimerico de Rancone a vobis actum est, non taceutes. Haimericus siquidem propter malta mala, quæ oobis fecerat, a domioo Papa & a vobis fuerat excommuoicatus, & in ipsa excommunicatione justo Dei judicio peremptus est; & ideo merito extitit a cœmeterio alienus. Postea vero precibus uxoris illias, & pretio, ut quidam dicunt, corruptus, excommunicato, excommuoicatam illum sioe satisfactiooe absolveodo, communicastis: & præseotibus fratribus nostris, per qaos injuriæ nostræ in auribus vestris resonabant, quæ adhuc resonare non cessant, corpus ejus sepulturæ ipsemet tradidistis. [h] Auctoritate tamen saoctorum Caoonum firmiter tenemus, & nullateous dubitamus, qaia quibus vivis non communicamus, nec mortuis communicare

---

a *Antiochenum*) Canone v. *Si quis Presbyter, aut Diaconus, Episcopum proprium contemnens se ab Ecclesia sequestravit, & seorsum colligens, altare constituit, & commoneati Episcopo non acquieverit, nec consentire vel obedire voluerit, semel & iterum convocanti; hic damnetur omnino, nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si Ecclesiam conturbare & sollicitare persistat, tanquam seditiosus, per potestates exteras opprimatur*. Hic integer est Canon adversus Presbyteros ac Diaconos, qui ab Episcopis suis secessionem faciunt, & altaria sibi seorsum erigunt. Goffridus, aut si quis ante illum, ita contraxit, ut Clericos omnes, qui Episcopis suis quaqua in re non obediunt, constringere videatur.

b *Contra Archiepiscopum*) Burdigalensem Aquitaniæ aı. Metropolitanum. Is erat hoc tempore, ut opinor, Arnaldus Amati successor.

c *Julii Papæ*) Epist. ı. ad Orientales pro Athanasio c. xxııı.

d *Abbas S. Joannis*) Qui Angeriacensis lib. ıv. epist. ııı. Abbas de S. Josune lib. v. epist. xıx. quæ ad hoc pertinet argumentum.

e *Placitum*) Lib. ııı. Capitul. xxcııı. *Unusquisque Comitum placitum suum habeat, & justitias faciat*. Placitum dicebant judicium, aut conventum judicii causa. unde & placitare lib. ıı epist. xxıv. Nec judicii modo; sed cujuslibet negotii causa conventus agerent: & conventiones ipsas, transactionesque rerum quarum causa convenerant, placita vocabant: ut placitum Ticinense Caroli Calvi anno dccclxxvıı. Principum, apud Ivonem epist. xxvııı. Flodoardus in Chronico anno dccclııı. *Placitum concordiæ ac pacis Rex & Hugo mediante Quadragesima inivere Suessonis*. Placitum venditionis, Capitul. lib. ııı. lxxv. Concilium Triburiense, cap. ıx. *Cum Episcopus Episcopatum circumeundo placitum canonice decreverit, populumque illo invitaverit: & Comes eadem die placitum cum populo suum condixerit, & per bannum illuc venire præceperit: placitum Comitis omnes postponant, & Comes ipse, idemque populus post Episcopum festine pergant: scientes se non illic seditiosa contentione decertare; sed pro fide Catholica invigilare; non cumulum pecuniarum, sed lucrum congregare animarum*.

f *De insula Flaici*) Insula est non maris aut fluminis, sed mediis olim ex paludibus eruta, qui nunc etiam ejus situs cernitur non procul Surgeriis, quarum Ecclesiæ membrum est. In privilegio Urbani II. Romæ anno M. XCVIII. *Ecclesia B. Mariæ de Surgeriis cum insula Flaici, quam a se prorsus erutam Hugo miles per manum Ranulfi Sanctonensis Episcopi Vindocinensi Cœnobio dereliquit*.

g *Haimerico de Rancone*) Clara superioribus sæculis familia, ex qua huic cognominis alter Haimericus de Rancone fundationis Vindocinensis Cœnobii literis inter proceres subscripsit anno M. XL. Item Gauffridus de Rancone Pictavensi regioni a Ludovico VII. Rege, Aquitaniæ Duce præpositus: cujus extant ad Sugerium Abbatem literæ inter epistolas Sugerii. Haimerici præterea Ranconensis his omnibus antiquioris, cruentique ejus interitus meminit vetus Chronicum Ademari Engolismensis. *Haimericus*, inquit, *Princeps Ranconensis contra Guillelmum Engolisma Comitem insurgens a Goffrido Comitis filio ferro confossus occiditur*.

h *Auctoritate Canonum*) Leo Rustico Narbonensi. *Nos autem quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus*. Innocentius III. Archiepiscopo Nidrosiensi cap. xıı. de sepulturis. *Sacris est Canonibus institutum, ut quibus non communicavimus vivis, non com-*

debemus : & qui aliter fecerit, si laicus est, debet & ipse excommunicari ; si clericus, cujuscumque dignitatis vel ordinis sit, debet penitus degradari. Valete, & quæ dicta sunt sapientes advertite.

EPISTOLA XXXVIII.

Carissimo domino & præcordiali amico [a] *Petro honorabili Santonensium Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, orationum instantiam cum puræ dilectionis affectu.*

ABsentes quidem corpore, sed præsentes mentis devotione, venerabilis Pater, pro beneficiis, quæ nobis sæpius exhibetis, vobis gratias reddimus : cujus caritatis ignem tanto erga nos ardentiorem esse cognovimus, quanto contra eos qui de nobis quæruntur, vester constantior existit animus. Et quamvis dignas meritis vestris grates non valeamus rependere : adhuc tamen de vestra bonitate non mediocriter præsumentes, humiliter rogamus, ut quæ in Episcopatu vestro contra nos injuste fiunt, non sit vobis tædiosum corrigere. [b] Guillelmus Oleronis præpositus, & quidam alter Astho nomine, sed nequam, crudeliter novas quasdam, & prædecessorum nostrorum temporibus penitus insitatas exactiones terris nostris violenter impresserunt, quas vobis melius dicent fratres nostri, qui eorum angarias portaverunt. Nos autem, ista licet vera sint, idcirco non loquimur ; quia excusabilius est etiam vera quædam reticere, quam qualibet suggestione lineam veritatis excedere. Vitæ laudabilis Præsul, malorum semina nulla occasione dissimuletis : sed mox ut oriri cœperint, radicitus amputetis. Arbusta etenim, si statim ut plantata sunt concutiantur, radicari non possunt : si vero diutius tolerantur, altius radicem figunt : & quæ prius poterant quasi sola manu & absque difficultate avelli ; nunquam sine securi, & vix cum securi, valent deinceps exstirpari. Ex hac igitur similitudine facile advertitur, quod si in primo impetu inimicis sanctæ Ecclesiæ minime resistitur, eorum crescit iniquitas, & resistendi facultas minuitur. Valeat dominus noster Episcopus, de cujus constantia & justitiæ integritate omnino confidimus.

EPISTOLA XXXIX.

Carissimo domino & præcordialissimo amico Petro honorabilis vitæ Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, salutem a Deo, & a se puræ dilectionis obsequium.

AUdivimus, dilectissime Pater, [c] Rainaldum Chesnellum clericum vestrum cum domno Guillelmo monacho nostro [d] duellum cepisse : nullam tamen ex sua parte, vel ex parte monachi testem habuisse. Quod quia sæculi leges nulla ratione fieri permittunt, & sacri Canones omnino, ne fiat, interdicunt, humiliter rogamus, ut quod in Episcopatu vestro ab Ecclesiasticis viris contra Ecclesiasticas regulas præsumptum dinoscitur, vestra auctoritate irritum fiat, & corrigatur : ne forte perversa consuetudine prævaleat hominum iniquitas canonicæ æquitati : & sic, quod absit, subdatur veritas falsitati. Si vero Rainaldus vester claves sanctæ Ecclesiæ agitare, & Romanorum decreta pontifi-

municemus defunctis : & ut careant Ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab Ecclesiastica unitate præcisi, nec in articulo mortis Ecclesiæ reconciliati fuerint. Potest tamen in excommunicatione mortuis absolutio impertiri, & post absolutionem sepultura. C. *A nobis, de sentent. excommunicationis.*

a *Petro Santonensium Episcopo*) Ranulfi successori.

b *Guillelmus Oleronis præpositus*) Hujus atque Haimerici fratris iterum fit mentio lib. v. epist. xxi. Olero, sive, ut loquitur Sidonius, Olario insula est Oceani Santonici. de qua dictum etiam lib. 1. epist. xxv. Uliarius Plinio.

c *Rainaldum Chesnellum*) Rainaldum Chesnelli dixit lib. 1. epist xxi.

d *Duellum cepisse*) Monomachiam, singulare certamen quo ambiguas disceptationes dirimebant, quæ ordinario judicio terminari non poterant. In diplomate Stephani Regis Anglorum ad Hugonem Archiepiscopum Rotomag. *De his qui treviam Dei infringunt, & in trevia Dei homines occidunt similiter statui, quemadmodum Henricus avunculus meus teneri mandavit. Videlicet si occisorem aliquis in trevia Dei duello probare voluerit, duellum illud in curia erit.* & post alia. *Si vero defuerit, qui occisorem in trevia Dei duello probare voluerit, tunc ille occisor per ministros Ecclesiæ vocatus, aperta lege judicii, aut aqua vel igni se purgabit.* Aquæ nimirum calidæ aut frigidæ, vel ferri igniti judicio. Nam hæc alia erant genera vulgaris purgationis. Qui ritus e prisco Francorum, Germanicarumque gentium more in Ecclesiam olim receptus, reclamantibus, licet Ecclesiæ rectoribus, sic invaluit, ut multorum sæculorum contentione impetrari vix potuerit, ut abrogaretur. Sed ut de duello seorsim dicamus, fiebat hæc pugna scuto & fuste. lib. iv. Capitul. xxiii. *qui cum scutis & fustibus in campo decertent.* Et xxix. *liceat ei contra unum ex ipsis cum scuto & fuste in campo contendere.* At quamquam his armis dimicabant, via tamen sine sanguine, interdum etiam non sine cæde pugnabatur. Vel hanc igitur ob causam Ecclesiasticis præcipue vetita erat monomachia quod multis etiam locis docet. Ivo, ut epist. ccxlvii. Propterea in diplomate Stephani Regis duellum in curia Regis indicitur : in Ecclesiastico foro aquæ vel ignis purgatio. quia Ecclesiasticis non solum ipsis duello contendere non licebat, sed nec alios committere. Sæpius tamen ab illis temporum vitio utramque in partem peccatum est. quod subjecta etiam duo exempla testantur. quæ quoniam veterum duellorum morem illustrant : & memorabilium præterea rerum notitiam continent, non indigna visa sunt quæ in lucem proferantur. Alterum e Tabulario sancti Albini Andegavensis specimen exhibet duelli oblati & accepti, sed non peracti, in controversia Theoderici Abbatis cum Vicecomite Toarcensi, in hæc verba.

Haimerici Vicecomitis Toarci cum Theodorico S. Albini Abbate controversia.

Notum fiat omnibus Christianis præsentibus & futuris, quod Vicecomes Toarcensium Haimericus nomine exigebat officialium suorum persuasione ab Abbate S. Albini Theoderico nomine, qui noviter onus susceperat Abbatis, consuetudinem quandam inauditam, & omni religioni contrariam : videlicet pro Abbatis mutatione & relevatione Abbatis, equum unum centum solidorum, aut solidos centum. Dicebat enim, sicut illis fuerat suggestum a talium aucupibus lucrorum, quod quicumque noviter crearetur Abbas in Monasterio S. Albini, prædictum pro sua ordinatione præjudicium solveret Vicecomiti. Quod cum prædicto de parte Vicecomitis nunciatum fuisset Abbati, providens & sibi & successoribus suis nocituram, si redderetur, hanc consuetudinem negavit solvere quod intelligebat exigi perverse. Unde factum est ut ob hanc causam peteret Toarcium, Vicecomitem adiret, paratus aut calidi ferri judicio secundum legem monachorum per suum hominem probare, aut scuto & baculo juxta legem sæcularium defendere, nunquam in Abbatiam S. Albini fuisse istam, & injuste exigi consuetudinem. utrum fieret horum, Vicecomitis est judicio relictum. Cumque ille duellum potius elegisset, obtulit Abbas hominem S. Albini, qui & sacramentum faceret, & sacramento fidem bracolo daret. Interea Vicecomitis optimates quam immaniter hæc consuetudo omni Christianitatis professioni, & præcipue monastico ordini posset officere, perpendentes, simulque Vicecomiti, quod contra Deum & Sanctos ejus & animam faceret ; protestantes, injustum proclamabant esse pro tam iniqua bellum fieri consuetudine. Ipse quoque Vicecomes, ut homo prudens & nobilis, & bene morigeratus, licet juvenis sentiens in periculum animæ suæ pugnam istam, uter pugnantium

dilectissimos dominos & amicos suppliciter rogamus, ne a vobis, de quibus semper speravimus bona, quælibet mala sentiamos: quia vestra gravamina, quooiam amici nostri præcordiales estis patienter portare non possumus. Si dicitis, quod ille oblationem confessionis habere debet, cui pœnitens confitetur: simili modo dicere poeestis, ut oblationem altaris habeat, a quo Missa cantatur: & oblationem mortui, a quo mortuus sepelitur: & sic minister noster totom accipiat, ut nihil oblarionum in Ecclesiis, quibus die ac nocte servimua, nobis relioquae. Pro reverentia vestræ religionis hoc injustum non dicimos, sed justum esse penitus ignoramus. Nam lex Moysi non præcepit; prophetæ non prædixerunt; sanctum Evangelium inde siluit; auctores Caoonum aut noluerunt dicere, aut oblivioni tradiderunt. Valete.

EPISTOLA XLI.

[a] *P. honorabili Episcopo, frater Goffridus Abbas Vindocinensis, alodiarius Apostolicæ sedis & servus, non facere aliis quod non vult fieri sibi.*

DOmini Papæ Calixti accepistis decretum, in quo vobis & quibusdam Episcopis aliis fuerat præceptom, ut rerum Vindocinensi monasterii, sicut earum quæ Apostolicæ sedis sunt propriæ, defeosores essetis & adjutores. Et alii quidem omoes non verbo nec lingua tantum, sed opere & veritate, domini Papæ servaverunt mandatum. Vos autem quæ in Episcopatu vestro nobis ablara sont, & quot, & quantas fratres nostri, qui ibi habitaot, portaverunt injurias, satis audistis; sed aut noluistis corrigere, aut minime potuistis. Insuper etiam decimas salinarum vestrarum, quas monasterium oostrum, patrimonium scilicet B. Petri & ejus alodium, per sexagiota annos pacifice noscitur possedisse, nobis aufertis. Unde dilectionem vestram rogamus, ut quod aliter actum est, corrigatis; ne qui Apostolica præceptione nobis defensor constitutus fuerat, videatur persecutor: & sic lupus fiat, qood Deus abnuat, qui esse debuerat pastor. Nobis dictum est, quia dicitis, quod [b] Ecclesia oon debet decimam dare. Hoc verum est, ubi Ecclesia nihil habet in parœcia alterius Ecclesiæ: ubi vero Ecclesia in alterius Ecclesiæ parœcia possessionem aliquam habet, vel quippiam quod decimari debeat; ibi Ecclesia Ecclesiæ decimam reddere debet, si illud juste possidere desiderat. Hoc tenet Italia: hoc tenet Gallia. Ibi enim novimus Ecclesias Ecclesiis decimas reddere, & majores minoribus, & minores majoribus, ubi altera earom possessiooem obtinet in jure alterius. Hoc facimus nos Ecclesiis, & hoc Ecclesiæ faciunt nobis. Hoc etiam bonæ vitæ & bonæ memoriæ vestri prædecessores, qui vos præcesserunt ad sidereas maosiones, fecerunt. decimas scilicet, quas sine judicio, & sine audientia nobis aufertis, reddiderunt. Sed illi beati viri forsitan idiotæ fuisse putantur, quoniam caritatem habuerunt, & vitaverunt rapacitatem, & neminem mole suæ magnitudinis premere voluerunt. Non conveoit matri Ecclesiæ, aliarum Ecclesiarum jura vel decimas sibi usurpare. Parentum est enim, Paulo testificante Apostolo, thesaurizare filiis, non quæ suor filiorum auferre. Si tamen aliquid quod justum sit in prædictis decimis vos habere confiditis, Romani pontificis judicium vobis offerimus, coi soli de rebus monasterii nostri judicare licet, & definire. Et ut ista quæ dicimus vera credatis, oec deinceps per ignorantiam adversum nos cootrahatis offensam, veoerabilium Romanorum Pontificum, [c] Urbani & Calixti privilegia vobis transcripta mittimus. Novit enim prudentia vestra, quod sioe periculo non dissolvitur sive contemnitur, quod Apostolica auctoritate firmatum esse noscitur, vel præceptum. Valete; & dum precamur, nostram audire precem, si vestram non vultis sollicitari qoietem.

EPISTOLA XLII.

Domino suo & præcordiali amico, I. [d] honorabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus Abbatum minimus, dilectionem, & dilectionis fervorem.

IN crastino capitis jejuniorum ad vos venire non possum, necessitate corporis occupatus. Cum vero a necessitate, qua detineor, fuero liberatus, ad vos veniam tempore competenti; de Pagano, & de suis justitiam recepturus. Paganus ille, sicut dicitur, a vobis exposcit, quod olim a sanctis Apostolis interdictum est, & decretis Apostolicæ sedis nunc interdicitur. [e] Laicis enim, etiam religiosis, ut ipse melius nostis, dispooeodarum Ecclesiarum vel Ecclesiasticarum rerum omnis facultas negatur. Clericus autem, qui per laicam personam Ecclesiam, sive possessionem Ecclesiasticam nititur obtinere, secundum [f] Gregorium septimum, & [g] Urbanum, & [h] Paschalem secundum, excommunicatus est, & ab ipsis etiam hæreticus judicatus. Vale; & de gradu in gradum Deus vos promotum habeat ad utilitatem Ecclesiæ suæ. In vobis completum est, ut creditur, qood legitur in Evangelio, *Qui se humiliat, exaltabitur.* Humilem mentem vestram nunc usque credidimus: audivimus humilem loquelam: satis etiam humilem vestem conspeximos. Ista utique omnia oportebit vos augere, non minuere; ne vobis contingat, quod Deus abnuat, *Qui se exaltat, humiliabitur.* Quod hic novissime locutus som, est quidem præsumptuosum; sed præsum-

a *P. honorabili Episcopo*) Petro eidem Santonensi. Habuit & decimas salinarum Cœnobium Vindocinensium, ut ex tabulis fundationis liquet, in pago Pictavensi ad Olonam. Quare dubitari posset an scripta sit Epistola ad Petrum Episcopum Pictavensem, nisi compertum esset Callisti tempore non Petrum Pictavis sedisse, sed Guilelmum Petri successorem.

b *Ecclesia non debet decimam dare*) Non negabat Episcopus decimas a Monachis jure possideri; sed contendebat ab Ecclesiasticis non deberi. quod scite refellit Goffridus.

c *Urbani & Callisti privilegia*) Urbani hac de re decretum citatum ad epist. XXXIII. Callisti integrum attulimus ad lib. II. epist. XXVIII.

d *I. Episcopo*) Goffrido suspicor Carnotensi, ad quem scribens epist. XXX. Pagani etiam monachi meminit. Josfridum pro Goffrido interdum scribebant, atque ita vetus codex Abbatem nostrum repræsentat epist. ad Honorium: Locus ergo huic epistolæ debebatur in calce lib. II.

e *Laicis etiam religiosis*) Ex Symmachi Papæ synodo III. lib. VI. capitul. CCXCIV. Ivo P. XVI. cap. XXXVI. & Gratianus XVI. q. VII. laicis.

f *Gregorium septimum*) In synodo Romana, epist. XI. & apusc. II.

g *Urbanum*) In synodo Arvernensi.

h *Paschalem*) In synodo Lateranensi.

peum amica præsumptione. Vos viscera mea nostis, & ego vestra similiter. Nec vobis, nec mihi motua familiaritas contemptum pariet; sed in divina justitia assensionem nutriet, & magis in Deo devotam dilectionem.

EPISTOLA XLIII.

Dulcissimo domino & pracordiali amico, domno [a] *R. laudabilis vita Episcopo, frater Goffridus dilectionem, & dilectionis servitutem.*

[b] CONcilium, ut nunc dicitur, Romæ celebrabitur, non, sicut audieramus, Cenomanæ. Unde animus meus vehementer perturbatur; quoniam illuc ire voluntas domini Papæ cogit, sed asperitas temporis, & longioris viæ tribulatio dissuadet. Et hæc quidem pro tanti domini & magistri voluntate postponenda fuissent, si corporis infirmitas quod jubetur fieri ulla ratione permitteret. Seipsum exponere morti, nisi certa spe retributionis æternæ, nullus sensatus unquam fecit. Si quis vero in se concitavit mortem, quam vitare debuisset, requiem invenisse non legitur, sed ærumnam. Christus utique bajulare crucem jubet, non quærere sepulturam. Vale.

a *R. Episcopo*) Rainaldo fortasse Andegavensi. nec enim occurrit, cui potius adscribi queat. Hoc pacto adjungi cæteris debet, quæ ad illum supra scriptæ sunt.

b *Concilium Roma*) A Calisto II. anno M. C. XXIII. Appendix Sigeberti, *Concilium Roma celebratur: pax inter regnum & sacerdotium reformatur: & jus investiturarum Episcopalium ab Imperatore exfestucatur.* I. abdicatur. Hoc idem est Concilium opinor, ad quod evocatus Ildebertus, graves in itinere difficultates meditatur in epist. LXXVI. *Maxime autem hac in tempestate orationibus tuis egemus fatigandi Romam, quo Papa Cardinalibus citramontanis Episcopis & Abbatibus convocatis generale Concilium in urbe est celebraturus: nobis illuc profecturis tempus hyeme suspectum, nivibus Alpes, incrementis aqua, vinculis Imperator, seditionibus civitas, exactione palatium.*

GOFFRIDI

GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS
EPISTOLARUM
LIBER QUARTUS.
EPISTOLA PRIMA.

a *Dilectissimo domino ac beatissimo Patri suo* a *Hugoni omnium Abbatum excellentissimo, Goffridus filiorum suorum minimus, quod patri filius, & domino servus.*

QUid salutis, quidve honoris, nullis meis præcedentibus vel subsequentibus meritis, pura dilectio vestra mihi contulerit, dum sæpe mente considero, quæ pro tantis beneficiis digne rependere valeam invenire non possum. Quod tamen carius habeo, offero meipsum: quippe cujus totum bonitate vestra hausistis animum. Sed quem bonitas vestra sapienter hausit, quem
b diligenter sibi subdidit, domnus b Henricus Abbas impugnare non desinit. Antequam haberet Abbatiam, & postea, bona quæ potui de illo dicere, dixi: ad honorem monasterii Cluniacensis nomen ejus prædicavi. Illorum etiam inimicitias, quibus præest, incurrere pro eo non metui. Ipse vero mihi confratri suo mala
c pro bonis retribuit, c retributione videlicet, quam Deus non novit. Nescio qua mentis tempestate agitatur, & in me servum vestræ sanctitatis sine causa invehitur. Terram, quam monasterium nostrum tempore venerabilium antecessorum suorum per triginta annos & eo amplius pacifice & apostolica auctoritate sibi firmatam noscitur possedisse, terris suis quia vicina est, sibi satis immoderate nititur copulase. Hinc occasione accepta, omnia machinamenta, quibus potest nocere, in me exercet: cui si non pro fraternitate, saltem pro vestra paterni-
A tate parcere debuisset. Velut alter Saule, me quasi David fugientem persequitur: nulla erga me fraternitatis compassione movetur. Ego ei resistere nec possum, nec debeo: quoniam mansuetudinem vestram offendere metuo. Et quia me erigere contra eum nullatenus præsumo; vestra pia severitas, humiliter quæso, se contra eum erigat, & sibi mandare dignetur, ne me vestro amore potius, quam mole suæ magnitudinis premat. Si autem de me queritur, querimoniæ suæ præsentia vestra judex existat. Vos semper appellavi, & adhuc appello. Sapientiæ vestræ judicium subire desidero. Ambo filii vestri sumus: ille quidem oris professione; sed ego, Deus scit qui corda novit, cordis devotione.
B Non debemus igitur invicem dissentire; sed honorem & utilitatem Cluniacensis monasterii quærere concorditer: vobis multiplicare amicos, inimicos mitigare: si necessitas exigit, eis pariter obviare. Magnæ discretionis Pater, ne aliter agat, compescite domnum illum Abbatem, quem dicunt homines ex longo tempore fuisse discordiæ amatorem, seminatorem jurgiorum, pacis perturbatorem. Non auferat fratribus nostris vestram caritatem: non eos sine utilitate provocet ad iram: non tribuat eis contra locum Cluniacensem, quem d secundum Paradisum vo- d

---

a *Hugoni Abbatum excellentissimo*) Singulare prorsus sæculi hujus ornamentum, ordinisque sui decus Hugo Cluniacensium Abbas V. Ordericus Vitalis de Roberto, Abbate postea Uticensi. *Cluniacum perrexerat, ubi tunc monasticæ phalangi Hugo Abbas temporibus nostris speciale Monachorum decus præerat.* Hujus tanto illustrior laus fuit, quanto præfectura diuturnior. Annos enim præfuit LX. & IX. Quanti autem eum fecerit Urbanus II. qui Monasticæ vitæ initiatus ab eo fuerat, declarant quæ ad illum in ipsis Pontificatus sui exordiis inter alia scripsit his verbis. *Tibi ergo, sanctissime, reverentissime, ac dilectissime frater, tam ex antiqua sedis Apostolicæ familiaritate, quam ex nobilissima tua, tuique Cœnobii religionis reverentia, singularis a nobis debetur prærogativa dilectionis. Est præterea quod nos tibi non minus, tuoque monasterio debitores faciat, quoniam per te Monasticæ religionis rudimenta suscepi, in tuo Cœnobio per secundam sancti Spiritus gratiam renatus.*

b *Henricus Abbas*) Angeriscensis, ad quem epist. XII. Angeriacense Monasterium in iis hoc tempore censebatur, quæ a Cluniacensi Abbate regebantur. Tanta enim fuit primis sæculis fama Cluniacensium, ut Principes atque Antistites antiqua juris sui Cœnobia in eorum corpus & familiam cooptare certatim expeterent. Quo in numero Goffridi ætate, Abbatias duodeviginti Gelasii & Honorii II. ad Petrum venerabilem litteris expressas vidimus. S. Martialis Lemovicensis. In Pago Arvernensi, S. Austremonii Mauziacensis, Tiernensem & Menatensem. In Pictavico, Novi Monasterii, S. Petri Malleacensis, & S. Cypriani Pictaviensis. In Cadurcino Figiacensem, & S. Petri Moysiacensis. S. Germani Altissiodorensis. In Æduensi, S. Mariæ Viziliacensis. In Rotomagensi, apud Ponteseram. In Tarvanensi, S. Bertini, & S. Ulmari. In Cameracensi, Hunoldi curtis. In Santonico, S. Joannis Angeriacensis. In Nemausensi, S. Ægidii. In Italia S. Benedicti super Padum. Fuerunt & aliæ postea complures, in quibus præter consensum Abbatis Cluniacensis Abbas non eligebatur. Itaque non vana laus est, quam Cluniacensium ordini tribuit Paschalis ad Hugonem scribens. *Religioni,* inquit, *vestræ per omnipotentis Dei gratiam sedis Apostolicæ benignitas gratulatur, quoniam plerisque in locis, largiente Domino, per vestræ sollicitudinis studium, ubi nulla fuerat, instituta; ubi defecerat, per Galliarum partes est restituta religio.* Et Callistus II. ad Pontium Abbatem, religionis Monasticæ suis temporibus speculum, in Gallia documentum Cluniacense Monasterium fuisse scribit.

c *Retributione quam Deus non novit*) Marbodus Redonensis ad Rainaldum Andegavorum Episcopum: *Hæc est retributio impiorum, quam Dominus nescit, qua mala retribuuntur pro bonis.* Noster lib. I. epist. XV. lib. II. epist. XVII. & XXVIII. lib. III. epist. a. & XL.

d *Secundum Paradisum*) Sic Fulbertus epist. LXXI. ad Guillelmum Abbatem Divionensem: *sua culpa de vestri Cœnobii paradiso se conquerebatur expulsum.* Quod autem hi de uno atque altero Cœnobio, idem alii de omnibus recte institutis cœnobiis prædicare non dubitarunt. Petrus Blesensis epist. XIII. *Juxta sententiam cordis mei, si Paradisus in hac vita præsenti est, vel in claustro est, vel in scholis.* Sed admonet hic locus veteris in hoc genere poematii, autoris quidem adhuc incerti, sed ut tem-

care audio, proclamandi occasionem. Et quæ olim amputata sunt vestræ dilectionis dulcedine, pullulare non faciat sua amaritudine. Non separet a Cluniaco, beatitudinis videlicet loco monasterium nostrum: non inter vos & fratres nostros suscitet scandalum. De me, quia scandalizari debeam, minime loquor: nam & si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor. Valeat dulcissimus dominus meus & pater meus.

Epistola II.

a *Dilectissimo patri domno* [a] *Pontio, honorabilis vitæ Abbati, frater Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, sanctæ Romanæ sedis alodiarius, puram dilectionem, & puræ dilectionis servitutem.*

b Quendam monachum nostrum, [b] Petrum Goscelini nomine, ad vos venisse audivimus: sed qua intentione venerit, ignoramus. Quod si vos, vel locum vestrum visitandi gratia fecit, licet cum licentia nostra fieri debuisset, pro reverentia vestra, vituperare non audemus. Sed si ea intentione actum est, ut locum in quo secundæ regenerationis habitum suscepit, relinquat, laudare non possumus: cum hoc S. Benedicti regula omnino contradicat, & sanctorum Romanorum pontificum auctoritas, qua patrimonium B. Petri, monasterium videlicet nostrum, munitur, sub anathemate interdicat. Unde sicut carissimum dominum & patrem humiliter vos rogamus, quatenus ad nos secundum humilem petitionem nostram frater ille noster remittatur: ne primam sui monachatus fidem irritam fecisse videatur: & vinculum caritatis, quo venerabilis prædecessor vester, vir piæ recordationis, domnus Hugo sibi & monasterio Cluniacensi nos diligenter alligavit, sub hac occasione, quod absit, rumpatur. Illud vobis veraciter dicimus, ut si quid prædictus frater contra nos egit, si tamen ad nos venerit, pro amore vestro, & pro anima gloriosi viri domni Hugonis, qui nos, cum nec servi ejus fieri digni fuissemus, suos caritate filios fecit, illi totum & toto corde dimittimus. Si vero ad nos minime veniens obedire contempserit, & prima professione, quam apud nos fecit, violata, alio in loco profiteri præsumpserit; nec prima ejus professio Deo grata erit, nec secunda: quia nec prima promissæ stabilitatis expectavit fructum, & secunda, quæ primam sui monachatus oblationem Ecclesiæ nostræ abstulit, habebit sacrilegium. Quod si alicujus privilegii auctoritate monachum de noto & regulari monasterio sine licentia sui Abbatis vobis retinere conceditur, hujus auctoritas privilegii contra sancti Benedicti regulam nititur; & aliud quam privilegium, quod Christus Dominus B. Petro donavit, continere videtur. Hoc enim privilegium fuit a Deo Petro collatum, ut quæ erant solvenda solveret, & quæ liganda ligaret: non ut hominibus fidem mentiendi, vel se perjurandi occasionem præberet. Et quoniam quem S. Benedictus damnationis vinculis alligat, nec B. Petrus solvit, nos solvere non debemus; licet multum inviti, & coacti faciamus, in virtute sanctæ regulæ, & auctoritate sanctorum Canonum, illum ita, donec resipiscat, excommunicamus, ut nec communionem sacram vivus percipiat, nec mortuus sepulturam. Unum præterea vobis mandamus, quod simplicitatem vestram ignorare non credimus; quia unumquemque pastorem decet oves proprias conservare, non rapere alienas. Quod si alienas rapuerit, lupi consuetudinem habet, non pastoris. Si quis ite-

---

pora ferebant minime insulsi: quod quidem huic loco inferi, ut ex Codice S. Melanii Redonensis a nobis exscriptum est, ferent, ut spero, quos ejus vitæ laudes capiunt, non inviti.

Laus Vitæ Monasticæ.

Felix Gens hominum, qui Christi dogma sequentes
Contemptis opibus nil proprium retinent.
Unius arbitrio quos regula sancta coercet,
Quorum quisque sui nil agit ex libito.
Cor quibus est unum, quibus indiscreta voluntas,
Par cunctis habitus & cibus est similis.
Sic tamen ut ratio quo quisque videtur egere,
Ætas ut fragilis debilitasve jubet.
Luxus abest omnis, peccandi rara facultas,
Cuncti cunctorum cum timeant oculos.
Lex communis habet visas mox prodere culpas,
Ut nascens vitium pœna sequens resecet.
Desidiam fugiunt, labor utilis occupat omnes,
Noxia serpentes ne subeant animos.
Confusum nihil est, ubi fiunt ordine cuncta,
Curatur totum, negligiturque nihil.
Nec solum vitæ, sed constat & ordo loquendi:
Dispensant æque maxima cum minimis,
Non nisi præscripto quisquam loquiturve silet ve,
Stat, sedet, incedit, ordine quisque suo.
Ecclesiæ limen noctesque diesque frequentant,
Et sanctis precibus seque, suosque juvant.
Quid moror, & verbis evolvere singula tento?
Quidquid agant opus est corporis aut animæ.
Quid quod sic habitant, ut sit sacer ipse domorum
Et situs & numerus, sufficiensque sibi?
Quadratam speciem structura domestica præfert.
Atria bis binis inclyta porticibus.
Quæ tribus inclusa domibus, quas corporis usus
Postulat; & quarta quæ domus est Domini.
Discursum monachis, vitam dant, & stationem.
Quæ velut in caulis continentur oves.
Quarum prima domus servat potumque, cibumque,
Ex quibus hos reficit juncta secunda domus.
Tertia membra fovet vexata labore diurno,
Quarta Dei laudes assidue resonat.
Plurima præterea simili condigna relatu,
Sed breviter dicam, nil superest, vel abest.
Hos igitur proceres, hunc dignum laude senatum,
Exiguum specie, moribus eximium,
Comparo formicis, quarum studiosa laborum
Turmula convectat corpore majus onus.
Quæ ne non possint communem ducere vitam,
Iisdem sub laribus horrea parva locant.
Comparo divinis apibus, quæ corpore parvo
Ingentes animas egregiasque gerunt.
Exagonis cellis quæ melle liquentia condunt,
Utile mirificum quæ fabricantur opus.
Quæ disciplinam, quæ jura domestica servant.
Quasque simul reficit ingeniosa domus.
Comparo sideribus, quibus aula superna refulget,
Aera quæ fuscum noctibus irradiant.
Quæ semel impositam servant per sæcula legem.
Quæ solitos cursus & numeros peragunt.
Comparo gyranti sollemniter omnia cælo:
Insuper Angelicis comparo spiritibus.
Qui semper Sanctus triplicata voce resultant,
In terris monachi quod modulantur idem.
Sic Cherubin cælo, Monachi tellure manentes,
Unum dant uni servitium Domino.

a *Pontio Abbati*) Cluniacensi, Hugonis successori, sed longe dissimili, ut ostendunt quæ de illo narrant Petrus venerabilis, & Petrus alter Pictaviensis.

b *Petrum Goscelini*) Transierat hic a Vindocinensibus ad Cluniacenses, illum repetit Goffridus, se sine suo consensu retineri non posse docet. Ejusdem argumenti est epistola prima S. Bernardi ad Robertum nepotem qui a Cisterciensibus ad Cluniacenses convolarat. Quo loco, & in libro De præcepto & dispensatione, ubi hoc etiam argumentum tractat, multa sunt cum verbis Goffridi consentanea.

rum auctoritate privilegii se talia posse confitetur; eadem auctoritate quod non seminavit colligere, aliorum villas, castella, & civitates obtinere, patribus suis subtrahere filios, suas hominibus uxores aufetre; quid plura? omnem alienam substantiam suam facere se posse confiteatur. Privilegium utique pravitatis plurimum habet, & nihil penitus divinæ legis; cujus auctoritas suos in primis observatores reos facit, & proximos opprimit innocentes. Et quicumque privilegio, contra privilegium quod Christus contulit Petro, facere conatur; quasi propheta docens mendacium comprobatur. Cujus vocem falsam beatitudinem, & veram miseriam protestantem, dum animæ sequuntur Christianæ, periclitantur.

EPISTOLA III.

Dilectissimo domino suo [a] *Hainrico vita venerabilis viro, Goffridus Vindocinensis monasterii qualiscunque servus, eandem quam sibi optat salutem.*

QUæ mutuæ caritatis affectu nuper a nobis sunt constituta, multis modis postea impedire voluit inimicus. Ab ipso quippe, ut æstimo, fratribus nostris suggestum est, ut contra ea recalcitrare deberent: nec pacis, dilectionisque a nobis constitutæ vinculo patenter adstringi. At benignus Deus, qui malignum etiam in superioribus Ægypti ligatum tenet, ita loris suæ potentiæ illum colligavit, ut quidquid discordiæ, ac dissensionis fratribus prius suggesserat, habere vires non potuit. Unde præsentibus literis dilectionem vestram admoneo, ut usque ad proximam festivitatem B. Mariæ quacumque die volueritis in Capitulum nostrum veniatis, de confirmatione pacis & concordiæ, sicut a nobis & a vobis constat esse statutum, nihil penitus hæsitantes. Non enim tales sumus, qui aliud promptum in lingua, & aliud clausum in pectore habeamus.

EPISTOLA IV.

Domino Hainrico venerabili Angeriacensi Abbati, domino & amico, frater Goffridus a Deo puræ veritatis effectum, & a se veræ dilectionis affectum.

LOcutionem, quam de causa Dei habuimus ad invicem, labialem ex vestra parte fuisse arbitror, non præcordialem. Unde vos minus vigilanti verbo usum doleo, & [b] gladiatorium spiritum habere intelligo. Ego tamen, Deo volente, quod dixi, incipiam, & quod inceptum fuerit, ipso largiente perficiam. Valete; & si qua sunt in vobis Catholicæ pietatis viscera, mihi & in veritate rescribite.

EPISTOLA V.

Dilectissimo patri & domino Hainrico honorabilis vitæ Abbati, frater Goffridus cum dilectione salutem.

FEre duorum mensium jam præteriit spatium, ex quo vobis usque Pictavim [c] nostrum transmisi sigillum, sicut locutus fueram vobiscum. Et quia ibi inveniri minime potuistis; quod tunc libenter fecissem, usque ad Quadragesimam facere non possum. Facultas utique faciendi quod vobiscum facere disposueram, mihi subtracta est, non immutata voluntas. Pecunia etenim mihi non suppetit; guerræ imminent & asperitas temporis interdicit. Valete: & quod fratres nostri queruntur, quod apud Abbatiam vestram minus regularis humanitas eis impenditur, agnoscite: & quod aliter factum est, si placet, corrigite. De susceptione hospitum vobis scripsissem, sed docere Minervam novi superfluum.

EPISTOLA VI.

Joanni [d] *vitæ venerabilis Abbati, Goffridus Abbatum omnium minimus, in omnibus misericorditer agere.*

HUic fratri, qui necessitate simul ac voluntate ad vos, sicut ad spiritualem patrem suum revertitur, necesse est ut magna misericordia suffragetur. Multum quidem peccavit; quod ejus lingua satis convenienter loquitur. Unde si vestræ pietati placet, magis dignus venia, quam cum eo & ipsi postulamus, esse videtur. Valeat igitur apud bonitatem vestram hujus pœnitentia humilis & vera, ut credimus,

a *Hainrico*) Abbati Angeriacensi, ad quem etiam Ivo epist. CCXXXIII. Angeriacum Santanum ad Vultonam fluvium oppidum olim dixerunt: deinde literulæ mutatione Angeliacum, & S. Joannem de Angeliaco, postquam eo delatum est caput Præcursoris Domini, Monasteriumque a Pippino Aquitaniæ Rege conditum, ut habet vetus narratio ad calcem operum S. Cypriani. Ademarus S. Martialis Monachus. *Pippinus Rex Aquitaniæ Ludovici Imperatoris filius jussu Patris Monasterium S. Joannis Angeriaco ædificari fecit.* Priscam igitur appellationem cum nova retinuit, quod in paucis id genus factum est. nam in aliis priora nomina plane silent. Ut mons Iodiciatus in S. Floro apud Arvernos, Centula in S. Richario apud Ambianos, Segestrum in S. Sequano apud Lingones, Cessaro in S. Tiberio apud Septimanos. Catuliacus & Novigentum in S. Dionysio & S. Clodoaldo apud Parisios, & aliis innumeris. Monasterium porro Angeriacense instauratum postea & reditibus auctum est ab Agnete, fundatrice Vindocinensi, & nova Basilica, anno M. LVIII. Goffrido Abbate, Arnaldi, qui Vindocinensi dedicationi adfuerat, successore consecrata.

b *Gladiatorium spiritum*) Epist. I. de eodem: *Dominum illum Abbatem, quem dicunt homines ex longo tempore fuisse discordiæ amatorem, seminatorem jurgiorum, pacis perturbatorem.*

c *Pictavim transmisi*) Flodoardus Chronic. anno DCCCC. LV. *In Aquitaniam profectus, urbem Pictavim petit.* Lib. II. XXXI. *Andegavim conduci faciam.* Petrus Blesensis. epist. XII. *Tota fere in lacrymas Aurelianis effluerer.* Aurelianim, Blesim, Pictavim ejus sæculi & proximorum scriptores singulari numero usurpabant. Et tamen ubi aliquid in his locis esse, aut fieri significabant, Aurelianis, Blesis, Andegavis plurium numero dicebant. Fulbertus, ut quidem legendus est, in epistola CXIII. ad Robertum Regem, *sed audito quod Aurelianis; in civitate videlicet incendio vastata consilium habiturus sis, miror & stupeo.* noster epist. XIV. *Andegavis negotium acturi sumus.* Eodemque modo Turonum, & a Torono dicere solet, & Turonis esse, ac Turonis loqui.

d *Joanni Abbati*) Dolensi, ut docuit nos Elenchus Codicis Cenomanensis. Est autem Dolense seu Burgi Dolensis illustre Monasterium in Biturigibus ab Ebbone Toparcha, Carolo non Calvo, ut quibusdam visum est, sed Simplice regnante, iisdem fere quibus Cluniacense temporibus conditum. Fuit & Dolense aliud cœnobium in Armoricis in Episcopalem postea Cathedram conversum; quæ Dolensis Ecclesia Ivoni epist. CLXXVI.

enufrisso. Valeat etiam nostra pro eo devota & caritativa supplicatio. Super omnia autem hæc, consideretur a vobis pii patris revertentis filii pia susceptio, qui in longinqua regione patrem substantiæ, quam acceperat, dissipavit luxuriose vivendo.

EPISTOLA VII.

Dilecto in Christo Patri [a] *Guillelmo honerabilis vitæ Abbati, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, hospitalitatem, per quam multi placuerunt, nullatenus oblivisci.*

QUoniam utilitati proximi tanquam nostræ providere, ipsa Evangelica præceptione monemur; quod honori & bonæ opinioni monasterii nostri contrarium esse cognoscimus, vobis celare nec possumus, nec debemus. Cum nuper Santonicum iremus, sicut prius vobis nos illuc ituros dixeramus; metuenda repente tonitrui & coruscationis tempestas exoritur: qua vehementer territi, & reverberationibus grandinis, & pluviæ inundationibus non mediocriter fatigati, ad [b] Obedientiam vestram de Pinu, quam obviam habuimus, hospitandi gratia divertere dignum duximus. Ubi valde indignum obedientia reperimus monachum Garinum cellararium domus, inhumanum videlicet hominem & avaritiæ servum. Qui quando primum primam domus portam intravimus, grunnire cœpit, & nos torvo vultu, & obliquo occulorum lumine inspicere: postea vero indisciplinata verba proferre non distulit, Deum non metuens, nullam nobis, nullam ordini reverentiam exhibens; vocibus quas in eo deformis formabat tenacitas, nos subsannando, dominos vocans dæmoniacus monachus ille clamabat: Quo intratis? Prior abest: nihil faciemus vobis: non habemus etiam spatium, in quo [c] duodecim equi vestri valeant collocari. & locus stabulorum sufficienter capere poterat, & adhuc potest equos viginti. Qui cum hæc & alia multa expulsoria verba ab eo diu similitudine tantum patientiæ supportassemus; licet in corde nostro aliud versaretur, impatientiæ tamen flammam ratione supprimente, diximus sibi: Frater, noli contristari: vides quia pluvia nos urget: jam sol occidit: necessitas admonet hospitari: panem & vinum, piscem & caseum nobiscum portamus: ememus libenter cætera quæ non habemus. Sic tandem cepit atrocitatem vultus paulatim deponere: aliquantulum levare supercilia, & quos prius quasi clausos tenuerat oculos, monstrare. deinde nobis dignatus est loqui; nobiscum etiam, sed multum rogatus, voluit refici. Panem & vinum, quæ nos habere sciebat, & quæ longius ferre equos gravabat, nobis obtulit: fœnum & annonam, quibus abundabat, & nos prorsus indigebamus, penitus denegavit. Valete; & discipulum Satanæ, qui caritate conditum ordinem sua amaritudine insapidum reddit, ne amplius noceat, loris monasticæ severitatis alligate.

EPISTOLA VIII.

Venerabilibus dominis & fratribus Guillelmo S. Florentii Abbati, & [d] *Bernardo Abbati S. Sergii, Goffridus Vindocinensis monasterii servorum servus, Deum & quæ Dei sunt perfecto corde diligere, & quæ contra illum sunt in mundo perfecto odio habere.*

SI veræ caritatis vinculo in invicem alligati sumus; & si fervore Spiritus sancti accensi [e] contra tortuosum & subdolum illum, quem nostis, ne animæ nostræ cum populo Dei pereant, pugnare decrevimus; ejusdem Spiritus sancti igne magis ac magis igniri de die in diem debemus. Scimus quidem, quoniam non omnibus bene incboantibus æternæ beatitudinis præmium repromittitur; sed illis solummodo, qui perseveraverint, habere conceditur. Parum enim vel nihil penitus esse monstratur, bene aliquid inchoasse, quod imperfectum dimittitur. Hoc etiam apud sæculares magna irrisione dignum videtur, cum aliquis eorum quicquam incepit, quod ad finem minime perducit. Si ita est, immo quia ita est in negotio sæculi, liquet profecto quales esse debeamus in negotio Dei. Nam si illi, qui mundum & ea

---

a *Guillelmo Abbati*) Salmurensi, hoc est S. Florentii ad Ligerim: viro, ut ejus cœnobii monimenta tradunt, genere ac religiosis moribus insigni. Frater enim fuit Dolensis Toparchæ, qui in ejus gratiam lautam S. Florentio & proventibus opimam apud Dolum Obedientiam dicitur obtulisse. præfuit annis VIII. & XL. usque ad excessum fere Paschalis II.

b *Obedientiam de Pinu*) Id est Prioratum paulo inferius *Quo intratis? Prior abest*. Ecclesias, cellas, altaria, quæ Monasterio, vel majori cuipiam Ecclesiæ parent, quia ejus nutu & imperio reguntur, ejus loci Obedientias vocabant. Sic lib. I. epist. IX. lib. II. epist. XXXII. & lib. V. epist. XVIII. Fulbertus epist. I. *Alii duo Vivianus scilicet & Durandus ambo Præpositi simulantes ad Obedientias suas se velle exire*. In epistolis Pontificum passim: ut Urbani II. *Urbanus Episcopus Archiepiscopis, Episcopis, in quorum Parochiis Prioratus & Obedientiæ Ecclesiæ Cluniacensis existunt*. Ulgerius Episcopus Andegavensis ad Sugerium de electione Roberti Abbatis Burguliensis: *Sane venerabilis ac religiosus ejusdem loci Conventus, qui ad festum loci illius etiam de remotissimis Obedientiis convenerant, festinaverunt eligere sibi in patrem & pastorem unum de visceribus Monasterii sui, Robertum virum magnum*. Hinc & Obedientiarii Obedientiarum præpositi; ut in litteris Innocentii II. *Priores & Obedientiarii Cluniacensium fratrum*. Cæterum in Pago Pictavensi, præter hunc Prioratum S. Florentii, a Pinu etiam nomen gerit Monasterium S. Mariæ de Pinu ordinis Cisterciensis.

c *Duodecim equi vestri*) Numeroso equitatu stipatum iter facere solitum Goffridum indicant ea, quæ scribit lib. I. epist. VIII. ad Paschalem, & lib. III. epist. XVI. ad Ildebertum. Nimirum in Ecclesiæ splendor & opes tunc erant. neque tamen immodicum dixeris in Goffridu, qualem in alio quodam Abbate merito perstringit S. Bernardus in Apologia ad Guillelmum Abbatem. *Quod enim*, inquit, *ut cætera taceam, specimen humilitatis est, cum tanta pompa & equitatu incedere, tantis hominum crinitorum stipari obsequiis, quatenus duobus Episcopis unius Abbatis multitudo sufficiat? Mentior, si non vidi Abbatem* LX. *equos, & eo amplius in suo ducere comitatu*. Triginta equos uni episcopo concederet: quot pauci hodie alere possint Episcopi.

d *Bernardo Abbati S. Sergii*) In suburbio Andegavæ Civitatis. Numeratur in literis Hugonis Legati inter Abbates, qui Fulconis Comitis absolutioni adfuerunt, Bernardus Abbas SS. Sergii & Bacchi. sic enim hoc Monasterium interdum appellant: interdum SS. Sergii & Medardi, ut in diplomate Childeberti III. Regis, ad cujus avum Clodovæum II. originem suam referunt Monachi S. Sergii.

e *Contra tortuosum & subdolum illum*) Rainaldum electum Andegavensem. cujus hic nomen præ indignatione supprimit, sed nominat epistola sequenti. De hujus electione dictum est epist. XI. lib. III.

A quæ mundi sunt, diligunt, de opere suo, si imperfectum reliquatnt, sic erubescunt: quanto magis nos, qui Deum, & quæ Dei sunt, ante omnia & super omnia diligere debemus, erubescere possumus, si ejus opus, quod incepimus, imperfectum relinquamus? Dilectissimi, si nunc in Dei opera tepidi, vel negligentes existimus, & quasi sub specie simplicitatis adversariis Ecclesiæ suæ resistere dissimulamus; verendum nobis est, ne in dia magni & formidandi valda judicii illum contrarium sentiamus, & illo increpauta cognoscamus nos stulta simplicitata suisse daceptos. Tunc forsitan in contumeliam nostram, quod absit, vulnerum suorum cicatrices denudabit, dicens: O falsa simplicitate B decepti, hæc pro vobis ipsa pertuli: & quam vicem mihi rependistis, qui semper homines laudari ac venerari occultando veritatem præsumpsistis? Hæc omnia, na contra nos in judicio suo Dominus proferat, non mediocriter formidare debemus, quæ jam ex parte per ejus ministros annuntiata esse cognovimus. Ex testimonio enim scripturæ divinæ didicimus, quod si propter personam hominis veritatem reticemus, ipsum, qui est veritas, Christum negamus. Quod etiam præ nimia simplicitate quidam damneri marentur, in Propheta aperta monstratur, ubi sicut oves in inferno positi memorantur. Oves ibi, non propter veram in- C nocentiam, sed proptee inhonestam simplicitatem, qua malis resistere nolunt, vel nesciunt, homines appellat: quos sina fine perituros esse denuntiat. Et ideo rejecto simplicitatis velamine, palam loquamur veritatem, cum Propheta

Psal. 93. 16. dicentes: *Quis consurget nobis adversus malignantes, aut quis stabit nobiscum adversus operantes iniquitatem?* Illud Apostoli subjungentes,

Rom. 8. 31. *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Nos tales sumus, immo tales esse debemus, qui laudes hominum non affectemus, neque eorum vituperationes expavescamus: quoniam qui hujusmodi sunt, juxta Apostolum, servi Christi esse non

Psal. 52. 6. possunt. Unde & propheta: *Qui hominibus placeat, confusi sunt.* Si forte quærimus, quid pro D Deo agere, vel pro ejus nomine pati debeamus: quid ipse egerit, quidva pro nobis pertulerit consideremus: & sic quid pro illo sumus acturi plenius agnoscamus. Omnia quidem, quæ pro nobis Dominus in mundo egit, & pertulit referre non possumus; sed illud firmiter credamus, & credendo asseramus, quia quidquid fecit & pertulit, totum nostræ salutis mysterium fuit. Factus est homo de Virgina matre, cum Deus esset; opprobria, irrisionas, convitia, tribulationes, flagella, percussiones, infidelium sputa sustinuit: cruci clavis affigi, spinis coronari, felle cibari, aceto potari, lancea vulnerari voluit: & gustans mortem ad horam æternæ mortis vincula solvit. Quid, fratres, aliud hæc a- E gendo nos docuit, nisi ambulare vias, quas prior ipse ambulavit? Ambulemus igitur vias ejus, & sequamur eum, sicut sequandum sa docuit: quem qui modo sequi noluerit, illum proculdubio sequetur, cujus pœna fine carebit. Sed quomodo Deum ac Dominum nostrum sequimur; quomodo ejus vias ambulamus, videntes abominationem stantem in Loco sancto, si tacemus! In loco sancto abominatio stare videtur, cum in sancta Ecclesia abominabilis quisque, nemine contradicente, aliis dominatur. Qui hoc videt & tacet, maledictus a Domino

Hier. 48. 10. esse perhibetur, dicente propheta: *Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine;* id est,

A vocem suam a peccati increpatione. Si illi qui quodlibet malum non increpant, maledici a Domino merentur, quanto graviorem maledictionem incurrunt, qui abominationem tacendo augmentant, per quam sine dubio plures fœdantur? Abominationem quippe satis augmentat, qui in quantum prævalet, eam non amputat. Ortum est certe moderno tempore novum genus abominationis: jam incipit regnare filius perditionis: & quod olim quasi in occulto faciebat, nunc palam operatur mysterium iniquitatis. Quem contra qui legitime certaverit, vere coronabitur: & velut alter Enoch vel Helias effectus, licet martyrium ob hoc non consequatur, martyrum tamen immortalitate B glorificabitur. Et ut adversus prædictum nequam fortiores animos habeamus, quid Moyses, cum quosdam, da populo Israel proclives ad peccandum consideraret, dicat, audiamus: *Si quis est Domini, jungatur mihi, accidat vir fratrem & amicum & proximum suum.* *Exod. 32. 26.* Fratrem quippe, & amicum, & proximum suum interficit, qui eum punienda invenit, neque eis, quos per cognationem diligit, parcit. Si ergo ille Dei dicitur, qui contra delinquentes zelo divini amoris excitatur; profecto se Dei esse denegat, qui eorum pravas actiones increpare recusat. Hinc itaque facile advertitur, quid ambitioso illi e Christi fidelibus debeatur. cujus nomen C præ indignatione suppressimus. Nam quo proprio nomine dignus habeatur prorsus nescimus. Illum utique ultra modum malitiosum esse, a puero fama referente didicimus, & ex parte per nos cognovimus. Et quia hunc ad augmentum iniquitatum suarum contra sanctam Ecclesiam arte Simonis Magi niti audivimus, utile valde est, immo necessarium, quatenus auctorisate Simonis Petri ei in faciem resistamus. Cui si pro officii loco vehementer non restiterimus; cum ipso Simone Mago, qui hoc genus iniquitatis primus invenit, nos habituros portionem, quod Deus abnuat, nullatenus dubitemus. Nam quid prodest nobis orare? quid prodest aliquando jejunare? quid etiam pauperes recrea- D re? val quælibet alia bonitatis opera exercere, si Simoniacam hæresim a finibus nostris dissimulamus repellere? Quæ, ut B. Gregorius dicit, anta omnes alias in sancta Ecclesia subdola fraude irrepsit, & quasi prima & maxima Ecclesiæ castitatem fœda nimium pollutione contaminare præsumpsit. Igitur in Deum, & propter Deum rogamus vos & obtestamur, si habere partem in Christo vultis, una nobiscum summopere laboretis, ut tam sæva pestis, quæ per sæpe dictum hæreticæ pravitatis ministrum in partibus nostris diabolica suggestione emersit, non quidem gladio ferri, sed gladio Spiritus sancti penitus computetur: ne nobis tacentibus E in Spiritum sanctum peccetur: quod nequa hic, neque in futuro sæculo remittetur. Valete in Domino semper, iterum dico Valete: & contumax ille, da quo agitur, sentiat nos Dei virtute plus posse, quam possit ipsa Simonis Magi impia arta.

EPISTOLA IX.

Guillelmo sancti Florentii Abbati, & [a] *Guillelmo Archidiacono fideli suo, Goffridus Vindocinensis monasterii indignus servus, prospera mundi despicere, & nulla ejus adversa formidare.*

ROgamus vos, & per veritatem, quæ Christus est, obtestamur, ne in causa Dei, quam contra Rainaldum inspirante Spiritu sancto assumpsistis, aliquo modo deficiatis. Quod si feceritis, Christum, qui est veritas, plane abnegastis; & Ecclesiam suam, quæ omnino casta debet esse & libera, sæcularitatis concubinam & ancillam cum periculo animarum vestrarum constituistis. Præterea etiam omnibus amicis vestris, quod evenire non credimus, mendaces facti estis, & eorum inimicitias merito incurristis. Non est vobis timendum; quia multos post Deum bonos adjutores habetis. Inter quos me [b] & Abbatem S. Sergii veraciter reputare potestis; qui mallemus vivi excoriari, quam huic tantæ consentiremus abominationi. Valete; & substantiam temporalem nullatenus ob hoc timeatis amittere. Non enim diabolus tanta poterit auferre, quanta vobis potens est Deus restaurare. Nihil tamen pro hac causa amitteretis, & de manu Dei mercedem reciperetis, si pro ejus fide & nomine constanter egeritis.

EPISTOLA X.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, dilecto in Christo patri [c] *Archembaldo, S. Albini Abbati, fratres sibi commissos diligere, & eorum vitia odio habere.*

EX testimonio divinæ auctoritatis didicimus, quoniam de profectu proximi, sicut de nostro, debemus gratulari: & de ejus defectu, tanquam de proprio, tribulari. Unde de quodam fratre vestro, Josceline nomine, vehementer tribulamur; in quo non solum læsam esse caritatem cognovimus, sed defunctam. In diebus istis, cum monasterii nostri necessitate cogente, [d] juxta Maironem, ubi obediens sibi, & non Deo ille commoratur, transitum fecissemus, misimus ad eum, ut in domum B. Albini & vestram nos hospites susciperet, deprecantes. Verba, quæ his, qui a nobis missi fuerant, responderit, mala quidem & omnino indisciplinata fuerunt: sed facta satis pejora. Omnia quæ ille Conversus aversus in nos protulerit, vobis scribere nolumus, quia longum esset & in nullo veritatem lædere volumus, quæ vix in longiloquio illæsa servatur. Illud firmissime tenemus, quia dixit, quod nullatenus nos susciperet; & postea non bene devotus complevit. Hæc vestræ dilectioni de servo avaritiæ conscribentes, non nostram, sed caritatis injuriam vindicari deposcimus.

EPISTOLA XI.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, dilecto in Christo confratri Archembaldo S. Albini Abbati, peccata delinquentium non dissimulare; sed max ut oriri cœperint radicitus amputare.

DE [e] vestro Joscelino conquerentes vobis scripsimus, & ut de illo manifestam justitiam Deo & ordini vestro faceretis, diu auscultavimus, & adhuc auscultamus: & nihil a vobis actum super hoc audire potuimus. Unde manifestum est, quia aut aures nostræ surdæ sunt, & audire non possunt; aut manus vestræ contractæ, & ad exercenda jura justitiæ nullatenus eas potestis aperire. Sed nos Dei gratia aures non habemus surdas. cavete igitur, ne manus habeatis contractas. Quod si forte contractæ vel aridæ nunc usque fuerunt; non jam olivæ, sed oleo justitiæ ungantur, ut sanentur, & ad reprimendum Joscelinum pestifera inflatum superbia citius aperiantur. Et quoniam cor ejus repletum novimus iniquitate, & vestrum credimus plenum caritate; toto dilectionis affectu vos rogamus, ut adeo vigeat contra illum vestra æquitas, ne amplius sancto ordini illius dominari possit iniquitas. Si vero bonitati vestræ suggesserit, [f] quia causam contra vos habemus; nolite sibi parcere propter hoc; sed quanta fine viscera caritatis considerate. Caritas enim, sicut bene nostis, solummodo amicum non diligit, verum etiam esurienti & sitienti inimico cibum & potum pariter cum hilaritate tribuit. Nos tamen inimici vestri non sumus; sed omnia quæ in vobis Deus diligit, & nos diligimus: & vobis & vestris, si placet, germana caritate servire volumus. Nam quidquid de querelis nostris, quæ concipiunt laborem & dolorem parturiunt, faciamus, caritatem, quod est vinculum perfectionis, ergo vos semper integram, Deo donante, servabimus. Hæc est, inquam, illa bona, immo optima virtus, sine qua habere cæteras virtutes est damnabile, & cum qua non habere eas, veniale. Valete, & quid de his, quæ vobis scripsimus, facturus sitis, nobis rescribite.

---

a *Guillelmo Archidiacono*) Andegavensis Ecclesiæ, qui cum Stephano Decano Rainaldi electioni præcipue refragabatur: uterque postea eidem amici ex infestissimis facti. quo nomine taxantur, in epistola Marbodi. *Multiplex est Andegavensis malitia, multos Stephanos habet, multos VVillelmos.*

b *Et Abbatem S. Sergii*) Bernardum, de hac Abbatum contra Rainaldum conspiratione, Ildebertus epist. XI. ad Rainaldum ipsum. *Pro eo religiosos Abbates, & integri nominis personas audivi stare adversum te: cum quibus tanto periculosius est congredi, quanto eorum fama syncerior, causa justior, dignitas major.* Inter hos erat & Bernerius Bonævallis Abbas epist. XVI.

c *Archembaldo S. Albini Abbati*) De quo lib. I. epist. VI. Chronicum S. Albini. *Anno* M.C.VI. *obiit Girardus Abbas S. Albini v. Idus Januar. qui fuit Abbas annis IX. Eodem anno ordinatus est Archembaldus Abbas* VIII. *Idus Februar.*

d *Juxta Maironem*) Vetustissima monasterii S. Albini possessio curtis Maironis in pago Pictavensi, cum ejus partem a primis Andegavorum Comitibus usurpatam, a Goffrido grisa tunica, Widone fratre ejusdem cœnobii Abbate, restitutam antiquæ tabulæ testentur, Andecavis datæ anno Domini D.CCCC.LXVI. Lotharii Regis XV. Maironis etiam castelli fit mentio in chronico S. Albini ubi de bello agit inter Ludovicum VII. Regem & Comitem Goffridum an. M.C.L.I. *Monasteriolum destruitur Maironus pristinæ libertati restituitur. Rex & Comes pacificantur. Goffridus* Comes obiit.

e *De vestro Joscelino*) Epistola præcedenti Joscelinum & Goscelinum promiscue scribebant, ut Joffridum & Goffridum, quod ante monuimus.

f *Quia causam contra vos*) Lib. I. epist. VIII.

EPISTOLA XII.

Frater Goffridas [a] Hamelino Abbati S. Albiai, diligere quod Deus diligit, & odio habere quod odit.

ET formicam plaustrum trahere dedecet; & doctorem Ecclesiæ manu tenere mendacium. sed oportet illum veritatem semper attendere; non relationem verborum. Si Albericus se nobis condnnatum diffitetur, & si [b] Paganus filius ejus in Ecclesia nostra sub titulo monasterii vestri se factum monachum profitetur, negat uterque veritatem, dum falso loquitur. Quod Paganus vobis suggerit, etiam si verum esset, sicut veraciter falsum dinoscitur; discuti tamen prius debuisset, antequam illum, reclamantibus monachis nostris, prudentia vestra suscepisset. Injustum est enim, & Canonum regulis prorsus contrarium, sine judicio exspoliare vestitum. Quod illum non esse fugitivum dixistis, mihi non mediocriter displicet hoc ab ore vestro fuisse prolatum, quod sobrietatis armarium olim credideram, & veritatis sigillum. Ille utique de loco nostro, in quo monachus noster factus fuerat, aufugit, & stola secundæ regenerationis rejecta occulte fugiens, [c] claustrum B. Clementis infregit. Unde non solum fugitivus agnoscitur, verum etiam vera propositione sacrilegus esse probatur. Si de illo nobis offertis justitiam, quod justum est facite; nos de illo prius investite. Nam vos ignorare non credimus, quod nec ad comprovincialem, nec ad generalem Synodum, multo minus igitur ad quamlibet causam vocari debet exspoliatus. Præterea noveritis, nec genus veræ religionis esse, nec signum puræ dilectionis, pro Pagani familiaritate Philippicam retractare in amicum, nec pro illo, si vestræ magnitudini placuisset, contentio, quæ inter monasterium nostrum & vestrum esse solebat, & quæ pene vel penitus pro dilectione vestra fuerat extincta, rediviva fieri debuisset. Nos vero quod contra Paganum fecimus, adhuc facimus: nec extractum de vagina Canonicæ justitiæ gladium, nisi præcedente satisfactione, ab illo retrahemus. Quod si prius aliter actum intelligit, nos tamen juste & rationabiliter factum esse, sanctorum Canonum auctoritate monstrabimus.

EPISTOLA XIII.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, domno [d] Gualteria vitæ laudabilis Abbati, salutem cum dilectionis obsequio.

IN regula B. Benedicti, secundum quam professi sumus, prohibitum dinoscitur; & quod est amplius, auctoritate sancti Evangelii; ne alter alteri faciat, quod sibi fieri non optat. Unde tota mentis intentione cavendum est, ut quod nobis fieri non optamus, nulla occasione aliis faciamus: ne fidei nostræ professionis scissuram facientes, Evangelicæ etiam traditionis contemptores a Deo judicemur. Hæc idcirco, venerabilis pater, proposuimus, quoniam hominem quendam, [e] Garinum scilicet Galandi, qui sub confessionis actione, & suæ fidei promissione, se suaque omnia nobis devoverat, subita pressum infirmitate monachastis, & res suas, immo nostras, quia Ecclesiæ nostræ prius fideliter oblatas, accepistis. Quod quam sit religioni Christianæ contrarium, si scientes actum est, quod abiit, nos minime latet, & vos certum habetis. Requirimus igitur a dilectione vestra hunc hominem, & universas res hujus hominis cum homine ipso nobis reddere non differatis: ne forte actio dilationis vobis adscribatur argumentum cupiditatis; & sic per vos fraterna caritas vulneretur, quod est vinculum perfectionis. Valete.

EPISTOLA XIV.

Berneria [f] honorabilis vitæ Abbati, Goffridus abbatum omnium minimus, a Deo salutem, & a se germanæ dilectionis devotionem.

SErvitio vestræ bonitatis, quod mihi licet immerito, sæpe obtulistis, nunc opus habeo: & quem caritas debitorem fecit promittendo, non pigeat debitum solvere promissa reddendo. Andegavis siquidem Ecclesiasticum negotium in crastino Ascensionis acturi sumus, ad quod prudentiæ vestræ consilium & auxilium diligenter invitamus: & ne in præsenti necessitate nobis desit, humiliter deprecamur. Quod si deprecationem nostram qualibet occasione exaudire dissimulatis; amicus utique dici potestis, sed qui non permanet in tempore necessitatis.

EPISTOLA XV.

Goffridus Vindociaensis monasterii humilis servus, carissimo domino & præcordialissimo amico, Bernerio Bonævallis Abbati, viro vere religioso, beatam Trinitatem puro semper corde diligere, & ejus proximæ festivitati nulla occasione deesse.

AD celebrandam nobiscum, quam diximus, sanctæ & individuæ [g] Trinitatis festivitatem, & tantæ solemnitatis devotio vos venire compellit, & ut sepositis curis omnibus nullatenus differatis venire, quem erga vos habemus puræ dilectionis affectus suppliciter expo-

a *Hamelino Abbati S. Albini*) Postea Episcopo Redonensi. Successit Hamelinus in Monasterii præfectura Archembaldo anno M. C. XIX ad Episcopatum Redonensem evectus est anno M. C. XXVII. Chronicum S. Albini eo anno: *Hamelinus Episcopus Redonensis efficitur idibus Maii*. Idem ejus obitum annotat anno M. C. XLI. *Obiit Hemelinus Episcopus IV. Non. Februarias*. Is est cujus literas de duelli probatione libro superiore protulimus ad epist. XXXIX.

b *Paganus filius ejus*) Idem videtur qui in epist. XXVII. lib. I. *Fratrem Paganum Alerici ad Dominum Papam misit*, cognomen videlicet factum ex nomine parentis; qui rectius hic Albericus vocatur. quare sit etiam legendum arbitror libro primo.

c *Claustrum B. Clementis*) Prioratus Credoaensis, de quo epist. XLIV.

d *Gualterio Abbati*) S. Sergii, Bernardi, ad quam epist. VIII. successori. Bernardi obitum S. Sergii tabulæ conjiciunt in annum M. C. II. VIII. Idus Aprilis: Walterii, in annum M. C. XIII. V. Idus Januarias.

e *Garinum scilicet Galandi*) Ea forma dictum, qua Petrus Goscelini, Paganus Alberici, &c.

f *Bernerio Abbati*) Bonævallis. est autem id Monasterium ejusdem ac Vindocinense diœcesis, hoc est Carnotensis, sed in agro Castrodunensi. Bernerii facta est mentio lib. I. epist. XXI. alibi religiosum & boni testimonii virum vocat.

g *Trinitatis festivitatem*) Titulus hic Monasterii Vindocinensis, ut Goffridi fundatoris, & Theodorici Episcopi literæ declarant. Urbanus II. *Dilectis in Christo filiis Girardo Abbati S. Albini Andecavensis, & Bernoni Abbatis S. Trinitatis Vindocinensis*. Breve Chronicum S. Albini, *Pridie Kalend. Junii apud Vindocinum Castrum Monasterium S. Trinitatis dedicatum est anno ab incarnat. Domini* M. XL. Goffridus ipsa lib. V. epist. ultima.

scit. Debitum quippe religionis est, & germanæ caritatis augmentum, festa sanctorum Dei, & maxime suam ipsius festivitatem devotione celebrare; & diligentis se proximi justum desidesium totis visceribus adimplere. Valete: & in his quæ humiliter rogamus, non sit vobis tædiosum Deo & nobis obedire.

EPISTOLA XVI.

Goffridus Vindocinensis monasterii inutilis servus, viro æternæ memoriæ digno, Bernerio Abbati Bonævallis, in valle spiritualis frumenti abundare, & hymnum Deo dicere sempiternum.

SAncti Spiritus, ut arbitror, igne succensus & ab increpatione Simoniacæ impietatis spiritum, quo agitaris, reprimere non valens, multos in te adversarios incitasti: inter alios maxime [a] unum, cujus nomen dicere superfluum puto, quia nec vulgo manet incognitum. Et si illud, natura negante, surdi non audiunt, nec muti loquuntur; eia tamen ab aliis nutibus & signis est indicatum. Tibi, religiose Abba, a multis dicitur, quod Simonem Magum nostris temporibus in Ecclesia suscitatum frustra extinguere verbis conatis, quia in hominibus qui corrigat non invenitur. Tu vero desiderio repletus prophetico: tibi suaderi nullatenus potest, quin semper inquiras, qui tecum assurgat contra regnantem in sancta Ecclesia abominationem, cum ipso Propheta fideliter clamare non cessans,

Psal. 93.

Quis consurget mihi adversus malignantes, aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem? Clama itaque tu organum Dei, tuba Spiritus sancti. Ne sileas, egregie præco veritatis, nec vocem retrahas a correctione hæreticæ pravitatis; & si eos qui sanctæ Ecclesiæ castitatem fœda nimium pollutione commaculant, de templo ejicere, sicut Salvator fecit, non vales verberibus, saltem verbis nulla desituas occasione. Noli, vir sancte, noli credere illis, qui te loqui asserunt sine utilitate, quoniam eos, contra quos inqueris, revocare non potes a scelere. Qui talia dicunt, reçum pariter Joannem sanctum domini præcursorem redarguunt. Ille enim quamvis Herodem ab incestu revocare non posset; veritatem tamen non siluit, dicens quod ei uxorem fratris sui habere nulla ratione liceret. Unde si vir sanctus decollari meruit, & coronari; Herodes impius, cum eis qui sibi consenserunt, promeruit æternaliter cruciari. Satis est igitur melius cum Joanne redarguere; quam reticendo veritatem consentire Herodi. Nulli certe Christiano Christi Dei & Domini sui legem silere licet, nec propter personam veritatem occultare. Nam qui propter personam veritatem occultat, Christum, qui est veritas videtur abnegare. Vale: & agnoscant impii Simoniaci, te veritatis virtute plus posse; quam possint ipsi Magi Simonis perversitate.

EPISTOLA XVII.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, venerabili Abbati Bernerio, viro vere religioso, dimidium animæ suæ, & si non sufficit animam totam.

PAter in Christo carissime, esse vestrum desiderio scire desiderans, quoniam præsens corpore non possum, præsentibus literis dilectam Deo & caram hominibus dilectionem vestram interrogare præsumpsi, qualiter congregatio vestra se erga vos habeat: vos enim erga illam optime habere non dubito. De viribus corporis iterum quæro: nam de virtutibus animæ vestræ quærere superfluum æstimavi, quia illam de die in diem proficere credo certa fide, cum divina cooperante gratia, vestræ bonitatis longæva consuetudo in hac credulitate sensus meos omnino firmet & muniat. De esse vestro quærens, mirandum non est si valde sollicitor. nam in prosperitate vestra lætor vehementer & delector: in vestra adversitate non mediocriter afficior & contristor: licet in adversitate quæ justum hominem probat, esset potius lætandum, si vis amoris, quo vos semper amavi, virtutem rationis admitteret. Hæc autem ratio, quamvis ad ostium meæ mentis sæpius pulset, ei pulsanti non aperitur. nam funibus vestræ dilectionis alligata, intrare non sinitur. Vestram igitur prosperitatem diligere possum: vestram adversitatem desiderare ulla ratione non possum: sed illam meam faciens compassionis affectu, vobiscum usque ad mortem humeris caritatis portare paratus sum. Valete.

EPISTOLA XVIII.

Honorabili patri & suo præcordiali amico Bernerio, viro sapientiæ doctrina, & vitæ meritis decorato, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus se totum cum posse suo.

QUod vobis, venerande Pater, dixi simpliciter, sicut audivi, monachi vestri intellexerunt nequiter. Et ego mando vobis, quia illud libenter corrigam; nec unde vestri insidiatores, quos filios credebam, vos valeant molestare, ulterius dicam. Simplicibus & bonæ voluntatis hominibus me loqui putabam: sed præsentibus illis religiosæ simplicitatis inimicis ponam ori meo custodiam. Quorum impuritas, velit nolit, quamdiu vixero certis indiciis poterit approbare quam pura caritate vos diligo. Cum quo, si necessitas exigit, & adversitatem sustinere lætor; & sine quo prosperitatem habere non delector.

EPISTOLA XIX.

Bernerio vitæ laudabilis Abbati, frater Goffridus, salutem & dilectionem.

NOveritis, quod tamen vobis in aure dico, Deo volente, me ad præsens Romam iturum: sed nec mulam habeo, nec mulum: & quia vos habere credo quod ego non habeo, humiliter supplico, ut animal utrumque mihi præstetis, aut unum, vel, si placet, neutrum. Non tamen ideo de amicitia minus; quia vos propter vestra non diligo, sed propter vosmetipsum.

a *Unum cujus nomen*) Rainaldum electum Andegavensem. Hinc videre est, quod epist. IX. monuimus, Bernerium e numero Abbatum fuisse, qui Rainaldi electionem conjunctis studiis oppugnabant.

EPISTOLA XX.

a *Amico suo carissimo,* [a] *Bernardo Abbati S. Launomari, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis Abbas, salutem.*

FRatrem hunc, quem vobis notum, & ex parte familiarem agnovimus, cum literis nostris ad vos mittere curavimus, ut eum ad salutem animæ suæ in congregatione vestra recipiatis: si tamen recipere vultis. Diu enim, ut ipse bene nostis, nobiscum fuit; sed mores suos juxta desiderium nostrum corrigere noluit. Unde merito aut ejus maliciosa vita blasphemari potest, aut ignorantia, vel incuria nostra, quod Deus abnuat, accusari.

EPISTOLA XXI.

b *Venerabili fratri &* [b] *coabbati, Odoni suo præcordiali amico, frater Goffridus salutem & dilectionem.*

FAma discurrente sinistra ad nostrum usque pervenit auditum, quod Hierusalem redeundi habetis animum. Hierusalem semel vidisse vobis sufficere debet, quam si nunquam vidissetis, neque propter hoc contra vos orta esset calumnia Diaboli, neque vobis necessaria indulgentia Dei. Fides utique monasticæ professionis eundo Hierusalem observari minime potest, sed violari. Hierusalem etenim ire, sicut indictum est laicis, sic interdictum est monachis ab Apostolica sede. Quod novi ego ipse, sicut ille, cujus aures erant ad os domini Urbani Papæ, cum & eundo Hierusalem peregrinari præciperet laicis, & ipsam peregrinationem monachis prohiberet. Ubi sanctus Benedictus de peregrinis monachis mentionem facit, de illis loquitur, qui eo tempore mundo quidem renuntiabant, sese in Domini servitutem profitentes; nullam tamen sua professione alicubi firmantes stabilitatem. Eos vero, qui certo in loco profitentur; ubi professi sunt, & bajulare crucem Domini, & Dominum sequi necesse est, non peregrinam quærere sepulturam. Non igitur sub occasione Hierosolymitani itineris deviemus ab itinere nostræ professionis: ne dum falsam beatitudinem quærimus, veram & corporis & animæ inveniamus miseriam. Carnalis amore fratris vestri, qui in Hierusalem est, aut fortasse jam mortuus est, aut quousque illuc perveniatis mori potest, mens vestra ad illicita minime trahatur; & spiritualium filiorum, & fratrum, quos sub pollicitatione fidei vestræ regendos suscepistis, & de quibus etiam Domino reddituri estis rationem, cura deseratur. Non est enim opus fidelis & bonæ mulieris, proprios partus porcis exponere; & quos semel vigilans peperit, dormiendo opprimere. Hac arte Satanæ multi, qui in regeneratione prima diabolo, & in secunda diabolo simul & sæculo renuntiaverunt, terramque promissionis prævio Spiritu sancto jam ingressi fuerant, corde in Ægyptum sunt reversi: & manna fastidientes, ollas carnium, & cætera, quæ divinæ legi erant contraria, perierunt. Habuerunt itaque escas: sed in escis illis retia, quibus capti, & hamum, quo sunt transgulati, invenerunt. Hi comparabiles sunt corvo infideli nuntio, qui cupiditate cadaveris Noe sancti patriarchæ contempsit imperium. Prius quidem, ut columba, acceperunt ramum olivæ, cum quo ad arcam redirent, & in arca manerent, sed de fenestris arcæ, ad quas fide baptismatis & monastica professione jam volaverant, non redituri evolaverunt. De quorum numero quemlibet hominem, multo minus igitur dominici gregis pastorem & custodem esse non opto: ne forte contingat, quod Deus abnuat, illum ex pastore lupum fieri, & ex custode latronem. Valete: & quæ bono animo scripsimus, vobis placeat retinere.

EPISTOLA XXII.

Frater Goffridus dilecto confratri [c] *Amblardo Lemovicensi Abbati, sic fratres tibi commissos diligere, ut a te eorum diligantur errores.* c

PErlectis literis tuis, quibus de monacho tuo conquestus es; agnovimus, quod immemor Ecclesiastici vigoris, & honoris, & officii ac ministerii sui oblitus, linguæ aculeis te exacerbare præsumpserit. Lingua quidem secundum Jacobum, inquietum malum est, modicumque membrum, sed magnam sylvam incendit, quia animæ & corporis substantiam perdit. Lingua ignis est, & in ea universitas iniquitatis consistit. Lingua gladius est, quo conditor & redemptor noster a Judæis interfectus noscitur: nec illis tantum qui Christum gladio ferri, quantum illis qui eum gladio verbi peremerunt, mors Christi deputatur. Christus ipse in cruce jam positus pro illis potius oravit, qui eum gladio ferri pupugerunt; non pro illis, qui eum gladio verbi occiderunt. Si igitur linguæ perversitas non restringitur, non multum prodest, si cetera mala corrigantur. Habes circa hujusmodi delinquentes, & in veteri & in Novo Testamento, divina consilia & præcepta; cum Dominus Deus in Deuteronomio dicat, *Et homo quicumque fecerit in superbia*

Epistola hæc maximam partem excerpta est ex Cypriani lib. ad Rogatianum.

---

a *Bernardo Abbati. S. Launomari*) Id est Blesensi, ut scripsit lib. II. epist. XIV. Ivo epist. CLXXII. *Mauricius Blesensis Cœnobii S. Launomari Abbas.* Mauricii, ut puto successor Bernardus.

b *Coabbati Odoni*) Majoris monasterii. Sic enim nostra est conjectura. Odonem virum religiosissimum, post restitutos Majori Monasterio Monachos Abbatem nonum, ejusdem Cœnobii tabulæ successorem faciunt Guillelmi, diemque obitus notant XIII. Kalend. Julias, & tumuli locum in dextera porticu Ecclesiæ, juxta Abbatem Bernardum Guillelmi prædecessorem. Hic rursus est Odo Abbas majoris Monasterii, ad quem extat Hugonis & Bernardi Abbatum epistola post Ivonis epistolas edita. Quare Odoni haud dubie inscribenda est.

c *Amilardo Lemovicensi Abbati*) In diplomate Philippi I. Regis de translatione Mauziacensis cœnobii ad ordinem Cluniacensem subscribit *Ademarus Abbas Lemovicensis*, hoc est S. Martialis, ut in dedicatione Monasterii Vindocinensis *Odolricus Abbas de S. Martiale*. Monasterium Lemovicense (quod pro monachis Canonicos sæculares nunc habet) & Monasterium S. Martialis unum atque idem est ut Floriacense, & S. Benedicti; Miciacense & S. Maximini; Segestrum & S. Sequani; Uticense & S. Ebrulfi; Ricomagense & S. Amabilis. Alterum enim tituli nomen est; alterum loci, in quo condita fuerunt. Atque in iis sane locis, quæ unicum habent Monasterium, id statim intelligitur. In amplioribus vero civitatibus, & quæ multis cœnobiis nunc florent, de vetustissimo & sui temporis unico accipi debet: ut in synodo Remensi Leonis IX. Oylardus Abbas Catalaunensis, de Abbate S. Memmii; apud Ivonem epist. CCXVI. Abbas Carnotensis, id est S. Petri.

ut non exaudiat sacerdotem aut judicem, quicumque fuerit homo ille morietur: & omnis populus cum audierit, timebit: & non agte impie, ne moriatur. Et ut sciamus hanc Dei vocem cum vera & summa majestate ejus processisse, ad honorandos & vindicandos sacerdotes, qui in ejus loco stant, aut de ejus loco cadunt; cum adversus Aaron Num. 16. 1. sacerdotem tres de ministris Chore, Dathan & Abiron ausi sunt superbire, hiatu terræ absorpti ac devorati pœnas statim sacrilegæ audaciæ persolverunt. Nec illi soli, sed & cæteri ducenti quinquaginta, qui eorum comites ad audaciam fuerunt, prorumpente a Domino igne consumpti sunt. Unde vera propositione probatur, quod non solum qui contra præpositos Ecclesiæ superbiunt, sed etiam qui consentiunt B eis, a Deo damnantur. In libro quoque regnorum, cum Samuel sacerdos a populo contemne- 1. Reg. 8. 7. retur, exclamavit Dominus, & dixit: *Non te spreverunt, sed me.* Et ut hoc ulcisceretur, excitavit Saulem regem, qui superbum populum calcaret & premeret, & per diversa pœnarum genera affligeret, ne contemptus sacerdos ulcione divina vindicaretur. David sanctus, cum oram chlamydis Saulis regis pessimi, & jam in Dei dispositione depositi, occulte abscidisset, quod factum parvissimam contra doctorem musitationem significat; magna cordis contritione se arrexit, quia in peccatore præposito Dei potestatem, quam venerari debuisset, & auctorita- C tem agnovit; quæ nec major justis pastoribus a Deo conceditur, nec minor injustis. Sed & Salomon in Spiritu sancto constitutus docet quæ sit sacerdotalis auctoritas & potestas, dicens: Eccl. 7. 32. *Ex tota anima tua time Deum, & sacerdotes ejus* Ibid. 33. *sanctifica.* & iterum: *Honora Deum tuum ex to-* Act. 23. 4. 5. *ta anima tua, & honorifica sacerdotes ejus.* Quorum præceptorum memor. B. Paulus, cum Sacerdoti, nesciens eum Sacerdotem esse, malediceret, & ei diceretur, *Sic insilis in Sacerdotem maledicendo?* statim culpam agnovit: & quia noxam ex ignorantia contraxerit, asseruit, dicens: *Nesciebam, fratres, quia Pontifex esset. Scriptum est enim, Principem populi tui non maledices.* Et alibi dicit, *Non est potestas nisi à Deo: Et* D *qui resistit potestati, divinæ ordinationi resistit: & qui resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Dominus etiam noster ipse Jesus Christus, Rex & judex & magister noster, usque ad passionis diem servavit honorem Sacerdotibus, quamvis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi servassent. Nam cum leprosum mundasset, di- Matth. 8. 4. xit illi, *Vade & ostende te Sacerdoti.* Ea humili- Luc. 17. 14. tate qua nos quoque humiles esse docuit, sacerdotem appellabat, quem sciebat esse sacrile- Joan. 18. 23. gum. Item sub ictu passionis cum alapam accepisset, & ei diceretur, *Sic respondes Pontifici?* nihil contumeliose locutus est in personam Pontificis; sed magis innocentiam suam servavit, E dicens: *Si male locutus sum, exprobra de malo, si autem bene, quid me cædis?* Quæ omnia ab eodem facta sunt humiliter atque patienter, ut nos suæ humilitatis ac patientiæ haberemus & sequeremur exemplum. Docet doctores Ecclesiæ legitime & plene honorari, etiamsi aliter agant quam debeant, dum circa falsos doctores Deus ipse talis existit. Præterea sanctos Apostolos

A scribarum & Pharisæorum, perversorum atque sacrilegorum doctorum, potestati substituit; quatenus Apostolorum & probaretur humilitas, & meritum augeretur; & per hoc plebs Christiana disceret portare jugum veri sacerdotis, etiam sub falso sacerdote. Meminisse monachi debent, quoniam Abbates Deus instituit: Abbates autem monachos constituerunt. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui Abbates facit; possunt & contra nos audere monachi, a quibus fiunt. Qualescumque sunt Ecclesiæ doctores, de ipsis tamen Dominus dicit, *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit:* &, *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Tangere Luc. 10. Zach. 3. hoc in loco non verberum quamlibet actionem B significat; sed quæ fit in prælatos a subditis, præloquente prælato eis diabolo, linguæ vel cordis detractionem. Maria utique soror Aaron Num. 12. prophetissa, dum Moysi detraxit, quamvis ipse aliquanto aliter fecerit, illico stigmate lepræ perfusa est, & de castris Domini foras projecta. Ozas etiam Levites, cum arcam Domini recalcitrantibus bobus cerneret inclinatam, eam volens erigere, statim ab Angelo Domini percussus interiit. Per arcam præpositus Ecclesiæ signatur, quem reprehendere minori ordini nulla ratione permittitur. Utile est & necessarium, ut [a] B. Eusebius dicit, ut rectores a subditis timeantur, & ab ipsis corrigantur; ut humana formidine peccare metuant, qui divina judicia C non formidant. Deteriores quippe sunt, ut idem ipse asserit, qui detractionibus doctorum vitam moresque, quamvis videantur reprehensibiles, insequuntur, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Et ideo juste infames sunt, & ab Ecclesia extorres fiunt. Nam sic odit Deus eos, qui linguarum gladiis, seu quolibet alio modo, adversus patres armantur, ut patrum invasores; & in omni mundo notantur infamia. Quos enim Deus suo reservavit judicio, humano examine condemnari nec debent, nec possunt. Et [b] B. Gelasius Papa: "Oves quæ pastori suo commissæ sunt, eum reprehendere, nisi a Catholica fide exorbitaverit, nec debent, nec D ullatenus accusare possunt: quia facta pastorum oris eorum gladio ferienda non sunt, quamvis recte reprehendenda videantur." Et [c] B. Gregorius in moralibus scribit, dicens: "Magistrorum vita, etiam si jure reprehenditur, oportet tamen ut a subditis sufferantur pariter & timeantur." Subtilis ergo via tenenda est a subditis rectitudinis, & humilitatis, ut reprehensibilia magistrorum facta nec placeant, nec tamen eorum mentes a servanda magistrorum reverentia recedant. Quod bene Noe debriato exprimitur, cujus nudata verecundiora boni filii aversi veniendo texerunt. Quid est quod filii verecundiam patris superjecto dorsis pallio aversi venientes operiunt; nisi quod bonis subditis sic præ- E positorum suorum mala displicent, ut tamen hæc ab aliis occultent? Si vero subditi a rectorum suorum reprehensione temperare se negligunt, usque ad reprehensionem ipsius conditoris excedunt, cujus superna dispositione prælati sunt. Nam si opera hominum injusta videntur, potestas, quæ a Deo est, nunquam erit nisi justa: quam injusti homines multotiens propter subje-

a *B. Eusebius*) Papa, cui tribuitur etiam ab Ivona decreti part. v. cap. ccl11.

b *B. Gelasius Papa*) Quæ hic Gelasii dicitur sententia, eam Caio Papæ tribuit Ivo part. v. cap. cclrrr. legitur in Eusebii epistola ad Ægyptios; unde & a Gratiano citatur 11. q. v11. *oves quæ*.

c *B. Gregorius in moralibus*) Lib. xxv. cap. x1v. & xv. & apud Adelbertum Diaconum lib. 11. cap. clv. Speculi, quod ex Gregorii moralibus excerpsit.

ctorum merita habere permittuntur. Non est tolerianda a præpositis superba loquacitas vel præsumptio subjectorum. Hæc sunt enim, sicut venerabilis [a] doctor & martyr Cyprianus scribit, hæreticorum ortus, atque conatus schismaticorum male cogitantium: ut sic superbi superbis placeant; ut præpositum superbo tumorecontemnant. Sic de Ecclesia receditur: sic altare profanum extra Ecclesiam collocatur: sic contra pacem Christi & ordinationem, atque unitatem Dei rebellatur. Oportet ergo monachum, de quo mihi scripsisti, ne & ipse dæmonium fiat, agere audaciæ suæ pœnitentiam: & honorem Dei in sacerdote etiam aliter agente agnoscere: & tota cordis & corporis supplicatione suo præposito satisfacere. Quod si superbus extiterit, exerce in eum honoris tui potestatem: ut tanquam homicida, ab omni ordine depositus, vel sic agnoscat Ecclesiasticæ censuræ rigorem. nam si Deus superbis Angelis non pepercit; superbis hominibus parcendum dedocuit. Homicidarum vero tria genera esse [b] Clemens sanctus, discipulus B. Petri & successor ejus, in Concilio residens asseruit: & pœnam eorum parilem fore nos docuit. Sicut enim interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque odientes, homicidas appellavit. quia & qui occidit, & qui odit fratrem suum, & qui detrahit, homicida est. quoniam detractio, etiam si cum veritate misceatur, ex odio surgit. Optare tamen debes, magis injurias odientium pietate & patientia vincere, quam concessa tibi licentia & auctoritate vindicare. Vale, & quæ tibi scripsimus, si bona sunt, tene.

EPISTOLA XXIII.

Goffridus Vindocinensis monasterii Abbas, [c] G. venerabili priori de caritate, cum dilectione salutem.

PRæsentium latorem vestræ bonitati transmittimus, quatenus eum in congregatione vestra ad salutem animæ suæ, si vultis, recipiatis. Hoc tamen vobis laudare nec audemus, nec vituperare volumus. Diu etenim nobiscum fuit, & pravos mores suos semper emendare contempsit. Sed bonum, quod apud nos diutius facere distulit; apud vos forsitan facere curabit.

EPISTOLA XXIV.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis Abbas, dilectis in Christo filiis [d] Hamelino & ceteris omnibus, prospera mundi despicere, & nulla ejus adversa formidare.

GAndeo plane propter constantiam vestram, quam Deo acceptam esse non dubito, & coram bonis hominibus cognovi approbatam. Si molestum habetis, [e] quod in Ecclesia voces cantando non exaltatis, dico vobis quia oris vocem Deus non attendit, sed cordis. Quare non est opus sonantibus verbis cum oramus: sed ubi sacrificamus, ibi & orare debemus. Ubi vero sacrificandum sit, psalmista manifestat dum dicit: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum & humiliatum Deus non spernit.* Si quis forte huic sententiæ obviare tentaverit, asserens in Ecclesia super altare esse sacrificandum sicuti fit; verum est utique quod dicit. Sed scire debet, quia in Ecclesia altare ibi nihil aliud significat, quam cor in homine. Quæ ergo, fratres, dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificium, ut diximus, sperantes in Domino, cujus misericordia adjuti visibilem & invisibilem superabitis inimicum. Certe, fratres, vos non pugnatis eo quod alicui sua auferre vel subripere velitis: sed ne sponsa Dei Ecclesia, quæ casta omnino debet esse & libera, sæcularitatis concubina fiat, & ancilla. Hoc si fieri posset, quod absit, non tam domus Dei quam spelunca latronum, & sentina vitiorum dici deberet. Est etiam alia causa vestræ magnæ securitatis, quod non feriendo, sed patiendo resistitis; & non tam pro vobis, quam pro successoribus vestris, hoc facitis. Unde patet, quod ipsius Domini nostri Jesu Christi exemplum tenetis, qui & pro aliis pertulit, & patiendo hostem superavit. Et sicut Dominum Jesum, caput nostrum, vicisse diabolum veraciter credimus; ita & nos omnes adversarios nostros superare valebimus, si illius membra fuerimus. Carissimi, mirari nolite, quod ad vos venire differo: quia [f] sexum illum mihi suspectum invenio, quem nec amicis bene fisum agnosco. Sexus iste nostrum primum venenavit parentem; suum quoque maritum & patrem: jugulavit Joannem Baptistam: inimicis suis fortissimum tradidit Sansonem; quodam etiam modo interfecit Salvatorem: quia nisi ejus culpa exigeret, Salvator noster pro nobis mori necessarium non haberet. Heu quantos jam perdidit! quos adhuc potest perdere non desistit. Ut breviter dicam: omnibus qui perierunt, qui pereunt, seu qui usque in finem sæculi perituri sunt, sexus ille duplicem contulit mortem. Nisi enim peccasset, & peccando primum hominem peccare fecisset, homo non moreretur in corpore; nec ejus anima in æternum periret. Væ sexui, cui nec timor inest, nec verecundia, nec bonitas, nec amicitia: qui magis timeri potest cum amatur, quam cum odio habetur. In his verbis epistola nostra concluditur. Dominus Jesus Christus sit Abbas & pater vester; bona ejus genitrix Maria, vestra mater. Ipsi Deo & Domino nostro, qui pro peccatis nostris in cruce positus, B. Joanni suam sanctissimam commendavit matrem, vestram commendo fraternitatem; ut sua pietate vo-

a *Doctor & martyr Cyprianus*) Epist. lxv. ad Rogatianum de diacono contumelioso.

b *Clemens sanctus*) Epist. 1. ad Jacobum fratrem Domini.

c *G. priori de caritate*) Inter primarios quinque Prioratus ordinis Cluniacensis principem locum tenet is, qui Caritati agri Nivernensis oppido ad Ligerim nomen fecit. Quibus acceptum hunc debeant Cluniacenses, Ludovici VI. Regis diploma Aurelianis editum docet his verbis. *Prioratus B. Mariæ de Caritate super Ligerim: quem Gaufridus Antissiodorensis Episcopus & Guillelmus Comes Nivernensis, & Bernardus de Chaillant, & alii fideles regni nostri, ad quos locus ille de Caritate cum villa & pertinentiis suis omnibus, in spiritualibus & temporalibus totaliter pertinebat, Hugoni Abbati & monasterio Cluniacensi & eorum successoribus dederunt, & concesserunt, absque ulla retentione pro se & monachos suos professos omni tempore habendum, tenendum & possidendum.*

d *Hamelino*) Lib. III. epist. x. & xi. monachis Vindocinensibus scripta est hæc epistola cum aliquot sequentibus.

e *Quod in Ecclesia voces*) Interdictum, opinor, designat quod Vindocinensibus suis indixerat adversus Comitissam.

f *Sexum illum mihi suspectum*) Lib. I. epist. xxv.

bis donare dignetur veram caritatem , veram A obedientiam, puram cordis & corporis castitatem: & inter prospera humiles, & inter adversa securos vos faciat , & ad gaudia sine fine mansura perducat.

EPISTOLA XXV.

Goffridus Vindocinensis cœnobii servorum servus, dilectis in Christo fratribus æternam benedictionem.

QUod vos diu est non visitavi, scitote hoc non meæ voluntatis fuisse , sed penitus necessitatis. Infirmitas enim , quæ dum apud vos essem me cepit, ut a vobis recessi, quatuor B tantum diebus me dimisit; sed postea graviter invasit. Unde ab amicis nostris accepto consilio potionem sumpsi. qua dum corpus purgare debui, pene me corporis vita purgavi. Sed Dei gratia de infirmitate illa convalui : & ad vos quam citius potero, revertar, quos præ cunctis hominibus semper diligo, & dilexi.

EPISTOLA XXVI.

a *Dilectis in Christo discipulis* [a] *Ingelbaldo & omnibus aliis, Goffridus eorum indignus pater , salutem a Deo & benedictionem.*

CAlumniæ, quæ in partibus patriæ Andegavensis olim contra nos ortæ fuerunt , divina opitulante gratia, ad honorem nostrum & C utilitatem sunt sedatæ. Novitium quendam honestæ vitæ, & optime literatum suscepi: quem sæculi pannis exutum, regulari veste habeo vestitum.
b [b] Domnus Prior noster infirmus tenetur, sed de beata illa anima quid dicerem , quæ si, vocante Domino, a sæculo migraret , nunquam, ut æstimo, gehennam sentiret ? Sed me infelicem! me miserum! quem nulla peccatorum meorum recordatio momordit, dum carnis sanitas blandiretur. nunc saltem inopinata infirmitas , quæ me subito pressit , circa mea mala reddere deberet sollicitum. Cum sangui- D nis immoderantiam metuens parum me minui fecissem; minutionis die tertia , discors humorum fluxus ordinem naturæ transgrediens per diem & noctem de corpore meo emanavit . Quem dum bona Dei pietas restrinxisset , febris mihi cognita pridem me vacuum pariter & fatigatum statim arripuit. Hinc igitur non jam ut subditos, non jam ut discipulos , sed sicut dominos & amicos carissimos, ex intimo cordis affectu vos deprecor, quatenus quidquid in vos deliqui, propter caritatem, quæ Christus est , corde, ore mihi dimittatis, & infirmitati animæ meæ succurratis , quia valde necesse est , non differatis . Caro quidem , unde gloriari oportet , affligitur : animæ vero succurrendum est orando ; de qua lugendum vehementer , si periclitatur.

EPISTOLA XXVII.

Frater Goffridus Vindocinensis monasterii qualiscumque minister & humilis servus , dilectis filiis & fratribus, Hugoni Priori , & cæteris omnibus, perpetuam benedictionem a Domino & a se puram & integram dilectionem.

QUoniam oculus animæ nostræ vobis vigilat diligenter; ut mihi vicem mutuæ dilectionis reddatis, quæso humiliter. Vigilate itaque orantes pro me, licet indigno , vestro tamen pastore: qui vos intra sinum memoriæ nostræ semper contineo , & de mamilla proprii peccatoris lac paternæ dulcedinis , absens quidem corpore, sed præsens dilectione, vobis tribuo , potum simul animarum vestrarum & escam. Tali potu & esca fidelium discipulorum mentes satiantur; dulcedine scilicet sui pastoris & amore . Ego certe vestræ anxietati , quam pro nostra absentia vos habere non dubito , valde compatiens, pane tribulationis meus nostra frequenter cibatur, & potatur aqua angustiæ. Est mihi tamen consolatio maxima , cara videlicet dilectio vestra, & malorum hominum patienter portata persecutio. Vere vera dilectio vestra me consolatur, quæ pro purificatione animæ nostræ Deum die ac nocte precatur. Pravorum autem hominum etiam maledictio vehementer optanda est , & eorum benedictio non mediocriter formidanda. Nam maledictio illorum creat beatitudinem, & eorum benedictio acquirit damnationem . Unde si mihi non creditur , Christo saltem credatur , qui non mentitur : qui discipulis suis loquitur, dicens: *Væ cum benedixerint vobis homines, & cum vos maledixerint beati estis.* Luc. 6, 26. Non horariam , sed assiduam fidelibus , non infidelibus, Christus in hoc mundo pro misit pressuram. Unde vera ratione & Christi auctoritate probatur, quod quicunque pressuram odit quam Christus promisit, non fidelis filii sortitur hæreditatem ; sed infidelis servi carcerem promeretur. Nec promittentem diligit Christum , qui Christi promittentis odit promissum . Nos autem, fratres, & promittentem Christum & ejus promissum toto corde, tota anima , tota virtute diligamus : & pressuræ, quam suis promisit, si sui esse volumus, nos ultro offeramus : quia parum est, vel nihil penitus , quamlibet pressuram pro tanto domino sustinere , cum ipsum dominum pressuræ præmium agnoscamus . Omnis itaque pressura , tribulatio , & angustia desiderio desideranda est , ubi Christus est in causa. Christus utique semper est in causa Ecclesiæ suæ, in qua nulli deest homini sive justo, sive peccatori. In hac causa justum quidem probat , ut adhuc justificetur : hac examinat peccatorem, ut justus efficiatur . Pro hac causa ipsemet etiam carnem suscepit, & decertavit usque ad mortem: nec feriendo, sed patiendo superavit. Nos igitur amplius non affectemus laudes

---

a *Ingelbaldo*) Monacho Vindocinensi. Ostiarius jam erat ante Goffridum Abbatem; quando ad Urbanum Papam, una cum Frotmundo Priore missus est ob litem Credonensem cum monachis S. Albini .

b *Domnus Prior noster*) Legendum ex veteri codice Domnus . item lib. v. epist. 11. *Domno Radulfo*. Domni & Domini perpetuum hac discrimen apud Goffridum, quando de hominibus sermo est , quod Domni vocem præponit nominibus propriis , aut iis, quæ propriorum vicem gerunt ; ut *Domnus Hildebertus* , *Domnus Paganus* , *Domnus Ernaldus* , *Domnus Hamelinus* , *& Domnus Episcopus* , *Domnus Abbas* , *Domnus Prior* , *Domnus Archidiaconus*. In cæteris Dominum dicit cum adjecti locum habet , ut in epistolarum inscriptionibus passim, *Domino & Patri Domino & amico*. Hac tamen exceptiona , quod cum de Papa loquitur, præcipui honoris causa Dominum pro Domno usurpat , ut *Dominus Papa* , *Dominus Papa Urbanus* ; cum alii fere scriptores *Domnum Papam & Domnum Apostolicum* dicere soleant , Domini nomen uni Deo tribuentes.

hominum, ne quaslibet eorum pressuras timeamus: sed Christum in sua causa esse nobiscum firmissime credamus: & pro ipso, qui nos redemit sanguine proprio, etiamsi opus fuerit, usque ad sanguinem decertemus. Nam pene aut penitus irremissibile nobis ab ipso peccatum imputabitur, si sanguinem nostrum pretiosiorem habeamus, quam suum. Valete; & in causa Dei cum ipso constantes estote.

EPISTOLA XXVIII.

Goffridus Vindocinensis monasterii Abbas, carissimo fratri Roberto salutem.

ABstinentia, quam facis, scilicet quod tribus diebus tantummodo in hebdomada reficis, satis laudabilis esset, si quo modo videretur regularis. Regula namque, quam te observaturum coram Deo & sanctis ejus promisisti, præcipit, quod si quis fratrum, aliquid Deo offerre voluerit, illud prius Abbati suo ostendat, ut ejus voluntate & consilio fiat, si autem aliter fecerit, præsumptioni deputabitur, & non mercedi. Tu vero sine voluntate nostra hanc abstinentiam arripuisti. unde timeo ne vanitati potius deputetur, quam saluti. Te igitur, frater, admoneo, ut quod voluntate propria præsumpsisti, voluntate nostra & consilio deseras, &, non veni facere voluntatem, cum Domino dicas. Iterum si te jejunare delectat, [a] laudo; ut jejunando comedas, & comedendo abstineas. Ille enim jejunando comedit, & comedendo abstinet, qui sic quotidie comedit, quod ventri nullatenus satisfaciat. Uno siquidem die omnino abstinere, & altero ad plenum reficere, non satis videtur probabile. Die enim quo homo nihil cibi accipit multotiens murmurat: altero vero cum multum desideratum cibum habuerit, vix modum in comedendo servat: & cum jam repletus fuerit, ineptam lætitiam gerit. Et idcirco utile valde, immo necessarium animæ & corpori esse cognoscimus, ut & caro quotidie cibis sustentetur, & tamen a vitiis refrænetur. Nam qui sic vivis, duobus modis sibi proficit: quandoquidem & ab elatione alienus existit, & cætera bona operari non renuit. Ad conquirendam itaque salutem æternam abstinentia corporalis sola non sufficit, nisi & animæ quoque jejunium per abstinentiam vitiorum fueris sociatum. Et ideo, dilectissime, ita corpus exerce jejuniis, ut purges mentem a vitiis. Hoc est autem spirituale jejunium, per quod sine dubio societas acquiritur civium supernorum. & ille laudabiliter hoc jejunium servas, quem detractio nulla exasperat: quem nec furor, nec immoderata ira exagitat: quem superbia gratia Dei non spoliat: quem maledictis lingua non maculat: quem rancor, seu murmur non cruciat. Vale, & super hoc obedire non negligas.

Joan. 5, 38.

EPISTOLA XXIX.

Goffridus Vindocinensis monasterii servus, sua multum dilecto fratri & filio Rainaldo, Deum timere, & eum timore diligere.

INfirmitas vestra, quam nostram facimus compassionis affectu, non magis sibi subveniri exigit, quam nostra optat dilectio. At quia animo cupienti nil satis festinatur, forsan venit vobis in mentem, quod salus vestra aut non curetur a nobis, aut oblivioni tradatur. Sed non ita est: quia omnia, quæ mandastis vobis esse necessaria, quæsivimus: quæsita jam quædam invenimus: quædam adhuc invenire nequivimus. Medicus vero, in quo spes sospitatis vestræ tota suspenditur, ad nos venit, Turonum rediturus, ibi confecturus medicinam omnino vobis profuturam, ut asserit, & sic ad vos nobiscum venturus. Interim mittis vobis electuarium utile valde vestræ infirmitati, immo necessarium, quod quotidie jejunus accipiatis, & post cœnam antequam dormiatis.

EPISTOLA XXX.

Frater Goffridus fratribus & filiis, R. Priori & aliis omnibus: omnia quæ corpori sunt necessaria, & utilia animæ, a Deo patre, & Domino Jesu Christo, & Spiritu vobis multiplicentur, ut bona voluntate domino serviatis, & gaudeatis in ipsa.

CUm tranquillitate, & multa pace, & omni amicitia desiderio desidero venire ad vos: sed quæ sunt necessitatis vestræ & utilitatis me impediunt. unde Deo auxiliante expediat, & quam citius potero vos videbo. A quibus licet absens corpore videar, me vobis firma fide credatis corde semper & dilectione præsentem. vos enim estis sensus mei, mea cogitatio; vos viscera mea, vobis utrumque dedi, corpus utique meum, & animam meam: pro vobis utrumque, ut fidelius possum, expendo quotidie. per vos utrumque commendo Domino Deo vivens, & etiam moriens commendabo. De cætero, fratres, quæ bona sunt & sancta, quæ bonæ famæ, quæ sanæ doctrinæ & disciplinæ cogitate & facite: quoniam vobis a Deo optime retribuetur: & a me pro viribus meis, qualicumque vestro pastore. Valete, & quæ vobis in membranis scripsi, in cordibus vestris transcribite; ne me pœniteat, ingratis, quod absit, tam bona scripsisse.

EPISTOLA XXXI.

Frater Goffridus fratribus & filiis, R. Priori, & cæteris omnibus, Deum timere, observare mandata ejus.

MAndavi, & mando, quod pro vestra necessitate & utilitate feci moram: sed ad præsens prævio Spiritu sancto veniam ad vos, quos puræ dilectionis affectu dilexi, & diligam. Si tales invenero, quales vos invenire desi-

---

a *Laudo ut jejunando comedas*) Idem est consilium S. Hieronymi epist. XXII. ad Eustochium. *Sint tibi quotidiana jejunia, & refectio satietatem fugiens. Nihil prodest biduo, triduoque transmisso vacuum portare ventrem, si pariter obruatur, si compensetur saturitate jejunium.* & epist. X. ad Furiam. *Parcus cibus & venter semper esuriens, triduanis præfertur jejuniis: & multo melius est quotidie parum, quam raro satis sumere.*

dero; talem me invenietis, qualem invenire desideratis. Servate innocentiam, humilitatem habetote, diligite patientiam. Ista sunt enim quæ discipulorum obedientiam laudabilem faciunt, & tranquillam mentem magistrorum. Hæc absens scribo, ut mihi detis occasionem vobis quod melius potero faciendi cum præsens fuero. Si fratres, qui aliter quam debuissent fecerunt, se digna emendatione correxerunt, mihi multum placet, & omnipotenti Deo multiplices grates & gratias ago. Natura nostra etiam ad culparum vindictam invita trahitur, & velox est ad indulgentiam. Consilium quidem stabile unicuique rectori animæ inesse debet: sed in eo qui peccavit, & pœnitet, non sit difficilis mutare sententiam. Utinam qui peccavit, tam cito pœnitentia duceretur, quam cito mutaretur in ipso nostra sententia. In ædificationem me missum intelligo, non in destructionem. Neminem vestrum vexare quæro, sed vobis omnibus opto quietem. Sed ille, inquam, insanus est, & malignum spiritum habet, qui eum ad iram provocare satagit, a quo post Dominum omnia sperare licet, & sine quo nihil ei possit esse quod prosit. Valete.

EPISTOLA XXXII.

Goffridus Abbas non suis meritis, sed Dei gratia, dilectis filiis R. Priori, & omnibus aliis salutem & dilectionem.

QUod vobiscum in Pascha non fui, nostri corporis infirmitas causa extitit. Gibbus enim mihi crevit in dorso, unde me secari oportuit. Et quamvis inter manus & lacrymosas voces dilectarum Deo [a] sanctimonialium de fonte Ebraldi, rasorio scribente in nostra carne suas literas, corpus nostrum infirmitate pariter & vulnere non mediocriter fatigatum teneretur; nec infirmitas, nec secantis crudelitas, nec statim impositi salis asperitas, ut vos vel ad momentum oblivi scerer, facere potuit: sed spiritus puræ dilectionis, quo vos semper dilexi, & diligo, & diligam, mansit vobiscum. Dei tandem adjuvante clementia aliquantulum de infirmitate convalui: & partim aqua, partimque equo portatus Andegavim veni. Valete in Domino omni tempore; ipsum Deum, & Dominum nostrum rogantes, ut me, & in infirmitate patientem, & in prosperitate humilem faciat: & me, & vos in sui dilectione custodiat.

EPISTOLA XXXIII.

Goffridus Abbas non suis meritis, sed Dei gratia, dilectis filiis R. Priori, & omnibus aliis illam a Deo, quam dedit suis sanctis discipulis, benedictionem.

PRo vestris piis precibus & lacrymis, quas pro me, licet indigno pastore vestro, filiali devotione Domino Deo obtulistis, multiplices gratiarum refero actiones. Pius & patiens Dominus, cujus patientia me diu peccantem sustinuit, pietate sua; vestris intercedentibus meritis, meæ infirmitatis & vulneris specialis medicus fuit. Unde nullatenus valeo desperare sospitatem. Ego quidem quam citius potero ad vos veniam, quos desiderio videre desidero: & in quibus post Deum totius animæ meæ posui intentionem. Valete.

EPISTOLA XXXIV.

Goffridus Vindocinensis monasterii servorum servus, dilectis in Christo filiis, [b] Goffrido de Surgeriis, Jordano de Podio rebelli, Rainaldo Cartaldo, Herveo de Olona, salutem.

MAndamus vobis, & mandando præcipimus, quatenus in proxima sanctæ Trinitatis festivitate ad nos venire, & monasterium vestrum, prout dignum est, visitare non differatis; quod etiam non invitati facere deberetis. Hoc autem si quis vestrum contempserint, nisi gravi corporis infirmitate detentus, donec de inobedientia satisfaciat, a sanctæ Ecclesiæ liminibus alienus existat.

---

a *Sanctimonialium de fonte Ebraldi*) Fontis Ebraldi nudum nomen vidimus lib. I. epist. XXIV. & XXVI. Hic sanctimoniales nominat, quibus celeberrimum eo loci monasterium Petri Episcopi Pictavensis, in cujus diœcesi haud procul a Turonum Andegavorumque finibus est locus, nutu & auctoritate instituit Robertus de Arbrissello is, ad quem scripta est epistola XLVII. hujus libri. Conditum anno Christi M. C. notat Chronicum Turonense his verbis. *Anno Domini* M. C. *Henrici Imper.* XLIV. *Philippi Regis* XL. *Concilium Pictavis celebratur: nec multo post Abbatia Fontis Ebraldi in Pictavensi diœcesi fabricatur.* Mirum est quod de ingenti sanctimonialium ejus loci numero prodit Sugerius Abbas, cum scriberet, hoc est annis nondum ab ortu Cœnobii quinquaginta, ad quatuor fere aut quinque millia excrevisse. sed digna est Sugerii epistola, quæ propter argumentum integra legatur. Sic ergo scribit ad Eugenium III. Papam.

Sugerii Abbatis Epistola ad Eugenium III. pro Sanctimonialibus Fontis Ebraldi.

Carissimo Domino & Patri. Dei gratia summo & universali Pontifici Eugenio Sugerius, Beati Dionysii Abbas, obedientiæ & servitii plenitudinem. Pro sororibus apud fontem Ebraldum sancta & Deo acceptabili religione degentibus, quas Episcopus Pictavensis, subjectionem ab eis requirens, earumque Abbatissam benedicere nolens defatigat, Sancti Apostolatus vestri celsitudinem, quo possumus prece pulsamus: ut sicut vestra incumbit discretioni, imbecillitatem debilium confovendo sustinere, quid unicuique expediat providere; fragilitati sexus condescendatis, & quæ vestra auctoritate sustentantur, eas sub vestra protectione retineatis, nec alteri subjici velitis, & ab hac defatigatione in pace eas esse faciatis. Novit enim vestra discretio, quod animabus earum non expedit claustra monasterii sui exire: nec hac occasione, vel alia sæculo se jungere. Nisi enim, si vestræ placet Paternitati, quod præfatus Episcopus subjectos suos consuevit inquietare. Placeat igitur excellentiæ vestræ ab iis molestiis eas eripere: & ut in pace Deo deserviant, eis in multitudine misericordiæ vestræ providere, sub protectione Dei cæli, & vestra Apostolica auctoritate confovere, & protegere, ut pote tantum tantæ religionis locum, quem cum in partibus illis in jubilis essemus, noviter inceptum esse vidimus, & pro Dei voluntate fere usque ad quatuor aut quinque millia sanctimonialium jam excrevisse audivimus, & gaudemus.

b *Goffrido de Surgeriis*) Elenchus epistolarum in Codice Cenomanensi, fratribus de Sauronia scriptam monet: quod majori ex parte verum est. In pago enim Santonico est ecclesia Surgeriarum, de qua dictum lib. III. epist. XL. itemque ecclesia de Podio rebelli quam Vindocinensi cœnobio, approbante filio Guillelmo Comite Pictavensi, dedit Agnes Comitissa. At Olona in litore Pictavico, tabulæ fundationis. *In pago Pictavensi medietatem ecclesiarum de Olona cum decimis, salinarum, & vinearum & omnium inde exeuntium.*

A

EPISTOLA XXXV.

Goffridus Vindocinenſis monaſterii humilis ſervus, dilectis in Chriſto filiis, Jordano, Raiualdo Cartaldo, ſalutem & benedictionem.

SI juſſionibus noſtris aliquando vos gravamus, non ideo contra nos murmarare debetis, vel quod abſit, nos odio habere; quoniam vobis multa imperamus neceſſitate monaſterii potius, quam voluntate. Obedientia tamen hanc ſibi
Joan. 6, 38. ſpecialiter poteſtatem vindicat, ut non tam ejus
B cui præcipitur, quam ejus qui præcipit voluntas fiat. Unde Dominus in Evangelio obedientiæ formam tribuens, dicit: *Non veni facere voluntatem meam, ſed ejus qui me miſit.* Expedit itaque vobis ſecundum Domini ſententiam, alterius obedire voluntati, non veſtram ſequi. Sed quæ, vel quanta vobis ob hoc in futuro merces repromittitur, ſi bene conſideratis; ſuave, leveque vobis erit, quidquid in præſenti pro Domino ſuſtinueritis. Repromittitur ſiquidem vobis vita ſine ſenio, ſatietas continua ſine faſtidio, ſocietas Angelorum, & quod ſuper omne bonum eſt, facie ad faciem aſſidue videre Deum. Et quia de obedientia caritati veſtræ loqui cœpimus; ſub ipſius obedientiæ nomine,
C & in remiſſionem omnium peccatorum veſtrorum mandamus vobis, quatenus piſces noſtros, cibaria videlicet fratrum veſtrorum, uſque Andegavim adducatis. Valete, ſi obedientes fueritis.

EPISTOLA XXXVI.

Goffridus, qui gratia Dei eſt id quod eſt, dilectis in Chriſto fratribus, [a] *Hamelino Priori, Bricio Cellarario, ſalutem.*

VOlo vos non ignorare, ſed firmiter credere, me cum magno comitatu pro cauſa, quam ſcitis, Andegavim venturum vigilia Aſcen-
D ſionis, ſi detentus non fuero, quod Deus avertat, corporis infirmitate. Hoc vobis curavi prædicere, quos ad expenſas faciendas paratos deſiderio deſidero invenire. Si vero verbis aut clamore cordis objicitis, paupertatem veſtram ad hæc minime poſſe ſufficere; hic nulla neceſſitas cogit me reſpondere: ſed imperat veritas vos non debere ſic loqui, nec ſic cogitare, qui divite Chriſto non debetis paupertatem formidare, & quibus, quod habemus, nullatenus poteſt deficere. Mallemus quidem quidquid Credonis poſſidere cernimur honorabiliter expendere, quam rebus Eccleſiæ Dei injuſtas ac pravas conſuetudines homo incompoſitus & fatuus abſque re-
E clamatione violenter poſſet imprimere. Valete: & cui ſervitis, de ſancti Clementis magna clementia confidite, de victoria nihil penitus hæſitantes.

EPISTOLA XXXVII.

Goffridus Vindocinenſis monaſterii humilis ſervus, dilecto fratri Hamelino, ſic obedire, ut obedientiæ fructum poſſit recipere.

INfirmitati tuæ, qua, ut mandaſti, ingraveſcente ad nos venire non potuiſti, ſed domum redire potuiſti, quanto poſſumus, & debemus cordis affectu compatimur. Illam tamen infirmitatem vehementer miramur, quæ tibi impedimento fuit, ne ad nos venires, & impedimento eſſe non potuit, ne redires. Certe ſi
B non potuiſſes venire, ſicut potuiſti redire, mittere debuiſſes per quem conſtitutionem Dei & noſtram compleſſes. Firmiſſime crede, & nullatenus dubites, fili in Chriſto cariſſime, quod monachus qui verbis obedientiam ſapit, & obedientiæ opus non facit, verbis quidem monachus videtur, ſed opere monachus eſſe negatur. Unde ejus verba verbera potius quam gratiam promerentur. Vale, & formoſa verba obedientiæ proſequere obedientiæ formoſo opere.

EPISTOLA XXXVIII.

C *Goffridus Vindocinenſis monaſterii ſervus, dilecto fratri* [b] *Andreæ, ſalutis monita oblivioni non tradere.*

DE te nobis relatum ſcias, quod generalem reſectorii panem & vinum reſpuiſti: & ut alium panem, vinumque aliud tibi quæreret, cellarario præcepiſti. Si per invidiam & non ex veritate dictum eſt, dicentem non dubites pœnam acquiſiſſe ſibi. Si vero a te actum eſt, ſapienter corrige quod feciſti. Oportet enim te, frater, ſic in omnibus temperari, ne quaſi libera utens poteſtate quicquam facias, unde merito fratribus, quos tuæ dilectioni commiſimus, ſcandalum valeat vel murmur generari.

D

EPISTOLA XXXIX.

Goffridus Vindocinenſis monaſterii humilis ſervus, dilecto in Chriſto filio Andreæ, prudenter & ſimpliciter in omnibus miniſtrare.

CIrca fratres, quos tuæ fidei commiſimus, ſic te decet eſſe ſollicitum, ut dum animas eorum ſalvare deſideras, curam corporum exhibere non negligas. Non enim bene in homine animam diligit, qui corpori in ſua neceſſitate renuit ſubvenire. Utrumque Deus condidit, & ut utrumque repararet, utrumque ſuſcepit. carne quidem mortuus eſt, & animæ vitam, quam peccato ſuo perdiderat, iterum
E dedit. Non [c] ex carnis corruptione, ſicut quidam putant, animæ mors proceſſit: nec diabolus prius carnem noſtram infecit, quam animam. Unde qui recte credit, intelligit, quod corruptibilis caro non animam peccatricem, ſed anima peccatrix carnem corruptibilem fecit. In quibus fraternitati tuæ non dicimus, ut ea facias, vel conſentias quæ inordinate concupiſcit voluptas, ſed quæ juſte fieri cogit neceſſitas. Vale.

---

a *Hamelino Priori*) Credonenſi. Urbanus II. Goffrido: *Eccleſia parrochialis S. Clementis de Credone, & univerſa Eccleſia, quæ infra terminos ejuſdem Parrochiæ continentur.* Sed de Credonis Caſtro & quæ in eo eſt Eccleſia S. Clementis, epiſt. xliv. & lib. v. epiſt. xxvii.

b *Andreæ*) Priori, ut patet ex epiſtola xl. ſed cujus loci Prior fuerit non ſignificat.

c *Non ex carnis corruptione ſicut quidam putant*) Ex Auguſtino lib. xiv. de Civitate Dei cap. iii. *Corruptio corporis quæ aggravat animam, non peccati primi eſt cauſa ſed pœna: nec caro corruptibilis animam peccatricem, ſed anima peccatrix fecit eſſe corruptibilem carnem.*

EPISTOLA XL.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, venerabili fratri suo Andreæ, Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me, memoriter retinere.

AD te, dilectissime, dilectum filium nostrum Herbertum misimus, quem in rebus sæculi providum esse cognoscimus, & ut ea quæ foris agenda sunt, sapienter & tuo consilio agat, præcipimus: hoc sibi specialiter injungentes, quatenus te toto corde diligat, & tibi tanquam Priori suo diligenter obediat. Tu vero te talem circa ipsum & ceteros tuæ dilectioni commissos fratres cura pastorali exhibe, ne quid minus perfectionis in eis pastor æternus valeat invenire. Quod si circa animas tuæ fidei creditas, juxta admonitionem nostram, te sollicitum exhibueris; firmissime crede, & nullatenus dubites, quoniam de minori substantia merito causari non poteris. Deus enim per me indignum famulum suum tuam supplebit inopiam: & pro grege bene servato mercedem ab ipso recipies sempiternam.

EPISTOLA LI.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, [a] Guillelmo, & aliis fratribus apud Castellum manentibus, salutem.

FRater Guillelme, diximus tibi, ut ad nos quam citius posses venires, & Bernardum tecum adduceres. Tu autem quæ tibi diximus non fecisti, sed literas, quales tibi placuit, nobis misisti; in quibus Bernardum, non posse venire significasti. Ad hæc tibi respondemus; quia si venire non potest, deferri potest. Præcipimus igitur tibi auctoritate sanctæ regulæ, ut infra quatuor dies, visis his literis, ad nos venias, & Bernardum, si equitare non potest, afferri facias. Si vero aliter feceris; & te perpetuæ infamiæ nota damnamus, & Bernardum ita excommunicamus, ut nec communionem percipiat vivus, nec sepulturam defunctus.

EPISTOLA XLII.

Goffridus Vindocinensis monasterii servus, Guillelmo Priori de Castella & fratribus qui cum eo sunt, observare regulam, & gulæ irritamenta declinare.

PErvenit ad aures nostras de vobis irreligiosa & inordinata prorsus opinio. Dictum est enim, quod contra regulam, quam coram Deo & sanctis ejus vos observaturos promisistis, carnes solemniter & generaliter manducatis. Unde si ita est, immo quoniam ita esse credimus, vestræ intemperantiæ vehementer condolemus, & ne ulterius fiat, regulæ vobis auctoritate prohibemus. Carnis comestio, sicut monachis pro corporis infirmitate conceditur; ita eis in carnis voluptate negatur. Infirmi etiam si a carne penitus abstinerent, non propter hoc regulam violarent. Carnibus namque vesci in regula non est præceptum monachis infirmis, sed permissum. Sed quia paucorum vel nullorum istam virtutem esse cognoscimus, ut videlicet a carne omnino abstineant; cum alicui carnem comedendam tribuimus, rationabilis est consideranda necessitas, non carne carnis nutrienda cupiditas.

EPISTOLA XLIII.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, dilecto in Christo filio Guillelmo, & fratribus cum eo apud Castellum manentibus, obedire Deo magis quam hominibus.

NUntiatum est nobis, quia tantam sæcularium hominum, & quod periculosius est, mulierum frequentiam vobiscum esse patimini; quod vix aut nunquam quæ Dei sunt loqui potestis vel meditari. & ubi inordinate sæcularis est assiduitas, diu deesse non creditur grandis iniquitas: maxime in loco, in quo sexus fœmineus habitare permittitur, per quem etiam religiosæ personæ suspectæ habentur. Sexus tamen ille, ubi bonus, nullus melior: sed ubi malus, nullus est pejor. Bonitatem vestram, dilectissimi fratres, præsentibus literis admonemus, & admonendo rogamus, ut si quid minus caute nunc usque egistis, nullomodo corrigere differatis: ne forte ordini vestro, quod absit, acquiratis infamiam: & sic, justitia dictante, nos contra vos provocetis ad iracundiam. Valete, & quæ mandamus diligenter observate.

EPISTOLA XLIV.

Goffridus Vindocinensis monasterii minister indignus, dilecto in Christo fratri [b] Bernerio priori Credonensi, Deum diligere & cum dilectione timere.

SUæ professionis fidem non bene custodit, qui B. Benedicti regulæ, quam * se coram Deo *f. a se.
& sanctis ejus jurejurando tenendam promisit, non obedit. Sancta etenim regula nos docente didicimus, quod sua peccata & aliena quibus inficitur, Abbati suo non occultare, sed

a *Guillelmo & aliis apud Castellum*) Priori & Monachis. Honorii II. & aliorum literæ, plurali numero enuntiant, *Ecclesiam B. Mariæ de Castellis*, quo modo nunc etiam vulgo vocitant Andegavorum vicum in extrema eorum diœcesi Turonum finibus conterminum. Qui igitur Goffrido Prior de Castello dicitur, aliis Prior B. Mariæ de Castellis diceretur.

b *Bernerio priori Credonensi*) Notissimum est Credonis, sive ut Gallicus mos inflexit Craonis Castrum in inferiore Andegavorum pago Armoricis finitimum. Huic proximam Ecclesiam S. Clementis nomine insignem Suhardus Credonis olim Dominus S. Albini monasterio statis legibus cum donasset, post modum Guarinus Suhardi filius, quod pacta non expleverat, in jus suum revocavit, & Clericos pro monachis in ea constituit. Deinde vero Goffridus Martellus comes Credonensi dominio in manum suam ac fiscum recepto, S. Clementis Ecclesiam Vindocinensi cœnobio, quod recens fundarat, addixit, priusquam Credonense dominium Roberto Burgundioni concederet, quod ipsemet in Tabulis fundationis Vindocinensis testatur his verbis. *In Episcopatu Andegavensi Ecclesiam S. Clementis apud Castrum Credonense cum omnibus ad ipsam pertinentibus, quam quidem exceptam, sicut prius S. Petro donatam, retinuimus, cum honorem Credonensem Roberto Burgundioni fideli nostro donavimus.* Inde orta monachorum S. Albini cum Vindocinensibus de Ecclesia Credonensi diu ac sæpe agitata contentio. Primum apud Nicolaum II. qui eam Vindocinensibus adjudicavit, ut ejus

revelata

sevelare debeat monachus. Tu vero peccatom [a] Præpositi tui, quod consentieodo tuom fecisti, noa occultum, sed poblicum, quia com publicis mulieribus publice factum, oobis occultasti. Unde evidentissime patet, qood te peccaado & nos contemoeodo læsisti. Præsentibus igitor literis tibi præcipimus, ut camerolam illam, io qua fordidator ille &. foedidus pravam exercuit actionem, omoiao & festioaater destruas: & extraneum [b] a claustro, & a Curte B. Clementis facias eom. quod quaadiu distuleris facere; tandiu te ab iotroitu saoctæ Ecclesiæ esse volumus alieoum. Vale.

EPISTOLA XLV.

Frater Goffridus Beraerio Priori, benedictionem a Deo, & a se dilectionem.

INfirmitatem tuam, frater io Christo carissime, audivimus, quam fecimus nostram compassioois visceribus. Et quia te consilio, & A aoxillo pariter indigere non ignoramos, dilectum nostrum fratrem & filium Gilbertum tibi traasmittimus, qui pro te curam totios domus B. Clemeatis adimpleat, & tuis præceptis io nullo contradicat. Tu vero sic tua moderare præcepta, ut quod ipse fecerit, cum timore Dei faciat & amore. Vale.

EPISTOLA XLVI.

Goffridus Vindociaensis monasterii servus dilectis fratribus, I. Priori & cæteris omaibus, benedictioaem a Domiao Deo, & a se dilectioaem.

B MAndastis oobis, quod dictom vobis fuerat, quod Herbertus presbyter de Savioiaco qoaadam maritatam tenebat; cujus maritum nocte graviter vulneravit, eo qood propriæ uxori adulterioi amoris habeoas noa laxabat. Si vera sunt hæc, quæ de presbytero fama sparsit, valde oeqnam est presbyter qui talia fe-

---

oos literæ doceot ad Odericum Abbatem. *Apud Castrum,* inquit, *Credonense parochialis Ecclesia S. Clementis, de qua inter Vindocinenses & B. Albini monachos in præsentia nostra querimonia orta fuit, & Apostolicæ sedis judicio Vindocinensi monasterio adjudicata.* Iterum apud Urbanum II. qui rem ita composuit, ut Vindocineosibus maneret quidem Ecclesia S. Clemeatis; sed ita ut ejus loco unam de tribus designatis, quam ipsi mallent, S. Albini mooasterio cederent. Delecta est & S. Albioo traoscripta Ecclesia S. Joannis super Ligerim. De qua rursum a Goffrido nostro & Vindocinensibus, qui se Urbani sententia læsos judicabant, nova excitata est controversia. Sed vicit tamen, ut ad lib. I. epist. VIII. dictum est, Urbani auctoritas, relicta S. Albini monachis, quorum in potestate hodieque manet, S. Joannis Ecclesia, Goffrido, ut reor adhuc superstite; cum ab Innocentio II. in literis ad Frotmundum Goffridi successorem, inter eas jam non numeretur, quas Vindocinense cœnobium in diœcesi Andegavensi possidebat. Quæ omnia paulo fusius hoc loco exposita sunt, ut controversiæ, cujus aliquot locis meminit Goffridus, quænam causæ fuerint intelligatur. Nunc Urbani de ea re decretum, quoniam aliis etiam in rebus usui esse potest, ex S. Albioi armario proponemus. Hoc igitur est exemplum.

Urbani II. Decretom de controversia Credoaensi ioter Mooachos S. Albioi & Viadocioenses.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiis Goffrido Abbati S. Albini Andecavensis, & Bernoni Abbati S. Trinitatis Viadociaensis salutem & Apostolicam benedictionem. Anno Dominica Incarnationis M. XCIII. *Pontificatus nostri* V. *Indict.* I. *Cum essem in Provincia Calabria apud Monasterium S. Maria qua dicitur de Matina, Monachi S. Albini, Girardus Prior, Milo, Stephanus, adversus monachos S. Trinitatis de Vindocino, Frotmundum Priorem, Ingelbaldum Ostiarium, qui præsentes aderant, conquesti sunt, quod Vindocinenses fratres Ecclesiam S. Clementis Credonensis, quæ a monachis S. Albini juste secundum illorum temporum consuetudinem acquisita, & per* XXX. *annos quiete, & sine interruptione possessa, violenter ablatam injuste detinerent. Qui cum suis instrumentis & rationibus causam suam defendere niterentur; primo die proclamationis eos diu & multum ventilata nulla potuit fine terminari. Secundo vero die similiter multum discussa, ad nullum tamen est finem deducta. Die autem tertio,* XII. *scilicet Kalendas Decembris, residentibus nobis in Anglone Civitate Apulia, præsidentibus religiosis, & venerabilibus tam Episcopis, quam sancta Romana Ecclesia Cardinalibus sive Diaconibus: adstantibus etiam nobilibus Romanis, & Comitibus Apulia gloriosissimis, Boamunto & Guillelmo; eo iterum diu & multum inquisita tandem inspirante Deo lucidius claruit, in quam potius partem justitia declinaret. Cum enim utraque pars suis nobis allegationibus obviaret, & hinc* passionem Abbatum, confirmationem Pontificum, Romana Ecclesia Legatorum: illinc vero legitimum introitum, & canonicam XXX. annorum possessionem nobis opponerent: nos qui omnium fidelium causas æqua lance pensare debemus, utrimque utilitati providentes, ipsam litem concordia convenientis æquitate decidere maluimus. Omnes igitur qui nobiscum aderant hanc sententiam collaudantes, consentientibus prædictis utriusque Cœnobii fratribus, & in manus nostras fidem pollicendo firmantibus, concordia & pax inter eos hoc modo posita est; ut scilicet Vindocinenses monachi de his tribus Ecclesiis, aut Ecclesiam Monitiliam, vel S. Saturnini, sive S. Joannis supra Ligerim, unam quam congregatio tota S. Trinitatis elegerit, cum omnibus quæ ad eandem Ecclesiam tam mobilibus quam immobilibus interius exteriusque ad præsens pertinent, infra dies XXX. postquam domum redierint, Monasterio S. Albini in perpetuum tradant. Fratres itaque S. Albini omnem litem, omnemque calumniam ex causa hac in manus nostras & Vindocinensium fratrum refutarunt: Vindocinenses vero unam supradictarum Ecclesiarum in manus nostras reddiderunt, & per nos eosdem monachos investierunt. Præsenti igitur auctoritate fraternitatem vestram admonemus & præcipimus, ut hoc pactum a nobis intentione pacis & quietis dispositum & statutum omni tempore deinceps ratum & inconcussum teneatis & observetis. Quæcumque autem pars hanc nostræ decisionis sententiam non susceperit, vel transgredi præsumpserit, tam canonum severitati subjaceat, quam legitima compositionis pœnam, id est auri centum librarum sustineat, & a causa penitus cadat. Data Tarenti VIII. Kal. Decemb.*

a *Præpositi tui*) Præpositus monasterii dicebatur is, cujus secundum Abbatem cura erat domus & domesticæ disciplinæ. Priorem claustralem hodie vocant. Aliud ergo Abbas seu Pater monasterii; aliud Præpositus: ut Fundaoi monasterii, de quo B. Gregorius l. dialog. I. Abbas erat Honoratus, Præpositus Libertinus: Soractensis, de quo cap. VII. Præpositus Nonnosus; Abbas alius, quem asperrimum fuisse scribit. Eodem modo distinguunt Græci πατέρα καὶ ἡγούμενον τῆς μονῆς. Ex hoc vero loco patet non solum sub Abbatibus, verum etiam sub Prioribus fuisse Præpositos; in iis nimirum Prioratibus, qui conventuales essent, ut appellant: cujusmodi est Credonensis.

b *A claustro & a Curte B. Clementis*) Id est a monasterio & villa. Cortes olim villas vocabant, sed alodes & liberi juris. In donatione Adelæ Comitissæ, quam S. Albioi monasterio instituit, anno DCCCCLXXIV. *Dono igitur illi Curtem dono mihi a parentibus traditam, sitam in pago Aelvacensi, quæ vocatur Undanis villa, cum duabus Ecclesiis, una in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ constructa, altera in honore S. Aniani.* Sic Curtis & Ecclesia Campiniaci, Curtis Maronis, Curtis Chiriaci, & aliæ in ejusdem cœnobii tabulario. Hæret hodie Curtis nomen in extremis plurimorum Galliæ locorum vocabulis, ut Bavonis curtis in pago Remensi, Hunoldi curtis in Cameracensi, & aliis.

a cit. Nos tamen non decet, & [a] secundum Canones nulli licet, in incerta re certam sententiam dare. Licet enim vera sint, non sunt tamen credenda, nisi prius canonico ordine fuerint comprobata: nec rebus suis presbyter expoliari, vel ab Ecclesia projici debet, donec aut convincatur reus, aut liberetur innoxius. Nec ista a vobis, sed ab Episcopo suo sunt examinanda. Scripsistis nobis, quod presbyter pro veritate, quam populus de eo dicit, populum odit. Et ego scribo vobis, utrumque verum esse, quia & veritas sæpe odium, & odium sæpe mendacium parit. Potuit itaque & presbyter pro veritate odisse populum: & populus pro odio adversus presbyterum incurrisse mendacium. Ducendus est, fratres, populus, non sequendus nec recipiendus in accusatione clericorum. Et verum est proverbium illud, *praecedere debet qui ducit asellum*. Populus est asellus; quem vos præcedere & ducere debetis, non sequi eum.

Epistola XLVII.

b *Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, suo in Christo multum dilecto [b] fratri Roberto, servare modum discretionis, & terminis, quos patres posuerunt, esse contentum.*

Novit, carissime, & bene novit tua dilectio, aliquid aliter agere esse humanæ imperfectionis: & quod aliter actum est nolle corrigere, diabolicæ præsumptionis. In nullo agere, præter id quod est agendum, est Angelica perfectio, quam habere minime potest, quandiu hic sumus, nostra conditio. Dum igitur non habemus perfectionem Angeli; nullatenus habeamus præsumptionem diaboli. Hæc idcirco, venerabilis frater, proposuimus; quia te talia egisse, & adhuc agere fama discurrente sinistra audivimus; quæ si vera sunt, ut nulla excusatione illa defendas, sed cum omni festinatione corrigas, tuam simplicitatem germanæ caritatis visceribus commonemus. Audivimus enim, quoniam circa sexum fœmineum, quem regendum cœpisti, duobus modis altero alteri prorsus contrario te ita sollicitum reddis, quod modo in utroque modum discretionis penitus excedis. Fœminarum quasdam, ut dicitur, nimis familiariter tecum habitare permittis: quibus privata verba sæpius loqueris: & cum ipsis etiam, & inter ipsas noctu frequenter cubare non erubescis. Hinc tibi videris, ut asseris, Domini Salvatoris digne bajulare crucem, cum extinguere conaris male accensum carnis ardorem. Hoc si modo agis, vel aliquando egisti, novum & inauditum, sed infructuosum genus martyrii invenisti. Certe nec utile fieri potest, nec aliquo modo fructuosum, quod contra rationem noscitur esse præsumptum. Tu autem contra rationem non mediocriter præsumpsisti; si qualibet occasione cubasti cum mulieribus, quas mundo furatus lucrari Domino debueras. Præsertim cum probibitum sit a Salomone, in ipso, & per ipsum Spiritu sancto intonante: *Cum muliere*, inquit, *non accumbas nec sis assiduus cum ea, nec illam conspicias, ne forte scandalizeris in pulchritudine illius, & pereas.* Et item: *Mulier pretiosas animas capit; cujus colloquium velut ignis cor hominis accendit.* Nunquam, frater, de tua religione tantum confidas, ut credas te non posse labi, si caute non ambulas. Labilis est mundus, plenus limo; diu in eo stare firmus homo non potuit: subito lapsus est; vix aut nunquam surrexit. Tu quidem in mundo quasi montem excelsum ascendisti; ne per hoc in te linguas & oculos hominum convertisti. Ergo stans in monte, vide ne corruas: nec per martyrium martyribus sanctis penitus ignotum, religiosæ vitæ principio notam infamiæ derelinquas. Nulla etiam tua actione mundo, qui pene totus te sequitur, suscites scandalum. Nam fieret tibi damnatio gravior ruina plurimorum. Mulierum quibusdam, sicut fama sparsit, & nos ante diximus, sæpe privatim loqueris, & earum accubitu novo quodam martyrii genere cruciaris. Illis siquidem te semper sermone jocundum ostendis, & alacrem actione: omneque genus humanitatis exhibes, nulla servata parcitate. Aliis vero, si quando cum ipsis loqueris, semper locutione nimis durus appares, nimis districtus correctione: illas etiam fame & siti, ac nuditate crucias, omni relicta pietate. Quod si ita est, in utroque vehementer offendis, & modum totius discretionis transgrederis. Nam & erga illas omnium rem similiter, & contra istas nimium pœnaliter agis. Duram valde provinciam regere cœpisti: & quæ suum rectorem sæpissime traxit ad mortem. A muliere enim initium factum est peccati, & per illam moriuntur homines universi. Unde tibi ita prudenter ac simpliciter agendum est, ut te & matrem pietatis gratia, & patrem circa mulieres exhibeat disciplina: & quæ minus non habebunt perfectionis, minus non habeant tuæ dilectionis. Non una a te plus diligi debet, quam alia, nisi quæ melior fuerit inventa. Juxta modum meriti vel culpæ, extende modum correctionis vel gratiæ. Illud tamen præcipue in mente tua fixum teneatur, quod in Evangelio Dominus dicit, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Fragilis est multum & delicatus sexus fœmineus: & idcirco necesse est, ut pietatis dulcedine potius, quam nimia severitate regatur; ne forte abundantiori tristitia absorbeatur; & qui eum regere debet, sic a satana circumveniatur. A satana rector circumvenitur, si per nimiam tristitiam regendum perire contingat, qui putuit liberari per indulgentiam. Cum de pietate tuam hic hortamur bonitatam, tibi auferre nolumus justitiæ actionem. te justum esse pariter desideramus & pium. Sit igitur tibi pietas respuens inordinatam remissionem: sit ibi justitia piam semper habens compassionem. Vale: & nos tuarum sanctarum precum, suppliciter precamur, participes effice.

De sanctiss. viri sanctimonia, adversus hos rumores, dictum abunde in præfat. hujus volum.

Eccl. c. 9. 3. 11. 12. &c.

Matth. 5. 7.

a *Secundum Canones*) Gregorius Magnus lib. VIII. epist. XXX. Constantio Episcopo Mediolanensi. *Grave satis est & indecens, ut in re dubia certa detur sententia.* Quæ sequuntur, nunc ex Victoris I. epistola ad Alexandrinos; nunc ex Sixti II. epist. II. citat Ivo part. v. cap. CCXLIV. & CCXLVII. Gratianus XI. q. III. *Quamvis vera.* ex Augustino de Pœnitentia cap. III.

b *Fratri Roberto*) Elenchus Codicis Cenomannici. *Ad Robertum de Arbrussello Procuratorem sanctimonialium de Fonte Ebraldi, in qua hortatus est eum ut magis discrete se haberet circa sexum fœmineum.* Procuratorem vocat, quem alii fundatorem. Chronicum S. Albini. *Anno* MCXVI. *Obiit Robertus de Arbrissello v. Kal. Martii. Iste fuit fundator Monasterii Fontis Ebraldi.*

EPISTOLA XLVIII.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, servo & ancillæ Dei, Herveo [a] *& Evæ inclusis, bona initia fine meliori terminare.*

Admonendo nos docent, & docendo admonent, quibus feliciter obedire proposuistis, sacra eloquia; ut id usque in finem operemur, unde sine fine gaudere mereamur. Ultra enim omnem infelicitatem est, pro temporali vita doloribus ac laboribus plena, quæ utique brevis est, & ejus brevitas incerta, vitam perdere, quæ nec oculo cerni, nec tacita mentis cogitatione potest comprehendi: quam revera consequi est facilius, quam enarrari. Ibi namque vivitur sine termino, sine dolore & senio, absque timore & periculo: ubi refectio sine fastidio; quæ nullo cibi vel potus indiget adjutorio. In illa siquidem beatitudine refici, nihil est aliud, quam contemplatione divinæ majestatis satiari. Hanc sancti Angeli considerant: & considerantes eam semper considerare desiderant. Huic beatæ visioni perfecti quique non deerunt, qui in mundo pro Christi nomine se & sua pariter contempserunt. Ad illam igitur, carissimi, dum tempus habemus, sanctis operibus accedere festinemus: quam qui semel viderit, nullo inimico insidiante ultra amittere poterit. Et certe festinare debemus dum vocat, certi de tanta mercede, qui incerti sumus de die. Vigilantes nos inveniat extrema necessitas, quæ sæpe prævenit dormientes. Tarde etenim nos male egisse pœnitebit, & cum die ultimo superveniente se unusquisque separari a suo corpore viderit: cum sibi in fine oculos claudenti nigrescere & horrescere nox perpetua cœperit. Tunc verum est malitia nostra cessabit: mundi vanitas velut umbra deficiet: carnalis delectatio quasi fumus evanescet: pro quibus opprobria sola & crimina remanebunt, & tormenta sine fine mansura. O quam infelix erit anima illa, cui mox egressa de corpore insultare & insistere cœperint infernalium diræ facies ministrorum! cum rebus humanis vale ultimum dicens, mortem ante se habens, & vitam post se relinquens, in illud horrendum, & vix oculis attingendum pertrahetur profundum. Heu quantum perdidit gaudium, tantum exceptura supplicium! Quid tunc animi habebit, cum corpus suum recipiet ad æternæ damnationis augmentum? Illo die præsentabitur ante regem sæculorum, eorum quæ gessit in corpore rationem redditura. Sed quia nulla ad comparationem malorum bona ostentare poterit, ab ipsa sanctæ Ecclesiæ radice præcidetur, & nunquam effugiendis gehennæ ignibus tradetur perpetuo crucianda. O quam triste, quam lugubre erit a dulci intuitu sanctorum separari, & quam terribile immundorum spirituum agminibus sociari! quibus qui sociabitur, beatum se diceret, si, ut quodlibet brutum animal, in anima & in corpore mori valeret. Sed quia mors illa finem non habet, sic ibi semper moritur homo, ut semper resurgat, sed ad hoc resurgit, ut pereat; nec tamen pereundo omnino esse desinat; sed semper moriens mortis exitum nunquam inveniat. In hoc autem damnati hominis miseria prorsus augebitur, quod Deum videbit, nec habebit, & ante sui redemptoris conspectum peribit. Væ illis, qui hæc in posterum toleranda timere nunc recusant: quæ si modo timerent, nunquam talia tolerarent. Timere dicunt non timore quolibet, sed illo, quem vera fides adducit, qui ex caritate non ficta procedit. Caritas enim timorem parit, & timorem repellit. Parit timorem, ut scriptura dicit, *Beatus homo qui semper est pavidus*. Timorem repellit, ut ait Apostolus, *Qui perfectus est in caritate, non timet*. Quorum unus filialis esse dinoscitur, alter servilis. Iste filialis videlicet cum dilectione & desiderio, sed ille cum fastidio exhibetur & odio. Inter hæc forsitan aliquis dicit, cur homini tot & tanta minaris de Deo? Nunquam perdet ipse quem sua gratia creavit: quem creatum & propria culpa perditum ineffabili dilectione, dato se pretio, a diabolo liberavit. Hunc quasi non desperantem prospicio, sed ultra quam debet sperantem, nisi ante finem vitæ sic sperare desierit, periturum non dubito. In quantum enim mihi videtur, & ipsa exigit ratio, tanto graviora apud Deum sunt nostra delicta, quanto majora erga nos se ostendunt ejus beneficia. Verendum est etiam, ne vocem illam gloriosæ resurrectionis pretiosa crucis vestigia protestantem, in judicio suo ad vasa iniquitatis prolaturus sit atque dicturus, *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas;*

Prov. 28. 14.
1. Joan. 4. 18.
Joan. 20. 27.

a *Herveo & Evæ inclusis*) Inclusi monachorum genus, sed horum duplex classis. Quidam enim monasticam disciplinam nunquam experti hanc professionem statim arripiunt, ac suburbanis fere locis in cellulas inclusi solitudinem æmulantur, Monachorum potius umbræ quam monachi. Eremitas, & reclusos vulgus nuncupat, quorum frequens in Gallia jam olim numerus: eoque ex numero hi videntur, ad quos scribit Goffridus. Alii veri erant Monachi qui cœnobiis relictis, in quibus aliquandiu cum aliis vixerant, sublimioris profectus studio in solitarias cellas se abdebant ἐγκλείστους, Inclusos, etiam Græci vocabant. Hujus generis illi, ad quos non semel scribit Theodorus Studita. Cujus etiam extant non inelegantes Jambi εἰς ἔγκλειστον, quos subjiciam.

ΕΙΣ ΕΓΚΛΕΙΣΤΟΝ.

ΕΓΚΛΕΙΣΤΟΣ ἐστιν, ὃς παθῶν ἔξω μένει.
Ὅλην καθεῖρξε πρὸς Θεὸν τὴν καρδίαν.
Κλείων λογισμοὺς τοὺς γυρώδεις τῆς πλάνης.
Νοῦν * αὐτοπτάμενον ταῖς ἄνω θεωρίαις,
Ἔχων προσεδρίαν καρτερὰν τῶν δαιμόνων,
Φέρων σιωπὴν μυσταγωγοῦσαν Θεόν.
Ψυχὴν ἀθλεύει ἐν χαρᾷ τῆς ἐλπίδος,
Ἔργῳ τε χειρῶν, καὶ κόπῳ λιμοῦ τινι.
Ὠδὴν ἀπαύστως, πνεύματι συντετριμμένῳ.
Οὕτως ἀείζων ἀγγελοπρεπῆ θέαν,
Ἀντεκλάμπει τοὺς ὁρῶντας ἐνθέως.
Λέγων μὲν οὐδὲν τῶν ἀχρήστων εἰς γέλως,
Ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν ὠφελεῖσθαι τὸν ξένον·
Καὶ ταῦτα φθέγγων μακρορρημῶν εἰς κόρον.
Ἂν οὖν δύνῃ πρὸς ταῦτα, σωστικῶς ἔχεις.
Εἰ μὴ δὲ, φεῦγε εἰς βίον ξυνὸν ἅμα,
Ἐν ᾧ πλείονας τοὺς ἀγῶνας λαμπροὺς,

* Cod. Reg. Νῦν αὐτε πταμένον.

In Inclusum.

Inclusus ille est, qui procul ab affectibus
Toto reclusit in Deum se pectore.
Freno coercens mentis errores vagos,
Animumque curis erigens cælestibus,
Precibus inhærens, quæ peremunt dæmonas,
Et, quo retrusæ res patent, silentio.
Spe *, *gaudioque nescius fatiscere.*
Labore corpus & fame exercens gravi.
Hymnos gemente spiritu juges canens.
Hic Angeli estu, ore conspicuo nitens,
Dia intuentium corda * *colluſtrat face.*
Nil unquam inane suetus ad risum loqui:
Sed quæ juvari sentiant se, qui audiunt;
Nec sic profusa vela dans loquentiæ.
Hæc assequi si potis es, in tuto est salus.
Sin; ad gregalem protinus vitam redi,
Ubi porro agonas excolas asceticos.

* Schedæ Sirmondi, *Non spe fatiscens, non inerti gaudio.*
* Sched. *perstringit*.

& affer manum tuam, & mitte in latus meum: & agnosce quæ pro te, & a te, impietas humana, pertulerim. Hoc contra illos dictum sit, qui sibi nimis blandiuntur de promissionibus misericordiæ, & contemnunt vires justitiæ. Non est Deus talis, qui in uno verum dicat, & in alio mentiatur. Sed sicut certum est quod promittit, ita certum est & quod ipse minatur. Et ideo, dilectissimi, Deum ac Dominum nostrum Jesum Christum pium & justum pariter credendo confitentes, & confitendo credentes, cum Psalmista dicamus: *Universæ viæ Domini misericordia & veritas.* Universæ viæ Domini sunt duo adventus filii ejus: qui in primo prærogavit misericordiam: in secundo vero prærogaturus est justitiam. Et ne tunc justitia dictante pereamus, nunc confugiamus ad ipsum, qui magis præsto est dare veniam, quam peccator converti ad pœnitentiam: satis promptior ad ignoscendum, quam quilibet homo ad peccandum. Hæc ideo dixi, ut qui converti voluerint, spem habeant, & spem habentes penitus resipiscant. Quod ejus pietas præstare dignetur, qui ita dispensavit utramque vitam, ut in præsenti sæculo labores ac dolores cito finem haberent: in futuro vero honorum & præmiorum gaudia sine fine manerent.

Psal. 24, 10.

EPISTOLA XLIX.

Goffridus Vindocinensis monasterii indignus servus, Herveo incluso amico suo, sancti propositi perseverentiam.

Hᵃ Secretarius B. Mariæ si monachus vult fieri, sicut nobis mandastis, non est respuendus. Vigilate itaque ut citius convertatur, & mundum deserat, cui forsitan illicite famulatur. Alterum vero, qui noverit presbyter factus est, de quo iterum significastis, si vobis bonæ vitæ esse videtur, nobis mittere curetis: & quoscumque honestæ vitæ clericos inveneritis, nobis transmittere non differatis. Plus itaque in hominibus diligimus honestam paupertatem, quam superbas eorum divitias. quas si habuerint, respuendæ non sunt: habent enim & illæ locum suum. nihil tamen pro faciendis monachis quærimus: sed si quid oblatum fuerit, quia illud regula suscipi jubet, suscipimus. Ordo siquidem noster exigit ut tales simus, qui non lucris temporalibus, sed lucrandis animabus operam demus.

EPISTOLA L.

Goffridus Vindocinensis monasterii inutilis servus, dilecto suo Herveo incluso, inter parietes lapideos sic includi, ne lapideis detrahentium verbis aliqua ex parte possit violari.

NObis, fili in Christo carissime, significasti; quoniam unus de fratribus nostris dixerit, quod de Britonibus, quos monasterio nostro monachandos misisti, congregationem nostram dedecorasti: sed nomen fratris ista dicentis qua nescimus occasione tacuisti. Nos contra garrulosa verba illius infidelis fratris veraciter protestamur, quod congregatio nostra per te & per eos, quos nobis misisti, non dedecoratur, sed convenienter ornatur. Illum tamen, qui quod bonum est, esse malum asseris, manifestum vellemus habere, ut veritas ejus falsitatem manifeste posset arguere. Certe, optime frater, qui adeo nequiter loquitur, solummodo te immerito non accusat; sed nos potius criminatur. Nullum enim per violentiam nobis sociasti; quia libenter suscepimus, quos mundo auferre potuisti. In qua nostra & tua actione, si aliquid aliter actum est, nos quidem amplius & tu minus peccasti. Hæc autem peccata sic impœnitenti corde simul portemus, ut Deo donante nulla alia habeamus. Et si quid tu & nos fecerimus caritate, mirari non debes, si illi displicet, cujus cor plenum est iniquitate. Semper etenim dissentient a filiis Hierusalem filii Babyloniæ. Illud etiam religio tua indubitanter agnoscat, quod nemo Abel justitiam valet obtinere, quem Caim malitia non impugnat. Vale; & quæ dicta sunt, sæpius ad mentem revoca.

a *Secretarius B. Mariæ*) Ecclesiæ Carnotensis. Libro II. epistola XIV. *S. Mariæ Capitulum* & epist. XV.

GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS
EPISTOLARUM
LIBER QUINTUS.
EPISTOLA PRIMA.

a *Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, a Gualterio vitæ laudabilis Thesaurario, b Goffrido de Alogia, suis præcordialibus amicis, cum dilectione salutem.*

INfirmitatem siquidem vestram audivi; quam, sicut animus meus veraciter novit, meam feci compassionis affectu. Dilectum mihi valde misi vobis medicum: satis libentius, si necessarius essem, misissem me ipsum. Hunc si adhuc habere placet; quod vobis placere cognosco, mihi non displicet. Si iterum remittere vultis, bonum est mihi, & necessarium haben, si sine damno corporis vestri remittere potestis. In Domino semper valeatis: & quia in quantum humilitas mea sufficit vos diligo, nullatenus dubiteris.

EPISTOLA II.

Goffridus Vindocinensis monasterii servus, Gualterio honorabilis vitæ Thesaurario, se & omnia sua.

CUm de subversione adversariorum Ecclesiæ Dei nuper Turonis in domo vestra loqueremur, & nos ibi mutuæ dilectionis vinculis sub testibus alligaremus; inter alia quæ sumus locuti, ut [c] cum domino Radulpho Archiepiscopo concordiam facerem me admonuistis, quoniam utilis erat, & multum necessarius in causa quam scitis. Quod iterum atque iterum considerans, invenio esse salubre consilium, ut pravis hominibus semper utamur in bonum: exemplo videlicet Salvatoris, qui Judam apostatam habuit nostræ salutis instrumentum. Ars etiam optima, & altus est sensus, si per unum nequam nequam alter fuerit condemnatus. Hinc igitur volo, ut cum eo prudentia vestra sapienter loquatur; & quid super hoc actum extiterit, mihi celeriter notificare non pigritetur.

EPISTOLA III.

Gualterio [d] Turonorum Archiepiscopo designato; frater Goffridus se & suum posse.

MEntis quidem desiderio desidero vobis obedire; sed quod mentis firmitas vehementer optat, carnis infirmitas vehementer formidat. Urbem Romam, referentibus peregrinis inde noviter venientibus, ita audivi perturbatam, quod [e] dominus Papa ibi non est, & Sutrium Petro Leonis ablatum est. Dominus siquidem Papa apud Beneventanam urbem moratur; sed revertendi Romam non habet facultatem. Si vero persona quælibet ad eum tran-

a *Gualterio Thesaurario*) Ecclesiæ B. Martini Turonensis, de qua mox pluribus epist. III.

b *Goffrido de Alogia*) Villæ Alogiæ, unde Goffrido huic nomen, meminit Fulbertus epist. XXIII.

c *Cum Domino Radulpho Archiepiscopo*) Turonensi. de eo dictum lib. 1. epist. XXX. Taxatur item epist. XVII. & ab Ivone multis locis, sed præcipue epistola LXVI. & CVIII.

d *Turonorum Archiepiscopo designato*) Designatus fuerat post mortem Radulfi Archiepiscopi anno M.C.XIX. sed non ille, cedere coactus Gilleberto Radulfi nepoti, quem cleri pars altera divisis suffragiis elegerat. Hujus rei notitiam debemus veteri Historiæ rerum Ambasiensium, quæ totum hoc discidium de cathedra Turonensi, cladesque locorum inde consecutas, favente Galterii partibus Hugone Domino Ambasiæ, Gilleberti autem Archembaldo de Bresis, qui ejus duxerat sororem: denique exitum controversiæ explicat his verbis. *Post obitum Radulfi, pars clericorum Gillebertum fratrem Gillo in Pastorem & procuratorem Turonensis Ecclesiæ elegit: alia pars Galterium B. Martini Thesaurarium, virum genere nobilem, bonis moribus adprime imbutum, sanctæ matri Ecclesiæ Turonensi Episcopum destinavit. Galterio Episcopo totius diœcesis proceres Turonorum omnes excepto Archembaldo de Bresis favebant. Hugo tunc Archembaldo ex amico factus inimicus Bliriacum munivit, milites & famulos ibidem posuit, quicquid circa Blesim invenit vastando delevit: Larchaiacum, & Vernonam vicos Archiepiscopalis cremavit. E contra Gillebertus milites & clientes multos Bresis posuit, qui Campaniam fere totam usque ad Carum fluvium excepto Bliriaco vastaverant. Quadam die Archembaldus Bresis & sui, Caro flumine evadato, terram Hugonis intraverunt. Quod Hugo comperiens eadem nocte copiis suis congregatis, summo mane illos terram suam deprædantes reperit, quos invadens fusos fugatosque Carum transire coegit; multisque captis reliquos usque ad Andresium fluvium fugavit. Archembaldus vero usque Locbas fugiens evasit. Non longo tempore post Hugo Bresim iterum excepto domicilio totum succendit & cremavit. Gillebertus habens secum Alveredum Archidiaconum, virum prudentia inter clericos illius urbis pene singularem, persona insignem, bonitate morum per omnia pollentem, humilitate præditum, patientia perlustratum, divina & humana sapientia divinitus sollertem, indulgentia Domini Ludovici Regis, deliberante & favente omni populo, suffraganeis Episcopis jussu Domini Papæ manum præbentibus, omnipotentis Dei auxilio cathedram Episcopalem in pace possedit. Gillebertus tunc Hugoni ex inimico amicissimus effectus est, & cum Archembaldo Bresis firmiter concordatus est.*

e *Dominus Papa*) Callistus II. quo Romam ex Galliis adventante anno M.C.XX. Burdinus Antipapa urbe relicta Sutrium propinquam Hetruriæ oppidum, pulso, ut hinc apparet, Petro Leonis, ibi se tutaturus invasit. At Callistus, ut copias ad expugnandum Sutrium compararet, in urbe haud diu moratus, Beneventum ad Guillelmum Apuliæ Ducem profectus est. Sequenti anno Sutrium recepit, Burdinumque ad Cavense monasterium relegavit. quæ singula a Pandulpho, aliisque illorum temporum scriptoribus commemorantur.

ſiens invenitur, [a] non ei aufertur capa, ſed de vita ſtatim & membris agitur. Unde oportet me conſilium veſtram adhuc audire: & ſi pro certo vitæ periculo vos exponere vultis antequam legati veſtri revertantur, quod laudare non poſſum nec debeo, mihi notificate. Ego autem ſine vobis movere non audeo, vobiſcum tamen, ſed pro veſtra utilitate, ſi ſanus fuero, paratus ſum & in carcerem & in mortem ire. Vale; & quod in aure vobis dico, nulli prædicate.

Epistola IV.

Goffridus Vindocinenſis monaſterii humilis ſervus, ſuis in Chriſto dilectis, Stephano [b] Decano, Haberto Cantori, Guarnerio Archidiacono, puræ dilectionis obſequium.

Quia me indignum & peccatorem vocaſtis ad Epiſcopi veſtri electionem, multas vobis refero gratias. Ego quidem veſtræ vocationi ſatis libenter acquieviſſem, niſi ſub hac occaſione, quod dicere nolo, ſubire timuiſſem. Et quoniam, ut poſtulaſtis, me præſentem nunc habere minime poteſtis; abſens laudo quod ſecundum Deum feceritis.

Epistola V.

Goffridus Vindocinenſis monaſterii miniſter indignus, Stephano Decano, Huberto Cantori, Guarnerio Archidiacono, ſalutem.

Subdolum illum, quem multa falſitas facit etiam in veritate ſuſpectum, nunc veraciter a deſiderio ſuo fruſtratam cognoſcimus. Unde omnipotenti Deo, cujus miſericordiæ dono hoc actum eſſe dinoſcitur, gratias referre unanimiter debemus. Et quia ejuſdem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti operante clementia cauſam noſtram omnino in proſpero ſtatu conſiſtere cernimus; ſummopere cavendum eſt, ne proſperitatem, quam ipſe nobis miſericorditer tribuit, in errorem vertamus. Sæpe enim quidam in adverſitate poſiti Deo ſervire & eum quærere deſiderant: ſed cum jam proſperitatem adepti fuerint, ei quem quaſi prius dilexerant, obedire recuſant. Et ideo ſicut in adverſitate, bonitate ejus ſuffragante, fracti non fuimus, in proſperitate nullatenus extollamur: ne nos quos adverſitas nocere non potuit terrendo, gravius noceat proſperitas ſeductoris blandiendo. In Domino ſemper valeatis, & de adjutorio noſtro minime diffidatis.

Epistola VI.

Goffridus Vindocinenſis monaſterii miniſter indignus, venerabili [c] Præcentori Huberto, diligere quod Deus diligit, & odio habere quod odit.

Amicus veſter ſum ego, non qualiſcumque, ſed qui animum ſuum a dilectione, qua vos diligere cœpit, nullo tempore poterit revocare. Vos tamen, ut mihi videtur, me minus ſolito diligitis, & quod vos diligo, parum vel nihil penitus curatis. Si utrumque aut unum horum verum eſt, vellem quidem neutrum; non ideo vos pigrius diligam, qui per germanam caritatem amare compellor etiam non amantem. Si cauſam habuiſſetis, qua me minus diligere juſte poſſetis, culpam certe minime excuſaſſem: ſed Dei gratia quod ex me actum foret perperam, non inveniſtis. Hoc tantum objicitis, quod inter me & domnum [d] Redonenſem Epiſcopum pacem reformatam videtis. Ex hoc nulli, qui Deum diligit, ſcandalum naſcitur, & vobis gaudendum eſſet, ſi cor veſtram quoquomodo pateretur. Nam ſi odium declinare culpa merito nuncupatur, diabolus, qui ſectatur illud aſſidue, immerito deputatus ad pœnam prædicatur. Sed non ita eſt, optime Cantor. nullum Chriſtianum decet, multo minus igitur ſacerdotem, fraternum odium exercere, nec proprias vindicare injurias, ſed toto animo condonare. condonandæ quippe injuriæ non eſſent, ſi remittenda nobis peccata deeſſent. Sed quia tales ſumus, quibus debetur, & qui debemus; neceſſe valde eſt, ut dimittamus hominibus quæ debent nobis; ſi ea, quæ a nobis debentur, dimitti deſideramus. Nunc forſitan dicitis, vobis non diſplicere, quod nos prius diſcordantes, reconciliatos tandem conſpicitis: at quia ſine veſtro conſilio hoc egerim, mihi quaſi pro crimine imputatis. Quærendum ſiquidem eſt conſilium, & maxime in dubiis rebus: in re autem tam manifeſta opus fuiſſe conſilio non videmus. O vitæ venerabilis Cantor, ſi quantum te diligo veraciter ſcires, crederes utique noſtro conſilio, & quendam tibi valde contrarium humorem accepta potione purgares, ſicque futuram vitares paſſionem. Si nondum noſti iſtum humorem, nec iſtius humoris paſſionem; vade, conſule medicos, & quis ſit iſte humor, agnoveris; nec de ejus paſſione amplius poteris dubitare. Medicos dico, non qui reparant ſalutem corporis ad horam: ſed qui, ſi bene intelligantur, vitam conferunt ſempiternam. Medici iſti ſunt libri divini, quibus ſi firmiter creditur, contrarius humor ſtatim agnoſcitur: jam paſſio ipſa timetur: medicamentum etiam, quo humor ſanari, ac paſſio vitari valeat, invenitur. Licet in homine quaſi contrarius humor peccando naſcatur, certum eſt, nihil hoc certius, quod nimis abundanter illi dominatur, qui Simonem Magum a B. Petro olim extinctum contra ſanctam Eccleſiam [o] iterum ſuſcitat, vel ſuſcitatum extinguere qualibet occaſione diſſimulat. Hic ex contrario humore ſubito ſentiet paſſionem: quia niſi ante finem vitæ pœnitendo reſipuerit, pro perpetrata iniquitate ſine fine patietur dolorem. Vale; & quid dixerim ſapienter adverte.

---

a *Non ei aufertur capa*) Non ſpoliatur, ſed necatur. Negotiatorum cappas legimus apud Lupum Ferrar. Abbatem epiſt. cxxv. ſed analogia Goffridi lectionem confirmat. Sic enim dicta videtur capa, ut capis poculi genus, & capulum, ſeu manubrium, ſeu feretrum, a capiendo, unde & capella.

b *Stephano Decano*) Eccleſiæ S. Mauricii Andegavenſis, ut dictum eſt lib. III. epiſt. 21. cum de Rainaldi epiſcopi electione ageretur, de qua hic etiam ſermo, & in epiſtolis ſequentibus.

c *Præcentori Huberto*) Nunc Cantorem vocat, nunc Præcentorem, ut in dedicatione Vindocinenſi. *A Carnoto Arnulfus Archidiaconus, & Præcentor*. Proximus Huberto gradu, ac tempore fuit Stephanus Cantor item & Archidiaconus Andegavenſis, de quo in hæc verba Kalendarium S. Mauricii *XV. Kalend. Novembris obiit Stephanus Cantor & Archidiaconus, propter ſervitium hujus Eccleſiæ ab hoſtibus interemptus. anno Domini* M. C. XVI.

d *Redonenſem Epiſcopum*) Marbodum, qui pro Rainaldi electione primum ſtetit, pro qua & captus eſt, ut dictum lib. III. epiſt. XIV. poſtea eidem, ut ingrato adverſari cœpit, ut declarat ipſius Marbodi epiſtola inter Hildebertinas xxc. Quare facilis illi tum fuit cum Goffrido, qui Rainaldi electionem præ cæteris improbabat, reconciliatio.

o *Iterum ſuſcitat*) In Rainaldo.

EPISTOLA VII.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, carissimo suo [a] Huberto vitæ laudabilis Archidiacono, a Deo æternæ benedictionis effectum, & a se germanæ affectum dilectionis.

FElix amicitia vestra circa me diu utiliter egit. nec defectum babuit, oec est passa fastidium. Illa me quæsivit, immo aequisivit; quæsitum invenit, ioveoto licet immerito se contulit. Semel cœpit, nuoquam desiit: quidquid utilitatis vel bonoris valuit & valet mibi conferre, oec differt, nec distulit. Si quis bæc mea verba adulatorie, sive iroóice dicta intelligit, oon ei sophistica garrulitate resistitur, sed pura veritate pravum intellectum babere convincitur. Quid enim amplios amicus facere potuit, qui se, suaque omoia, & mibi obtulit sæpe, & sæpins dedit? Coram Deo, cui mentiri nihil est aliud quam damnari, firmiter assero, si talem se omnibus eshibet, cælo dignus est potius quam muodo: in mundo tamen multum necessarios habetor; quia multis viveodi forma propooitur. Hic loquens silentium tenet, hooesto sileotio etiam loquitor. verba oris ejus æquitate plena sunt, & tranquillitate. Honesto sileotio loquitur. quia videlicet dum rationabiliter silet, qualiter cæteri se babere debeant, serena silentii voce aperte monstratur. Prudenter ea quæ sunt mundi possidere novit, & simpliciter quæ Dei sunt quærere noo desistit. Quotiens bomiuum mores vult sermone componere, de se protious inveoire potest quid dicat, & unde melius instruere valeat. Hujus namque vitam doctrinam merito dicera possomus & disciplinam. Vivat dilectus meus: cui & si absens corpore loquor, bunc tameo præsentem retineo mente, & fixum habeo in corde.

EPISTOLA VIII.

Goffridus Vindocinensis monasterii amicorum servus, dilectissimo suo Huberto, nondum dissolvi, & semper esse cum Christo.

FRatres nostri beneficia, quæ eis fecistis, & quotidie facitis, cognosceotes, oobis humiliter supplicarunt, ut quod ipsi verbis nequeunt, saltem literis ex eorum parte vestræ caritati grates non pigritaremur referre. Sed si millies mille membra baberemus, & omoium juncturæ membrorum in singulas verterentur linguas, beneficia quæ nobis impenditis, non possemus loqni, nec aliquo modo condignam gratiarum actionem repeodere vestræ dilectioni. Quod tamen per nos minime valemus, Deum, qui omnia potest, ut sua ineffabili pietate vobis recompensare dignetur, cordis affectibus imploramus.

EPISTOLA IX.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, Huberte honestæ vitæ Archidiacone, amico suo præcordialissimo, inimicos propter Deum diligere, & nullas eorum insidias formidare.

ABel justitiam, dilectissime, si vultis obtinere, noo sit vobis contrarium Caio malitiam sustinere. Alter Joseph fieri non potestis, nisi persecutiones a falsis fratribus vobis illatas expertus fueritis. Quod io præseotia [b] domni Episcopi causam, quam mihi sigoificastis, sine consilio nostro cœpistis tractare, laudare non valeo: & quia vobis parco, nolo vituperare. Solent tameo iofirmæ & vitiatæ causæ, amicorum juvamine & consilio relevari; & eis, quæ sanæ & firmæ videntur, ne æmulorum dolositate infirmari, vel qualibet ex parte vitiari possent, provideri. Vos autem de altitudine sensus vestri, & suffragiis eorum, qui me ætate & scientia præcellunt, adeo præsumpsistis, quod in tanto oegotio, consilio nostræ parvitatis, quæ specialiter vestra est, opus oon haboistis. Sæpe tamen contingit minores majoribus succurrere: & quod a sapientibus & prudentibus Domiuus abscondit, consuevit parvulis revelare. Advocate me parvulum vestrum in omni vestra necessitate: cujus sinceritatis oculi providebunt, ne quia vestræ simplicitati statera fraudulenta appendere valeat: & cui se Neptunus & Aethiops, de quo mihi scripsistis, vel in suam foveam mersus, non poterit occultare. Valete semper in Domino: & vestri negotii diem noo impero quidem notificari mihi, sed opto.

EPISTOLA X.

Goffridus Vindociuensis monasterii humilis servus, amico suo præcordiali Huberte honorabili Archidiacono, mundum præcipitem nen sequi, nec ejus amara dulcedine velle repleri.

PRæcipitem huoc, dilectissime, qui sequitur, oon potest non præcipitari: & qui ejus repletur dulcedine, non potest oon amaricari. Vere graviter & multum graviter præcipitatur, qui mundum per devia sequens, illius amore deceptus, viæ, quam per semetipsam veritas docuit, cæmeoto caritatis non juogitur. Ille etiam vehementer amaricatur, cui dum præsens sæculum prosperitatis dulcedioe blanditor, in amaritudinem vertitur vitis alienæ: & quia veræ viti Christo inseri noluit, ut palmes fieret; ab ipso, ut sarmeotum fiat, præciditor. Viam, quam specialiter ac singulariter tenendam vita docuit æteroa, utinam sicut ignoisre non possumus, ita oon accipere oon possemus, & tenere vellemus. Via utique illa hæc est, non solum quæ sua suot Christi pauperibus erogare, sed pro Christo etiam seipsum abnegare. Pauperibus quod suum est dare, virtus est perfectionis. Licet eoim omnia nostra pauperibus conferamus, nobis prodesse non poterit, si nos Deo auferimus, cujus sumus. Quando Deus ex limo terræ homioem fecit, ad boc factus est, ot divi-

---

a *Huberto Archidiacono*) Andegavensi lib. III. epist. III. ad Rainaldum Episcopum, *vir vitæ venerabilis Archidiaconus noster Hubertus*. Elenchus Codicis Cenomanensis eundem facit cum Huberto Cantore, ut idem fuerit Archidiaconus & Cantor, quod verisimile videtur.

b *Domni Episcopi*) Rainaldi Andegavensis.

tias sine fine mansuras cum illo possideret in cælo; non ut divitias subito perituras pauperibus donaret in sæculo. Postea vero cum falsam beatitudinem appetens, & veram miseriam inveniens, de altitudine veræ beatitudinis homo confractus cecidit; Deus qui eum creaverat, ejus miseriæ compassus, collegit fracturas, & igne caritatis conflavit; & quod omnino confractum fuerat, integrum fecit. In qua suæ inæstimabilis dilectionis operatione pius Dominus, non quod homo habebat, sed quod homo erat, non quidem sua necessitate, sed hominis utilitate, quæsivit. Seipsum pro homine dedit Deus, pro homine factus homo: & cum de plaga lateris, immo potius de vena suæ dulcissimæ caritatis pro homine in cruce funderet sanguinem proprium, tali commercio hominem comparavit, non hominis censum. Reddat igitur homo, nec reddere differat Deo seipsum: credat se ejus pretioso sanguine emptum misericorditer & redemptum: nec se illi præferat, qui eum redemit: sed id potius tribuat, quod ille maxime quærit. Injustum est enim, ut homo se Deo auferat, quem tanto pretio acquisivit: sed creatoris sui & redemptoris diligenter tenens consilium, sua omnia pro ejus amore relinquat, & seipsum: quia licet omnia reliquerit, ad conquirendam salutem æternam sibi non proderit, nisi mundo renuntians Christum sequatur, sicut sequendum se docuit. Christum sequi simul & mundum est impossibile. Unde si nobis non creditur, illi saltem credatur, qui non mentitur; qui in Evangelio dicit; *Quia nemo potest duobus dominis servire*, Deo videlicet & mundo. (Matth. 6. 24.) Liberalitates eleemosynarum pauperibus factas absit ut vituperemus; sed divitibus hujus sæculi hoc daremus consilium, si nobis acquiescere vellent, ut ventres pauperum horrea facerent, ne pauperes fame, nec ipsi tenacitate perirent. Certe pauperes pascere probabile est: sed valde probabilius se pro Deo pauperem facere. Multi enim & pauperes paverunt, reliquerunt omnia: sed quia se servaverunt, sibi damnati inventi sunt. at nemo unquam se pro Deo pauperem fecit, & Deum habere nequivit. Unde Salvator in Evangelio, cum Petrus se & alios discipulos omnia reliquisse, & illum secutos esse dixisset, non ad hoc quia omnia reliquerant, sed ad hoc quia eum secuti fuerant, respondit, & inde illis præmium æternæ retributionis promisit. Quod utique Dominus non fecisset, si homo pro sola rerum dimissione Deum habere potuisset. Ille tamen pro se relinquere omnia non reprobavit: sed illud, ubi certam hominis salutem sciebat, approbavit. Et nos itaque pro Deo relinquere omnia, & pauperes recreare, quia bonum est, non reprobamus; sed quod melius est, veritate docente, approbamus; & omnes & maxime amicos nostros, ut viam indubitatæ salutis teneant, germana caritate rogamus, & rogando monemus. Hæc autem deprecatio nostra vel exhortatio si contemnitur, merito culpari non possumus: sed eos plangere, & de ipsis non mediocriter dolere debemus, qui de tanto contemptu existunt culpabiles, & minus capaces rationis esse videntur, quam pecudes. Pecudes enim pascua meliora libenter appetunt, & ad illa pastorem suum diligenter sequuntur, & si ad alia minus bona forte ducantur, quibus valent motibus contradicunt. Cum igitur homo; quem formans Dominus non solum rationalem fecit, verum etiam ei sigillum suæ imaginis & similitudinis impressit; videat animalia, quæ creator omnium creaturarum irrationabilia creavit, propriæ saluti providere, & melioris utilitatis causa, pastori suo corde & corpore obedire, vitare minus bona, ut meliora valeant invenire: si Dei & Domini sui consilio, vel præcepto duci non patitur, saltem pecudis exemplo ad meliora provocetur: relinquat transitoria, cum quibus pro certo & ipse transierit, quatenus æterna invenire mereatur. Satis tamen est melius, hominem rationalem rationalis sapientiæ Dei duci consilio, quam insensati & irrationalis animalis provocari exemplo. Ducatur itaque consilio Dei, seipsum pro ejus amore pauperem faciens; qui non idcirco reconciliationis opibus nos ditavit, quia pauperes pavit, quamvis bonum esset; sed quia se pro nobis pauperem fecit. Si enim Dominus in mundo dives fieri voluisset, militia utique sua ne Judæis traderetur, sicut ipse in Evangelio dicit, pro illo decertasset, nec pro nobis crucifigi potuisset, nec mori. Et quia humana miseria aliunde non invenisset suffragium, miserorum caruisset fine supplicium. Si ita est, immo quia veraciter ita esse creditur, post suspensionem Salvatoris, post poculum fellis, post plagam lateris, post perceptam gratiam baptismatis, qui a creatore suo discordasse peccando se meminit, utile est atque necessarium, ut peccator homo voluntaria paupertate Domino reconcilietur; quia justus Dominus peccatorem hominem sibi reconciliasse agnoscitur. unde & pauperi paradisi janua patet, & ab illa dives excluditur.

EPISTOLA XI.

Goffridus indignus Vindocinensis monasterii servus, [a] Guarnerio Archidiacono, quod verus amicus amica.

SI pro rebus nostris adversus [b] Adelardum de Castro-Gunterii censura justitiæ vos erexistis, grates vobis referre & possum & debeo. Sed quia vos aliter fecisse, fama referente audieram, mirabar dolendo, & mirando dolebam. Nunc autem, sicut mandastis, in tyrannum illum pro rebus nostris, quas injuste tulit, & adhuc violenter detinet, plenam justitiam exercetis, nec unquam exercere distulistis. Unde si ita

a *Guarnerio Archidiacono*) Andegavensi, ad quem cum aliis epist. xv.

b *Adelardum de Castro-Gunterii*) De Adelardo dicemus epist. xxv. quæ ad eum scripta est. Castrum Gunterii Meduanæ fluvio impositum in pago Andegavensi ad veterem vicum Basilicarum, nobilem fortitum est conditorem Fulconem III. Comitem, sed nomen ignobile a villico Fulconis Gunterio. Rem narrant antiquæ tabulæ Monasterii S. Albini de Castro firmato in Curte Basilicarum, quibus Fulco ipse subscripsit anno M. XXXVII. Earum hoc initium. *Anno ab Incarnatione Domini*, M. VII. *Indictione* V. *Goffridus Martellus natus est. Et pater ejus Fulco nobilissimus Comes Andecavorum filius Goffridi, fortissimi Comitis qui cognominatus est Grisia Gonella, firmavit Castellum super Meduanam fluvium, in Curte quæ vocatur Basilicas, quam ipse ante plurimos annos pro quadam Curte, quæ nuncupatur Undanivilla in pago Belvacensi sita, Rainaldo Abbati, & Monachis S. Albini commutaverat, eisque solidam & quietam cum omnibus ad ipsam pertinentibus in perpetuum possidendam tradiderat. Firmato itaque Castello, eoque ut poterat munito, ex nomine cujusdam villici sui illud Castrum Gunterii appellavit.*

est, &

est, & vos mihi magis carum, & me vobis magis obnoxium reddidistis. Quod si perseveranter hoc egeritis, scitote quia non ingrato amico servitium vestrum exhibuisse sentietis.

A

Epistola XII.

Goffridus Vindocinensis monasterii qualiscumque servus, Guarnerio suo carissimo nutritori & precordiali amico, salutem & dilectionem.

Pervenit ad aures nostras, quod Hugo [a] Chaorcinus, apud Credonem monachi habitum susceperit. unde gratulari oportet; quia qui jamdudum in anima mortuus fuerat, Deo suscitante revixit. Sed quia quod in eo actum est blasphematis, rogamus vos, quatenus ab hujusmodi blasphemia bonitas vestra, quæ me diligenter nutrivit, pro amore nostro penitus desistat: ne qui longo tempore perversus extitit, sub hac occasione pejor fiat. Sic enim necesse est, vulneratæ animæ medicamentum temperetur: ne nimia medicamenti austeritate amplius vulneretur.

B

Epistola XIII.

Goffridus Vindocinensis monasterii servus servorum, Guarnerio Archidiacono, salutem.

Cum in literis, quas Archipresbytero tuo misisti, raptorem me significares; si te potius raptorem animarum, & alienæ pecuniæ importunum exactorem assereres, & sic te, quem pastorem fateris, lupum crederes, optime fecisses. Decuerat enim te, frater non optime, prius ejicere trabem de oculo tuo, ut posses festucam in meo agnoscere: & excutere pulverem quo gravatur ab eo, ut pure consideraret maculam in membro alieno. Cum lateas manus habeas, cur niteris sordes tergere alienas? Raptorem me vocasti, quod utique bene fuissem, si te avaritia oneratam, & cupiditate fœdatam, de lacu tantæ miseriæ, & de luto fœcis rapere potuissem. Dixisti me agere contra Synodale decretum; cui prorsus obedire desidero, si constat Apostolica discretione sancitam. Decretum etenim sive Concilium [b] nullum ratum legitur, quod non fuerit Apostolica auctoritate firmatum. multo minus igitur, quod ejusdem auctoritatis privilegiis videtur esse contrarium. Monasterium siquidem nostrum, patrimonium B. Petri & ejus alodium, sub protectione sedis Apostolicæ specialiter permanere, & omnia quæ olim habuisse dinoscitur, quatenus absque distractione, vel qualibet diminutione possideat, Apostolicæ sinceritatis privilegia mansuro in perpetuam decreto corroborant: & eum qui inde quicquam subtraxerit, perpetuo anathemate damnant.

C

Epistola XIV.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, carissimo nutritori suo Guarnerio Archidiacono, mandat deceptori non credere, nec ei labenti diutius inhærere.

Religiose vivere honorificum est: peccata & crimina, quæ diaboli sunt opera, fugere, & execrari, utile, immo necessarium est: Deum toto corde diligere, gloriosum. Religiose itaque vivit, qui peccata & crimina sua perfecto odio habet, & Deum toto corde diligere valet: qui mundum & ea quæ sunt mundi despiciens, extremi judicii diem ante suæ mentis oculos revocat, assidue orans & dicens cum propheta: *Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam.* Psal. 25. 29. Et illud, *Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, ut salvum me facias.* Psal. 30. 3. Prius quidem deserendus est mundus, & sic orandus Deus, ne mundialis inhabitatio vocem orantis impediat. Nam qui Deum ore precatur, & cor ejus quæ mundi sunt cogitat, hujus orationem non approbat Deus, sed improbat; sicut ipse de quibusdam, qui quasi bene loquebantur, & corde terram sapiebant, asserit dicens: *Populus iste labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me.* Isai. 29. 13. Certe hi quorum corda implicantur sæculari negotio, longe fiunt a Deo, & pereunt. unde Psalmista: *Qui elongant se a te, peribunt; perdidisti omnem qui fornicatur abs te.* Psal. 72. 37. A Deo proculdubio fornicatur, qui ab illo recedens, mundum fugientem sequitur, quem tamen nunquam consequitur. Sed qui, ut diximus, extremum illud & formidandum valde judicium ante animæ suæ faciem ponit, quidque ibi sit futurum oculo puræ intentionis considerat, nil sibi aliud restat faciendum, nisi ut deposita omni alia sollicitudine, ad pondus tanti examinis incitatus, totis visceribus contremiscat: & ut justum, ac vehementer districtum judicem in illa hora propitium sibi valeat invenire, quidquid hic temporaliter delectare potest, pro ejus amore contemnat. Quis, inquam, de die illo perfecte cogitare poterit, & præsentem mundum diligere; cujus tunc amatores in horrendam gehennæ puteam intolerabili fœtore & igne inextinguibili, vermeque immortali, & cæteris indicibilibus tormentis plenum præcipitati, sine remedio, ac spe remedii, cruciabuntur? Hæc qui ante non credit, quam videat; cum jam videre cœperit, quæ utiliter credere & vitare potuisset, æternaliter patietur. Matth. 19. Reminiscamur, dilectissime, dum licet, extremæ & tremendæ horæ illius, & in memoriæ nostræ oculis ponamus illum diem, in quo quidem pœnitentia futura est, sed sera: perpetui gemitus erunt, sed infructuosi: indeficientes lacrymæ, sed steriles: planctus & fletus assidui, sed inanis: nec jam tunc a peccatoribus datur hostia qualibet pro peccatis. Recogitemus etiam quanta erit tunc retributio illorum, qui propinquorum dulces affectus, & caras parentum facies, quasi odissent, fugientes, præsens sæculum cum suis delectationibus reliquerunt: & ut Deum pure

D

a *Hugo Chaorcinus*) A Caortiis Cenomanensis pagi Castella: cujus, & Petri de Caortiis mentio facta lib. III. epist. XXVIII. ad Ildebertum.

b *Concilium nullum ratum*) Julii Papæ contra Orientales, pro Athanasio. *Nec ullum ratum est aut unquam erit Concilium, quod non fultum fuerit ejus auctoritate*, id est, Romanæ Ecclesiæ, apud Gratianum D. XVII. C. II.

& sine impedimento diligerent, divitias aut omnino noluerunt habere, aut habitas contempsesant. Illo, inquam, die receptis corporibus, de beata immortalitate & inenarrabili gloria jam securi, ante judicem sæculorum, o quam feliciter apparebunt, sedesque duodecim obtinentes, sicut sancto Evangelio teste didicimus, cum illo judicabunt! Quid admirationis, quidve exaltationis tunc esse poterit, cum unusquisque eorum donum divinæ gratiæ subsequentibus meritis, in Angelorum statum promovebitur: & cum terreno quondam corpore, super excelsa regni cælestia elevatus, tanquam dilectus filius, præclara Dei hæreditate ditabitur! Inde loqui multa mihi inesset voluntas: sed tantæ gloriæ, tantæ lætitiæ, tantæque beatitudinis negat immensitas; quæ etiam sanctorum doctorum linguas superat & sensum. Non est humanæ facultatis ad plenum disserere quantum sit præmium, quod præparavit Deus his qui diligunt eum in veritate. Diligamus eum, carissime, non verbo tantum, nec lingua, sed opere & veritate: sequamurque sicut se docet sequendum, qui nec fallit, nec fallitur; pro ejus amore mundum relinquentes, qui magis decipit dum blanditur. Consuetudinem illam perversam, atque damnabilem, quam impugnante diabolo in sæculi conversatione quasi monstruosam partum concepimus, vel quadam nobis illata violentia, ut mortem animæ, fugiamus, & revertamur ad illum, qui nos ad imaginem, & ad similitudinem suam diligenter creavit: a quo sæpius peccando discessimus; & tamen adhuc misericorditer vocat, ut nos multo pulvere peccatorum, & criminum fœdatos mundet & pulchros faciat. Redeamus, dilectissime, ad misericordissimum creatorem nostrum, dum tempus habemus: & illum animæ nostræ brachiis semper amplectentes, illius dilectionem mundo, & fallacibus ejus divitiis anteponamus, nulla occasione corvum illum inobedientem imitantes, qui aviditate fœtentis cadaveris, Noe sancti Patriarchæ contempsit imperium. Acquiescamus itaque domini ac Salvatoris nostri consilio: &, ut ipse præcipit, qui neminem decipit, mundo renuntiemus, cujus falsam beatitudinem sequitur vera miseria: cujus voluptas brevis est, & voluptatis pœna perpetua. Eligamus potius pauperem vitam cum Lazaro humili & despecto, quam divitias cum glorioso divite & superbo. Pauperem Lazarum sinus Abrahæ suscepit glorificandum cum Sanctis: superbum divitem Tartarus horrens absorbuit cruciandum cum impiis. Hic paupertate beatam sortem meruit: ille divitiis perpetuam mortem. Hunc sua paupertas fecit excelsum: illum suæ divitiæ fecere dejectum. Dives factus omnino indigens sepultus est in inferno, & sine fine damnatus: Lazarus in sinu Abrahæ collocatus, & paradisi divitias obtinens cum Deo lætatur. Væ divitiis, quæ non solam pereunt, sed suum etiam perire faciunt amatorem. Felix & secura paupertas, quæ ditat & sublevat se patienter portantem. Non jam nobis spes divitiarum incerta qualibet occasione blandiatur: sed voluntariam sectemur pauperiem; quatenus divitiarum suarum nos faciat esse participes, qui ideo pauper fieri voluit in terra, ut nos sua paupertate ditaret in cælo, Jesus Christus dominus noster, cui est cum patre & Spiritu sancto honos & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

EPISTOLA XV.

Goffridus Vindocinensis monasterii dispensator immeritus, [a] G. venerabili Decano, sua utili amica & veraci, feliciter vivere, & esse beatum.

QUam pure, quam firmiter nos dilexeritis, ipse totiens effectus probavit, quotiens voluntas, aut necessitas nostra vos in sua causa advocavit. Mens mea confitetur, quod lingua loquitur: & neutra ingrata efficitur. Mens igitur mea grata est confessione, lingua locutione: Deus abnuat, ut ingratus efficiar actione. Et quia, sicut prælocuti sumus, dilectio vestra nobis servire parata nunc usque extitit, in nostra multa anxietate suam optimam consuetudinem non amittat: quam vester amicus fidelis non merito quidem, sed gratia orando reposcit. Habemus enim negotium contra consanguineum nostrum [b] Mauricium de Credone in crastino Ramispalmarum: cui ut assitis, multiplicitea rogamus. Si qualibet occasione defueritis, vehementer dolemus: quippe quoniam amicum talem perdidimus, quem in nostra caritate nulli secundum possidebamus. Si primum possedimus in caritate, primum possidere eum debuimus in tentatione, sicut scriptum est, *Si possides amicum, in tentatione posside eum.* (Eccli. 6.) Vale.

EPISTOLA XVI.

Goffridus Vindocinensis monasterii servus, [c] Guillelmo olim suo magistro, non plus sapere, quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem.

OMnes qui in fide non ficta vivere cernimur, ut fidei nostræ veritas instruatur, non ut destruatur, in omnibus locis unanimiter laborare debemus. Igitur de proposita nobis quæstione, quæ magna ex parte, immo prorsus secundum suam intelligentiam fidei Catholicæ obviare videtur, plenam sectandæ fidei reddimus rationem: ita quemadmodum olim intellexisti, aut adhuc forsitan intelligis, intelligi non debere. Credens enim, nisi fallimur, proposuisti, quod solummodo quatuor peccata confessione indigebant; cætera autem a Domino sine confessione sanabantur. Quod te invenisse asseris in expositione [d] Bedæ de Evangelio,

---

a *G. Decano*) Goffrido, ut docet Elenchus codicis Cenomannici. Sed cujus Ecclesiæ Decanus fuerit non indicat. suspicor Cenomannensem, illum ipsum, ad quem extat epistula lii. Ivonis.

b *Mauricium de Credone*) Filium & successorem Rainaldi Dynastæ Credonensis, quem consanguineum etiam suum vocat epistola xxvii. Sed Mauritii Credonensis peculiaris mentio inter proceres, qui Fulconis V. Comitis castra Normannico bello, secuti sunt adversus Henricum Regem. Gesta Comitum Andeg. *Erant autem cum eo Hugo de Matafelone, & Theobaldus filius ejus, Fulco de Candeio, Mauricius de Credone, Petrus Camilliacensis, Jaquelinus de Malliaco cum quatuor fratribus suis &c.*

c *Guillelmo*) Elenchus Cenomannensis, *Ad Guillelmum qui ante magister ejus fuerat, in qua eum redarguit non bene sentire de confessione peccatorum.*

d *Beda de Evangelio*) Bedæ verba ad quæ impegit Guillelmus, extant lib. v. expositionis in Lucam cap. lxxx. quæ quidem ut a Goffrido exponuntur, planam habent, & certam sententiam.

ubi decem leprosi sanati a Domino memorantur. Sed hoc ita intelligendum minime censemus, & juxta fidem Christianam sic intelligere nec possumus, nec debemos. Determinanda est enim ista sententia sapienter, ut intelligi possit utiliter, & fidei nostræ integritas conservetur. Illa utique quatuor peccata, error videlicet gentilis, schisma fraternum, hæretica pravitas, & Judaica perfidia, in quantum prævalent, universalis Ecclesiæ castitatem commaculant. Unde necesse est, ut quicumque istis peccatis vel uno ex ipsis polluuntur, non jam soli sacerdoti, sicut in cæteris agitur, sed universæ Ecclesiæ confiteantur: & sic ad ejus unitatem redeans, cujus fidem antea impugnabant. Justum est enim, ut qui alios diabolica præsumptione infidelitatem docent, eos etiam publica satisfactione in fide confirment. & quibus ante fuerant occasio & exemplum publicæ perditionis, forma & exemplum fiant publicæ reconciliationis. Cætera vero vitia, sicut dicis, per semetipsum Dominus sanat & corrigit. Licet enim omnia quæcumque sanantur, Dominus sanet & corrigat, quædam tamen per semetipsum sanare atque corrigere perhibetur: ea videlicet, quæ sibi privata in confessione revelantur, os sanentur. [a] Sibi dico: quia illi, qui in ejus loco esse dinoscitur. Certum est, nihil hoc certius, omnia peccata vel crimina confessione indigere & pœnitentia. & quamvis quædam ex ipsis per publicam pœnitentiam puniri videantur; nulla tamen alia publica confessione opus habens, nisi ea, quæ communem Ecclesiæ fidem violare conantur.

EPISTOLA XVII.

Clarissimo Duci Normannorum, & præcellentissimo regi Anglorum [b] Henrico, carissimo domino & præcordiali amico, frater Goffridus Vindocinensis Abba, in præsenti prospere semper & feliciter vivere, & in futuro manere cum Rege Angelorum.

Vestræ magnitudini, dulcissime Pater & domine, significavi iter nostrum: & quia vobis scivi esse contrarium, itineris statim mutavi propositum. Vester itaque servus, testis est mihi Deus, in vestra fidelitate remaneo: in qua, quoadiu vixero, indesinenter permanebo. Quod quando & quomodo excellentiæ vestræ placuerit, secundum meum posse operibus comprobabo. Valeat Dominus meus Rex, & vigeat: quem omnipotens Deus ab omni adversitate defendat, & tribuat ei quod bene desiderat.

EPISTOLA XVIII.

Guillelmo [c] Aquitanorum Duci clarissimo Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, dilectionem Dei, & de inimicis victoriam.

Si lene quicquid est secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam, vos decet a nobis quærere; & nos super hoc libenter obedire: sic quicquid est Deo & sanctæ regulæ contrarium, nec dignitatem vestram exigere decet, & nos super hoc vobis obedire non oportet. Parum enim & vos, & alii benefactores nostri, in servitio, quod Deo quotidie, licet indigni, in Missis & orationibus, & pauperum recreationibus exhibemus, confidere potestis, postquam a nobis regulam, secundum quam professi sumus, videritis violari, a quibus omnino debet observari. Rogastis itaque, ut [d] Rainaldum Quartaldum in Obedientiam, de qua eum amovimus, remitteremus; quia & vobis utilis erat, & nobis valde necessarius. Quod vobis utilis erat, quia dicitis, credimus: sed quia nobis necessarius esset, si vellet, nullatenus dubitamus. Et quanto magis se vobis esse utilem, & nobis esse necessarium agnoscebat, tanto securius turpitudinem corporis sui, & animæ suæ perditionem exercebat. & ideo profectus temporalee pretiosiores quam animam fratris nostri facere non debuimus; de qua sine dubio in die judicii rationem reddituri sumus. Nunc autem pro quibus culpis cum ad salutem animæ & corporis sui nobiscum habeamus, nec vestrum est inquirere; nec nostrum vobis amplius aperire. Sed cum ad præsens ad partes vestras venerimus, quicquid secundum Deum & ordinem nostrum a nobis petieritis, libenter faciemus.

---

a *Sibi dico: quia illi, qui in ejus loco*) Deo nimirum precipue fit confessio, quæ fit sacerdoti. Leo Magnus epistola ad Episcopos Campaniæ. *Sufficiat illa confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti.* Sidonius item lib. IV. epist. XIV. Sed Sidonii insignis est locus de sacra Confessione, dignusque qui ab ætatis nostræ Guillelmis attentius expendatur. Scribit jam Episcopus ad Polemium PP. Galliarum, discrimenque ostendit fori sui, hoc est Ecclesiastici, & sæcularis, seu prætoriani. *At si*, inquit, *videtur humilitas nostra professionis habenda contemptui, quia Christo res humanas vitæ sine medicatura putrium conscientiarum cultro squalens ulcus aperimus: quod in nostri ordinis viris, & si adhuc aliquid de negligentia fatet, nihil jam tamen de superbia tumet: noveris velo, non ut est apud Præsulem fori, sic esse apud judicem mundi. Namque ut is, qui propria vobis non tacuerit flagitia, damnatur: ita nobiscum qui eadem Deo fuerit confessus, absolvitur.*

b *Henrico Duci Normannorum & Regi*) Guillelmi Magni Regis filio, natu omnium postremo, sed unico in regia patris purpura progenito. Post Guillelmi Rufi fratris interitum anno MC. regnum occupavit, absente in Hierosolymitana expeditione Roberto Duce altero fratre, cui ætatis prærogativa debebatur. Chronicum Turonense. *Eodem anno Guillelmus Rufus Rex Angliæ in sylva venaturus progrediens a Gualtero Tirello milite pro cerva sagitta percussus interiit, & ad VVintoniam est sepultus, cui successit Henricus frater ejus minor.* Novo Regni paternum solium adepto gratulatus est Ivo Episcopus epist. CVI. Is est quo cum Fulconem V. Comitem bellasse jam diximus. Postea vero duplici cum eo matrimonii fœdere sociatus est. Nam & Matildem Fulconis filiam Guillelmo filio suo copulavit, & filiam item suam Matildem alteram, Henrici Imperat. viduam, Goffrido Fulconis filio uxorem dedit: ex qua prognatus est Henricus II.

c *Guillelmo Aquitanorum Duci*) Qui Comes Pictavensis lib. I. epist. IX. & in suis ipsius literis, quas ad epist. XXII. proferemus, Aquitaniæ Dux, & Vasconiæ Comes. Ad Comitatum Pictaviensem, qui Comitum Pictaviensium (quorum familiam clausit hic Guillelmus, ut dictum est lib. I.) antiquissima fuit possessio; accesserunt postea conjugum beneficio primum Aquitaniæ Ducatus; deinde Vasconiæ, hoc est veteris Julianæ cis Garumnam Aquitaniæ Comitatus.

d *Rainaldum Quartaldum*) Sic etiam nominat epist. XXII. pro eo quod lib. IV. scriptum est Cartaldo & Cattaldo. Prioratus seu Obedientiæ, quam rexerat hic Rainaldus, nomen supprimit. quo modo & Ivo epist. CLXIII. Goffridi nostri consultationi de altera quadam Obedientia respondens, propriam ejus appellationem reticuit. *De monacho*, inquit, *illo, quem juramento constrinxisti ne ultra illam administraret Obedientiam, quam aliquandiu sibi usurpaverat per inobedientiam; consilium meum est, ut ulterius eam non habeat, quod & illi esset criminosum, & cæteris fratribus ruinosum.*

A ciemus. Valete: & de cura animarum nobis commissarum vos intromittere nolite. Mallemus enim quiequid est temporale amittere, quam cujuslibet fratris nostri animam consentiremus perire.

Epistola XIX.

Guillelmo omnium militum magistro, & nobilissimo Duci Aquitanorum, Goffridus Vindocinensis monasterii servus, in præsenti de inimicis victoriam, & in futuro gloriam sempiternam.

B a MEminisse debet, optime Princeps, vestra prudentia, nos [a] domino Abbati de sancto Joanne, de querelis, quas adversus illum habebamus, pro amore vestro terminum dedisse, non de terra nostra, quam violenter invaserat, ullas inducias concessisse. Unde ad Episcopum Santonensem, cujus judicio se illam cepisse asserebat, perreximus: & ibi per os ejusdem Episcopi nullum inde factum fuisse judicium veraciter cognovimus. Et ideo quod ab illo injuste præsumptum fuerat, canonico Episcopi & clericorum ejus judicio irritum factum est, & vacuum. Vos autem, Dux vitæ laudabilis, quem corporis pulchritudine super alios Deus honuravit in mundo; ut Ipse speciosus forma præ filiis hominum, pulchrum & magnum vos C faciat in cælo, Monasterium nostrum, quod in jure suo, sumptu suo parentes vestri honorifice construxerunt, exhonorari, vel rebus suis minui nullatenus permittatis. Hoc si feceritis, verendum vobis est, ne a sanctis Angelis parentibus vestris sit nuntiatum; & eorum animas tristes reddatis, qui eos potius lætificare debuistis. b [b] Si olim in aliquo nos læsistis, Dominum Deum quibus valemus precibus exoramus, ut illud vobis perdonet dono suæ pietatis; & de omnibus, quæ illicite commisistis, cor pœnitens vobis tribuat; & erga omnes, & erga nos D maxime puræ caritatis viscera vos habere concedat. Ad vos venire, vir venerande per orbem, voluntas nostra minime distulisset, si renum infirmitas cum dolore lateris non obstitisset. Et quia me necessitas detinet, non voluntas; humilis amici, immo servi vestri, excusationem diligenter recipere dignetur vestra sublimitas. Vale.

Epistola XX.

Glorioso ac venerabili Aquitanorum Duci Guillelmo, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, Deum timere, & eum timore diligere.

DE honore & utilitate vestra plurimum sollicitus, optime Princeps, mando vobis, ut si Romam mittere debetis, sicut olim mecum estis locutus, nullo modo differatis ulterius. Paratus sum enim de hoc vobis consilium & auxilium, quod melius potero, dare: & pro regni vestri augmentatione, cum uno vel duobus de clericis vestris tantum laborem subire. Quod facere nec possum, nec debeo, nec vos exigere debetis sine digna remuneratione. Hanc ad præsens remunerationem quæso, ut consuetudines, seu exactiones, quas terris nostris [c] Præpositi vestri violenter impresserunt; c quas tamen terras religiosi Principes prædecessores vestri, & monasterii nostri fundatores, absque consuetudine vel qualibet exactione donaverunt, Deo & loco nostro relinquatis: & ne deinceps repetantur, me bene securum faciatis. Si vobis hoc placet, quod omnino placere debet, in prædicto negotio non recuso obedire, licet fieri non possit sine rerum nostrarum magnis expensis, & quod est amplius, absque corporis nostri labore maximo & anxietate. Valete: & quicquid super hoc vobis placuerit per literas vestras multum familiariter mihi notificate.

Epistola XXI.

Clarissimo Aquitanorum Duci & incomparabili militi, Guillelmo carissimo domino & præcordiali amico, Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, diligere quod Deus diligit, & odia habere quod odit.

DUx vitæ laudabilis, ut ad vos venirem mihi mandastis: sed diem & locum, quo vos invenire potuissem, non significastis. Quapropter misi statim ad partes vestras quendam monachum, qui me ad vos, quo ipse jubetis, diceret venturum. Qui per duodecim dies ibi vos expectans, cum invenire non posset, inde ad me rever-

a *Domino Abbati de S. Joanne*) Angeriacensi Henrico. Huc faciunt, quæ scripsit lib. III. epist. XXXVI. ad Ramnulfum Episcopum Santonensem, de quo etiam hic sermo. Posteriorem hanc illa fuisse constat, quia Episcopum interea convenerat, & tamen renum adhuc dolorem causatur, quo retentus fuerat, quo minus tum ad Episcopum iret.

b *Si olim in aliquo nos læsistis*) Cum Oleronensem Ecclesiam Bernoni Abbati eripuit Goffridi decessori. Qua de re dictum lib. I. epist. IX. verum Urbani literas, quibus obsequens Guillelmus Ecclesiam restituit, ubi alia etiam quæ de illo, ejusque Patre narrat, operæ est audisse, Sic igitur habent in tabulario Vindocinensi.

Urbani II. ad Guillelmum Aquitaniæ Ducem.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Guillelmo Pictaviensium Comiti salutem & Apostolicam benedictionem. Sæpe tuam indolem commonuimus, ut egregii Principis Patris tui devotionem atque prudentiam imiteris. Ipse Principatus sui Ecclesias devotissime coluit, plures rebus suis ditavit, novas etiam a fundamentis extruxit. De te vero miramur: qui cum aliis bonis studiis quantum ad militem polleas, in hoc a Patris tui probitate degenerare perhiberis, quod Ecclesiarum jura perturbes, & quas ille fundavit expolies. Pervenit ad nos, quod Monasterio Vindocinensi Ecclesiam Beati Georgii in Oleronis insula sitam cum quadam optima terra abstuleris. Te itaque, Carissime fili, præsentibus literis admonemus, ut sicut Sanctorum Apostolorum & nostram gratiam diligis, Ecclesiam illam & cætera quæ Vindocinensibus Monachis abstulisti, eorum potestatem omnino restituas. Res enim eorum Parentum tuorum Eleemosynæ sunt & Apostolicæ sedis alodium. Quod si infra dies triginta visis his literis quod mandamus adimplere contempseris, & indignationem nostram incurrisi, & Apostolicæ sedis anathemate te percussum indubitanter agnoscas. Monasterium Vindocinense & res ad ipsum pertinentes ita Apostolica auctoritate corroborata noscuntur; ut si quid inde ablatum vel distractum a quoquam fuerit, a prædecessoribus nostris excommunicatum non dubites: & quem bene illi tunc excommunicaverunt, non possumus solvere, nec debemus: sed quod fecerunt, nos eadem auctoritate firmamus. Datum Romæ II. Kalendas Aprilis.

c *Præpositi vestri*) Guillemus Oleronis Præpositus, Haimericus. Asto, & alii de quibus lib. I. epist. XI. lib. III. epist. XXXVIII. & hoc ipso, epist. sequenti.

a sus, mihi nuntiavit [a] vos ad Clarummontem profectum. Mitto iterum vobis istum fratrem, per quem mihi mandetis, si magnitudini vestræ meæ parvitati ad præsens loqui placuerit; & ubi, & quando placebit. Ad vos, carissime domine, sæpius venissem, & de utilitate vestra vobiscum locutus fuissem, si gratiam & dilectionem apud vos potuissem invenire, quam apud prædecessores vestros nostri veraciter dicuntur invenisse. Sed fortassis hoc apud Deum peccando mereri potui: sed Deus scit, nunquam apud vos nisi serviendo & diligendo promerui. Desiderio tamen vobiscum loqui desidero, apud vos querimoniam facturos de Præpositis vestris, Guillelmo videlicet & Haimerico fratre ejus, qui res, quas pretium redemptionis animarum suarum venerabiles antecessores vestri, loci nostri fundatores, eidem loco contulerunt, pene penitus destruxerunt. Res ipsas opulentas & divites de larga manu prædecessorum vestrorum, qui vos, ut credimus, ad æthereas mansiones præcesserunt, rectores monasterii nostri, qui fuerunt ante me, susceperunt, & tota vita sua sine labore tenuerunt. Ego autem qui multum pro rebus istis & laboravi & expendi, eas inveni pauperes, & prædictorum mala gratia Præpositorum de die in diem invenio pauperiores. Unde, optime Princeps, si mihi non creditur, saltem rerum distractioni & locorum paupertati, quæ nec mentiri, nec occultari potest, credatur. Vale, Dux multum dignus laude humana, & utinam amplius divina.

EPISTOLA XXII.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis Abbas, carissimæ dominæ suæ Matildi [b] Pictavensi Comitissæ Deum timere, & cum timore diligere. b

Quod postquam dominus Comes, maritus [c] vester Hierusalem pertexit, vos non vidimus: ne miremini humiliter rogamus; quoniam hoc potius necessitate quam voluntate dimisimus. Ad præsens igitur, Deo volente, ad vos veniemus: & de bonis Ecclesiæ nostræ vestræ nobilitati libenter serviemus. Unum tamen vobis celare nec possumus, nec debemus, quod & animæ vestræ periculosum esse, & carissimo domino & amico nostro, marito vestro contrarium, si per vos, quod absit, factum est, non mediocriter formidamus. Est itaque in partibus vestris quidam, [d] Rainaldus videlicet Quartaldus, qui tonsura & habitu esse videtur monachus; sed ab operibus, & vita monachi valde est alienus. Iste enim penitus contempta professione sua, & B. Benedicti regula, in vobis, ut idem ipse asserit, confisus, sanctæ obedientiæ & monasterii sui refugit præcepta; & pro lege regulari utitur voluntate propria, animæ suæ nullatenus curans detrimenta. Unde vos sicut carissimam sanctæ Ecclesiæ filiam obtestamur, & pro timore Dei & amore mariti vestri, ut ipse Deus eum ad vos sanum & incolumem cum omni victoria reverti faciat, suppliciter rogamus, ne per vestram fiduciam animam suam perdat ille, qui jam propria iniquitate a Deo cognoscitur separatus. Hunc siquidem cum omnibus sibi consentientibus a domino Papa, & a nobis excommunicatum vestra excellentia indubitanter agnoverit, si unquam ulterius nobis & monasterio suo inobediens esse præsumpserit.

a *Vos ad Clarummontem profectum*) Arvernorum urbem primariam, quæ nomina subinde mutavit. Antiquissimum fuit, quod apud Strabonem legitur *Nemossus*, etsi male ad Ligerim locat. Ex inflexa & conflata voce, Augustonemetum post tempora Augusti: tum propria & recepta in singulis Galliæ civitatibus consuetudine, communi totius gentis vocabulo, Arverni & urbs Arverna. Denique Clarus mons, de priscæ arcis appellatione, cum initio post Pippionum incendium instaurari cœpisset. Arvernorum Comes hoc tempore feudatarius fuit Ducis Aquitaniæ. multæ proinde Guillelmo suberant causæ, cur ad Arvernos proficisceretur.

b *Matildi Pictavensi Comitissæ*) Guillelmi Comitis, ad quem Epistolæ superiores, conjugi. Diu nobis in Matildis hujus investigatione hærendum fuerat, nisi opportune succurrisset vetus diploma Guillelmi mariti, cui ipsa subscripsit, de Altari S. Mariæ de Solaco, quod paternum exemplum secutus Burdigalensi S. Crucis Monasterio, unde id exscriptum est, concessit anno M. XCVI. Id ad verbum sic habet.

Guillelmi Ducis Aquitaniæ Privilegium pro Monasterio S. Crucis Burdigal.

Ego VVillelmus, divina ordinante providentia, Aquitaniæ & Vasconiæ Dux & Comes. Notum omnibus fidelibus per hoc privilegium nostræ auctoritatis fieri volumus, quod vir venerabilis Fulco, S. Crucis Abbas, postulavit a nobis, ut sicut clarissimus genitor noster venerandæ memoriæ VVillelmus, qui & Goffridus vocatus est, Altare S. Mariæ de Solaco, cum omnibus suis appendiciis, judicio Legatorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Amato videlicet Elorensium Episcopo, & Hugone Diensium Pontifice, in Concilio Burdegalensi præsidentibus, Goscelino Burdegalensi Archipræsule assistente, cum multis aliis Archiepiscopis, & Episcopis, & Abbatibus, Arnaudo Abbati S. Crucis jure perenni & ejus successoribus concessit; ita & nos concederemus: & locum S. Crucis cum loco S. Macarii sub tutela & defensione nostra susciperemus. Cui petitioni libentissime nostrum præbuimus assensum; & Petro Decano & Archidiacono Ecclesiæ Burdigalensis, ut totum hoc scriberet aut scribi preciperet, sub testimonio &c. præcepimus, & sigilli nostri impressione signari. Ego Matildis uxor Domini Guillelmi Ducis Aquitaniæ & Comitis Guasconiæ affui & assensum præbui. Ego Petrus Decanus sanctæ matris Ecclesiæ Burdegalensis & Archidiaconus subscripsi, confirma hoc Deus. Eblo Archidiaconus, Arnaldus Simonis Cantor, Andro, & multi alii Canonici S. Andreæ interfuerunt. Hugo frater Comitis Guillelmi, Arnaldus de Blancafort, VVillelmus Præpositus, Gumbaldus Austrini, & multi alii milites similiter. Actum est & concessum anno M. LXXXXVI. *Incarnationis Dominicæ*, VIII. *Kal. April. Epacta*. XXIII. *Concurrente* II. *Indict.* IV. *Domino Papa Urbano II. & D. Amato Burdegalensi Archiepiscopo. Data per manum D. Guillelmi Comitis ante Altare S. Andreæ. Fulconi Coabbati* VIII. *Kalend. April. prima concessio in turri Aquæfellari* II. *Kal. Aprilis*.

c *Maritus vester Hierusalem pertexit*) Secundæ in Palæstinam expeditionis, quæ priorem paucis post annis secuta est anno M.C.I. Princeps & coryphæus fuit Guillelmus Comes Pictaviensium, & cum eo Comites alii, Stephanus Burgundiæ, Hugo Viromandensis, Stephanus item Blesensis & Carnotensis, Goffridus Vindociniensis, cum Hugone fratre Raimundi Comitis Tolosani. Militum millia lx. multo plura peditum fuisse, autor est Willielmus Malmesburiensis, lib. IV. de gestis Regum Anglorum. De iisdem Guillelmus Tyrius lib. X. Historiæ belli sacri c. XII. & XIX.

d *Rainaldus videlicet Quartaldus*) Epist. XVIII.

EPISTOLA XXIII.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, dilectæ in Christo filiæ Ermengardi [a] *Britannorum Comitissæ, nec mundum sequi, nec ejus flore, quia cito marcescit, velle delectari.*

Est utique quem sequi, cujus pulchritudine debemus potius delectari, Jesus Christus videlicet Dominus noster, qui adeo nos dilexit, quod pro nobis corpus & animam suscepit: & ne perpetua morte damnaremur, inæstimabili caritate in mortem se tradidit. Ejus, inquam, beneficia, si diligenter considerare voluisses, o creatura, pro qua auctor vitæ mortuus est, B adulantium linguæ non te a creatore tuo separassent; nec unde semel recesseras, iterum sociassent mundo; in quo nihil præter id quod est fanestum reperies. Præsentem namque mundum sic vera miseria, & falsa beatitudo comitatur, ut vix aut nunquam Deum habere valeat, quicumque illam amplectitur. Vale, & quæ dicta sunt, sapienter considera.

EPISTOLA XXIV.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, dilectæ in Christo filiæ Ermengardi vitæ laudabilis Comitissæ, sic in hoc sæculo misericorditer agere ut in futuro misericordem Dominum videre valeat, & habere. C

Pervenit ad me de te, regia proles, quod mihi non displicet, & nemini debet displicere, quia Deo placet. In terreno regimine, ut audivi, exercens jura justitiæ, & patriæ faciens pacem, multis proficis, pauperes pascis esurientes, sitientibus porrigis potum, nudos vestis, & nobilitatem generis morum nobilitate superans, Deo potius militare, quam sæcularibus negotiis implicari videris. Hæc sancta justitiæ & pietatis opera in te cum gaudio laudare & possum, & debeo. Sed est aliud, quod sicut pro tua reverentia non præsumo reprobare; approbare non audeo. Nam dum caritate tua

A veniente pene omnis mœstus ad te veniens lacrymam tergat, & vix aliquem a tua præsentia recedere liceat tristem: insuper etiam multarum Ecclesiarum januas sæpissime aperiat tuæ devotionis oblatio: miram valde nec est pia admiratione mirandum, cur [b] Ecclesiam, in qua tuus venerabilis pater sibi elegit sepulturam, & quæ pro illo a te amplius debuit honorari, filiali dilectione honorare non studeas; & naturæ jura conservans, te ejus fuisse filiam, sicut veraciter fuisti, debitis beneficiis non ostendas. Olim & in veteri lege, & in nova, religiosi & omni laude & memoria digni Principes extiterant; qui loca, ubi patrum suorum corpora sepulta sciebant, semper curius diligentes, ut B ea vario ornamentorum genere decorarent, & multimodis possessionibus dilatarent, tota intentione studebant. Nos, quos ille vir piæ recordationis nec carne genuit, nec magnas divitias, nec aliquam nobis possessionem reliquit; Ecclesiam, in qua sepultus est, pro illo diligimus magis & honoramus, & numerum monachorum, qui in ea sacrificia pretiosa, pretia scilicet animæ suæ, Deo quotidie offerant, augmentantes, de rebus Abbatiæ nostræ maximam partem, unde ibi vivere valeant, eis contulimus. Has pro patre tuo, qui defunctus est sæculo, utinam Deo vivat, tibi specialiter literas scripsimus: quia nisi tu sola patria tui animæ hæres extiteris, qui ejus hæres existat alium de sua carne C genitum ad præsens invenire non poterit. Cum vero memor paternæ salutis aliis tuæ caritatis expanderis sinum; contra locum, in quo tuus pater egregius Princeps corpore jacet, nulla occasione deinceps contineas clausum. Vale; & parce mihi, si male locutus sum: si bene; acquiesce.

EPISTOLA XXV.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis Abbas, [c] *Adelardo de Castroguaterii timorem Domini pariter & amorem.*

Multa mala nobis fecisti, & Deum in nobis, cujus, licet indigni, servi su-

a *Ermengardi Britannorum Comitissæ*) Filiæ Fulconis IV. Comitis Andegavensis, Fulconis V. Regis sorori. nupsit enim Alano Fergeoto Comiti Britannorum, Conanumque III. procreavit, qui Conanus Ermengardis a matre cognominatus est. Calendarium S. Mauricii Andegavensis. *Kal. Junii obiit Ermengardis Comitissa Britanniæ Mater Conani Ducis, & soror Fulconis Regis Hierosolymitani.* De eadem conditor Gestorum Comitum Andegavensium. *Fulco plures duxit uxores, filiam Lancelini de Balgentiaco, ex qua edita est Comitissa Britanniæ, illa quæ post obitum viri sui Hierusalem in Ecclesia S. Annæ vitam monialem exercuit.* Monialem ergo post viri mortem professa est. sed consilio exinde mutato ad sæculum resiliit. Quo tempore hæc ad illum scripsit Goffridus, suadens ut pristinum institutum repetat. Quod tandem fecisse videtur. Multis siquidem post annis Ermengardi tanquam Deo devotæ, & humili Christi ancillæ scripsit Bernardus epist. CXVI. CXVII.

b *Ecclesiam in qua tuus venerabilis Pater*) Ermengardis Patrem epistola superiore dictum est fuisse Fulconem IV. Comitem, qui Rechinus appellatus est. ejus obitus diem annumque notant. Chronicum utrumque S. Albini, Calendarium S. Sergii, & Calendarium S. Mauricii his verbis. XVIII. *Kalendas Maii obiit Fulco dulcissimus Comes Andegavensis, nepos Goffridi prioris Martelli.* Sepulturæ locum non tradunt.

* Sepultum fuisse in Ecclesia Prioratus Andegavensis S. Trinitatis, ex illius Ecclesiæ Necrologio notavit V. C. Ægidius Menagius in sua Historia Sabiliensi.

c *Adelardo de Castroguntherii*) Ex Fulconis Nerræ literis, quarum initium recitavimus epist. XI. constat illum castrum Gunterii, quod muniverat, Rainaldo cuidam Ivonis donasse, quem optimum militem vocat. Hujus Rainaldi post alios hæres, castrique Dominus fuit Adelardus, ad quem scripta hæc epistola. Hujus præterea insigne monumentum extat in antiquis tabulis Monasterii S. Albini, quibus decimam portus sui S. Albino concedit. Eæ porro sunt hujusmodi.

Adelardi de Castro Ganterii concessio Decimarum, quas obtulit S. Albino.

Rainaldus Andegavorum Episcopus donum quod Adelardus Castrigunterii Dominus per manum nostram S. Albino de decima portus Castelli sui fecit, literis mandare curavi, quod factum est hoc modo. Anno Incarnationis Domini M. C. XXIII. *Indictione* I. *Kalendis Martii feria v. ipsa scilicet die qua celeberrima S. Albini sollemnitas agitur; veni ad Ecclesiam ejusdem Sancti. Et rogatu D. Hamelini Abbatis & monachorum ejus, cum multis illustribus Clericorum & laicorum personis ingressus sum eorum Capitulum. Ubi veniens Adelardus Castrigunterii Dominus, decimam portus Castelli sui de vino de qua paucis ante diebus Hamelinum Abbatem apud Castellum suum, concedente hoc Matilde uxore sua, & filio suo Adelardo revestierat; tunc etiam in manus nostras in libro regulæ misit, & per nos supradictum Abbatem & Monachos sancti Albini revestivit: ipsumque librum regulæ, quem in manus meas miserat, super altare ejusdem sancti detulit. Et quia idem Ade-*

mus, ad iracundiam non mediocriter provocasti. Nos autem diu ta satis patienter portavimus, quem de tantis malis acturum quandoque pœnitentiam sperabamus. Sed quia præteritis malis nova quædam pejora prioribus addere non timuisti, rogamus te, sicut carissimum nostrum, ut quod contra nos illicita commisisti, emendare festines: & [a] prædam quietam dimittas, quam cepisti. Quod si consilio nostro acquiescere nolueris, verendum tibi est, ne tota terra tua tali interdicto feriatur, quod solvi deinceps non possit sine Apostolicæ sedis licentia, cujus alodium Vindocinense cœnobium esse dinoscitur. Insuper etiam in eodem monasterio, & in omnibus Ecclesiis, quæ ad prædictum locum pertinent, per singulos dies ante sacratissimum corpus & sanguinem domini nostri Jesu Christi de te clamorem faciemus: quatenus ipse qui omnia potest, violentiam tuam, quam vi humana refrænare nec possumus, nec debemus, suæ dexteræ virtute corrigere & refrænare in præsenti dignetur: ne anima tua in futuro propter hoc æternum incendium patiatur. Vale.

EPISTOLA XXVI.

Goffridus Vindocinensis monasterii Abbas, [b] Goffrido de Meduana salutem.

IN præsenti vita sapiens ut mala ageres diu fuisti: bene autem agere vix potuisti, quia noluisti. Quædam tamen bona fecisti: sed ad comparationem malorum tuorum pauca sunt aut penitus nulla. Unde te quasi jam in ultima hora positum admonendo consulo, & consulendo admoneo, ut mala opera quæ longo tempore perpetrasti, saltem in fine emendare festines: ne cum morte corporis etiam in anima moriaris. Residuum vitæ tuæ, quod modicum est, certissime scias, conserva vivendo Deo creatori & redemptori tuo: quia quidquid huc usque vixisti, totum aut pene totum vixisti sæculo. Præveni igitur peccata tua, ne ipsa te præveniant. A quibus si forte sinistra, quod absit, præventus fueris, credo veraciter quoniam pœna tua fine carebis. Peccata quippe sua quisque prævenit, quando mala quæ fecit, & adhuc facere potest, pœnitendo deserit. Sed tunc a peccatis prævenitur, cum jam mala agere urgente mortis necessitate non finitur. Vale, & consilio nostro acquiesce.

EPISTOLA XXVII.

Goffridus Vindocinensis monasterii amicorum servus, [c] Rainaldo dulcissimo consanguineo suo & amico præcordiali, sic possidere temporalia, ut non amittat æterna.

PIetatis divinæ pia flagella, quæ hoc in anno super vos venerunt, mentem vestram valde terrere debuissent: & ab his, quæ contra Deum egistis, velocius revocare. Ad hoc enim, ut credimus, vobis a Deo misericorditer collata fuerunt, ut qui in incolumitate corporis voluntate Deum quærere differebatis, necessitate saltem ac timore ei de illicitis operibus vestris satisfacere festinaretis. Hoc etiam nobis promisistis, quando novissime locuti vobiscum fuimus, quod vitæ vestræ emendationem Dei & nostro consilio sumeretis. Opera, quæ deinceps fecistis vel facitis, ignoramus: sed si pissimo Redemptori nostro contraria existunt, non parvum dolorem ob hoc sustinemus. Utinam, carissime, assidue cogitaveris, quanta in dia judicii tristitia, quanta tribulatio, quanta miseria, quantus super omnes dolores dolor erit homini, qui Deum videbit, nec habebit, & ante redemptoris sui conspectum peribit. Hoc autem nemo unquam ad plenum cogitare potuit, qui magis sæculo quam Deo militare decrevit. Nunc forsitan cogitatio vestra vobis dicit, aut qui vobis adulantur, dicant: si dominus noster efficeretur monachus, vel moreretur, jam tota terra sua dissiparetur. Scitote quia animæ vestræ minime consulunt, qui sic loquuntur. Terram enim, & quidquid temporaliter possidetis, oportet vos ad præsens, velitis nolitis, relinquere. Sed animæ vestræ valde erit contrarium, si hoc necessitate feceritis, non voluntate. Certe, dilectissime, Deus, qui permisit vos [d] honorem Credonensem habere, ipse, si voluisset, honorem illum conferre potuisset Orhandi monoculæ, quam dum puer essem in curia vestra tecolo me vidisse. Et quanto plura vobis dedisse Deum agnoscitis, tanto magis ei obnoxius estis. Valde miser est, nec veraciter credit in Deum, quem mundus ante deserit,

lardus hanc eleemosynam benigne faciebat, dedit ei prædictus Abbas sub nomine caritatis XXVI. *libras denariorum & decem solidos, ac filio ejus quinque. In testimonium hujus concessionis decrevimus aut propter auctoritatem & inviolabilem istius rei firmitatem, ut nostro sigillo, & sigillo Abbatis, atque sigillo ejusdem Adelardi præsens pagina firmaretur. Præsentibus. Petrus Abbas S. Georgii, Daniel Abbas S. Mariæ Ebronensis, Rannulphus Abbas S. Mauri, & plures alii.* Hæ tabulæ Adelardi uxorem fuisse docent Matildem, filium Adelardum. Illum fortasse, cujus & Melissendis conjugis mentio in Calendario S. Mauricii. *Nonis Augusti obiit Adelardus Dominus Castriginterii, pro quo facere debemus, quantum pro uno Episcoporum nostrorum.* XVIII. *Calend. Septembris, Obiit Melissendis uxor Adelardi Domini Castriginterii.*

a *Prædam quietam dimittas*) Epist. XI.

b *Goffrido de Meduana*) Meduana Cenomannici pagi oppidum, ad fluvium cognominem, Ducatus hodie titulum gerit. Facit autem Goffridi de Meduana ætas, quam noster affectam atque annis gravem fuisse significat, ut illum ipsum esse conjiciam, qui pro Cenomannorum libertate adversus Normannos, eorumque principem Guillelmum diu pugnavit, ut narrat inter cæteros Ordericus Vitalis, qui Goffridum Meduanensem fortissimum Cenomannorum appellat lib. IV. Historiæ Ecclesiasticæ.

c *Rainaldo consanguineo*) Domina Credonis, ut sequentia declarant, & Elenchus Cenomannensis; idem qui Rotæ in pago Andegavensi monasterium fundavit anno M. XCVI. Hujus filius Mauricius de Credone, quem suum etiam consanguineum dicit epist. XV. Credonensium Dominorum familiæ illo sæculo duæ fuerunt. Prior, quam clauserunt Suhardus de Credone & Guarinus ejus filius, qui Fulconis Nerræ Comitis temporibus Credone potiti sunt. Posterioris caput Robertus Burgundio, cui Goffridus Martellus Nerræ F. Castrum Credonis, quod tunc in manu sua indominicatum habebat, iterato concessit. Roberti hujus filius & hæres fuit Rainaldus de Credone; Mauricius vero Rainaldi: Goffridus Abbas utriusque consanguineus.

d *Honorem Credonensem*) Id est dominium. Honor pro ditione ac dominio passim in ejus ævi monimentis. Vidimus in pericope Fundationis Vindocinensis ad lib. IV. epist. XLIV. Idem Martellus in fundatione Credonensi: *Cum vero Honorem Credonis in manu dominicatum habui, sanctæ Trinitati illam Ecclesiam dedi, antequam Honorem Roberto Burgundioni fideli meo donavissem.* Sic Honor Vindocinensis pro Comitatu in literis ejusdem Martelli, quas ad epist. II. lib. I. produximus. Honor Andegavensis in literis Fulconis junioris anno M. XCVI. *Pro animabus parentum meorum, Fulconis scilicet avunculi mei, Goffridi Martelli patrui mei, qui me nutrivit, per quem post Deum hunc Honorem teneo.*

quam ipse deserat mundum. Mundum enim, antequam Ipse nos deserat, deserimus, cum illi sponte renuntiantes, quidquid ex eo sordis vel criminis contraximus, ob vitæ perennis amorem odimus. Sed tunc quasi prior mundus nos deserit, cum in sordibus nostris prostratos extrema dies invenit. Et tunc miseranda hominis conditio gemit, quod Deo servire noluit; quando jam reparare non potest, quod nequiter vixit.

EPISTOLA XXVIII.

Goffridus Vindocinensis monasterii servus, dilectissimo domino suo & præcordiali amico, [a] *Radulpho, sic transire per bona temporalia, ut consequatur æterna.*

SCimus quoniam monasterium nostrum, quod in honore & nomine Sanctæ Trinitatis constitutum est pariter & sacratum, toto corde diligitis. Et nos ipsam beatam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, pro cujus amore hoc facitis, toto mentis affectu imploramus, quatenus corpus & animam vestram in præsenti ab omni impedimento custodiat, & in futuro vitam vobis conferat sempiternam: atque animam patris vestri, de quo plurimum vos sollicitum esse cognoscimus, sua ineffabili pietate, & gloriosa B. Mariæ semper virginis intercessione, ab omni vinculo peccatorum & criminum suorum absolvat: & ipsum suum & omnium Deum ac Dominum videre & habere valeat, qui est remissio peccatorum, & suorum merces & retributio servorum. Rogastis fratrem, qui noviter venit ad ordinem, veste religionis mutata remitti parentibus suis, ut vel sic damnum possent recuperare terrenum. Pro amore vestro remitti quidem potest: vestis autem religionis sine offensione & notæ infamiæ mutari non potest. Si quis objicit, quod Episcopi & Abbates Romam sæpe ierunt veste mutata; scire debet, quia illud cogebat, quæ domino Papæ debetur, obedientia. Pro temporis necessitate novum dedit dominus Papa obedientiæ præceptum: in hac vestra postulatione novum, ut ita dixerim, audio cupiditatis peccatum. Iterum si dicitis, eum nondum fecisse professionem, nondum monachi habuisse benedictionem: firmiter credite & veraciter agnoscite, nec professione, nec benedictione perfectum monachum sive Christianum posse fieri sine cordis devotione. Et ubi est cordis devotio, ibi sancta benedictio deesse non potest, & vera professio. Igitur si consuetudinaria professio, quæ fit visibiliter, & benedictio illum, sicut dicitis, non tenet ligatum; proposita devotio religionis, in qua adhuc perseverat, mundo amplius non patitur esse solutum: præsertim cum illam professionem sua voluntate jam fecisset, & suscepisset benedictionem, si per nos eis dilatum non extitisset.

---

a *Radulpho*) Elenchus Cenomanensis. *ad Radulfum de Balgentiaco*; cui etiam scribit Ivo epist. ccxlviii. Est autem Balgentiacum Aurelianensis agri ad Ligerim oppidum, crebris qui in eo acti sunt Episcoporum & Principum conventibus celebre. Nobilem ibi Ecclesiam hodie quoque possident Vindocinenses, de qua Urbanus Goffrido his verbis, *Ecclesiam S. Sepulchri de Balgentiaco, quam ipsius Castri Domino Lancelino petente Rannulfus b. m. Aurelianensis Episcopus prædecessori tuo Oderico perpetuo possidendam concessit*. Lancelinus de Balgentiaco socer fuit Fulconis Rechini Comitis, avus Ermengardis de qua dictum est, filiæ Fulconis. Lancelini ejusdem filius, opinor, Radulfus. quare quæ de Radulfi Patre in hac epistola dicuntur, de Lancelino accipienda sunt. Radulfum vero Guillelmus Tyrius inter præcipuos Hierosolymitanæ militiæ duces numerat lib. 1. cap. xvii. Eumdem cum Amalrico de Monteforti & Goffrido Abbate nostro legatum a Ludovico VI. Rege missum legimus ad Fulconem Comitem Rechini F. ad componendam controversiam de Majoratu seu Senescalcia Franciæ, quam Fulco proavo suo, Posterisque ejus hæreditario & perpetuo jure concessam a Roberto Rege reperebat. Rem memoriæ prodidit Hugo de Cleeriis, miles Andegavensis, Fulconis & ipse ad Ludovicum Regem eadem de causa Legatus cujus proinde integrum Commentarium coronidis loco his Notis apponam: ut hinc lucem accipiant, quæ de ea re ambigere se testatus est vir clarissimus, & rerum nostrarum peritissimus Joannes Tilius in Collectaneis suis, cap. de magno Franciæ Magistro. Ejus ergo Commentarii, quem a Fulconis Comitis verbis exorditur, in antiquis S. Albini codicibus hoc exstat exemplum.

HUGONIS DE CLEERIIS

militis Andegavensis, Fulconis V. Comitis ad Ludovicum Regem Legati, Commentarius de Majoratu & Senescalcia Franciæ, Andegavorum olim Comitibus hæreditaria.

CUm Deus voluit sublimare Robertum filium Ducis in Regem, Goffridus Grisa-goonella com tribus millibus armatorum serviebat Domino suo Regi Roberto. Otho siqaidem Rex Alemannorum cum universis copiis suis Saxonum & Danorum, moutem Morciaci obsederat, '& urbi Parisias multos assultas ignominiose faciebat. Io bac oecessitate prælii Rex Robertus & pater suus, ducatum primæ cohortis prædicto Comiti Goffrido Grisa-gonnella tradidit, & ad persequendum exercitum Alemanorum Ducem & Consiliarium constituit. Persecatus est itaque Rex Robertus Regem Alemannicom præeunte Goffrido Grisa-gonnella usque ad fluviam Esne. Comes vero Goffridus gnarus pugnandi & assuetus, tantam stragem hostium soper fluviom ediderat ante Regis Roberti adventum, quod stagnum putares, non flavium. Alemannis itaque fugatis, Rex Robertus congregato generali concilio, consilio Patris sui & Episcoporum, Comitum, Baronum, dedit Goffrido Comiti, qaicqnid Rex Lotharius in Episcopatibus suis, Andegaviæ scilicet & Cenomanniæ, habuerat. Si quæ vero alia ipse vel successores sui acquirere possent, eadem libertate, qua ipse tenebat, sibi commendavit. Sed nequitia Comitis Tricacensis non potuit sustinere prosperitatem Roberti Regis. Sed ad ejus deprimeodam perfidiam, qnam majorem potuit exercitum Rex congregavit. Obsedit itaque Meluduuam & cam ibi diu sedisset, vidit qaod nibil proficeret. Vocato itaque Goffrido Grisa-gounella cam Andegavensibas sais, sine mora ad consuetum properavit obsequium. Goffridas aatem veniens præmisit Constabularios suos, rogans ut ostenderet ei qaa parte sederet. Illi vero reversi nunciaverant Domino suo, quod tantus erat exercitas, quod nullus erat eis ad obsidcodum competens locus. Prædictum enim oppidum in insula Sequanæ situm, erat circumdatum undique muro, calce & arena composito. Videntes itaque Andegavi, quod nallum poterant habere hospitium, induunt arma, perrumpunt per medium exercitum, transeunt fluctus Sequanæ, dant assultum oppido, virtute consueta capiunt castram. Quod exercitus non potait per tres meoses, illi dimidiæ diei spatio adepti sunt. Franci vero hujus gentis inauditam admirantes audaciam, ubicumque locorum ipsos omni laude magnificabant. Videns autem Rex tantam principis strenuitatem, & ipsum prævalere in regno tantum armis, qaantum consilio, & quia hic & alibi bene meruerat, sibi & successoribus suis jure hæreditario Majoratum regni & regiæ domus Dapiseratum, cunctis applaudentibus & laudantibus, exinde constitait. Hæc verba dixit Fulco Comes Tescellino Capellano suo. Audi Presbyter, cujusmodi obsequia præstitit Comes Goffridus Grisa-gonnella Domino Regi Roberto. David Comes Cenomannorum, & Goffridus Comes Corboneusis dedignabantar recipere feudom suam a prædicto rege, asserentes nallomodo se posse subjici generi Burgundionum. Audiens aatem Rex eoram superbiam, & videns regni sai non A parvam 'diminutionem, habito consilio cum Goffrido Comite, & cum primatibus regni, tempore constituto & die denominato decrevit obsidere castram Moritoniæ. Comes vero Goffridus cognoscens adventum exercitus Regis, movens castra de Vindocino, dans assultum prædicto castro virtute consueta & probitate gentis suæ, Goffridum Comitem & oppidanos suos minus timentes cepit, & Domino suo Regi tradidit. David vero Comes dedignaus ad colloquium Regis venire, mandavit quod nallomodo se Regi subjiceret, & quod nalla tempore Rex Robertas Cenomannicam saam videre præsumeret. Audiens autem Rex arrogantiam & in- B dignationem prædicti Comitis, ipsum dedit, & Cenomannicam saam Goffrido Grisa-gonnella & suis successoribus ex Regio dono tribait jure possidendam. *Hucusque sunt scripta Falconis Hierosolymitani*.

Vos autem qui ista scripta audieritis, scitote, quod ego Hugo de Cleeriis vidi scripta Fulconis Comitis Hierosolymitani in Ecclesia sancti Sepulcri de Lochis, de Majorata & Senescalcia Francorum sibi & suis antecessoribus a Rege Roberto collatis.

Inter Regem Ladovicum Philippi Regis filiam, & Falconem, qui postea factus est Rex Hierusalem, magna erat dissensio. Fulco enim Comes nolebat ei servire. Rex vero Ladovicus dederat Majoratum & Senescalciam Franciæ C Anselmo de Garlanda, & postea Gaillelmo de Garlanda, de qaibus Falco Comes suas redibitiones & sua hominia habere non poterat. Contigit autem Regem Ludovicum maximam gaerram habere cum Henrico Rege, filio Guillelmi acquisitoris Angliæ. Ob hoc itaque Rex Ludovicus reqaisivit Fulconem Comitem, at de guerra ista eum juvaret: Comes vero respondit, quod nallomodo ei servire debebat, eum oamqae de Majoratu & Senescalcia Franciæ exhæreditabat. Tanc Rex Ludovicus per Amauricum de Monteforti, avunculam Folconis Comitis, & per Goffridam Abbatem Vindocinensem, & Radulphum de Balgentiaco mandavit Comiti, de D omnibus istis & majoribus aliis istorum consilio se versus Comitem emendaturum. Comes igitur Fulco saos consulens homines, videlicet Robertum de Blo, Salmaciam de Permina, Hugonem de Cleeriis, Gaudinum de Vegia, & maltos alios, respondit Regi Ludovico, ut si hoc faceret quod mandaverat, quod hoc & alia adjutoria quæ ab eo exigebat, libenter faceret. Die autem illo, quo consilium captam est, Curia Andegaviæ erat repleta bonæ militiæ & sapientissimæ. Tanc Amauricus de Monte-forti, aliiqae qui verba Regis attulerant, laudaverunt Comiti Fulconi, ut per quendam qaem Rex cognosceret, Regi responderet, ac super his, anteqaam nuntii Regis forent reversi, festinanter grates & merccdes redderet. Consiliatores autem Comitis audientes consiliam, quod Amauricus dederat, laudaverunt illud consiliam. quod cum Comitissa Aremburgis audiret consilium, laudavit quod nullus iret nisi Hugo de Cleeriis. Ego itaqae Hugo de Cleeriis perrexi

Parisius: de hinc ad Guenoticam inveni regem & Comitem Belli-montis. Eu itaque invento apud Genoricum, inter Pontesiam & Bellum montem, & Calvum montem, locutus sum cum Domino Rege. Primum illum salutans ex parte Comitis reddidi ei grates & mercedes super suo mandato quod Comiti Fulconi mandaverat. Hinc ei dixi, quod Fulco Comes ei suum offerebat servitium, aut in præsentiarum, aut post, si vellet, colloquium. Rex inde lætatus dixit se multum prius velle colloqui. Assignatus est ergo & dies & locus colloquii inter Marchesneium & Bircium in Beaussa. Inter hæc mandavit Rex Comiti, ut Gaufridum filium suum, qui nunc jacet in Ecclesia sancti Juliani Cenomannensis, ad colloquium secum adduceret. Illum namque multum optabat videre. Cumque dies instaret colloquii, Dominus Rex Ludovicus & Fulco Comes ad locum constitutum venerunt cum suis consultoribus. ibique recognita sunt jura Comitis, videlicet Majoratus & Senescalcia Franciæ. Guillelmus de Garlanda tunc Franciæ Senescallus recognovit in illo colloquio hominium se debere Comiti Fulconi de Senescalcia Franciæ; & inde fuit in voluntate Comitis. Post Guillelmum fuit Senescallus Stephanus de Garlanda, qui fecit hominium Comiti, post Stephanum, Radulphus Peronæ Comes, qui similiter fecit hominia & servitium. Ille enim qui Senescallus erit Franciæ, Comiti faciet hominium, & talia servitia. Si Comes perrexerit ad Curiam Domini Regis, Senescallus præcipit Marescallis Domini Regis, ut præparent & liberent hospitia Comiti. Cum Comes venerit, Senescallus ibit ei obviam, & conducet ad suum hospitium. Tunc Senescallus ibit dicere Regi Comitem Andegaviæ venisse. Si comes ad regem ire voluerit, Senescallus ad curiam eum deducet, & de curia ad suum reducet hospitium. Si vero ad coronamenta Regis Comes ire voluerit, Senescallus præparare & liberare faciet hospitium; quod Comes habet proprium & debitum. Cum autem die suæ coronæ ad mensas Rex discubuerit, scamnum pulcherrimum fulcro pallii aut tapeto coopertum Senescallus præparabit, ibique Comes quousque fercula veniant sedebit. Cum vero primum venerit ferculum, Comes se desibulans e scamno surget & de manu Senescalli ferculum accipiens, ante Regem & Reginam apponet, & Senescallo præcipiet, ut exinde per mensas serviat; & Comes retro sedebit, donec alia veniant fercula: & quemadmodum super primo fecit, de aliis similiter faciet. Finita demum celebratione mensarum, Comes equum ascendet, & ad suum redibit hospitium, Senescallo comitante. Deinceps equus ille, quem Comes adduxerit ad curiam, dextrarius videlicet, coquo Regis feudaliter dabitur; pallium quo in curia assibulatus erit, dispensatori dabitur, scilicet post prandia. Tunc Panetarius mittet Comiti duos panes atque vini sextarium, & coquus frustum carnis & vini haustum. Hæc est enim liberatio Senescalli illo die. Hæc fercula accipiet Senescallus Comitis, atque dabit leprosis. Insuper, cum Comes in exercitu Regis perrexerit, Senescallus Franciæ papilionem centum militum capacem ei præparabit, & sommarium ad illum portandum, & chordas, & paxillos, & hominem equitantem ad conducendum, & duos homines pedites. Finito exercitu, Comes si voluerit Senescallo reddet papilionem: si non reddidit, non ideo minus in alio exercitu papilionem habebit. Comes cum in exercitu Regis fuerit vel ierit, protutelam faciet ei; in reditu retutelam: & quicquid ei acciderit sive bonum sive malum, ore Domini Regis inde non vituperabitur. Ego Hugo de Cleeriis vidi hæc servitia reddere comiti Fulconi Regi Hierusalem in duobus exercitibus Alverniæ, & in uno coronamento Bituri: & Comiti Gaufrido, qui est sepultus Cenomani, vidi reddere in uno coronamento Bituri, & in alio Aureliani. Item Galterius de Silvanecti provincia recognovit ante Regem Ludovicum me præsente & audiente, se tenere de Comite Andegavensi quicquid habebat in villa Sylvanectis extra muros, & foragin totius Atbriæ esse de feudo Comitis Andegavensis & omnia casamenta. Radulphus de Martreio & Thomas frater suus solebant servire in Andegavia de feudo suo. Et ego Hugo de Cleeriis, dum loquor cum Rege Ludovico, audivi ab ipso hæc verba: Radulphe de Martreio, vide Hugonem de Cleeriis militem Comitis Andegavensis Domini tui, vade servitum feudum tuum Marescalciæ, & hospitare Hugonem, quia habes istum feudum a Comite. Tunc Radulphus hospitatus est me sub nomine Marescalciæ & adjecit Rex: Ego Dei gratia jam sum bene cum Comite Andegavensi. De cætero Comes appellatur Major in Francia propter retutelam quam facit in exercitu Regis. Item quando erit in Francia, quod & curia sua judicaverit firmum erit & stabile. Si vero contentio aliqua nascetur, judicio facto in Francia, Rex mandabit quod Comes veniat illud emendare: & si pro eo mittere noluerit, scripta utriusque partis Comiti transmittet, & quod inde sua curia judicabit, firmum erit & stabile. Ego Hugo de Cleeriis vidi multoties judicia facta in Francia in Andegavia emendari. Sic fuit de bello apud sanctam Audomarum facto, & pluribus aliis placitis & judiciis. Hoc vidi, & multi alii mecum.

GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS
B. PRISCÆ CARDINALIS,
OPUSCULA.

I.
TRACTATUS DE CORPORE ET SANGUINE Domini Jesu Christi.

Frater Goffridus peccator, in præsenti tractatu Catholicus scriptor, omnibus Christianis de corpore & Sanguine Domini fideliter credere, & ipsum, cujus Corpus & Sanguinem percipiunt, Christum Dominum videre pariter & habere.

DE Corpore & Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi, dum a fidelibus pie quæritur, quod veraciter dicendum est, & firmiter credendum, ipso Christo Deo & Domino nostro donante dicatur, ut in illorum cordibus dubitatio nulla relinquatur. Prius quidem panis & vinum super altare ponuntur: sed sicut ante consecrationem nihil aliud præter propriam panis & vini naturam habent; ita post consecrationem nullam naturam, nullam materiam panis vel vini retinent, nisi quantum ad saporem, speciem, & odorem. Hoc tamen propter infirmitatem hominum & imbecillitatem. Nam si illa gloriosissima caro, & sacratissimus ille sanguis non in specie panis & vini, sed in sua propria natura hominibus apparerent; præ sui magnitudine homines illa ferre non possent. quod si fieri posset; fidei meritum non haberent. Sed si sancti Apostoli Petrus, Jacobus, & Joannes Dominum in terra adhuc mortalem & corruptibilem carnem portantem transfiguratum non potuerunt aspicere; jam incorruptibilis & glorificati corporis illius tantam claritatem alii homines quomodo possent sustinere? Illis siquidem sanctis discipulis non natura divinitatis, ut quidam existimant, Dominus ostendit, sed speciem postea glorificandæ carnis exhibuit. Firmiter itaque credamus, & nullatenus dubitemus, quia quod in altari post consecrationem a Christiana religione sumitur, nihil aliud est, nihil aliud habet,
Marc. 6. 26. præter quod ipsa veritas per se profitetur: *Accipite*, inquit, *Hoc est corpus meum*. & de quo suo corpore diceretur, per semetipsum exposuit
1. Cor. 11. 24. dicens: *quod pro vobis tradetur*. Similiter & de
Matth. ibid. Calice, *Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum*. Si quis autem aliam carnem præter istam habuisse Dominum Jesum credit, desipit; non est Catholicus, sed hæreticus. Hac carne redemit hominem Christus: hac in carne Christum homo peremit. Anima tamen & caro hominis sunt redempta: sed hæc caro hominis fuit pretium redemptionis. Hæc est illa una eademque vere vera caro, non alia, quæ cooperante Spiritu sancto concepta, nata est de Maria virgine, & passa in cruce: quam ipse Deus omnipotentia divinitatis suscitavit a mortuis tertia die. Quapropter nemo formidet hanc carnem Christi Dei, Dei patris unigeniti filii, naturalem & propriam, incorruptibilem & immortalem jam factam dicere, & dicendo credere, & credendo accipere; non tantum in Sacramento, quod & multi mali faciunt; sed usque ad Spiritus par-

A ticipationem. In isto sancto mysterio, quod & Sacramentum, id est sacrum signum dicitur; quia aliud est, id est Christi sancta caro; & aliud, id est panis species, videtur; ipsam beatissimam & vivificatricem carnem multi homines perversi accipiunt: sed quia mali male accedunt, pejores quam prius fuerant existunt. Quidam vero sumunt usque ad spiritus participationem; quia qui cum caritate, id est cum Dei & proximi dilectione percipiunt, cum Christo participantur usque ad animæ vivificationem. Et sicut nemo sine caritate Christi sacrosanctum corpus & sanguinem accipere potest quin pejor existat; sic nemo cum caritate illud accipere potest, quin inde melior fiat.
B Unde si quis quærit, quomodo panis caro Christi, & vinum sanguis ejus fieri possit; certe si ea quæ sunt, Dominus non creasset, creata forsitan mutare non posset. Sed minoris miraculi non fuit ex nihilo omnia creare, quam in melius ex omnibus quædam convertere. Qui talia quæris, noli errare. Si Deum omnipotentem esse credis, nullatenus super hoc poteris dubitare; quoniam si omnia posse confiteris eum, & istud posse negare non poteris, cum sit ex omnibus unum. Ille namque qui carnem in virgine matre, omnino servata virginitate, ineffabiliter & veraciter assumere potuit, qui etiam cum sit immortalis, pro nobis mortuus est, & die tertia imperii sui potentia seipsum a morte
C suscitavit, panis & vini materiam in sui corporis naturam in consecratione convertit.

II.
De ordinatione Episcoporum, & de investitura laicorum.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, carissimo Domino & præcordiali amico Petro Leonis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, Catholicam fidem toto corde diligere, & eos qui ei contradicunt totis viribus impugnare.

VEstræ petitionis & meæ promissionis non immemor, si non ut debui, saltem ut
D potui, tentavi solvere & quod a vobis quæsitum est, & a me promissum: de ordinatione videlicet Episcopi, & de investitura laicorum. In primis firmiter credere nos oportet, & nullatenus dubitare, ut quemadmodum baptismus Christianum facit, ita electio & consecratio facit Episcopum. & sicut impossibile est sine baptismate Christianum fieri; ita est impossibile Episcopum sine electione & consecratione creari. In ordinatione Episcopi electio & consecratio

sic est utraque necessaria, quod consecratio sine electione, & sine consecratione electio Episcopum facere sola non sufficit. Nam sicut in baptismate aqua & invocatio Spiritus sancti sunt necessaria, quæ faciunt Christianum; ita in ordinando Episcopo electio & consecratio sunt necessitate conjuncta, quæ creant Episcopum. Et sicut aqua sola, aut sola invocatione sancti Spiritus, nec baptismus fieri potest, nec homo esse Christianus; ita sola electione, aut sola consecratione nemo ordinari vel fieri valet Episcopus. Magnum quidem & baptismatis & electionis & consecrationis Episcopi est sacramentum; sed illud præcipit, & per alios facit Christus; & hoc egit per semetipsum. In illo spiritualiter creatur homo, & a Christo Christianus dicitur: in isto vero dominus & imperator creatur Christianorum, qui non solum vocatur Christianus a Christo, sed etiam Christi vices agere creditur. Sciendum vero est, quod hic vel ubicumque de electione Episcopi agitur, canonicam necesse est electionem, & Evangelicam intelligi: ut qui bene electus est, & juste consecretur. Alioquin fit quædam prava simulatio in Ecclesia, & Ecclesiasticæ dignitatis illusio non parva. Nam quicumque canonice non electus quasi sacrandus accedit, execratus recedit, & falso nominatur Episcopus, qui adnullare conatur electionis & consecrationis ordinem, quem Christus per semetipsum primus instituit. Ipse enim primus & elegit Apostolos, & consecravit, quos nisi prius electos consecrare non voluit. Hoc sanctum Sacramentum, electionem videlicet & consecrationem Apostolorum, Christus primus primum fecit, per quod cætera fierent sacramenta. Nullus autem Apostolorum apostolatum audacter appetiit: nullus eorum se impudenter obtulit eligendum. Tota itaque ordinatio Episcopi non in sua, sed in aliorum electione consistit, & consecratione; si tamen illam electio recta præcesserit. Hæc autem prius per semetipsum, ut dictum est, Christus fecit; deinde vero vicarii ejus. Et in Apostolis quidem a Christo facta sunt, quoniam ab ipso & electi & consecrati fuerunt. In aliis vero omnibus a nullis aliis fieri licet, nisi a vicariis Christi. Sunt autem vicarii Christi clerici in electione, Episcopi in consecratione. Cæteri omnes petere quidem Episcopum possunt: eligere vero vel consecrare non possunt. Quicumque igitur alio modo, quasi sub nomine Pontificis, Ecclesiam vel potestatem Ecclesiasticam sibi vindicare præsumit, hic jam non per ostium intrat, sed aliunde ascendit: ut merito non inter Episcopos computetur, sed inter fures & latrones connumeretur. Iste aliis benedictionem non porrigit, sed pestem; & vulnus potius inferre videtur, quam salutem: qui tanta præsumptione Dei maledictionem meretur. Nam Episcopus sine canonica electione, est quasi arbor sine radice. Arbor autem quæ radicem non habet, etiam si folia habeat, fructum ferre nullatenus valet. Ad hujusmodi arborem Christus quidem accessit, & cum ibi fructum non invenisset, eam maledixit. Ille maxime a Deo maledicitur, qui Sacramentis Ecclesiæ quasi sociari sua cupiditate desiderat, non Christi caritate. Et omnis qui sacramentis Ecclesiæ cæmento caritatis non jungitur, injuriam quidem Ecclesiæ facit; sed quasi paries luteus dissipatur; qui licet dealbari possit ad tempus, ejus subita dissolutione, qui ante confidebant in eo, premuntur. Hac igitur similitudine recte colligitur, quod qui ad injuriam sanctæ Ecclesiæ Ecclesiasticum ordinem, & maxime Pontificatum assequitur, suam destructionem in primis, deinde populi mortem operatur. Et tunc Ecclesia injuriam pariter sustinet & verecundiam, quando in eligendo pontifice canonica perit electio; & quod vitæ meritis, & sapientiæ doctrinæ, atque sacris ordinibus debetur, illis quasi imponitur, quibus nec bonæ vitæ merita, nec sapientiæ doctrina, nec sacri ordines suffragantur. Isti terrenum, immo paludosum habent fundamentum, & ideo corruunt, qui tali fundamento ædificantur. De talibus enim dicitur in Psalmo: *Projecisti eos dum allevarentur*. (Psal. 72. 18.) Gravius nihil & apud Christum Ecclesiæ injuria. cujus Sacramenta qui perverse suscipiunt, cum Christo esse, vel prodesse non possunt. Cum Christo etenim simul esse, & contra Christum facere nemo potest. cum ipse dicat: *Qui non est mecum, contra me est*. (Luc. 11. 23.) Qui autem cum Christo non est, nec sibi prodesse, nec aliis potest: cum ipse iterum asserat: *Qui non colligit mecum, dispergit*, (Ibidem.) & alibi dicit, *Sine me nihil potestis facere*. (Joan. 15. 5.) Sunt quidam qui Romanæ Ecclesiæ omnia licere putant, & quasi quadam dispensatione aliter quam divina scriptura præcipit eam facere posse. Quicumque itaque sic sapit, desipit. nam Romanæ Ecclesiæ post Petrum minime licet, quod Petro non licuit. Petro quæ liganda erant ligandi, & quæ solvenda solvendi est a Christo data potestas; non quæ liganda solvendi, vel quæ erant solvenda ligandi concessa facultas. Petrus etiam si aliquando aliter egit, Paulus licet in conversatione novitius ei in faciem resistere minime timuit. Petrus vero sui junioris increpationem libenter suscipiens, quod plus justo fecerat, diligenter correxit. Præterea nulla ratione fieri licet, quod Christus suo exemplo dedocuit. Ipse enim legem solvere non venit, sed adimplere. Romana itaque Ecclesia divinarum scripturarum legem solvere non debet, sed conservare: & tradita sibi a Christo potestate, non ad suam voluntatem uti, sed secundum Christi traditionem. Si etiam a suo juniore Romano Pontifici suggeritur, ut si aliquando plus justo fecerit, juste corrigat; tanquam Petrus Pauli admonitionem suscepit, & ipse suscipiet, si Petrum imitari desiderat. De investitura autem laicorum, si quis cognoscere voluerit, quid Catholica & Apostolica Ecclesia senserit, quid docuerit, quid judicaverit, quid constituerit, legat in primo capitulo illius Concilii, quod tempore Gregorii septimi Papæ factum est: & ibi omnes clericos, qui de manu laici investituram suscipiunt, hæreticos vocatos, & ideo damnatos esse & excommunicatos invenerit. Licet alia hæresis de investitura dicatur, alia Simoniaca: ista, quæ de investitura dicitur, contra sanctam Ecclesiam fortius jaculatur. Simoniaca etenim pravitas multotiens fit latenter: hæresis vero de investitura, semper publice agitur. Ibi etiam in primis omnis Ecclesiasticus ordo confunditur, quando hoc quod unicuique a solo suo consecratore in Ecclesia, cum orationibus quæ ibi conveniunt, dari debet, a sæculari potestate prius accipitur. Quod Sancti Apostoli non solum interdixerunt; verum etiam omnes illos, qui per sæcularem potestatem Ecclesiam obtinent, a Christo sibi tradita potestate damnaverunt. Et merito Apostoli judicio Spiritus sancti hanc hæresim in ipso Ecclesiæ principio damnare decreverunt, quam longo post tempore ex patre diabolo nascituram esse præviderunt. Cum igitur laico & in-

vestitura, & omnis etiam disponendarum Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum rerum facultas a Spiritu sancto, qui in Apostolis loquebatur, negata sit penitus & interdicta; qui investituram a laico suscipit, non jam contra Apostolos tantum, immo contra dominum Apostolorum, quod sanctum est canibus exponit. Investitura enim, de qua loquimur, Sacramentum est, id est, sacrum signum, quo princeps Ecclesiae, Episcopus scilicet, a caeteris hominibus secernitur pariter atque dinoscitur, & quo super Christianum gregem cura pastoralis ei tribuitur. Hanc investituram ab illo solo suscipere debet, a quo & consecrationem habet. Illum siquidem prius oportet consecrari; deinde vero tanquam regem Ecclesiae sacris insignibus decorari. Si quis autem cuilibet saeculari potestati ista licere putat, errat. Quod si defendere nititur, Apostolorum doctrinam, & sancti Spiritus sensum adnullare desiderat: unde haereticum esse nullatenus dubitatur. Investitura itaque laicorum, quae fit per virgam, & anulum; merito haeresis appellatur. Nam sicut a Simone Simoniaca haeresis dicitur; ita ab eo qui investit, & ab illo qui investitur, quoniam uterque in illa sua actione, & agitare claves Ecclesiae, & ejus unicum ac singulare ostium violare conatur, recto nomine haeresis de investitura vocatur. Haec praeterea haeresis de investitura, si recte perspiciatur, etiam haeresis Simoniaca esse, viva & vera ratione probatur. Nam quae saecularis potestas sibi vindicare nititur investituram, nisi ut per hoc aut pecuniam extorqueat, aut, quod est gravius, sibi inordinate subjectam efficiat Pontificis personam? Nullus est itaque laicorum, etiam si ei liceret, qui tanta intentione anulum, vel virgam dare desideret, nisi per haec quae sunt Sacramenta Ecclesiae, temporalibus lucris inhiaret. Laicis quidem Sacramenta ab Ecclesia suscipere licet, non Ecclesiae quaelibet Sacramenta dare. Anulus autem & virga, quando ab illis dantur, a quibus dari debent, & quando, & ubi, & quomodo debent, Sacramenta Ecclesiae sunt, sicut sal & aqua, oleum & chrisma, & quaedam alia, sine quibus hominum & Ecclesiarum consecrationes fieri non possunt. Semper laicus de investitura, ut diximus, aut pecuniam sibi vindicat, aut, quod est amplius, Episcopi vel Abbatis personam. Hac non tam humana quam diabolica malignitate Ecclesia Catholicam fidem, libertatem & castitatem amittit, sine quibus nulla ratione subsistit. Haec etenim tria semper Ecclesia habere debet: quorum vel si unum defuerit, velut paralytica jacet; nec ligandi, nec solvendi potestatem habet. Hanc igitur, quam supra diximus, investituram quicumque sub specie pastoris suscipere praesumit, fit paralyticus & haeretica lepra pollutus. Illum non pastorem fiducialiter dico, nec illius pastoris, qui animam suam posuit pro ovibus suis, quodlibet membrum; sed fur & raptor & lupus est. Nam ad hoc venit, ut furetur & rapiat & mactet. Hanc autem detestabilem impietatem, non solum qui faciunt, sed qui consentiunt ei, damnati sunt. Ille vero consentit, qui eam tacet, qui eam non corrigit, & qui ei palam non contradicit. Et nemo est qui contradicere palam non debeat, & possit. nam si Praelati non habet auctoritatem, habet tamen Christiani vocem. & scriptura dicit, & neminem excipit: *Maledictus est, qui prohibet gladium suum a sanguine*, id est, vocem suam ab increpatione peccati. Illud etiam factum memi- Hier. 48. 10.

A nerit, quod asina fatuum prophetam olim correxerit. Quod si fuerit vitiosus, vel quolibet alio crimine infamis factus, non ideo silere debet: quoniam unicuique peccatori communem Ecclesiae fidem, quam suam esse credit & confitetur, defendere, & contra ejus adversarios libere pugnare licet. Nam illi duo, qui in passione Domini crucifixi sunt cum eo, omnino infames erant: nam publici latrones: quorum unus non tantum quia credidit, sed quia suae fidei veritatem contra alterum defendere coeperit, bonum illud, & delectabile verbum a Salvatore nostro audire meruit, *Hodie*, scilicet, *mecum eris* Luc. 23. 43.
B *in paradiso*. Unde in latrone illo maxime declaratum agnoscitur, quod vir Catholicus, licet infamiae maculis aspersus, fidei defensione paradisum pariter, & cum Christo esse meretur.

III.

De Simonia & Investitura laicorum; quare utraque dicatur haeresis.

Universali Papae Calixto, bona domino sua & praecordiali amica Goffridus Abbas Vindocinensis, beatae Priscae Cardinalis, quod patri filius & domino servus.

C CUm Simonia & Laicorum investitura haeresis dicatur, quare utraque sit haeresis, & merito haeresis appellari debeat, praesenti, brevique satis Epistola monstrabitur, ne super hoc deinceps dubitetur. Firmissima crede, Pater carissime, quod nihil aliud propria haeresis dicitur, nisi quod a Patris unitate Filium sive Spiritum sanctum conatur separare; vel personarum alteram altera minorem vel majorem asserere. Igitur Simon magus non tantum haereticus, sed haereticorum primus & pessimus extitit; qui non solam a Patris aequalitate separari posse Spiritum sanctum existimavit, sed etiam ipso Spiritu sancto major esse praesumptuo-
D sa tentando concupivit. Nam cum se posse pecunia possidere Spiritum sanctum putavit, quid appetiit aliud, nisi ut Spiritu sancto major ipse haberetur; cum major sit qui possidet, quam quod possidetur? Cum itaque patris & filii & Spiritus sancti personas inaequales quilibet nititur astruere, ratione pariter & auctoritate haereticus habeatur; multo magis Simon magus, qui Spiritum sanctum Deo Patri & Filio aequalem per omnia sibi pecunia subjicere tentavit, haereticus, & Simonia, quae ab ipso inventa est, & ab eo dicitur, haeresis comprobatur. Laicus autem, cum investituram Ecclesiarum tribuit per virgam & anulum, quae sunt Ecclesiae sacramen-
E ta, sicut sal & aqua, oleum & chrisma, & quaedam alia, sine quibus hominum & Ecclesiarum consecrationes fieri non possunt, sibi jus Christi usurpat & potestatem; & quodammodo se Dei filio praedicat altiorem. Nam dum illa Ecclesiae sanctae sacramenta ibi dantur, ubi dari debent, & quibus, & quando debent, a Dei filio dantur; per consecratorem videlicet illius actionis ministrum; sicut in remissionem peccatorum Spiritus sanctus dabatur per Petrum. Unde Deus pater ad Joannem loquitur, dicens, *super quem videris Spiritum descendentem, ille est qui baptizat*. Quando dixit, ille est qui baptizat, a parte totum significavit. Joan. 1. 33.
Nam Dei filius universa Ecclesiae conficit & tribuit sacramenta. Laicus autem, quando

contra Dei filium sic præsumit, si non amplius non minus tamen, quam Simon magus intumuit, & ipse intumescit, qui in collatione sacramentorum se Dei filio anteponit. Et quia Deo Dei filio non solum sui patris æqualitatem demere nititur, sed seipsum Dei filio superiorem sua impia actione significare videtur, recto nomine & ipse hæreticus, & ejus investitura hæresis appellatur. Vale, & simoniam & laicorum investituram omni occasione, vel qualibet dispensatione seposita impugnare satagite.

IV.

De possessionum Ecclesiasticarum investitura, quod regibus concedatur.

NOn sit imperatoribus & regibus molestum quod dicimus, nec consuetudine sibi vindicare nitantur, quod eis veritate negatur. Cum laicis, etiam religiosis, disponendarum Ecclesiarum vel Ecclesiasticarum rerum omnis facultas ab Apostolis prohibeatur; manifestum est quod eis investitura negatur ab ipsa veritate, a Christo videlicet, qui in Apostolis loquebatur. Quod autem Christus in Apostolis locutus
2.Cor. 13. 3. sit, Paulus Apostolus asserit dicens, *An experimentum ejus quæritis, qui in me loquitur Christus?* Cum igitur Christus veritas sit, sicut ip-
Joan. 14. 5. se dixit, *Ego sum veritas*, nec unquam, Ego sum consuetudo, dixerit; qui Christianus est Christum, & qui rex est, regem regum, ipsam scilicet veritatem sequatur, non consuetudinem. In Ecclesiasticis possessionibus, quamvis nec in legibus, nec in Canonibus inveniatur, tamen propter scandalum & schisma vitandum, talis regibus investitura conceditur, ut nec ipsi propter hoc pereant, nec sancta Ecclesia detrimentum patiatur. Investituram per virgam & annulum accipere, nisi a suo consecratore, manifestum est esse damnosum: quia nulli laico licet illa Ecclesiæ sacramenta dare; sicut ei non licet Episcopum consecrare. Res etiam quæ semel Ecclesiæ datæ sunt, reges iterum eas dare, vel de ipsis investire, nec debent, nec convenienter possunt. Nam alicui dare quod habet, & de hoc investire aliquem quod ille jam tenet, superfluum est & vanum; non tamen videtur criminosum. Alia utique est investitura, quæ Episcopum perficit, alia vero quæ Episcopum pascit. Illa ex divino jure habetur, ista ex jure humano. Subtrahe jus divinum, spiritualiter Episcopus non creatur. Subtrahe jus humanum, possessiones amittit, quibus ipse corporaliter sustentatur. Non enim possessiones haberet Ecclesia, nisi sibi a regibus donarentur, & ab ipsis non quidem divinis Sacramentis, sed possessionibus terrenis investirentur. Ex jure divino regibus quidem & imperatoribus dominamur; ipsis tamen ex eodem jure, quia Christi Domini sunt, honorem debemus & re-
1.Petr.2. 17. verentiam, sicut dicit Apostolus, *Regem reveremini*. Ex jure autem humano tantum illis debemus, quantum possessiones diligimus, quibus ab ipsis, vel a parentibus suis Ecclesia ditata & investita dinoscitur. Unde B. Augustinus super Joannem sic loquitur, „Noli dicere, quid „mihi & regi? Quid tibi & possessioni? Nam per „jura regum possessiones habentur. Si vero dixe„ris, quid mihi & regi? noli jam dicere posses„siones tuas, quia ad ipsa jura, quibus possessio„nes possidentur, renuntiasti. Nam secundum jus „imperatorum possides terrena. Tolle imperatorum jura; quis audet dicere, mea est illa villa, “aut meus est iste servus, aut mea est ista do“mus? Quo jure defendis villas? divino, an hu“mano? Divinum jus in scripturis habemus, hu“manum jus in legibus regum. Unde quisque“possidet quod possidet? nonne jure humano? nam“jure divino, Domini est terra & plenitudo e“jus. Pauperes & divites Deus de uno luto fe“cit; & divites & pauperes una terra suppor“tat. Jure tamen humano dicis, hæc mea villa“est, hæc domus mea, hic servus meus est. Ju“re ergo humano, jure imperatorum. quare?“quia ipsa jura humana per imperatores & re“ges sæculi Deus distribuit Ecclesiæ suæ. Possunt“itaque sine offensione reges, post electionem canonicam & consecrationem, per investituram regalem in Ecclesiasticis possessionibus concessionem, auxilium & defensionem Episcopo dare, quod quolibet signo factum exstiterit, regi vel pontifici, seu Catholicæ fidei non nocebit. Voluit bonus Dominus, & magister noster Christus spiritualem gladium & materialem esse in defensione Ecclesiæ. Quod si alter ab altero retunditur, hoc fit contra illius voluntatem. Hac occasione de regno justitia tollitur, & pax de Ecclesia: scandala suscitantur & schismata; & fit animarum perditio simul & corporum. Et dum regnum & sacerdotium, unum ab altero, impugnatur, periclitatur utrumque. Nam rex & Romanus Pontifex, cum unus contra alium, alter pro regni consuetudine, alter pro Ecclesiæ libertate erigitur, regnum illam consuetudinem obtinere nec potest, nec poterit; & Ecclesia suæ libertatis amittit plurimum. Rex præterea sacrosancta communione pariter & regia dignitate privatur: a Romano vero Pontifice multis, qui sibi servire debuerant, necessitate cogente servitur: & qui a Pontifice docendus erat, & ducendus a Rege, Rex & Pontifex populum sequitur. Habeat autem Ecclesia pacem, & regnum justitiam: habeat rex consuetudinem, sed bonam; non quam male reposcit, sed quam supra diximus investituram. Habeat Ecclesia suam libertatem; sed summopere caveat, ne dum nimis emunxerit, eliciat sanguinem, & dum rubiginem de vase conatur eradere, vas ipsum frangatur. Hoc est præcipuum discretionis membrum, ne quis qualibet actione Ecclesiæ a satana circumveniatur. Tunc enim a satana quis circumvenitur, quando sub specie justitiæ illum per nimiam tristitiam perire contingit, qui potuit liberari per indulgentiam. Præterea bonus & discretus Augustinus in Epistola ad Parmenianum dicit, vix aut nunquam excommunicandum eum esse, qui in malo opere obstinatam multitudinem habet secum. Nam tolerabilius videtur uni parcere, ne in Ecclesia schisma seminetur plurimorum. Et beatissimus doctor & martyr Cyprianus asserit, dicens: Schisma non est faciendum etiamsi in eadem “fide, & in eadem traditione non permaneat qui “recedit. & Salomon in Ecclesiaste; *Scindens* Eccl. 10. 9.
ligna periclitabitur in eis, si exciderit ferrum. Item in Exodo, *In domo una comedetur: non* Exod. 12. 46.
ejicietis de domo carnem foras. Ex quibus verbis, colligitur, eum non excommunicandum esse, qui multitudinem habet secum: ne dum unum corrigere nitimur, perditio fiat multorum. Hoc etiam Hieronymus ad Augustinum scribit, dicens, quod secundum beatorum Apostolorum Petri & Pauli prudentiam, dispensationemque honestam, aliquando fieri necesse est, quod jure reprehenditur, ne Christianæ

plebi scandalum oriatur. Nam propter metum Judæorum, ne ipsi scandalizarentur, & Paulus post conversionem Timotheum circumcisum fecit, & ceremonias etiam exercuit Judæorum; & Petrus coegit quosdam Judaizare gentilium. uterque sanctus Apostolus simulans se veteris legis præcepta servare; ne qui fideles ex Judæis facti fuerant susceptam veritatis notitiam scandalizati negarent. Fecerunt hoc sancti Apostoli misericordi & pia compassione, non simulatione fallaci; quamvis legem post Evangelium non esse servandam minime dubitarent. Ubi beatissimæ vitæ viri intelliguntur non quidem commutasse consilium, sed ad horam pro aliorum salute suæ doctrinæ sententiam. Si de præsenti materia minus vel aliter dixi, quam debui, ignorantiæ deputetur, & indulgeatur misericorditer: si autem bene, benigne suscipiatur, & observetur diligenter.

V.

Ad Calixtum Papam, qualiter in Ecclesia dispensationes fieri debeat.

DIspensationes aliquando in Ecclesia faciendæ sunt, non quidem amore pecuniæ, vel quolibet humano favore, sed pia & misericordi intentione. Tunc enim a pastore Ecclesiæ dispensatio pia & misericorditer fieri creditur, cum aliquid minus perfecte ad tempus fit ab illo vel fieri permittitur, non voluntate sua, sed aliorum necessitate; ne in ipsis videlicet fides Christiana periclitetur. Sic igitur facienda est dispensatio ab Ecclesia, ut semper fidei nostræ veritas instruatur: & si quid aliter ad horam factum fuerit vel permissum, opportuno tempore corrigatur. Hac discreta & sancta dispensatione usi sunt beati Apostoli Petrus & Paulus propter metum Judæorum, ne ipsi scandalizarentur. Nam Paulus post conversionem Timotheum circumcisum fecit, & ceremonias etiam exercuit Judæorum; & Petrus coegit quosdam Judaizare gentilium. Uterque sanctus Apostolus simulans se veteris legis præcepta servare; ne qui fideles ex Judæis facti fuerant, susceptam veritatis notitiam scandalizati negarent. Fecerunt hoc sancti Apostoli misericordi & pia compassione, non simulatione fallaci; quamvis legem post Evangelium non esse servandam minime dubitarent. Ubi beatissimæ vitæ viri intelliguntur non quidem commutasse consilium, sed ad horam pro aliorum salute suæ doctrinæ sententiam. Nam super hoc quod ipsi & alii aliter fecerant, & se, & alios postea correxerunt. Possunt etiam & debent fieri dispensationes, quibus Ecclesiarum & monasteriorum consuetudines immutentur; sed ubi postponitur minus bonum, ut quod est melius instituatur. In nullo autem malum fieri debet vel permitti, nisi in ea tantum necessitate, ubi timetur, ne periclitetur fides, & illud post modum corrigatur. Nam qui mala faciunt ut veniant bona, horum justam esse damnationem Paulus Apostolus protestatur. Si quis vero aliter in Ecclesia dispensationes facit, rationi simul & veritati contradicit: nec solum lucernam ardentem non habet, verum etiam aliorum ardentes extinguit. Et ideo non recte dicitur Christi vicarius, sed dux est cæcorum ipse cæcus.

VI.

Quæ tria Ecclesia specialiter habere debet. Ad eundem Papam.

ECclesia semper Catholica, libera, & casta esse debet. Catholica, quia nec vendi debet, nec emi: libera, quia sæculari potestati non debet subjici: casta, quia nullatenus debet muneribus corrumpi. Quando enim Ecclesia venditur vel emitur, evacuatur fides: quia quod incomparabile factum est a Deo, ab homine comparari posse æstimatur. Præterea qui vendit Ecclesiam, cupidum Judam imitatur: qui autem emit illam, Judaicam avaritiam sectatur. Judas utique cupiditate vendidit Christum, qui est caput Ecclesiæ, & Judæi avaritia emerunt illum. Quando vero Ecclesia sæculari potestati subjicitur, quæ ante domina erat, ancilla efficitur; & quam Christus Dominus dictavit in cruce, & quasi propriis manibus de sanguine suo scripsit, chartam libertatis amittit. Hanc enim libertatis chartam Christus vindicavit in cruce, & suæ sponsæ Ecclesiæ per semetipsum dedit; ut homines alios per peccatum factos diaboli servos, ipsa libera liberos & Dei filios faceret, & suos; qui sibi diligenter servirent, & tanquam bonæ matri devoti filii humiliter obedirent. Tunc etiam Ecclesiæ castitas omnino periclitatur, cum corrumpitur ipsa muneribus; & ex casta & virgine sponsa Domini, quasi mulier publica veraciter facta dinoscitur. Hoc enim est proprium meretricis, ut semper sub pretio redigatur. Hæc tria quæ diximus, proprie propria Ecclesia habere debet: quorum unum si defuerit, falso nomine dicitur sponsa Christi; quæ velut paralytica jacet, nec ligandi, nec solvendi potestatem habet. Nam Christus pastor bonus sponsum fidelem quærit, respuit infidelem: liberam sibi sociat, abjicit ancillam: castam diligit, odit corruptam.

VII.

De Arca fœderis.

Goffridus Vindocinensis monasterii humilis servus, dilectis in Christo discipulis Hamelino & Andreæ, bona principia sorte meliori terminare.

MUltis ac diversis actibus sæculi deditus, fratribus, quos meæ imperfectioni divina patientia regendos commisit, loqui vel scribere quæ debeo non possum. Justum tamen est velle magis prodesse, quam præesse: nec pastorem Ecclesiæ decet minus de salute animarum, quam de rerum administratione esse sollicitum. Unde, licet animus meus pro sua consuetudine circa alia versaretur, vobis, quos specialiter diligo, quædam ad consolationem vestram religiosum credidi non tacere. Et quoniam de consolatione vestra proposui; vos salubrius consolari, vel ædificare non valeo, quam si pauca de pluribus, quæ in veteri lege facta memorantur, vestræ humilitati studeam revelare. De his autem quæ palam sunt, & valde omnibus trita, disserere superfluum æstimavi; quia & fastidium auditoribus generant, & eos culpabiles exhibent de contemptu. Illa tamen proferri necesse est, quæ & a vobis possint intelligi, & vitæ vestræ convenienter aptari. Igi-

tur post Hebræorum de Ægypto profectionem, A
post maris rubri transitum, post Ægyptiorum
extinctionem, quid Dominus ad Moysem ad
suorum utilitatem præceperit, diligenter au-
diendum est, atque memoriter retinendum. Di-
cit itaque Moyses ad universum populum, ut
unusquisque pro viribus conferens faceret taber-
naculum. Collatio quidem illa non debuit fieri
qualibet coactione, sed spontanea voluntate.
Exod. 25. Ait namque Deus ad Moysen, ut unusquisque,
sicut visum fuerit cordi suo, ea offerat quæ
ad construendum tabernaculum sunt necessaria.
In primis quidem de Hebræorum ex Ægypto
profectione, de maris transitu, de Ægyptiorum
extinctione mentionem feci: & quoniam ista
quibusdam clausa sunt, ea reserare utile, im- B
mo necessarium duxi. Quamvis enim realiter
fuerint hæc omnia; latent tamen in ipsis my-
steriorum pretiosa monilia. Per Ægyptum nam-
que, in qua, velut Dominus, Pharao principa-
batur, præsens sæculum, cujus princeps est sa-
tanas, designatur. Hujus principis infelicissi-
mum dominatum Hebræus, per quem signatur
fidelis populus, proficiscendo, id est proficien-
Joan. 12. do, Moyse duce sapienter devitat. Qui Ægyp-
to, præsenti scilicet sæculo renuntiat, & suum
legislatorem Christum, ejus inhærendo manda-
tis, dilectione amplectitur: neque amplius au-
dit vocem alienorum malignorum videlicet
spirituum, sed suam, qua dicit, *Qui mihi mi-* C
nistrat, me sequatur. Mare quidem rubrum,
quod Hebræis fuit præsidium, & Ægyptiis de-
dit interitum, aqua baptismatis, vel lacryma-
bilis pœnitentia intelligitur. Quod idcirco ru-
brum dicitur, quia & in baptismate Christi
sanguine consecratur: & in lacrymabili pœni-
tentia aliquando usque ad sanguinem oculorum,
nonnunquam autem usque ad carnis maceratio-
nem pervenitur. In hoc itaque mari adversarii
nostri Ægyptii suffocantur, quia & per baptis-
mum, & per pœnitentiam lacrymarum pecca-
ta & crimina nostra, quæ inter nos & Deum
separant, mortificantur. Tabernaculum, unde
loqui maxime cœpi, pellibus & ciliciis extrin-
secus fuisse coopertum, intrinsecus vero auro & D
argento, ære atque lapidibus pretiosis, multis-
que aliis, de quibus dicendum per singula ne-
cessarium modo non arbitror, legimus adorna-
tum. In tabernaculo etiam erat candelabrum,
& arca de lignis Sethim fabricata; & intra
arcam, ut legitur, lex, & manna, & virga
Hebr. 9. Aaron continebantur. Tabernaculum significat
Ecclesiam, congregationem videlicet justorum:
pelles & cilicia, quibus extrinsecus tegebatur,
mortificationem indicant vitiorum: per aurum
fides, per argentum confessio; in ære fortitudo
exprimitur, in lapidibus pretiosis pretiosa vitæ
æternæ designantur eloquia. In candelabro bo-
næ intentionis manifesta operatio intelligitur. E
Per arcam memoria, per ligna Sethim mundi-
tia, per legem mandata Dei signantur. Man-
na vero pietatis dulcedinem dicimus: sed vir-
gam, disciplinæ severitatem. Præcipit benignus
Deus in lege sua, pro nostra utilitate, non pro
sua necessitate, ut tabernaculum, id est san-
ctificationis habitationem ei faciamus. Ubi ve-
ro habitatio ista facienda sit vel construenda,
1. Reg. 7. 3. scriptura insinuat, cum dicit: *Præparate corda*
vestra Domino. Corda utique nostra Domino
præparamus, si sibi ea receptacula munda, quæ
digne inhabitare possit, exhibemus. Hæc et-
iam receptacula non vult sibi exhiberi cum
aliqua difficultate; sed cum omni devotionis

hilaritate. Multum discretus omnipotens Do-
minus, non velut importunus exactor, a no-
bis exigit quæ non habemus; nec ejus jussio
nos sibi cogit offerre quod debeat esse contra-
rium cordi nostro. Pellibus siquidem & ciliciis
tabernaculum extrinsecus bene tegimus, cum
exterius & inferius nostrum, carnem scilicet
nostram, ita cum vitiis & concupiscentiis mor-
tificamus, ut cor nostrum, quod tabernaculum
Dei dicitur, ejus illecebris minime corrumpa-
tur. Ornamus tabernaculum auro, si pura &
integra fides est in corde nostro. Fides autem
pura & integra hæc est, ut Patrem & Filium
& Spiritum sanctum unum Deum & Dominum
esse, sine aliqua hæsitatione, sed cum omni di-
lectione credamus. Licet enim Trinitas sit in
personis; una sola natura, una sola substantia
est Deitatis. Et quamvis alius sit Pater, alius
Filius, alius Spiritus sanctus; non tamen aliud
Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus: sed
Pater & Filius & Spiritus sanctus tres quidem
sunt personæ, ut diximus, & istæ tres perso-
næ unus est Deus, unius solius naturæ, unius
solius substantiæ atque essentiæ: Et ne in crea-
trice omnium creaturarum Trinitate, cui ni-
hil est impossibile, aliquid huic fidei contra-
rium sentiamus; in humanis etiam creaturis
eorum, quæ dicta sunt, similitudinem habe-
mus. In ipsis etenim creaturis quædam inve-
niuntur, quæ licet tria sint, & unumquodque
eorum propriam in se habeat personam; unam,
eandemque naturam habent, & unam, eandem-
que substantiam. Veniamus itaque ad fontem,
& fontis rivum consideremus; aquam etiam ab
utroque procedentem, quod videlicet stagnum
vocatur, nihilominus videamus. Ecce fontem,
rivum, & stagnum tres personas invenimus: &
licet sint tres personæ, una tamen est aqua,
& aquæ una eademque natura, atque substan-
tia. Argentum ad decorem tabernaculi offeri-
mus, cum per veram & sanctam confessionem
animas nostras ab omni contagione peccati &
criminis mundamus. Sed ubi, & cui, & quan-
do confessio ipsa fiat, scire debemus. Ubi?
non apud hæreticos, sicut sæpe solet fieri; sed
in Ecclesia Catholica unumquemque Christianum
necesse est confiteri. Cui? suo pastori præci-
pue: si tamen talis est ille, qui sua & aliena
vulnera curare sciat germana caritate; non
per superbiam detegere & publicare. Quando?
dum salus corporis manet, dum sua quisque
utitur potestate. Non debent homines, ut con-
fiteantur, expectare suæ vitæ extremum diem:
quoniam qui usque in finem confessionem diffe-
runt, vix aut nunquam perveniunt ad salutem.
De talibus enim dicitur in psalmo, *Cum Deus* Psal. 77.
occideret eos, tunc quærebant eum. Æs etiam in
tabernaculo cum auro & argento solidamus, si
in fide & confessione Christi fortes usque ad fi-
nem hujus vitæ perseveramus. Multo quippe
pretiosior est fides atque confessio, si cum ipsis
contra adversa omnia fuerit operis fortitudo.
In ædificio tabernaculi lapides pretiosos poni-
mus & componimus, cum verba sanctæ exhor-
tationis ad invicem proponimus atque exponi-
mus. Debet enim alter alteri exponendo pro-
ponere ubi fuit, ubi est, ubi non est, & ubi
erit. Ubi fuit; videlicet in paradiso, in beati-
tudinis loco, ubi omni munditia abundabat ac
sanctitate, & perpetua, nisi primus homo pec-
casset, fruebatur immortalitate. Ubi est? uti-
que in hoc mundo, sub jugo asperæ conditionis,
ubi quotidie in lacu miseriæ versatur, & in luto
fæcis.

fæcis. ubi non eſt; in ea ſcilicet mentis devotione, qua beati Apoſtoli, Martyres, & Confeſſores, ſanctæque Virgines Deum ac Dominum noſtrum multum benignum Jeſum dilexerunt, & pro ejus amore mundum cum ſuo flore penitus contempſerunt. ubi erit; in illo, inquam, valde tremendo die judicii, ubi verbis ad loquendum compoſitis nemo alterum protegere, vel quaſi tueri præſumpſerit: ubi iniquitas verborum compoſitione colorari non poterit: ubi nulli ſe excuſare vel quicquam occultare licebit: ubi de ipſa conſcientia accuſator procedet & teſtis. Ibi certe ſemel accuſari nihil erit aliud, quam æternaliter condemnari. Candelabrum ad honorem tabernaculi fabricamus, cum bonæ intentionis manifeſtis operibus aliis bonitatis exempla monſtramus. Collocamus etiam in tabernaculo arcam, quando ad ea, quæ Dei ſunt, noſtram applicamus memoriam. Idcirco arca de lignis Sethim, quæ imputribilia ſunt, dicitur fabricata; quia memoria noſtra corruptionis, vel cujuslibet turpitudinis locus eſſe non debet; ſed totius munditiæ armarium, & caſtitatis ſigillum. Arca quoque intra ſe legem perhibetur continere; quia noſtra mens & memoria divina mandata aſſidue debet obſervare. Manna præterea in arca continetur & virga. nam memoriæ noſtræ & pietas ineſſe debet, qua humiles & manſuetos, ut in melius proficiant, convenit obſecrari: & diſciplinæ ſeveritas, qua ſuperbos & immites corrigi neceſſe eſt & increpari. Correctio quidem noſtra vel increpatio non cum ira & indignatione fieri debet, ſed cum tranquillitate. Licet enim extrinſecus diſciplina ſæviat, cor ſemper plenum ſit caritate. Sciendum tamen eſt, quia delinquentibus aliquando iraſci poſſumus & indignari. Sed iterum non oblivioni tradendum eſt, quia ira noſtra, vel indignatio, ultionis executio eſſe non debet, ſed magis abſolutionis operatio. Ad hoc namque iraſci, & indignari debemus, ut eos qui delinquunt ad ſatisfactionem, non ad deſperationem provocemus. Non enim in deſtructionem, ſicut ait Apoſtolus, ſed in ædificationem miſſi ſumus. Cuncta ergo, fratres, quæ agimus juſta pietate, & pia ſeveritate pariter faciamus, ut & cætera quæ de tabernaculo dicta ſunt, nihilominus retinentes, ſanctum & immaculatum tabernaculum effici mereamur, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui immenſæ pietatis & ſummæ juſtitiæ vivit & regnat Deus cum Patre & Spiritu ſancto per æterna ſæcula ſæculorum. Amen.

2. Cor. 10. 8.

VIII.

Quid Baptiſmus, quid Confirmatio, quid infirmorum unctio, quid Corporis & Sanguinis Chriſti perceptio in anima Chriſtiana operentur.

IN baptiſmate, per Spiritum ſanctum datur remiſſio peccatorum. In confirmatione, Spiritus ſanctus invitatur ut veniat, & domum ipſam, quam ſanctificavit, inhabitet, muniat, & defendat. Ipſi etiam Apoſtoli poſt baptiſmum acceperunt Spiritum ſanctum, quem in ipſo baptiſmo jam acceperant in remiſſionem peccatorum. Acceperunt iterum Spiritum & in die Pentecoſtes, ad totius virtutis & ſcientiæ perfectionem. Hæc igitur ultima confirmatio fieri jubetur ab Epiſcopis, ad totius perfectionis ſimilitudinem. Quæ idcirco fieri jubetur in fronte; quia perfectorum eſt, non in occulto, ſed in manifeſto Chriſti nomen ſemper habere. Apoſtoli utique antequam hac unctione ungerentur, & ſancto Spiritu confirmarentur, nondum perfecti erant; adhuc timebant, & nondum Chriſti nomen in fronte gerebant. In unctione autem infirmorum datur iterum per Spiritum ſanctum remiſſio peccatorum, ut neque in vita, neque in morte deſit Chriſtianis Chriſti miſericordia. In perceptione vero corporis & ſanguinis Domini anima Chriſtiana ſanatur a vulnere vitiorum, & reformatur in ſtatum ſalutis æternæ, & unum cum Chriſto corpus efficitur.

I X.

Quid ſit Sacramenti iteratio.

IBi reiteratur ſacramentum, ubi idipſum iterum datur; quaſi quod prius datum eſt, poſtea poſſe dari credatur. Verbi gratia, ſi aliquis baptizatus, iterum in aquis baptiſmatis mergeretur ea intentione ut ab originali & aliis peccatis ſolveretur. Aliter enim non rebaptizatur, etiam ſi multotiens aliquis aquis baptiſmatis ſubmergatur. Ubi vero propter aliud & aliud datur, non iteratur ſacramentum, ſed tribuitur ad virtutis augmentum. Quamvis enim prius in vertice, & poſtea in fronte homo chriſmate ungatur, non tamen iteratur chriſmatis ſacramentum: quia, ut ſuperius diximus, propter aliud & aliud fit: ſicut & baptiſmus minime iteratur, etiam ſi multotiens poſt baptiſmum aquis baptiſmatis aſpergamur. Inunctio infirmorum magnum ſacramentum eſt, & ideo nulla eſt ratione iterandum. Sicut enim cætera ſacramenta per Apoſtolos Chriſtiana religio ſuſcepiſſe creditur: ita & iſtud ſuſcepiſſe ab Apoſtolica traditione minime dubitatur. Omne autem ſacramentum a Spiritu ſancto per doctores ſanctos, in quibus ipſe loquitur, iterari prohibetur: idcirco videlicet ne medicina ſancta vileſceret, & minus utilis eſſet, quæ tanto magis ſalubris eſt, quanto minus contemptibilis invenitur.

X.

De promiſſionibus quas pro conſecratione, ſub nomine profeſſionis, Abbates faciunt Epiſcopis.

DEus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus, in Evangelio monet & dicit, *Gratis accepiſtis, gratis date*: & quod monet verbo, facto complevit. Ipſe enim gratis nos creavit, & redemit miſericordia. Suis itaque ſermonibus monet, & docet operibus, munera ſua, ſanctæ videlicet Eccleſiæ ſacramenta, & gratis accipi debere, & gratis dari: quia licet haberi poſſint, non poſſunt tamen comparari dona Spiritus ſancti: & hæreticus eſſe ratione & auctoritate convincitur, qui quod incomparabile factum eſt a Deo, credit vel actione prædicat poſſe comparari ab homine. Inde Simon magus hæreticus factus eſt, quia donum Dei ſe poſſe æſtimavit pecunia poſſidere. Non eſt utique venundandum vel emendum Eccleſiæ quodlibet ſacramentum, quod eſt donum ſancti Spiritus, ex quo, & in quo, & per quem divina myſteria jure celebrantur, & peccatorum datur remiſſio, & ſine quo nulla ſanctificatur oblatio. Igitur Eccleſiarum & hominum conſecrationes, ſive benedictiones, omnino gratis fieri debent; nec quolibet in- Matth. 10. 8.

genio pro hujusmodi facto quippiam exigatur; ne dum falsa quæritur beatitudo, vera miseria inveniatur. Sunt quidam Episcopi, qui pro benedictionibus Abbatum, sub nomine professionis ab eis exigunt, quod est Christianæ professioni valde contrarium. Nam cum professio alia in divina laude fit, alia pro peccatorum depositione; ista laudem Dei non facit, sed minuit, nec deponit peccata, sed apponit. Nec sacræ fidei professio recto nomine dicitur, sed execranda promissio, quæ claves Ecclesiæ agitare, & unicum ac singulare ejus ostium violare conatur. Ista neque veritate, neque auctoritate inventa, sed consuetudine & hominum cupiditate reperta, triplici genere Simoniæ contra sanctam Ecclesiam jaculatur: quoniam Simonia a [B] lingua, Simonia a manu, Simonia ab obsequio ibi committitur. Est a lingua, cum publice recitatur illa promissio: fit a manu, quando charta, qua continetur, scripta ponitur super altare: fit ab obsequio, cum ipsum male promissum subjectionis obsequium servatur. Qui sic agit forsitan dicit, pro benedictione non quæro pecuniam: immo satis amplius exigit, quia hominis personam. Sicut anima plus est quam corpus, ita corpus simul & anima, tota videlicet hominis persona, multo plus est quam ejus pecunia. Divina lege & manifesta ratione probatur, quia benedictio minime datur gratis, quam præcedit abbatis illa proscriptio, ut quod desiderat [C] assequatur. Non enim faceret illam, si repulsam non pateretur. Illud etiam quod bonum est fit perniciosum, cum promittitur non bene, vel male suscipitur. Nam pecunia quam Simon magus obtulit Petro, bona quidem erat; sed quia male obtulit illam, damnatus a Petro prædicatur. Et ideo nec Evangelica, nec canonica, sed navicularia est illa quæ dicitur benedictio, quam, quæ falso nomine vocatur, professio præcedit, sive subsequitur. Ibi venditur simul & emitur primum Ecclesiæ sacramentum, Christus etenim primus hoc sacramentum per semetipsum fecit; consecrationem scilicet Apostolorum. Præterea sciendum est, nec oblivioni tradendum, quod quicumque emit Eccle- [D] siam, Judæorum perfidiam; & qui vendit eam, traditorem Judam imitatur. Judæi etenim Christum emisse noscuntur, qui est caput Ecclesiæ: & eum vendidisse Judas minime dubitatur. Qui vero pro divino mysterio munus exigit, Giezi sequitur discipulum Elizæi, & Naaman Syri lepram consequitur. Caveant igitur Episcopi & Abbates, qui ideo dicuntur Christi vicarii, quoniam Christi creduntur agere vices; ne contra Christi auctoritatem, qui gratis tribuit, & ejus vocem, qui gratis dari monet & præcipit, cupiditatem sive consuetudinem sequantur, qua fides Ecclesiæ, libertas, & castitas simul corrumpitur. Non mediocriter utique delinquit E- [E] piscopus, nisi gratis dederit; & Abbas, nisi gratis acceperit, similiter peccat; quia facientem & obsequentem par pœna constringit; & facinus quos inquinat, æquat.

Lucan. lib. 5. v. 290.

X I.

De illis qui in Capitulo inordinate clamant; & de his qui ibi inordinate respondent.

SÆpe inter monachos agitur, ut per eos, qui de aliis in Capitulo clamores faciunt, & per illos, de quibus clamores fiunt, animorum perturbationes, verba amara, contentiones na- [A] scantur; propter hoc maxime, quod hi qui accusantur, modum responsionis, & hi qui accusant, modum accusationis ignorant. Nam cum ex odio peccati, & ex dilectione fratris culpam tantum notificare debeant, qui accusant; non ita faciunt, sed minantur & increpant. Illi autem qui increpantur, cum patientiam Christi, quia Christiani sunt & monachi, imitari deberent, qui coram tondente non aperuit os suum, nec in sua passione contra suos accusatores impios & mendaces verba contumeliosa protulisse, sed judici, se licet injuste judicanti, patienter respondisse legitur; quod Christus fecit facere erubescunt: & Christum, & ejus exemplum, nomenque Christianum; suum etiam monacha- [B] tum, summæ videlicet humilitatis signum, obliviscuntur: & verba superba & litigiosa contra eos præparant, qui de ipsis loquuntur: atque malis prioribus pejora jungentes, suos similes adjutores invocant, quasi injuriarum ultores. Unde, Deo auctore, quomodo, vel cui, filii & fratres nostri in Capitulo accusati respondeant, & qui accusant quomodo accusare debeant, ordinare volumus. Ordinamus itaque, & ordinando sub nomine sanctæ obedientiæ præcipimus, ne alter alterius culpam sic in Capitulo notificet, quatenus eum minari non præsumat, nec increpet. Is vero, qui accusatus fuerit, adversus suum accusatorem verbis quibuslibet non [C] contendat: sed unde accusatur soli Abbati, vel ejus Priori humiliter atque veraciter respondeat. Liceat unicuique qui accusatur aut humiliter culpam agnoscere, vel si culpabilis minime fuerit, se non audacter sed patienter excusare. Ordinationem istam, a Deo potiusquam a nobis pro pace & quiete animarum & corporum fratrum nostrorum factam, si quis sciens violaverit, præter præsentium plagas virgarum, septem continuatis diebus absque indulgentia cibus ei detur solummodo panis & aqua.

X I I.

Quæ tria Pastoribus inesse debeant.

[D] PAstoribus Ecclesiæ tria specialiter inesse debent, justitia videlicet, discretio, & providentia. Unumquemque igitur dispensatorem Ecclesiæ in judicio justum esse decet, discretum in præcepto, in consilio providum. Tribus istis præcipue pastor Ecclesiæ & animarum saluti, & corporum necessitati prodesse potest. Quod si unum istorum defuerit, cætera duo aut minus, aut nihil penitus prosunt. Nam si juste judicet pastor, & indiscrete præcipiat; ipsa indiscreta præceptio etiam justi judicii erit destructio. Quod si discrete præceperit, & injuste judicaverit; injusta & iniqua adjudicatio fiet discretæ [E] præceptionis corruptio. Si vero & juste judicaverit & discrete præceperit, in consilio autem animarum providus minime fuerit; improvida consilii præcipitatio erit & justi judicii & discretæ præceptionis dissolutio. Ea propter unumquemque pastorem Ecclesiæ habere oportet & in judicio veritatem, & dilectionem in præcepto, & in consilio sollicitudinem.

XIII.

Invectio Dei contra peccatorem, & peccatoris confessi precantis misericordiam,

MIser homo, ego te feci de luto, & usque ad imaginem & similitudinem meam sublimavi. †. Ita est Bone: sola tua gratia ex fragili satis materia immortalem & æternum, si non peccassem, me factum cognosco. †. Tantæ gratiæ ingratus, factus es contemptor obedientiæ. †. Sic est Sancte, ut asseris: locum dedi inventori meæ miseriæ. †. Deus & dominus pro te servo peccati factus sum caro, & ex anima rationali & carne, perfectus homo. †. Quod profiteris, Conditor pie, & ipse profiteor: & hoc factum est ne perirem ego peccator. †. Super hæc omnia, natus de fœmina, captus, ligatus, verberatus, multas & multiplices passus injurias, occisus etiam, ut Dei filium te facerem, qui diaboli eras mancipium. †. Credo veraciter, Benigne, quod loqueris; sed sustinere vix valeo, confusus mea magna & longa iniquitate. †. Multa & multa circa te mea bona: multa & multa contra me sunt tua mala. †. Ulla ratione, Altissime, negare non possum tua verba vera esse, quia & tua bona, sicut vera propositione proposuisti, circa me multa sunt; & contra te multa mea mala: & quod est culpæ gravioris, non me reum aliquando pure confessus sum, nec meum bene agnovi reatum. †. Nullis precedentibus, vel subsequentibus meritis te custodem Ecclesiæ meæ fieri permisi, & pastorem. †. Et ista quidem, miserator & misericors, veritate amplector; sed tuæ misericordiæ, & miserationi utrumque confiteor, & ante fuisse, & postea esse me miserum peccatorem; & qui vehementer timere debeo, ne ex pastore lupum me fecerim, & ex custode latronem. Meam itaque miseriam non occulto, & tuam quæro misericordiam, omnipotentiæ & gratiæ immensæ. Tua igitur, Deus, gratia qua factus sum, & qua sum redemptus misericordia, mei miseri, & peccatoris miserere, & beatitudinis illius latronis me participem facito, cui pendens in cruce dixisti; *Hodie mecum eris in paradiso.*

XIV.

Alia invectio contra peccatorem, & pœnitentis peccatoris consolatio.

PEccator, agnosce, & pœnitentiam age, qua præsumptione contra creatorem tuum & redemptorem egisti: quam tepide & negligenter in sancto ac sacro ordine longo tempore vixisti. Serve inutilis, recole beneficia Dei, & dilige. Appende peccata tua in quantum appendi possunt, & expavesce. Miser Ecclesiæ sanctæ minister, tracta apud te quid bonus Dominus fecerit tibi, & tu quid fecisti: multa bona contulit tibi, & tu multa mala commisisti. Hanc retributionem ipse te non docuit, nec tu ab alio sic doceri debuisti. Debitor Dei & tui deceptor, memento promissionum, quas summo Domino sæpius fecisti, & non bene tenuisti. Ipse multum patienter te diu expectavit, & tu contempsisti: ipse te vocavit, & vocat, & tu ad ipsum redire noluisti: ipse te fugientem sequitur, non propter peccata tua persequitur, & ut ad eum revertaris, paterno affectu blanditur dicens: *Nolo mortem peccatoris; sed tantum pœniteat, & vitam consequatur.* Iterator peccaminum recordare extremi judicii, & quanta ibi futura sit gloria Sanctorum, & miseria impiorum; ubi nec mala anima aliqua ex parte bonum inveniet, nec bona malum. Vas penitus peccatis confractum ingemisce, dum licet, & dum induciaris, lacrymabiliter plange quidquid contra benignum Deum, ac dominum corruptus a Satana perpetrasti: & tuam magnam miseriam confitens, ejus magnam misericordiam humiliter quære. Non plus homo peccator desperes de tua imperfectione, quam pœnitendo præsumas de pietate illius, qui te redemit inæstimabili caritate. Miserum te quærit, non abjicit plenus misericordia: infirmum non respuit omnipotens medicina. Optat misericors misericorditer misero subvenire, ne justum juste contingat miserum condemnare. Pastor ille bonus lassam & sauciatam ovem non abjecisse, sed vexisse legitur; nec vexisse solum, verum etiam mori maluit, quam illa moreretur. Hæc Dei misericordiam sapiunt & pietatem: & peccatori occasionem auferunt desperandi. Vult enim dominus vitam peccatoris, non mortem: perire peccatum, non hominem. Unde unicuique peccatori de magna Domini miseratione indulgentiam sperare licet, si se cognoverit peccatorem; & suis proximis compatiens de peccatu pœnitere voluerit. En ego sum ille, Jesu pie, quem non meis meritis, sed tua gratia sola Ecclesiæ tuæ qualemcumque pastorem aut voluisti fieri, aut permisisti: & quem, licet indignum, ad pastoris vocasti officium, perire non sinas: sed inter cætera tuæ gratiæ dona tribue, ut me veraciter peccatorem agnoscens, antequam de præsenti vita tollar, de peccatis meis tibi digne satisfaciam: & quotiescumque cujuslibet fratris mei peccatum audiero, non superbe increpem; sed compatiar: & quamvis odio habeam peccatum, ipsum tamen diligam peccatorem. Sit mihi semper non modica de peccatore compassio, & contra peccatum moderata correctio. Absit ut odio culpæ perire faciam jura naturæ. Natura enim humana sibi indulgeri quærit, non ultra modum affligi: & quia satis cito per se labitur, eam erigi necesse est, non conculcari. Quod est diaboli in homine Deus perire faciat, & quod suum est, servet ne pereat. A diabolo culpa est, creatura a Deo. Divina itaque moderatio in me suam etiam justitiam temperet: ne dum quasi amore justitiæ culpam persequi videor, perire contingat creaturam: & si quem disciplinæ vinculis me ligare contigerit; non mea auctoritate eum premam, sed dignum faciam absolutione. Nullum sub manu mea per nimiam tristitiam perire contingat: sed omnes potius per indulgentiam valeant liberari. Quod ipse præstare digneris, Jesu pie & bone, qui cum Patre & Spiritu sancto regnas & dominaris per sæcula sine fine mansura. Amen.

XV.

Lamentatio cujusdam peccatoris accusantis se & judicantis.

NOn tantum me terret misera vita mea, quantum terrere deberet. nam anima mea propter sordidas cogitationes suas a fideli amico dejecta, & crudeli subjecta inimico, dum pium pastorem deseruit, facta est præda lu-

po: & quæ ante fuerat sponsa Christi, se in servitutem redegit Antichristi. Peperit itaque adultera tristitiam & verecundiam Deo, gaudiumque diabolo atque victoriam. O multum peccatrix & multum infelix anima mea! cur pessimas cogitationes concepisti; quibus ignem libidinis, immunditiæ, & avaritiæ prudenter & scienter accendisti; quibus etiam jugiter, & non mediocriter exarsisti, & te gehennæ ignibus perpetuo cremendam tradidisti? Nonne legeras, & legendo audieras? immo legeras & intellexeras Apostolum dicentem: *Quia omnis fornicator, aut immundus, aut avarus in regno Christi & Dei non habet hæreditatem.* Habebas utique, unde, si voluisses, utiliter cogitare potuisses; scilicet beneficia Dei, & quod tu contra egisti. Meminisse etenim & cogitare debueras, quis est qui te fecit, & quid pro te fecit, & quid tu fecisti, & qualem tu te fecisti: quatenus aut amore creatoris tui, aut timore inferni peccare desisteres, & quod a te impie actum est, pœnitendo desleres: ut si non requie digna, esses saltem aliena a pœna. Benignus Deus & Dominus ipse est, qui sola gratia te fecit cum non esses, sanctam scilicet & immortalem, si non postea propria voluntate peccasses. Nam ibi mortua fuisti, ubi ab eo peccando recessisti: ipse tamen ut majoris caritatis vinculis te sibi colligaret, quæ recesseras ab eo, & capta eras a diabolo, te redemit: nec qualecumque pretium pro tua redemptione, sed proprium filium dedit; tibi quidem natura & veritate carnis & animæ similem, sed virtute & omnipotentia Deitatis longe dissimilem. Et quia utrumque te quidem primum & sociam carnem corrupisse Dei filius agnovit, ut utramque redimeret, utrumque suscepit. Ecce pro te factus est homo Deus. Factus est servus dominus pro ancilla. Pro te factus est creatura creator: pretium tuæ redemptionis ipse redemptor. O infelix anima mea, indigna requie, & digna perditione, agnosce, crede, & pie confitere, quæ pro te misera, immo miserrima Deus sustinuit in carne assumpta! Conceptus siquidem in virgine matre, comite & cooperante Spiritu sancto, eodemque duce virgineo egressus de utero speciosus forma præ filiis hominum, novus homo venit in mundum: ibi pro te multas modico tempore passus injurias. O impia & crudelis, quando superbe & sordide cogitabas, ubi erat memoria dominicæ passionis & crucis? ubi spinea corona capiti tui creatoris infixa? ubi ejus cara facies sanguine profluente de capite cruentato suffusa? ubi ligaturæ, quibus pro te nimia crudeliter ligatus est pius & humilis Salvator? ubi alapæ palmarum? ubi plagæ virgarum, & pugnorum ictus, & impiorum sputa Judæorum, quæ pro te sustinuit mansuetus redemptor? ubi crux ei imposita ad opprobrium ejus, in qua & ipse crucifixus est? ubi loca clavorum? ubi poculum fellis? ubi latus lancea perforatum? Hæc omnia credis & discredis: confiteris & diffiteris. Credis corde, confiteris ore: sed discredis & diffiteris operatione. Habes itaque fidem, sed mortuam. Nam fides mortua est sine Dei dilectione. Si credis & non diligis, diabolum imitaris. Credit enim diabolus, & dominum confitetur: & quoniam illum non diligit, nec vel unius momenti remedium habet, & sine caret ejus supplicium. O inverecunda, sordida, nequam! veraciter sic egisti. Credidisti quidem, & adhuc fortitan credis: sed Deum minime dilexisti. Quem si dilexisses, odisses utique diabolum, & acceptam notitiam veritatis diligenter observans, nec primam fidem irritam fecisses, nec secundam. Abrenuntiaveras siquidem diabolo in baptismate: in monastica autem professione, diabolo simul & sæculo. Sed jam nec prima professio tua Deo grata erit, nec secunda; quia perjurium pariter commisisti & sacrilegium. Perjurium, dum quod Deo juraveras non tenuisti. Sacrilegium, dum ei, cui te devoveras, abstulisti. Quæ non te solam, verum etiam carnem sociam ita voluntati & cupiditati turpissimi & fœdissimi corruptoris exposuisti, quod universa tui corporis membra vasa vitiorum fecisti. O superba & inflata, cujus bona opera non sprevisti? Tua vero, quæ vix aliquid, vel pene nihil bonitatis habebant, semper admirando laudasti. Cum millies & millies aut cogitatione sola, aut cogitatione simul & actione fuisses corrupta, te quasi coloribus castitatis pingebas, & cum immundissima esses, pudica dici gaudebas. Quod si aliquando te ream confitens accusasti, auditori potius, non Deo auctori placere desiderabas. Filia diaboli, violatrix templi Spiritus sancti, quid de te dicam, immo quid digne contra te proferam, quæ pene te totam, vel penitus totam abstulisti Deo, & contulisti diabolo? Memento captiva, quo pretio fuisti redempta, cujus sponsi fueris sponsa: quam pulchra, quam sancta cum eo semper mansisses, si ei fidem servare voluisses. Memento etiam unde, & quo cecidisti. Vocatione utique & electione Dei usque ad cælum ascenderas; & in infernum corruisti. O quam pessimam sortem sortita es, quæ crudelissimum damnatorem tuum secuta, totius bonitatis auctorem reliquisti! Deus tuus, Dominus tuus, conditor & redemptor tuus, amplius quam seipsum tibi conferre non potuit, vel melius. Primum quidem quando te fecit, tibi dedit seipsum. Postea cum peccato perdita esses, se tuæ redemptionis contulit pretium. Tu certe peccasti; & ipse tui pœnitentiam fecit peccati. O multum ingrata! abnegasti benignum redemptorem, qui pro te, ne perires, mortuus est; & terribilem inimicum tuum, qui per linguas Judæorum, & manus militum eum interfecit, tibi Dominum elegisti. Sancto fonte olim extinxeras, & suscepti ordinis sanctitate extinctum contriveras, quem ad tuam perpetuam pœnam peccando suscitasti. Quandiu cum bono Deo & pio Domino fuisti, eras contra diabolum fortis, & debilis contra te erat diabolus: tu sana, ille infirmus: tu domina, ille servus. At postquam ab eo recessisti, qui te sua bonitate creavit, & inæstimabilis caritatis dilectione redemit; contra te spiritus fornicationis erexit caput, & intra viscera tua se totum immersit. Ibi pessimus fornicator fœda nimium pollutione te maculans, & ad te cum multitudine dæmonum sæpius intrans, fœtida in te vestigia dereliquit. Itaque veneno libidinis imprægnata concepisti dolorem, & iniquitatem peperisti. Talium conjugum est partus monstruosus, horribilis, turpis, immundus. Væ tibi misera, quæ tui vilissimi servi ancilla facta es, & fornicatoris pessimi concubina. O vilis facta nimis, ubi speras? quid expectas? jacere in sordibus est damnabile: surgere de sordibus est tibi impossibile. dic mihi, si nosti, a quo tibi consilium, per quem auxilium, ad quem refugium? Non vales accedere ad Sanctos, quia ligata es; nec invocare eos, quia muta es. Quod si etiam tibi loqui dignarentur; non audires eos, quia surda es. Quid facies? quod ti-

Ephes. 5. 5.

A bi remedium invenies? Multa & multa sunt peccata & crimina tua. his tamen omnibus major est Dei misericordia. Omnipotens est Deus, pius est, cujus omnipotentia & pietas immensa neminem patitur desperare pœnitentem. Agnosce igitur infirmitatem tuam: confitere te propria iniquitate damnatam: & si ad piscinam salutaris aquæ, in quam Angelus Domini descendebat, propriis pedibus non potes venire, saltem bonæ voluntatis gressibus accede, & si vociferari vel loqui non potes, respirare & suspirare adhuc potes. Respira tandem, & ex intimo corde suspira, & fortassis invenies te Christus suspirantem, qui hominem triginta octo annos in infirmitate habentem invenit; & tuæ infirmitati compatiens, prout pius & be-
B Joan. 5. 6. nignus consuevit, dicet tibi, *Vis sana fieri?* Quod si miseriam & impotentiam tuam humiliter confessa fueris, & omnipotentiam firmiter credens agnoveris suam; quod illi exhibuit, & tibi exhibebit: & quod Mariæ Magdalenæ pœnitenti, & lacrymis peccata confitenti minime negavit, nec tibi negabit. Et qui leprosum mundavit humilem, omnem lepram peccatorum & criminum tuorum mundabit: & te quasi quatriduanum mortuum, etiam jam fœtentem, de sepulcro miseriæ, & de luto fæcis suscitabit, & solvi præcipiet Jesus Christus Dominus noster, qui immensæ pietatis & omnipotentiæ Deus, vivit & regnat cum patre & Spiritu
C sancto, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

X V I.

Oratio ad Jesum.

JEsu bone & pie, fili Dei vivi, & David, te adoro, te laudo, te glorifico. Tibi omnipotenti Deo, creatori meo piissimo, summo & vero sacerdoti, & tuæ beatissimæ matri Mariæ semper virgini, & omnibus sanctis tuis, confiteor me multum miserum & peccatorem, & qualem tu nosti. Sicut meis meritis justificari nec possum, nec potui; sic tua magna miseri-cordia me posse salvari profiteor; de cujus ma-
D gnitudine præsumens in te speravi. Possem quidem desperare, quia aliter vixi quam debui: sed illa tua magna miseratio me desperare non patitur, quæ te de cælis deposuit ad terras, ne perirem. Salvum fac quæso, benigne Jesu, servum tuum, quoniam speravi in te: & omnes qui speratis in ipsum orate pro me: ut si non ad præsens requie dignus, saltem ab æterna pœna, ipso miserante, alienus inveniar.

X V I I.

Oratio ad Matrem Domini.

E O Maria gloriosa
Jesse proles generosa,
Per quam fuit mors damnata,
Atque vita reparata.
Virgo semper pretiosa,
Super omnes speciosa;
Stella maris, cæli porta,
Ex qua mundo lux est orta.
Templum sacrum Salvatoris,
Refugium peccatoris,
Mundi salus, mors peccati,
Summi facta parens nati.
Quæ filium habes regem,
Qui divinam dedit legem:
Tu mater, tu sponsa Dei,
Mei miserere rei.
De convalle lacrymarum,
Pressus mole peccatorum,
Ad te clamo, Virgo pia,
Sis mihi dux, atque via.
Quem tu benedicta regis,
Observat præcepta legis,
Deum amat, Deum credit,
Nunquam ab illo recedit.
Rege, quæso, me miserum,
Sanctissima mulierum,
Ut divinæ memor legis,
Sim ad velle magni regis.
Qui per suam caritatem,
Præstet mihi castitatem:
Et mundus ab omni sorda,
Hunc diligam puro corde.
Hic cujus est semper esse,
Scit quid mihi sit necesse:
Meam scit infirmitatem,
Quam sanet per pietatem.
Est hæc mea infirmitas,
Peccatum & iniquitas:
Cicatrix mei vulneris,
Obduratio sceleris.
Morbo peccati langueo,
Qui me curet non habeo:
Sola misereri mei
Potest medicina Dei.
Peccans corde, peccans ore,
Recessi a Creatore:
Sed succurre mihi reo,
Mater ejus sancta Virgo.
Fac mihi propitium,
Quem genuisti filium:
Pro me apud ipsum ora,
Et succurre sine mora.
Qui assumpsit ex te carnem,
Exaudiat tuam precem:
Nihil tibi denegabit,
Quem mamilla tua pavit.
Et cui inter cunabula
Cara dedisti oscula,
Quicquid illum petieris,
Impetrare poteris.
Deus puer ex te natus,
Et filius nobis datus,
Mundet sua pietate,
Me ab omni iniquitate. Amen.

X V I I I.

Hymnus de S. Maria Magdalena.

Ad Vesperas.

MAria pœnitentiæ
Formula lapsis, spes veniæ,
Ut nos actor bonitatis
Jam sepultos in peccatis
Resuscitet, obtine.
Ora pro peccatis nostris,
Justificata peccatrix,
Eo mentis studio,
Quo æterno, vivo, vero
Supplicasti Domino.
Irrigavit te, Maria,
Christi pietatis unda.
Qui te lavit & mundavit,
Nos abluat a peccatis
Charitatis gratia.
Hæc infirma ad medicum

A Venit, quærens remedium;
Prosternitur; non loquitur,
Sed lacrymis confitetur:
Sic agit negotium.
Plenus misericordia
Dat medicus remedia.
Nulla respuit vulnera
Omnipotens medicina:
At vult cordis intima.
Offert hæc pœnitentiam,
Hic confert indulgentiam;
Fugat septem dæmonia
Septiformis clementia,
A conversa fœmina.
Pœnitentia devotio
B Peccatorum remissio
Fiat nobis. summo Deo,
Qui est nostra redemptio,
Laus, honor & gloria. Amen.

Ad Nocturnos.

MAria quædam nomine,
Magdalena cognomine,
Arte seducta dæmonum,
Peccatrix fuit nimium.
Quæ specie intumuit,
Et turpiter succubuit,
Superbæ mentis vitio
C Venit carnis corruptio.
Crimen quidem est gravius
Mentis, sed carnis turpius:
Dum turpius erubuit,
Quod est gravius timuit.
Quærit ancilla Dominum,
Optat infirma medicum:
Obtulit hæc obsequium,
Hic contulit remedium.
Mirifica potentia,
Et pietatis gratia,
Quæ in ista peccatrice
Vulnus sanavit vulnere.
Gloria sit Patri summo,
Laus ejus unigenito,
Honor Spiritui sancto,
Trinitati, uni Deo. Amen.

In matutinis laudibus.

ET miseras & miseros
Vocat Deus misericors,
Omnes ad pœnitentiam.
Et pollicetur veniam.
Contemptor pœnitentiæ
Solus est expers veniæ:
Factor misericordiæ
Christe, nostri miserere.
Immensa tua bonitas
Mariæ dedit lacrymas:
Per lacrymarum fluvium
Fluxum restrinxit criminum.
Hæc subdita dæmoniis,
Atque dedita vitiis,
A te prius obtinuit,
Quicquid tibi exhibuit.
A te cordis compunctio,
Et capillorum tersio,
Et pedum osculatio,
Et unguenti effusio.
Totum tuæ pietatis,
Quod fecit hæc pro peccatis,
Quod pro nostris faciamus,
Da, pie, ne pereamus.
Deo Patri, & Filio,
Spiritui paraclito,
Honor, virtus, & gloria
In sempiterna sæcula. Amen.



GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS
B. PRISCÆ CARDINALIS,
SERMONES.

IN NATIVITATE DOMINI.

SERMO I.

Hodie, dilectissimi, venerabilis & universalis regina Angelorum & hominum virgo Maria, quem verbo concepit Angelico, clauso utero natum mundo edidit Salvatorem. O cum gaudio & fide admiranda Nativitas! Ecce mulier sine coitu concipit, gravida sine gravitate efficitur, parit sine dolore. virgo sancta ante partum, in partu virgo sanctior, sanctissima virgo post partum. hæc sola lætitiam matris simul obtinere meruit, & gloriam virginitatis: de cujus castis visceribus, Deus homo factus ad nos venit, in sinu Virginis matris beata ubera quibus pie nutriebatur filiali dilectione appetere non dedignans. Et nos, fratres, Dei & hominis nativitatem devotione celebrantes exultemus: quia hæc Dei & Domini nostri nativitas perditum vitæ remedium hominibus reddidit; novum intulit cœlo gaudium. Reparatio generis humani facta est mors peccati: diaboli confusio, exspoliatio inferni. Hæc inquam, ineffabilis, cara Angelis, hominibus necessaria Dei nativitas, hominem primum servum diaboli per inobedientiæ peccatum, liberum fecit: eumque, unde ceciderat, reduxit ad paradisum, nominus gloriæ obtinentem, quam antequam peccasset, habuerat. Ad dejiciendum hominem potens fuit inobedientiæ culpa; sed ad illum erigendum dominicæ nativitatis potentior extitit gratia. Valuit equidem inficere antiqui serpentis venenosa astutia; sed infectum curavit nati Salvatoris præpotens medicina. Inimicus Dei & hominis diabolus miseriæ inventor extitit; sed Deus factor misericordiæ. Ille sua fraude hominem miserum reddidit; Deus compatiens misero, ne miser in miseria remaneret, misericordiam fecit: & qui prius peccantem angelum juste damnaverat, ab eo seductum hominem misericorditer respexit. Peccavit Angelus, & a Deo in æternum damnatur: peccavit homo, & Deus in tantum illi compatitur, ut non solum pro illo incarnari & nasci dignaretur, sed mori. O mira & inenarrabilis circa hominem Domini pietas! O valde districta, sed omnino justa contra Angelum Dei severitas! Justus itaque & pius Dominus & contra Angelum egit severitate, & erga hominem pietatis amore. Uterque peccando corruerat; sed Angelum ad pœnam Deus deputavit æternam censura justitiæ; & hominem revocavit ad gloriam intuitu misericordiæ. Provida namque & rationabili Dei dispensatione actum est, ut cujus gradus fuerat altior, ejus casus fieret gravior: & qui nullo alio, nisi seipso suadente vel decipiente; nec carnem portabat humanam, de qua forsitan, licet injuste, materiam peccandi posset contrahere; sed sola iniquitate superbiæ, suæ perditionis factor fuit, & alterius culpæ; dum in illo superbia cepit initium, ejus careret fine supplicium: nec ulla deinceps ratione ei liceret habere spem veniæ, qui inventor extitit & manet auctor tantæ nequitiæ. Homo vero inexcusabilis, quia peccavit per inobedientiam, & interrogatus culpam confiteri distulit, dejectionem meruit & ruinam. Et qui ante in paradiso solam beatitudinem noverat, cum se per peccatum diabolo mancipatum cerneret, & diversas in mundo experiretur miserias, nimia infelicitate compulsus amissam felicitatem plangere cœpit conversus ad lacrymas. Gemebat homo reus sub onere reatus; nec suis lacrymis a peccato valebat ablui; quia lacrymas illius miseri superabat magnitudo peccati. Sed Deus reum salvare volens & damnare reatum, nuntiante Angelo, & superveniente Spiritu sancto, in uterum Virginis descendit; & in qua pro ho-

mine pateretur, carnem assumpsit. O stupenda, & fidei ac dilectionis brachiis amplectenda assumptio, per quam factura factori, natura creata unitur creatori! Deus pro homine homo, misericors efficitur pro misero; justus pro peccatore damnatur, pius pro impio! O inæstimabilis divinæ pietatis miseratio, per quam natus Dei filius mundo apparuit: & cum esset Dominus omnium, ut a morte servum redimeret, immortalis mortem suscepit: sed quia beatæ vitæ mors dominari nequivit, die tertia Dominus resurrexit. Morte sua Salvator noster hominem suscitavit peccato mortuum: resurgens a mortuis non solum illi paradisum reddidit, sed contulit cælum. Incarnatio itaque Redemptoris nostri, nativitas, mors, & resurrectio, nostræ salutis operatio fuit, & diabolicæ artis destructio. Sua præterea incarnatione benignus Jesus nobis humilitatis exemplum proposuit. Natus apparens mundo & loquens hominibus, sapientiæ suæ doctrina nos instruxit, morte sua nos docuit patientiam: resurrectione invitavit ad gloriam. Igitur, dilectissimi fratres, quæ sursum sunt diligamus, non quæ super terram: & sanctis operibus Redemptorem nostrum sequamur ad gaudia æternæ felicitatis, quo nos ipse in carne nostra præcessit, & vocat sedens ad dexteram patris. Ipsum etiam pro nobis apud patrem intercedere toto corde credamus: quia nisi ejus sanctissima intercessione & virtute muniamur, diabolo non valemus resistere, qui vires suas mutavit quidem, non amisit dejectus. Vere orat pro nobis Dominus in carne quam assumpsit pro nobis. Nec mirandum, si patri suo preces propitiationis pro salute hominis exhibet, qui homo fieri voluit, ne homo periret. Non dedignatur pius Dominus in cælum assumptus, hominem juvare in terris, quem & a peccato mundare vult, & secum regnare in cælis: illumque tanto amore amplectitur, ut si eum adhuc pro illo mori justitiæ jura exigerent, pietatis sibi viscera non deessent. Non debet homo desperare de proprio lapsu; cui Deus compatitur tantæ dilectionis affectu: nec iterum sine timore sperare; ne sumat occasionem peccandi de magnitudine misericordiæ. Culpabilis est valde homo ille; ille, inquam, omnino culpabilis, qui de pietate Salvatoris se facit impium: & ejus beneficium dilectionis vertit in iniquitatis augmentum. Christianæ fidei obviat, & derogat pietati, qui præsumens de misericordia Dei securius peccat; vel spe agendæ pœnitentiæ peccata cumulat. Divina enim misericordia, & pœnitentia, quæ ab illa nobis tanquam infirmis porrigitur medicina, remedia sunt peccandi, non incitamenta peccati. Cum timore pariter & amore, fratres carissimi, admiremus & admirando intelligamus collata nobis divinæ dilectionis & gratiæ munera pretiosa; & peccatis nostris perfecto odio renuntiemus. Perfecto odio peccatis renuntiare est, se qualem illum Deus fecit diligere; & qualem seipse peccando fecit, odisse. Ponamus ante faciem animæ nostræ, & in memoria fixum teneamus, quam admirabili gratia, antequam essemus, Deus nos condidit: de quanta miseria, & quanta ejus misericordia liberati postea sumus: & illum, qui hodie de sua sanctissima virgine matre gloriosa Maria natus est nobis, totis visceribus diligamus. Qui nos, licet reos, & diligit, & nostros odit reatus. quos ipse suæ pietatis gratia mundare dignetur Jesus Christus Deus & Dominus noster, cui est cum patre & Spiritu sancto omnis honor & gloria per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SERMO II.

IN NATIVITATE DOMINI.

Hodie, dilectissimi, Redemptoris nostri facta est quædam specialis, & singularis operatio: quia ipse natus est de matre sine patre in sæculo, qui ante sæcula sine matre de patre natus est, ad nos veniens de cælo. Natus est itaque de fœmina virgine, omnipotentia divinitatis ordinem naturæ transgrediens, & honorem suæ honestissimæ matris, pudicitiæ & virginitatis sigillo custodiens. Non est jam amplius miseris desperandum de venia, si tantum admissorum pœniteant, quibus hodie in humana carne nascitur de virgine misericordia. Hodie medicina de cælo datur mundo, per quam infirmæ & peccatrices animæ sanantur: & damnata at- A que facta deformis peccato humanæ conditionis natura, in statum pristinum reformatur. Hodie de splendida stella radius satis splendidior ad tenebras processit; qui inibi residentes homines magno & admirabili fulgore irradians, honorans creaturam, & consumens culpam, ad patriæ cælestis claritatem provexit. Hæc, dilectissimi fratres, de nostri Salvatoris omnipotentia & pietate diligenter considerantes, non desperemus magis de nostris excessibus, quam de illius bonitate pœnitentes præsumamus. Fructuosa est valde, sed de Domini pietate præsumptio: cum prius pœnitendo accusatur anima, & sanatur: proditur peccatum, & deletur: & qui ante peccator exstiterat, ex pecca-

peccatore justus efficitur. Talis namque præsumptio judicem mitigat, non provocat; cujus est intentio ab accusatore diabolo accusatum hominem liberare, ne pereat. Et si aliquando pius dominus nobis peccatoribus indignans irascitur, ad hoc facit, ut suæ indignationis terrore nos convertat; & ejus ira vel indignatio, non executio ultionis, sed magis peccatorum nostrorum absolutio fiat. Vere bonus & benignus est per omnia Dominus, cujus indignatio artem exhibet piæ & compatientis justitiæ; & ejus ira est operatio juste consulentis misericordiæ. Hujus piissimi Redemptoris nostri est incomparabilis amicitia, incomprehensibilis patientia; qui hominem, pro quo passus est mortem, quotidie peccantem patitur, diu expectat, & ut revertatur ad ipsum, non solum veniam, sed mercedem pollicetur. Homini itaque peccanti, sed pœnitenti, non quia peccavit, sed quia pœnituit Dominus indulget. qui si non peccasset, nunquam pœnitere de peccato potuisset; & quid creaturæ creator dimitteret, non haberet. Est igitur bonum hominem peccare, qui pœniter? Non, inquam: sed bonum est eum pœnitere qui peccavit, & non peccet. nec iterum peccabimus, ut Deus ignoscat: absit. Sed peccata quæ facimus, ut deleat, confessione prodamus, & tegamus pœnitentia, ne ipse agnoscat. Aliquando tamen bonus & pius Dominus, ad ostensionem suæ bonæ voluntatis, qua semper circa peccatores, quasi quodam pii patris affectu hæret, ne ad pœnam tradat errantes, cum nos, qui nec bonis bene utimur, de medicina nostra facimus plagam, ipse de vulnere nostro nobis adhibet medicinam. De medicina etenim nostra miseri & insipientes vulneramur, cum de abstinentia, vel qualibet virtute nostra, quæ medicina esse debuit animæ, superbimus. Sed misericors & omnipotens Deus de vulnere nostro medicinam operatur, cum in luxuriam corruentes, non quia sit luxuria superbia gravior, sed quia turpior esse videtur, nos humiliat: & sic in nobis vulnus de vulnere sanat. Iste veraciter verus & plenus pietatis visceribus medicus, nostræ infirmitati omnino compatiens, pro exhibenda nobis infirmis sanitate nullum exigit pretium: sed si tantum ab illo sanari desideramus, mercedem promittit, seipsum videlicet, & tribuit. Venit de cælis cælorum conditor, hodierna die, ut supra diximus, de Virgine matre natus, qui contra superbientes & impœnitentes Angelos sententiam protulit damnationis, & pœnitentibus attulit absolutionis remedium. Licet, fratres carissimi, hunc sacratissimum diem in laudem dominicæ nativitatis totum debeamus celebrare festivum, & in hac tam jucunda solemnitate tristitia temporali, seu mœrore carnali affici non oporteat, pro quo hodie natus est Christus, Christianum: tamen si placet, quod satis placere debet, aliquid vel parum loquamur de pœnitentia, sine qua peccatoribus nulla prosunt sacramenta, nulla ab eis digne festa celebrantur. Dicamus prius quid est pœnitentia, quo agenda sit fructu, quo tempore, & qua mentis intentione. Pœnitentia est præteritorum humilis satisfactio peccatorum, & cavendorum provida sollicitudo futurorum; finis & odium mali, quoddam initium & amor boni. Fructus pœnitentiæ est magnus, utilis pariter & necessarius. Nam pœnitentia præcedente bonitate divina, ut justus fiat, vertit peccatorem: hominem a diabolo victum, diaboli facit victorem. Delicta lascivæ juventutis Deum meminisse non sinit, nec ignorantias pueritiæ: senes etiam longa peccandi consuetudine deceptos reparat; sed virtute potius mentis, quam corporis novitate. Pœnitentia siquidem more fidelis ostiariæ gerens officium, ostium paradisi peccantibus clausum, quando vult, aperit; & quos pœnitentes agnoscit, recipit intra: impœnitentes vero nec prece, nec pretio intrare permittit: sed quia mortem dilexerunt, eos penitus excludit a vita. Eo agenda est pœnitentia tempore, quo salus corporis manet, quo sua quisque utitur potestate. Ad agendam pœnitentiam non debemus expectare vitæ nostræ extremum diem: quoniam qui usque in extremum diem pœnitentiam differunt, vix aut nunquam perveniunt ad salutem. Fit plerumque in miseris hominibus, quod eorum vita per voluptatem carnis expenditur: sed cum repente voluptas ipsa subtrahitur, cum caro infirmitate atteritur, cum jam egredi anima urgetur; tunc quasi ad bene vivendum salus amissa ab illis requiritur, quibus pro voluptate brevi perpetua pœna debetur. De talibus enim dicitur in Psalmo: *Cum Deus occideret eos, quærebant eum*. Certe nimis tarde ante judicem, qui facit omnia juste, suam quisque causam exponere cœperit, cum in se prolatam tristem & immutabilem suæ damnationis sententiam ab illo susceperit. Igitur dum licet, & agendæ pœnitentiæ tempus conceditur, nos otiari non decet, nec nimium esse securos; quibus pro meritis singulorum, post vitam, quæ brevis est, & ejus brevitas incerta, aut sempiterna felicitas reservatur, aut miseria sine fine mansura. Ea mentis intentione pœnitentiam agamus, ut inde non affectemus laudes hominum, sed soli Deo de bono pœnitentiæ placeamus, cui displicere veraciter non possunt pœnitentes, & sine pœnitentia placere ulla ratione peccantes. Ita præterita peccata nostra plangamus, ut nulla deinceps plangenda, auxiliante pietate divina, faciamus. Pietas enim divina auxiliari desiderat, si homo non differat pœnitens confiteri. occasionem quærit vas confractum reparandi, non conterendi quassatum; & ut peccator ad Deum convertatur, patienter expectat, ut se Deus ad peccatorem convertat. Nostros gemitus optat, sed temporales, ut remittat perpetuos. Ab oculis nostris brevis hujus temporis lacrymas exigit, ut sancti Spiritus unctionem super nos effundat: quæ & a nobis in præsenti omnem maculam, & ab oculis nostris in futuro omnem lacrymam tergat. Non est, fratres, de Domino tantæ pietatis desperandum; nec ab illo, sed ad illum fugiendum, qui magis voluntarius creditur ad ignoscendum, quam diabolus ad suggerendum fuerit, vel homo ad peccandum. Quod hic a nobis dictum est de pœnitentia, non erat prætereundum; quæ sola medicina peccati hominibus relinquitur post baptismum. De nativitate Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, unde tractare proposuimus, quamvis vita nostra non mereatur, & facundia ad loquendum non suppetat; & parum vel penitus nihil scientia nostra suffragetur; tamen de dulcissima Domini caritate, & pia ejus patientia amplius præsumentes, quam de nostra desperantes imperfectione; prout ipse qui indignis sæpe tribuit, digna loqui donaverit, prosequemur. Solemnitas hæc quæ hodie a Christiana religione annua celebratur, jocunditatem mentis magis, quam carnis afflictionem requirit: quia hodierna

Psal. 77. 34.

die valde jocuodari & lætari oportet, qua homo perditus inventus est, & qui mortuus fuerat, sevixit. Natus est hodie Deus factus homo, pro nobis modico tempore multas passus injurias. qui cum in cruce positus esset ab illis pro quibus venerat, de sacratissimo ejus latere lancea vulnerato, unda potius pietatis exivit, quam sanguinis. O humana impietas, nisi a Deo permissa, omnino impoteus, audi & intellige quæ pro se & a se pertulit Deus omnipotens. Tuis execrandis manibus, quas facieus ille sacraverat, non est alligatus cruci, sed clavis affisus, at majori dolore eum constringeres, qui venerat ut te ab æternis doloribus liberaret, & graviorem in eum exerceres vindictam, qui nullam commiserat culpam. Tu quidem contra cum impie sæviens, sed io hoc etiam ipse tibi pie compatiens, idcirco sustinuis graviora tuæ crudelitatis tormenta, ut tibi, qui eum oderas sine causa, majorem dilectionem ostenderet: & pee memoriam tam injuriosæ passionis, quasi quibusdam misericordiæ clavis animam traosfigeret peccatricem, ut vel sic sevocares errantem, oe periret. Pius ac benignus Deus, cum in crace se sitire perhiberet, & ab illo infideli populo accepisset amaritudinem fellis, pro illis orans dulcedinem exhibuit caritatis. Nec tunc multum humilis dispensator nostræ salutis, tam vitis vel aquæ calicem, quam populi se interficientis sitiebat salutem. O inæstimabilis Dei & Domini nostri Jesu Christi circa peccatores benignitas! o ineffabilis misericordia! o misericordia inenarrabilis! o admirabilis patientia! Quæ enim major benignitas, sive misericordia, humilitas vel patientia peccatoribus exhiberi potuis; quam ut ipse Deus se contemnentis fieret pretium hominis: ita ut contra Deum peccaret homo. & Deus pœnitentiam faceret pro peccato: homo etiam contra Deum sæviret; sævienti etiam Deus propitiaret: formam servi cæli & terræ Domious assumeret, in qua ipse panis verus esuriret, fons vivus sitiret, virtus firmissima infirmaretur, immortalis vita pro suo interfectore moreretur? Quicquid boni in terra exhibuit Deus, pro homine fecit: & quicquid mali sustinuit, ab homine & pro homine fuit. Quid ad hæc, fratres, cogitabimus? quid dicemus? quid faciemus? cum Deus talis fit circa nos, quod melior esse non possit; & nos tales contra eum simus, quod pene pejores esse oon possumus. quo ibimus? quo fugiemus? aut quem coosiliatorem aut auxiliatorem contra justum judicem Deum nos injusti habere poterimus! Nullum penitus, nisi ipsum. Ab illo ergo consilium & auxibum dilectione, humilitate, patientia & castitate imploremus, cujus bonitatis & misericordiæ non est numerus. Utinam enim tam cito unusquisque nostrum se pœnitendo agnosceret reum, quam cito Deus ignosceret reatum. Utinam tam cito converteremur ad pœnitentiam, quam cito pius conditor noster etiam præfinitam de nobis præsto esset mutare sententiam. Mutatur sententia incommutabilis conditoris pro conversione, & bona conversatione peccatoris: & cui peccanti ante pro sua iniquitate minabatur mortem, eidem converso vitam promittit & tribuit sempiternam. quam ipse Deus & Dominus noster Jesus Christus, qui hodie pro mundi salute nasci dignatus est, sua dulcissima caritate, misericordia ac bonitate nobis donare dignetur: qui cum patre & Spiritu sancto vivit & regnat per omnia sæcula sæculorum. Ameo.

SERMO III.

In Nativitate Domini.

CHristus Dei filius, fratres carissimi, qui in Evangelio, ut eum hodierna die corporaliter natum credamus, docet & præcipit, ipse etiam quod concipiendus esset io virgine, & quod de virgine nasceretur per prophetam dixerat aute, quod sic fuisse prædictum agnoscitur: *Ecce virgo concipiet & pariet filium.* (Esa. 7. 14.) Quod olim a propheta de incarnatione & oativitate Dei & Domini nostri Jesu Christi futurum prædicebatur, jam factum agnovimus. Nam secundum vaticinium sanctissimi prophetæ illius, virgo quædam erat conceptura, & paritura filium: & hæc virgo fuit bona Maria. Hæc enim concepis & peperit, non quemlibet, vel cujuslibet filium, sed Deum & filium Dei. Deus cum patre, filius de patre: Deus unus cum patre; quia unius substantiæ, unius essentiæ, unius divinitatis, unius potentiæ & naturæ. De patre filius; quia in patre, & de patre est sapientia ejus. Merito sapientiam patris ejus filium dicimus; quia sicut rex quilibet temporalis per sapientem filium suum regna terrarum regis & ordinat: ita pater cælestis per sapientiam suam omnia creavit, disponit & gubernas. Hunc carissimum filium suum consubstantialem sibi, atque coæternum incarnari, id est, ab illo hominem assumi, & ipsum hominem misericorditer mori disposuis, ut hominis morte secundi, primum suscitaret a morte peccati. Sic cælestis & novus Adam, Adam terrestrem & veterem, unde recesseras, reparavit ad vitam. Hæc sancta miseratio, id est, inenarrabilis divinæ pietatis circa peccatores exhibitio, a Deo patre per filium, cooperante Spiritu sancto, de virgine, & in virgine, & per virginem facta est, nuntiante Archangelo. Pater quidem ut filius incarnaretur, præcepit caritate: filius voluntate carnem suscepit: carnem ipsam, quam suscepit filius, sanctificavit in Maria Spiritus sanctus. Et sicut sunt duo præcepta caritatis; ita duobus principaliter modis Spiritus sanctus operatus est in sanctificatione virginis. Prima in virgine sancti Spiritus operatio extitit, in ea omnium peccatorum mortificatio. Secunda, beatæ ejus virginitatis sancta custodia. Et hoc est, quod Mariæ ab Angelo dicitur, priusquam in ea Dei filius conciperetur: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* (Luc. 1. 35.) Supervenit in eam Spiritus sanctus: quia corpus ejus & animam ab omni peccato mundificavit. Altissimi virtus ei obumbravit; quia beatam ejus virginitatem illibatam servavit. Et quæ ante partum erat virgo sancta, in partu facta est virgo sanctior, & post partum virgo sanctissima, Spiritus sanctus & Altissimi virtus non sunt duo, sed unum, sicut in Evangelio discipulis suis Christus dicit, *Ego mittam promissum patris in vos,* (Luc. ult. 49.) Spiritum videlicet sanctum: *vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* id est, repleamini Spiritu sancto. Archangelus Gabriel missus a Deo venit ad Mariam virginem, annuntians ei divinam simul & humanam ex ea futuram nativitatem. Christus itaque de virgine carnem in virgine, non quidem de Adam peccatore, sed unde Adam justus animam suscepit, & per virginem carnem egrediens Deus homo mundo apparuit. a Deo data est Adæ anima, sicut in

Gen. 2. 7. Genesi legitur: *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ*. Et qui carnem Adæ animavit factam de limo, animavit & Christi carnem in matris utero Spiritus sanctus. Igitur unde Adam longe ante susceperat animam, & qualem susceperat, & Christus suscepit; non talem qualem Adam eam peccando postea fecit. Cæteri siquidem homines, qui sunt homines tantum, nascuntur lege hominum, in peccato scilicet, cum dolore & corruptione matrum. Filius autem Dei, qui Deus erat & homo, lege quidem hominis natus est, sed amplius lege Dei. In quantum natus est de fœmina, natus est lege hominis: sed amplius lege Dei natus est, quia sine peccato & sine dolore & corruptione matris.
B
In eo quod de fœmina natus est, se verum hominem ostendit: in eo vero quod natus est sine peccato, & de virgine matre, Deum omnipotentem. Nec credendum est, impossibile fuisse ei qui omnia potest, & seipsum in matre, & de matre creasse hominem, & matris suæ servasse virginitatem. Potuit itaque & voluit Deus & homo fieri, & de virgine nasci, ut per hoc quod factus est homo, veritatem ostenderet carnis: per hoc autem quod inviolato virginitatis sigillo prodiit de matris utero, omnipotentiam divinitatis monstraret. Præterea aliorum hominum prius formantur corpora in uteris matrum, & formatis corporibus inspirantur postea animæ, quibus corpora ipsa vivificantur.
C
Filii vero Dei vera caro non priusquam ipse venisset in virginem, in utero virginis concepta est: nec postquam carnem suscepit, carni ipsi anima conjuncta: sed mox ut ipse venit in virginem, totum simul suscepit hominem animam scilicet & carnem. unde Augustinus. *Cum verbum Dei permixtum est animæ habenti corpus, simul & animam suscepit & corpus*. Et Leo Magnus: *Dei filius accepit simul in virgine animam & corpus*. Et B. Gregorius, *Domini*, inquit, *caro non prius in utero virginis concepta est, & postmodum divinitas venit in carnem: sed mox ut Verbum venit in uterum, factum est caro, &*
D
perfectus homo, id est, in veritate carnis & animæ. Esa. 9. 6. Hoc admirabili modo, dilectissimi, puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Pueri naturæ est, nulli nocere, humiliter obedire, suam cito condonare injuriam. Puer Christus nulli nocuit, omnibus profuit, patri usque ad mortem obediens fuit, mortis suæ condonavit injuriam: pro illis etiam qui eum occiderunt, diligenter oravit. Puer iste, fratres, verus innocens, verus humilis, verus patiens, & nostræ fragilitati multum compatiens, pueros quærebat non ætate, sed malignitate parvos, nec tamen æquales sibi, sed similes. Huic enim puero æquari nemo potest: sed sicut ei nemo potest æquari;
E
ita nemo est qui eum in aliquo, quo salvari valeas, eo adjuvante, non possit imitari. Natus est nobis, nostræ videlicet causa salutis. Ad hoc enim natus est, ut sacerdos esset: nec sacerdos tantum, sed sacerdos & sacrificium. Non est sacerdos secundum id quod natus est de patre, sed propter carnem assumptam, de virgine matre. Propter victimam utique quam accepit a nobis, & pro nobis obtulit ipse. Ad hoc etiam nobis apparuit, ut suæ nos innocentiæ, humilitatis, & patientiæ prius exemplo doceret, quam pro nobis mortem subiret. Vitam suam novam nos docuit, quam teneamus: dedocuit veterem nostram, & interdixit, ne eam sequamur: quia vitam malam mors bona non sequitur. Christus puer parvulus natus de matre,

A
filius excelsus Dei patris est, æqualis ei per omnia in divinitate. Hic pius, humilis, dulcis, benignus datus est nobis, nostræ utique pretium redemptionis. Debitores eramus diaboli, & quia nemo nostrum solvere poterat quod ei debebatur per primi hominis peccatum, in ejus carcere tenebamur captivi, duris & diris legibus peccatorum adstricti. Nos autem a peccato liberare nemo valebat, nisi qui solus erat sine peccato, filius Dei. Iste sapientis more medici, qui languebat diligens hominem, & odio habens hominis languorem, carnem assumpsit, & de carne sua nostri fecit medicinam peccati. Vere assumpsit carnem: inæstimabilis scilicet misericordiæ artem invenisse veraciter creditur, ut beata vita, quæ
B
mori non poterat, pro vita hominis moreretur. Unde Isaias Propheta sic loquitur: *Et vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod est nobiscum Deus*. Esa. 7. 14. Quid est, Nobiscum Deus, nisi Deus de nobis, & pro nobis homo futurus? Quod futurum Propheta prædixit, hoc Evangelista Joannes jam esse factum asserit, dicens: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Joan. 1. 14. Verbum factum caro, nihil est aliud, quam Dei filius factus homo: Habitavit in nobis, id est, in carne nostra: nostram dico, secundum carnis proprietatem, non secundum peccati originem. Ipse enim sanctam in sancta, immaculatam in immaculata matre animam suscepit, & carnem, totum, ut dictum
C
est, in virgine hominem. Christus, fratres, Deus & Dominus Angelorum, ut a diaboli servitute hominem liberares, non solum homo factus est, sed servus hominum. Suscepit, inquam, formam servi filius Dei, in qua servivit hominibus usque ad mortem; & usque ad ipsam, quam peccando perdiderant, vitæ cælestis reparationem. Primus etenim homo peccaverat, & contractus est, elapsus de paradiso: sed Deus misericors compatiens misero, collegit fracturas, & conflavit igne caritatis in cruce; & quod confractum fuerat, integrum fecit. Sic peccatorem hominem Deus homo, & suæ divinæ nobilitatis voluit
D
esse consortem, & æternæ beatitudinis sublimavit hæredem. Scire autem & firmiter credere debemus, quod Christi nativitas & mors ejus, illis solummodo proficit, qui dilectione sequuntur eum, sicut sequendum se docuit. Hos autem non sua membra tantum, sed sua viscera facit. firmat eos in bono, & a malo custodit. Unde per prophetam dicitur, *Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum*. Esa. 7. 15. Butyrum suave est, & mel dulce: & nihil dulcius, vel suavius est caritate, in qua tota lex pendet & Prophetæ. Christus hujusmodi butyrum & mel comedet: suaves & dulces, suam videlicet caritatem habentes, in corpus suum trajiciet, id est, sua
E
membra, ut dictum est, & viscera faciet. Et merito qui caritatem habent, membra & viscera Christi dicuntur: quoniam Christus meditatur in ipsis, & per ipsos operatur. Ut sciat, id est, ut scire hoc modo eos faciat: *reprobare malum*, Esai. 7. 15. a malo scilicet declinare: *& eligere bonum*. in electione boni usque in finem perseverare: sicut ipse in Evangelio dicit: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Matt. 10. 22. Tali butyro & melle suam beatissimam matrem maxime Christus cibavit. Hac sua & proximi dilectione ejus saturavit viscera, de quibus sibi humana membra aptavit. Nunquam enim in ea carnem sumpsisset, nisi prius ab ea caritate cibata fuisset. Sed ista caritatis gratia Maria repleta, Deo prima devovit virginitatem, unde filium habere

meruit, suum, & omnium patrem. Hæc est illa certe bona mulier, immo beatissima Dei mater, cujus mentionem Dominus faciebat, quando in paradiso diabolo comminabatur, qui in specie serpentis latebat. *Ponam*, inquit, *inimicitias inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius: ipsa conteret tibi caput.* Vere beata Maria diaboli caput contrivit, quæ in se principalem ejus suggestionem penitus extinxit. Suggestio diaboli principalis, est concupiscentia mentis & corporis. Per concupiscentiam mentis, quamlibet perversam cogitationem intelligimus: & per concupiscentiam carnis, omnem pravam operationem. Bona vero Domini Mater virgo Maria horum neutrum habuit; quæ Spiritu sancto repleta, mente & corpore pariter sancta fuit. Semen beatæ Mariæ, Christus; & quas in Christo peperit virtutes animæ. Semen diaboli, vitia sunt universa. Quæ vero inimicitiæ inter virtutes & vitia positæ sint, satis est manifestum; quia nullum eorum quicquam desiderat, quod alteri non sit contrarium. Verum est, fratres, nihil est verius, quod Maria semel de virgine carne peperit Christum: & quod Christus in baptismate spiritualiter parit quotidie Christianum. Unde nos, qui Christiani a Christo vocamur, & sumus Christum verum Deum & verum hominem hodierna die de matre virgine natum toto corde credamus & confiteamur, & condignis nostræ fidei laudibus, ipsum & beatissimam ejus matrem Mariam virginem humiliter, atque suppliciter imploremus, ut sua dulcissima pietate, & suæ dulcissimæ matris intercessione, animas & corpora nostra a peccatis omnibus purget, virtutibus illustret: quatenus hanc suæ sanctissimæ nativitatis festivitatem digne celebremus: & eum qui pro nobis nasci & mori dignatus est, & die tertia resurrexit, videre & habere mereamur, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Gen. 3. 15.

SERMO IV.

In Nativitate Domini.

Mirum est quod hodie factum est, sed fide & devotione mirandum. Hodie pro salute nostra natus est Deus de fœmina; de filia pater, Dominus de ancilla, de creatura creator, sol de stella. Hodie natus est in sæculo ante sæcula natus, qui sæcula fecit, & omnia creavit ex nihilo, Christus, per quem Deus Pater cuncta creavit, quod homo est esse voluit, ut quod Christus est fieri posset homo. Tunc homo factus est quod Christus est, cum Christus factus est homo. Hoc autem secundum naturam assumptæ humanitatis dico, non secundum Deitatis substantiam. In hoc atique est homo quod Christus est, quod Christus assumpsit de homine. Non in eo est homo quod Christus est, quod Christus factor est; sed in eo quod Christus factura est. Ex tribus enim substantiis Christus in una persona subsistit, divinitate scilicet, carne, & anima. Sicut Pater & Filius, & Spiritus sanctus sunt tres personæ, & tamen personarum est una substantia: sic verbum, caro & anima sunt tres substantiæ, & trium substantiarum est una persona, Deus & homo. Nata est itaque hodie in una persona, & homine vera divinitas, & in Deo vera anima & vera caro. Hac nativitate diabolus, quam mendacio ceperat, præda privatus est veritatis compassione: erexit creator creatum qui lapsus fuerat, & perdidit perditor perditam. Hodie nata est inter Deum & hominem major concordia, quam fuerat ante casum: & inter hominem & diabolum discordia gravior; qui se non solum victum erubescit, sed quem vicerat hominem, etiam Angelis esse prælatum indubitanter agnoscit ille pessimus æmulator. Hodie hortus conclusus ex illa porta processit; & in illam & per illam fons manavit signatus, de qua Propheta dicit, *Est porta, quæ non aperietur in domo Domini, clausa.* Hæc porta templi, & templum Domini, est Maria beatissima & incomparabilis virgo, de cujus utero ad nos venit Dei Patris imago. Et quomodo venerit, & quare venerit, ostenditur, cum ad Mariam & ad Joseph ab Angelo eis revelata divinæ dispensationis consilium dicitur; ad Mariam quidem, *Spiritus sanctus in te veniet Maria, & concipies filium Dei:* ad Joseph vero, *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet filium, & vocabis nomen ejus Jesum, qui salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Ortus nostri Salvatoris licet Angelis sanctis & per eos hominibus bonæ voluntatis manifestus extiterit, occultus tamen fuit diabolo & idolis ejus. Idola diaboli sunt præcipue infideles, & retrogradi homines, quibus propter cor impœnitens eorum, ignotum est conceptionis dominicæ & nativitatis mysterium. Quæ idola diaboli recte vocantur; quia in ipsis, & per ipsos loquitur pariter & operatur. Salvatorem nostrum scriptura sacra merito fontem appellavit; quia ipse unda aquæ & sanguinis, suo profluentis ex latere, genus humanum lavit a sordibus peccatorum; & creavit Ecclesiam sine ruga & macula; id est sine deformitate & immunditia, & sibi sponsam elegit, & templum. Fons iste esse signatus non incongrue perhibetur; quia in omni veritate & sanctitate est a patre sanctificatus. Fons iste manens, & indeficiens suo rore, sancti Spiritus scilicet infusione, rigavit viscera gloriosæ Mariæ, quam plenitudo divinitatis corporaliter inhabitans, dedit illi suam benignitatem, novam & solam sine exemplo conceptionem. Illa autem sanctissima terra dedit fructum suum; virgo videlicet Maria, quem Angelo nuntiante fide & dilectione concepit, clausa ejus uteri porta peperit filium, in Deo quidem hominem & in homine Deum. Hoc ineffabili & inexcogitabili modo, *Verbum factum est caro;* Deus scilicet Dei Patris filius, factus est filius fœminæ virginis, naturaliter simul & potentialiter natus. Naturaliter utique; quia ex ea parte corporis Mariæ virginis, qua homo quisque de sua matre nascitur, natus est Christus: sed potentialiter; quia, sicut dictum est, porta ventris ejusdem virginis clausa, servans igitur in uno naturam humanitatis; in altero vero humanam naturam superans omnipotentia divinitatis. Si quis super hoc aliter sentit, vel aliter loquitur, vitandus est, non sequendus; quoniam ipse devia sequitur. Dedocet enim veritatem, & docet errorem. Et cum aliena ab his quæ Spiritus sanctus per os Sanctorum suorum locutus est, dicere nititur, quasi novam sibi gloriam pingit: & dum falsam sequitur felicitatem, veram infelicitatem consequitur. Hoc idcirco dixerim, quia quibusdam personis ascribitur, quod matrem Domini & ante partum & post partum prædicant quidem virginem, sed portam ventris ejus apertam in suo partu, & post

Ezech. 44. 1.

Luc. 1. 31.

Matth. 1. 20.

Joan. 1. 14.

partum statim clausam fuisse fatentur: quasi ad horam fuerit virgo, & ad horam perdiderit virginitatem. Insanum est hoc dicere; & credere prophanum. Qui hoc dicit, vel credit, Spiritui sancto contradicit. Nam diffitetur veritatem quam Spiritus sanctus per Ezechielem prophetam

Ezech. 44. 2. confitetur dicentem: *Est porta in domo Domini clausa, & non aperietur.* Ego autem in Spiritu sancto firmiter credo, & indubitanter profiteor, & ad horam, & ad moram, & ante partum, & in partu, & post partum eam fuisse virginem, & peperisse in una persona Deum & hominem, & sine carnis apertione, & sine corporis & animæ corruptione. In paradiso fuisset quidem ista conditio, nisi primi parentes peccassent, quod sine corruptione, id est sine læ- B sione corporis & animæ crearent & crearentur, non tamen sine carnis apertione. Nam si deesset carnis apertio, virginitas servaretur: & ita unusquisque nasceretur de virgine. Sed fieri minime potuit, ut nasceretur de virgine homo, nisi ille solus, qui est Deus & homo. Quicunque igitur super hoc aliter sapiunt, desipiunt, & quod est prorsus alienum a veritate narrant. sed errant, & nihil prodest eis matrem Salvatoris, & ante partum, & post partum confiteri virginem, qui eam in suo partu fuisse virginem negant. Virgo etenim sancta fuit ante partum, & in partu virgo sanctior, & sanctissima virgo post partum: quia quanto majora egit in ea divina operatio, tanto major in ipsa sanctitas C crevit, atque religio. Hoc docemur fide Catholica, & Christiana doctrina contrarium execratur. Nunquam itaque aperta, sed clausa semper & sigillata fuit uteri matris nostri Salvatoris janua: per quam exivit ipse Deus homo, tanquam sponsus procedens de thalamo. Uterus bonæ & beatæ Virginis Mariæ thalamus dicitur, quia in eo sociata sunt & divinitas carni, & caro nostra divinitati. Vulva mulieris, porta ventris ejus recte dicitur; quia per illam exit homo, & venit in hunc mundum cum ipse nascitur. Quæ in aliis quidem mulieribus, prole exeunte, aperitur; in sola autem matre Domini, & eo nascente, & ante, & postea clausa fuisse legi- D tur veraciter, & firmiter creditur, Ezechiele propheta attestante, qui dicit, *Est porta in domo Domini clausa, quæ non aperietur.* Honorabilis & prædicabilis fœmina, digna Deo Virgo Maria domus Domini appellatur, in qua porta Orientalis clausa semper esse perhibetur. Recto nomine Maria, domus, id est templum Domini dicitur; quia Deus ipse habitavit in ea, & per sanctificationem Spiritus, & per humanam conceptionem. Servata itaque divinæ proprietate naturæ in utero virginis factus est caro, & perfectus homo in veritate carnis & animæ; & per portam templi quæ respicit ad Orientem, quæ nec per se patuit, nec ab alio aperta fuit, processit de virgine matre. Eadem quippe possi- E bilitate vulva suæ matris clausa processit, ac si fuisset aperta. Utrumque mirandum est; & factum Deum hominem, & Deum hominem de virgine natum. Si quis Deum hominem factum attendat, quare de partu virginis dubitat? Non enim minoris miraculi fuit Deum fieri hominem, quam parere fœminam virginem. Breviter dicam, ne fastidium faciam audienti. Quæro unde, & a quo facta sunt omnia? A quo siquidem facta sunt, scitur; sed unde facta sunt nescitur. Deus utique omnia fecit: sed nulla materia fuerat ante, de qua faceret ea. Solummodo

Psal. 32. 9. voluntatem habuit faciendi: *Dixit & facta sunt,*

A *mandavit & creata sunt.* Ecce Deus sine difficultate, & sine materia creavit universa. Nonne quædam ex his quæ fecit, in alios usus convertere, & quibus voluit, & sicut voluit, uti potuit? Potuit plane. Omnipotens est filius Dei, in quo & a quo sunt omnia. Ipse quod voluit, & modo quo voluit facere potuit pro sua voluntate. Et sicut ad discipulos januis clausis intravit: licet per ipsas januas clausas, & propter metum Judæorum etiam obseratas intraverit: ita per illam beatitudinis, & uteri virginalis portam clausam pariter & obseratam exivit, & mundo apparuit, una eademque divinitatis omnipotentia, & ad discipulos clausis januis ingrediens in sua resurrectione; & clausa suæ matris ute- B ri porta in sua nativitate egrediens. Voluit Deus & homo concipi in fœmina, & homo de fœmina nasci; ut per hoc quod factus est homo veritatem ostenderet carnis; & in eo quod in virgine homo conceptus est, & homo de virgine natus, se Deum monstraret omnipotentem; qui omnia creavit ex nihilo. Adhuc fortassis aliquis quærit, quomodo fieri potuit, Deum videlicet hominem factum de fœmina nasci, servata fœminæ virginitate. Qui hoc inquiris, non dubites, sed firmiter crede; quia si Deum omnipotentem veraciter credis, nullatenus super hoc poteris dubitare: quoniam si omnia posse confiteris eum, & istud posse negare non poteris, cum sit ex omnibus unum. Non enim Deus C omnipotens esset, nisi posset facere quæcumque vellet. Perfectus itaque Deus a Deo Patre Christus: perfectus homo, animæ & carnis assumptione. Et licet aliud sit Deus, & aliud homo: non est tamen alius filius Dei, Deus; & alius filius virginis, homo: Sed filius Dei & filius virginis unus est, non unum; Deus & homo revera, ut dictum est supra, ex tribus substantiis constans, verbo videlicet, carne, & anima. Hic unigenitus Dei patris, & primogenitus virginis matris, in mundum venit plenus misericordiæ & veritatis. Venit misericorditer, venit veraciter, qui nos a potestate satanæ liberavit: & sicut se venturum per Prophetas suos dixe- D rat ante, jam venisse novimus eum, non parvas parvo tempore in hoc mundo pro nobis passum injurias. Ab illo enim die, quo Patris caritas & sua voluntas Christum deposuit ad terras, & apparuit mundo, homo, pro cujus salute venerat, ut eum occideret, fallaciter ei tetendit insidias. Et ut brevi narratione comprehendam, multiplices ab hominibus, & pro hominibus persecutiones sustinuit, & contumelias. Ipse vero pius Deus, & misericors Dominus, non ultionem in hominibus desiderans, sed eorum absolutionem; non solum suas condonavit injurias, verum etiam pro injuriosis crucem passus est & mortem. Ita lux vera & beata vita Deus filius Dei nos miseros, qui de jure & lucro peccati in tene- E bris eramus, & in morte sepulti, sua pietate & misericordia suscitavit: & quæ nobis ab ipso data prius fuerant, sed a nobis non bene servata, gaudia lucis & vitæ remedia iterum dedit. Unde licet ejus gratiæ & misericordiæ nos indignos fuisse & esse non dubitemus, nostro tamen conditori & redemptori grates & gratias referamus, eo auxiliante, sine quo nihil boni facere possumus. Ipsum quoque hodierna die pro nostra salute Deum & hominem de Maria Virgine natum pura fide credamus, & vera confiteamur dilectione: cui est omnis honor & gloria cum Deo patre suo & Spiritu sancto, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SERMO V.

De Resurrectione Domini.

HOdie, dilectissimi, quia Dominicæ resurrectionis solemnia celebramus, de tanta solemnitate loqui religiosum est, & silere irreligiosum putamus. Proponamus itaque, & exponamus prout ipse donaverit qui omnia novit, cur nec prima die, qua mortuus est pro nostra salute, nec secunda; sed die tertia Dominus resurrexit. Quærendum est etiam, quare post resurrectionem suam solis bonis & paucis, & modico tempore apparuit: cum ante resurrectionem multis, & bonis & malis, & aliquanto tempore apparuerit. Quod tertia die vita beata Deus seipsum suscitavit a morte; resurrectionem utique nostram die tertia futuram significavit: quod longe ante dixerat per Prophetam. Locuturus Osee propheta de resurrectione nostra, ante mortem & nostram resurrectionem, nos, ne justus judex imparatos inveniat, pia & fideli exhortatione sollicitat, dicens: *Venite, & revertamur ad Dominum, quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos.* Osea. 6. 2. Dicit, venite, id est, viam tenete: neque ad dexteram declinemus, neque ad sinistram: sed unusquisque nostrum fide, confessione, & pœnitentia revertatur ad Dominum. Habeamus fidem, quæ per dilectionem omne bonum & præcipue peccati odium operatur. Nam fides sine opere bono, & maxime sine peccati odio, mortua creditur. Veniamus ad confessionem, qua venenum antiqui serpentis evomitur, solvitur a peccatis peccator; Deo victoria, diabolo verecundia generatur. Agamus pœnitentiam, qua divina pietas sic nobis ignoscit, quod nos diabolus peccatores ignorat, nec Deus agnoscit. Hoc est post peccatum reverti ad Dominum: ad quem quicumque revertitur, viam tenet, non devia sequitur. Cœpit nos sanare bonus Dominus, quando ab infirmitate mortis æternæ sua magna miseratione liberavit. Nos quidem in primo homine diabolus per peccatum infirmos pariter & miseros fecit. Deus vero pius & omnipotens medicus, nostræ miseriæ & infirmitati compatiens, quod ante non fuerat, & nobis miseris nomine & actione conveniret antidotum, quo nos sanaret, invenit. Hoc autem suæ caritatis maximum opus baptizavit per semetipsum, nomen imponens ei Misericordiam, quam miseriæ & infirmitati nostræ opposuit medicinam. Hac igitur salubri & salutari medicina animas nostras sanavit & corpora. Per hoc incomparabilis suæ dilectionis opus præcipuum nobis condonavit, & donavit plurimum. Condonavit culpam, & donavit gratiam. Mortem nostram mortificavit, & reddidit vitam. Hac arte pietatis diabolum vicit, & confregit infernum: nobis aperuit portas cæli, & dedit seipsum. Diximus quod misericordia sua omnipotens Deus hæc sua tanta beneficia nobis donaverit: quomodo etiam ipsam misericordiam fecerit, eo adjuvante, dicemus. Operante itaque tota Trinitate Dei filius conceptus est homo in virginis utero, & de virgine matre natus in mundo. Beata Trinitas Pater & Filius & Spiritus sanctus unus est Deus, una est totius Trinitatis operatio. Hanc admirabilem, sed dilectione & fide mirandam operationem Pater disposuit caritate: Spiritus sanctus, quam ante sanctificare cœperat, longe amplius virginem sanctificavit, quia totam sanctissimam & anima & corpore fecit: Filius vero in illa sanctissima virgine totum hominem, id est, animam & carnem suscepit. Non enim aliqua ex parte non sanctissima esse poterat, in qua plenitudo divinitatis corporaliter habitavit. Deus itaque Dei filius in suscepta carne multas non multo tempore passus injurias, ut pro nobis moreretur crucem ascendit: & licet ab homine judicatus esset injuste, ibi etiam judicem hominis novimus eum, & factum pro homine sacerdotem, & sacrificium. Vere positus in cruce Dominus judicabat. Jam agnos ab hœdis regia potestate separabat. Ubi latronem alterum in dexteris positum, in quo fidei & confessionis sacramentum præcesserat, vocavit ad gloriam pia compassione: alterum positum in sinistris, in pœna dimisit censura justitiæ. Et ea hora diei, qua primus homo factus latro, latronem diabolum sequutus, ejectus est de paradiso & vitam perdidit, ea hora, nona videlicet, Christus passus est mortem, & latroni paradisi januas reseravit. Ille siquidem in Evangelio dicit, *Majorem caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Joan. 15. 13. Dixit, nemo: sed ipse qui Deus est homo, multo majorem caritatem exhibuit, qui non solum pro amicis, verum etiam pro inimicis posuit animam, & pro inimicis apud patrem oravit. Pontificatum vel regnum, quod aliquando hominem facit superbum, Christus habere noluit; sed a patre rex & sacerdos ordinatus in cruce; in ara crucis, quam præsentia sui corporis sanctificavit, semetipsum obtulit pro nostra redemptione sacrificium: & ita nos pius Rex & justus judex ad regna cælestia revocavit. In illa sancta cruce de ejus latere dextro exivit sanguis & aqua: sanguis, quo nos a diaboli potestate redimeret: aqua, qua nos a peccatis mundaret. Quare de latere exivit sanguis & aqua? Ut videlicet unde culpa processerat, inde processisset & gratia. De latere Adæ fœmina facta est, quæ nos peccati cibo cibavit. De latere Christi manavit gratia, quæ & peccatum abstulit, & contulit vitæ remedium. De latere Christi dextro sanguis & aqua potius exisse dicitur, non de sinistro. Nam quod per sinistram illius manum, hoc ipsum per latus ejus sinistrum accipimus; humanæ videlicet carnis susceptionem: per dextrum vero latus ejus, quod per illius dexteram intelligimus, divinam scilicet majestatem. Quam quia aliter exprimere nemo potuit, hujusmodi, id est, dexteræ nomen accepit. Ab illa ergo & incarnatio Christi, & ille sanguis & aqua, & universa ejusdem incarnationis Sacramenta processerunt, a qua omne bonum procedit. Hac etiam ratione justi ponendi sunt in dexteris in die judicii: quoniam in Christo & intellexerunt divinam majestatem, & ejus cum dilectione crediderunt incarnationem. Et si aliqui ex ipsis nondum credentes, Christum in carne occiderunt; postea comederunt carnem Christi credentes, & ejus, quem effuderunt, sanguinem biberunt. Injusti autem in sinistris erunt, quia nec gustaverunt divinæ Majestatis dulcedinem, quæ in Christo est, nec ejus venerati sunt incarnationem, sed semper sapuerunt propriam carnem: & ideo sinistra, id est, injusta opera dilexerunt, pro quibus perpetuum odium sui Creatoris habebunt. De latere Christi sanguis quidem exivit & aqua; sed exisse simul utrumque non dicit Evangelista. Quod si aqua simul cum sanguine exisset, aqua in sanguine dinosci ab homine minime potuisset.

Sanguis itaque prius exivit, quam aqua: & merito; quia sanguinis effusionem, id est, fidem dominicæ passionis, baptismus sequitur, & peccatorum remissio. Hac fide Patriarchæ & Prophetæ, & multi alii in utroque sexu Christum venturum redemptorem speraverunt; & quod nos factum credimus, ipsi expectando futurum crediderunt, & quia jam conceperant fidem Christi, Christiani erant, & fuerunt redempti. Omnes etiam, quicumque viso Salvatore apud inferos de illo speraverunt salutem, de pœnis inferni liberati sunt. Nos autem, & illi beati nostri prædecessores, qui nos præcesserunt ad sidereas mansiones, quoniam ex primis parentibus traximus offensam, per gratiam Redemptoris, quasi quibusdam unguentis de ejus sanguine factis, sanati sumus: ut qui aliorum infidelitate & prævaricatione cecidimus in mortem, alterius, id est nostri conditoris compassione & miseratione resurgeremus ad vitam. Dicit propheta :
Deut. 32. 39. *Percutiet nos Dominus, & percutienda sanabit*. Quibus verbis manifeste ostendit, quia leve non est iterare crimina, quæ sunt semel Christi passione redempta. Reus erit, inquam, reus erit non modicæ rei, sed passionis sanguinis Christi, qui iterum occidit animam, Christi passione & sanguine a morte redemptam. Prius, ut diximus, Redemptor noster & Dominus per sanguinem proprium a transgressione parentum nos sanavit: sed illis vulneribus nostris quasi unguentum adhibuit: & qui aliunde peccati plagam habuimus, aliunde habuimus & peccati medelam. Nunc vero quia propria voluntate, & in perfecta ætate peccavimus, percussione opus est, id est cordis contritione: & si curari volumus, jam non quæramus olivæ oleum, vel quodlibet aliud unguentum: quoniam ignitum gravis pœnitentiæ ferrum necessarium est, quo nostrorum uratur rubigo peccatorum. Nemo unquam post perpetratum vel semel criminalem peccatum, illam utilem sibi confessionem, seu pœnitentiam credat, quam spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum non præcedit: quia ubi non est vera cordis conversio, non sequitur plena remissio. Debet igitur quisque nostrum secundum Salvatoris exemplum infremere spiritu contra capitale commissum, & quadam sollicitudine turbare seipsum, quatenus super extinctam animam dare valeat gemitus præcordiales & lacrymabiles planctus; ut vel sic Dei miseratione reviviscat. Christus enim quando venit ad suscitandum Lazarum qui significat hominem in criminali peccato sepultum, lacrymatus est, infremuit spiritu, turbavit seipsum, & di-
Joan. 11. 43. xit. *Lazare veni foras*. Et sic illum a Domino legimus suscitatum. Ibi verba non prævenerunt lacrymas, sed lacrymæ verba redemptoris præcesserunt. Neque prius Lazarum vocavit de monumento: neque Lazarus prius resurrexit, donec Christus infremuit spiritu, & seipsum turbavit. Quo facto, plus redemptor & bonus doctor docuit peccatorem, quo studio, quo mentis affectu, quo corporis actu, qua intimorum concussione viscerum, pœnitentiam agere debet, si suscitari desiderat de sepulcro peccatorum. Utilis est, immo necessaria pœnitentia post peccatum: cum Christum mortuos quidem suscitasse, nullum autem in peccatis mortuum absolvisse legamus. Mirandum vero non est, si pro peccatis propriis & scienter commissis fortiter est agendum, cum alieni peccati pœna nos sequatur: nec nos solum, sed sanctos Apostolos sequuta sit, etiam post baptismum. Licet ignoremus quis, a quo, & ubi, & quando baptizati fuerint: ipsos tamen baptizatos fuisse non dubitamus, cum ipsum Salvatorem credamus fuisse baptizatum. Prius quidem Salvator noster baptizari voluit, ac postea dixit, *Nisi quis re-* Joan. 3. 3.
natus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum. Istam formam baptismi verbo & exemplo discipulos docuit suos, quam cum prædicarent aliis, hanc prius observassent in semetipsis. Neque conveniens esset, & minus prodessent, si docerent alios baptizandos, & ipsi baptizati non essent. Et ideo & eos baptizatos fuisse credimus, & quod alter ab altero extitit baptizatus, cum ipsi soli tunc accepissent a Domino potestatem baptizandi. Nulla ratione immutari potuit quod Veritas dixit, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, regnum cælorum non habebit*. In nullo majorem auctoritatem vel meliorem auctorem habere possumus quam ipsam Veritatem. Unde veræ fidei propositione, immo ipsius veritatis voce probamus, quod nemo salvus fieri poterit, vel potest, qui non fuerit baptizatus. Sed alii, ubi visibiliter baptismi mysteria celebrantur, baptismum accipiunt. Alii vero, sicut Evangelicus latro, & Martyres sancti, licet visibiliter mysteria baptismi circa eos non fuerint celebrata, baptismum tamen fide & voluntate perceperunt. Nam, sicut veraciter legimus, *Qui-* Rom. 8. 14.
cumque Spiritum Dei habent, accipiunt & gratiam ejus. Accepisset utique latro ille visibiliter baptismum, si potuisset: quia passione sua, vel quolibet bono opere, quod ante fecisset, salvatus non est, sed fide Christi & confessione. non enim pro nomine Christi crucifixus est, nec quia credidit, passus creditur: sed credidit dum pateretur. Aliquem etiam quasi pro nomine Christi martyrem fieri vanum est, nisi præcesserit in illo fides baptismi. Quantum itaque valeat, etiam sine baptismi Sacramento visibili, quod ait Apostolus Paulus, *Corde credi-* Rom. 10. 10.
tur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem, & in illo latrone, & in martyribus sanctis declaratur. Sed tunc impletur invisibiliter, cum visibilia baptismi mysteria articulus necessitatis minime fieri permittit, non religionis contemptus. Nam postquam semel veritas prædictum baptismi fecit edictum, clamans & dicens; *Nisi quis re-*
natus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non Joan. 3. 3.
intrabit in regnum cælorum, si latro, cui in cruce ab ipsa veritate dictum est, *Hodie mecum* Luc. 23. 43.
eris in paradiso, vel quilibet martyrum, visibiliter baptismum potuissent habere, & contempsissent, incassum & latro Dominum rogasset, cujus sprevisset mandatum, & martyr sustinuisset sine utilitate martyrium. Hoc, ut dictum est, habent boni & mali, quod eos sequitur paterni pœna peccati. Pœna peccati est esurire, sitire, labores & dolores perpeti, infirmari & mori in corpore, atque diversas in mundo miserias experiri. Hæc omnia ex primi parentis peccato proveniunt, quæ tamen sine peccato haberi possunt. Sed mirum videtur; cum a Deo nobis peccatum dimissum fuerit, quod adhuc peccati illius jam dimissi pœna nos sequitur. Nonne Deus ita nobis indulgere peccatum potuit, quod nos peccati pœna minime sequeretur? Potuit plane; sed noluit. Potuisset etiam in paradiso, quod nec diabolus instigaret hominem ad peccandum, nec homo peccaret. Sed si potestatem sui non dedisset homini, & ideo non peccaret, quia peccare non posset;

nec onde laudaretur a Deo, nec unde remuneraretur, haberet. Laudem sui creatoris, & magnam ejus remunerationem primus homo semper habere potuisset, si non superbia tumidus, & propriæ uxoris nimio amore corruptus se contra creatorem erexisset. Non, ut pene omnes loquuntur, primum Adæ peccatum fuit, quod comedit vetitum. Jam enim de magnitudine præsentis & futuræ beatitudinis præcesserat in ipso quædam elatio reprimenda: unde justo Dei judicio permissus est a diabolo tentari, & succumbere tentatori. Extollent utique se animæ, & nimium de propria virtute præsumenti, experimento pœnæ fuerat demonstrandum, quam non bene se habeat facta natura, si a bono factore recesserit. Eodem gladio quo Angelus nequam seipsum peremit in cælo, eodem gladio hominem in paradiso occidit. Non enim ex eo tantum Angelus ille intumuit, quod jam a Deo susceperat, quantum ex eo quod ab illo acciperet, si ei humiliter subdi voluisset. Si igitur in illis locis beatitudinis, immo in ipsis creaturis, in quibus præcesserat dignitas prælationis, reperta est pravitas elationis, quid de nobis futurum esset, vel quid nobis restaret agendum, si in hoc sæculo proximo inferis, & vicino peccatis, nunquam senes, sed semper sani, semper juvenes essemus, & immortales effecti? Certe nullam aliam quæreremus beatitudinem, nec ipsum etiam agnosceremus creatorem: sed elati semper & superbi, & creatoris gratiæ, & redemptoris misericordiæ essemus ingrati. Nam licet pœna peccati nos sequatur, ita inflati sumus & superbi, quod superbia nostra mortem animæ nostræ quotidie, immo assidue operatur. Divina tamen miseratio idcirco nos pœna peccati flagellari voluit & castigari, ut vel sic agnoscamus quales per nos, & quales a Deo facti sumus, & habeamus odio, quales nos fecimus: & ipsum ante omnia & super omnia diligamus, & nos quales fecit: & ei gratias agamus, qui peccati pœnam, peccatorum nobis exhibet medicinam. Quod die tertia resurgamus, asserit Propheta Dei dicens: *Vivificabit nos Dominus post duas dies, & in die tertia suscitabit nos*. Hæc dies prima fuit ab Adam usque ad Noe. A Noe est dies secunda usque ad finem sæculi. Tertia dies erit secundus adventus Christi. In illa tertia die omnipotentia divinitatis suæ corpora nostra Christus suscitabit, qui mortis suæ die tertia seipsum suscitavit. Quod dicit Propheta: *Vivificabit nos post duas dies*, scilicet die tertia, & ipsa eadem die *nos suscitabit*, ordinem nostræ resurrectionis ostendit. (Osea. 6. 3.) Eo utique ordine resurgemus, quo Christus resurrexit: excepto quod non suscitabimus nos, ut ipse seipsum suscitavit. Sed sicut anima Christi semel ab eo suscepta, nec deinceps separata ab ipso, die tertia rediit ad sepulcrum, & ibi corpus suum vivificavit, & ita de sepulcro Christus suscitavit seipsum: ita & animæ nostræ die tertia, Deo præcipiente, corporibus suis sociabuntur in sepulcris; & ita vivificata, statim de sepulcris suscitabuntur. Prius enim a Deo vivificata, id est, animata erunt corpora, quam suscitentur. Quod, inquam, triduano mortuo a Domino suscitato aperte monstratur: qui ante mortuus erat, quam illuc Dominus veniret, & illum vocaret de monumento. Sed mox ut illum vocavit, qui mortuus fuerat, de sepulcro vivus exivit. Non enim ei dixit Dominus, Mortue, sed, *Lazare veni foras*. (Joan. 11. 43.) Unde manifestum est, quod in monumento jam animaverat, quem viventem vocabat. Una vox Domini ibi duo miracula simul egit, quia & mortuo vitam reddidit in sepulcro, & ligatum hominem extra sepulcrum produxit. Post resurrectionem suam Christum Deum & Dominum nostrum soli boni & pauci, & modico tempore viderunt. Soli etenim boni futuræ resurrectionis gloriam habebunt, & creatorem suum ac redemptorem, cujus præsentiam corporis post resurrectionem modico tempore habuerunt, sine fine videbunt. Et pauci erunt ad comparationem malorum. Nam, sicut ipse in Evangelio dicit, *Multi vocati, & pauci electi sunt*. (Matt. 22. 16.) Ante resurrectionem suam multi & boni & mali, & aliquanto tempore Salvatorem nostrum viderunt, & habuerunt in carne præsentem: ut qui pro multis, immo pro cunctis salvandis venerat, ab omnibus aliquanto temporis spatio videretur, quo in illum credere possent, & salvarentur: qui vero credere nollent, de peccato suo nullam excusationem haberent, & damnarentur. Multa Salvator noster in hoc mundo operatus est, unde omnes in eum potuissent credere si voluissent: sed tria specialiter & principaliter egit, quæ nemo alius faciet, vel fecit. Unum videlicet, quod de virgine natus est: alterum vero, quod a morte suscitavit seipsum: aliud, quod carne suscepta de virgine ascendit in cælum, Rex & Dominus etiam in humano corpore factus Angelorum. Supra diximus, quod postquam Christus Dei filius animam nostram suscepit, adeo dilexit eam, quod se ab illa deinceps minime separavit. Sicut enim carnem nostram, ita & animam nostram in beata & gloriosa virgine Maria suscepit: sed talem qualem habuit Adam ante peccatum, non qualem Adam peccando fecit. Quo nos decuit exemplo, ne animam nostram, quam adeo dilexit, ut moreretur pro ea, nec in mortis angustia se separavit ab illa, infideli servo, & crudeli inimico nostro qualibet occasione tradamus, qui eam nititur adulteram facere, & ancillam. Mors namque filii Dei, & ejus passio carnem quidem ab anima separavit; animam vero a Verbo, id est, a Dei filio separare non potuit. Ad commendandam itaque erga hominem præcipuæ dilectionis suæ gratiam, ut homo possit esse quod Christus est, quod homo est Christus esse voluit. Illum, fratres, qui nos tanta caritate sibi conjunxit, totis animæ nostræ visceribus diligamus; eumque humiliter atque suppliciter exoremus, ut qui se participem fecit naturæ nostræ, participes nos faciat gloriæ suæ: & qui jam semel de fonte baptismatis per ejus gratiam & misericordiam sine peccato surreximus, eadem gratia & misericordia sua, in illa resurrectione secunda absque omni contagione peccati resurgamus, ipsumque videre pariter & habere mereamur Jesum Christum, creatorem & redemptorem nostrum: qui unus Deus cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SERMO VI.

De Ascensione Domini.

HOdierna die, dilectissimi, homo in Deo cælos ascendit & Deus in homine. Christus Dei & virginis filius, matrem, in qua cepit animam, & carnem, corporaliter in terra reliquit, & ascendens in cælum petiit patrem: qui licet in alio aliud esset, in altero extitit idem.

Aliud

Aliud quidem in natura divinitatis, non aliud tamen in persona assumptæ humanitatis. Forma utique Dei forma hominis induta est: quod salubriter creditur: & qui erat cum patre, patrem petiit in homine. Sed alter ab altero elevatur, & susceptus a nube in patris dextera collocatur. Hanc venerabilem ascensionem suam prius quidem per semetipsum, & postea Magdalena nunciante Maria, Christus prædixit Apostolis: qui eum ascendentem in cælum videntes pariter & admirantes, loquentibus ad eos Angelis, in fide & spe primæ & secundæ resurrectionis confirmantur. Prima quidem resurrectio in capite nostro jam præcessit, quæ vera fide creditur; secunda vero sequetur in membris, quæ certa spe expectatur. Hujus miræ gaudio & dilectione mirandæ divinæ & humanæ ascensionis magna sunt sacramenta: de quorum magnitudine, nec homo, nec Angelus de cælo tantum dicere posset, quod ad comparationem magnitudinis eorum modicum non videretur, & esset. Hoc inter cætera est magna devotione mirandum, quod homo prius diabolo subditus per peccatum, non solum liber factus est a peccato, sed quodcumque ligat, ligatum est, & quodcumque solvit, noscitur absolutum. Homo minor Angelo ante factus fuerat, sed gloria & honore postea coronatus, constitutus est super omnia quæ Deus fecerat. Homo siquidem Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes cælorum, Cherubim & Seraphim sua magnitudine superat, & eis imperat: & ei obediunt voluntate. Homo præterea in Dei filio collocatus in cælo, in sede majestatis divinæ venturus est ad judicium, non in ea humilitate, qua injuste judicatus est, sed in ea potestate, qua juste judicaturus est. Quoddam præcipuum videtur fuisse divinæ dispensationis mysterium, quod in eo quod minor est Patre Filius, æqualis Filio esset homo: & ab initio hoc speciale privilegium homini servaretur: ut non solum hominum judex fieret, sed etiam Angelorum. In qua potestate judicii cum homo judex futurus singulariter dicitur, membra a capite minime separantur. Deus Filius hominis, homo, est caput Ecclesiæ, & hujus capitis membra Apostoli præcipue dicuntur, qui cum illo judicabunt, quod Christus in Evangelio protestatur. Nec Apostoli soli judicabunt cum eo, sed qui Apostolos vita & moribus imitantur. Hæc potestas a Deo Patre data est Filio, & a Filio data est Petro, & in Petro data Ecclesiæ. Hanc Filius accepit in forma hominis, qua Patre minor est: non in forma patris, qua patri æqualis est. Forma Patris, in qua Filius est patri æqualis, sicut nec minor esse potest, nec major; sic nec minus potest habere quam habet, nec amplius. In ea utique forma nihil Filio datur, in qua ipse omnia continet, & habet. Potestatem autem, de qua loquimur, accepit humanitas a divinitate, sicut

Joan. 5. 27. in Evangelio dicitur: *Data est Christo potestas judicium facere, quia filius hominis est*. Potestatem quam Christus non habuit ex eo quod est filius hominis, aliunde accepit. Unde? desuper utique, a Patre, a Filio, a Spiritu sancto. Inde Christo potestas data est, unde ejus anima & caro beata facta est. A Christo Deo Christus homo beatus factus est, & ei ab illo potestas data est. Aliud quidem est Christus Deus, & aliud Christus homo: non tamen duo Christi, sed unus est Christus, Deus & homo. Potestate autem in humanitate suscepta, Christus homo in Christo

A Deo, & Christus Deus in homine Christo ligat, solvit, & judicat. Adeo enim sunt unita in Dei filio, & divinitas humanitati, & humanitas divinitati; quod licet non sint unum, una tamen est persona utriusque, unum opus, unum velle, una potestas, una veritas, una misericordia, una censura justitiæ. Patris, & Filii, & Spiritus sancti est ubique una & communis operatio; & totius Trinitatis dispositione ad formam hominis, quam solus filius suscepit, specialiter judicium pertinet. Quod ipse in Evangelio asserit, dicens: *Pater non judicat quem-* Joan. 5. 22.
quam, sed judicium omne dedit filio. Quod alibi dicitur: *Ego non judico quemquam*, ad hoc Joan. 8. 15.
respicit quod dixerat Judæis, *Vos secundum car-* Ibid.
B *nem judicatis*, id est carnaliter: *Ego autem*, carnaliter, scilicet injuste, *quemquam non judico*, sicut vos facitis. sive, *non judico quemquam*, secundum carnem tantum, sicut vos judicatis: sed etiam secundum cordis intentionem. Vel, *Ego non judico quemquam*, non dixit, non judicabo: sed illa hora, qua ista dicebat, neminem judicabat. Veraciter judicandus, & judicaturus in hunc mundum venit: & sacra testificante scriptura, iterum judex venturus asseritur. Ubi eum iterum venturum judicem sacra scriptura testatur, eum extitisse jam judicem manifeste monstratur. Quod utique iterum faciendum est, hoc altera vice fuisse factum minime dubitatur.

C Nos quidem miseros bonus factor & pius redemptor respexit intuitu misericordiæ; sed contra diabolum egit censura justitiæ. Nam ubi pro nobis ad mortem judicabatur injuste, quid aliud faciebat, quam nos vero judicio ab æterna morte liberabat? Ubi vero ligabatur, quod aliud agebat opus, quam justo judicio vincula peccatorum nostrorum solvebat? Judicat etiam in hoc sæculo suos Christus, cum eos aut martyrio, aut exilio, sive falsorum persecutione fratrum examinat. Unde Apostolus Paulus dicit: *Cum judicamur, a Domino* 1. Cor. 11. 32.
corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Christus ipse quod judex venerat testificabatur, quando dicebat: *Ego sicut audio judico, & ju-* Joan. 5. 30.
D *dicium meum verum est*. Et iterum: *In judicium* Joan. 9. 39.
ego in hunc mundum veni. Et alibi: *Princeps hu-* Joan. 16. 11.
jus mundi judicatus est. Ego sicut audio, scilicet, a Patre meo in assumpta carne: *sic judico, & judicium meum verum est*. Ac si diceret: non potest verum non esse judicium meum, quia pater qui mihi judicandi tribuit potestatem, verax est: & ego qui judico, veritas sum. In judicium in hunc mundum se venisse testatur, ut judicaret, non solum ut judicaretur: unde subditur: *Ut qui non vident, videant, & qui* Joan. 16. 11.
vident, cæci fiant. Qui Christo veniente non videbant; qui se non videre, scilicet non justos esse æstimabant, sed peccatores confitebantur, illuminati sunt, quia lumen vitæ perceperunt.

E Et qui videbant, videlicet Scribæ & Pharisæi; qui se solos videre, id est, justos esse credebant, & cæteros tanquam cæcos aspernabantur, cæci facti sunt, quia lumen veritatis, quam habuerunt præsentem, perdiderunt. Hoc itaque Christi judicio actum est, & etiam quotidie agitur, quod illuminantur humiles peccatores, & justi superbi excæcantur. Istam discretionem, quam inter bona & mala opera hominum tenuit Christus & tenet, judicium appellavit. Alibi dictum est: *Non misit Deus filium suum* Joan. 3. 17.
in mundum ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Hoc utique verum omnino creditur: non enim potest verum non esse

quod veritas loquitur. vere filius Dei non est in mundum missus a Patre ut mundum judicaret, qui ad hoc in mundum venit, ut mundus per ipsum salvaretur, si mundus voluisset. Sed quod voluit Christus, noluit mundus. Si voluisset mundus quod voluit Christus, in Evan- *Matt. 23. 37.* gelio ipse non diceret, *Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?* Si quod voluit Christus mundus voluisset, credere utique & salvari potuisset. Non enim credere potuit, quia noluit quod Christus voluit. Et quia sua sponte, non Christi voluntate infidelis *Joan. 3. 18.* factus est, eum judicatum non dubitamus; cum Christus dicat: *Qui non credit, jam judicatus est*. Hoc in loco mundi nomine populus Judæorum intelligitur, quibus ipse specialiter locutus est, ad quos præcipue missus est. Mundus itaque & princeps mundi hujus, Christo testimonium perhibente, judicatus est. Ubi principem hujus mundi diabolum judicatum asserit, se profecto judicasse diabolum ostendit; cum a nullo nisi ab ipso, & per ipsum possit diabolus judicari. A Christo igitur diabolus judicatus est, cum eos quos infidelitatis vinculis alligaverat, Christi prædicatione conversos amitteret, & seipsum plangeret ejectum foras de cordibus hominum; & nullum posset tenere, qui crederet. Etiam in cruce positus circa duos illos latrones crucifixos, inter quos & ipse crucifixus fuerat, jura justitiæ exercebat; ubi illorum alterum judicavit ad gloriam; alterum vero deputavit ad pœnam. Sua voluntate stans fixus in cruce verus imperator ille de hoste superbo triumphabat. Jam divina potestate justus judex judicabat: jam agnos ab hœdis separabat, & quid in alio judicio sit facturus significabat. Ratione pariter & auctoritate docetur, quod judex jam venerit, & judex venturus exspectatur. Majestatem divinam, quam unam eandemque æqualiter habet cum Patre & Spiritu sancto, filius humiliavit, ubi formam servi suscepit: in qua Dominus omnium factus est hominum servus, & servivit hominibus usque ad mortem. Hanc quidem suscitavit, quam secundo assumpsit, in ea novissimum illud & formidandum valde judicium facturus; ad quod omnia elementa, & etiam virtutes cælorum commovebuntur. Forma divinitatis, quæ una est Patris & Filii & Spiritus sancti, nec mundo apparuit, nec apparebit in judicio: sed forma hominis cum claritate multa, & magna potestate videbitur, quæ in Dei Filio, & Dei Filius in ea judicabit. Et hoc quidem justa & rationabili ordinatione constat esse dispositum, ut Deus in ea forma, in qua judicatus est a mundo, judicet mundum. Quam quia mundus vidit humilem, & superbus contempsit, videbit sublimem & timebit, & quæ fuit in cruce exaltata ad pœnam, & in ascensione exaltata ad gloriam, & in judicio exaltabitur, & humiliabuntur superbi. Et tunc maxime complebitur *Luc. 18. 14.* quod dicitur, *Qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur*. Nostri Salvatoris adventus quia Dei est & hominis, vehementer diligendus est: & quia judicati, & judicaturi est, non mediocriter metuendus, & nos itaque Dei & hominis adventum cum dilectione timeamus & cum timore diligamus: quatenus ipsum qui secum hodie naturam nostram elevavit in cælum, læti judicem videre & habere valeamus dominum nostrum Jesum Christum, qui una, eademque gloria & majestate, cum Patre, & Spiritu sancto, vivit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SERMO VII.

De Purificatione Sanctæ Mariæ.

SOlemnitas hæc, quæ ad honorem Dei & ejus sanctissimæ matris hodie celebratur, majoribus festivitatibus anni jure creditur non minor esse; quod ratione & veritate monstrabitur. Donabit Deus homo & mater virgo, ut quod ad laudem & gloriam utriusque promissum est, utriusque reddatur auxilio. Eadem quippe devotione, qua dies Nativitatis Domini, & Epiphaniæ a Christiana religione noscitur celebrata, debet & ista celebrari. Nam sicut illa est sua præcipue, & matris ipsius; sic & ista est sua specialiter & matris illius. Est quidem illius diei solennitas magna, qua Christus de virgine matre natus est, & qua est a Joanne baptizatus: & ista æqualiter magna; qua ab ipsa eadem virgine, & a justo Simeone est Deo Patri in templo oblatus. Deus pater ante tempora ex se genitum filium, ut homo fieret in ea, contulit virgini matri: mater virgo eundem ipsum ex se in tempore natum, hodierna die hominem obtulit Deo Patri. Manet itaque & Deo Patri & virgini matri mirandus filius. Valde namque mirandum est, quod excepta hominum communi creatione Deus habet filium hominem, & fœmina filium Deum. Hoc utique in Christo factum constat, qui est Deus & homo, & uterque unus, & filius utriusque. Hic unicus filius unico patri ab unica matre oblatus est, unus uni: immo in uno omnes fideles sunt oblati. Hanc diem venerabilem, diem esse purgationis Mariæ secundum legem Evangelium testatur. Merito mater legem servavit, cujus filius & legem dederat, & venerat ut in se legem adimpleret, quam aliis dederat ante. Illa tamen pudica puella, nec in aliquo, nec de aliquo habuit, unde tunc purgaretur. Sancta etenim virgo fuit & in conceptione, & in nativitate prolis: & idcirco puer natus ex ea vulvam ejus non aperuit, licet per illam illius uteri portam nasceretur. Porta ventris ejus virginis extitit vulva ejus, de qua Ezechiel Propheta, sic loquitur: *Est porta in domo Domini* *Ezech. 44. 1.* *clausa, & non aperietur*. Domus Domini est bona Maria, quia ipse fundavit eam, & homo factus est in ea. Porta hujus domus, ut dictum *Psal. 86. 5.* est superius, fuit vulva in virginis utero, per quam clausam quidem egressus est in una persona Deus & homo. Cujus beatissima mater, licet non ignoraret quis esset quem genuisset; cui videlicet non erat lex posita, sed subjecta; in templo tamen filium obtulit, juxta legis mandatum. Expectavit quidem diem purgationis, & occultavit filii deitatem. Nam si Christi incarnatio fuisset nota diabolo, nec Christus pro nobis moreretur, nec fieret nostra redemptio. Nata prole agnum, par turturum, aut duos pullos columbarum offerri pro ea fuerat legis præceptum. Quod si forte alicui agnus deesset, alterum horum, vel utrumque, par videlicet turturum, aut duos pullos columbarum, Domino in filii oblationem offerret. In utroque testamento, & in lege, & in Evangelio mentis & corporis parilitatem Dominus exigit. Parilitas illa hæc est, quæ a Domino exigitur, ut bonum quod a nobis foris ostenditur, prius concipiatur in mente. Non enim cum difficultate

bonum opus fieri debet, sed cum hilaritate: nec inde affectare debemus laudem hominum; sed expectare a Domino retributionem. Hoc modo fit hostia grata Deo, gratumque sibi Deum facit, qui sic pauperi porrigit manum. Turtur avis casta est, quæ numerosa conjugia respuens, blanditias non curat aliorum, uno solo conjuge contenta. Per hanc Ecclesia Catholica signatur, quæ uni viro sponso Christo solummodo desponsata, nec muneribus corrumpitur, & quasi numerosa conjugia respuens, hæreticorum vitat consortia. Duo pulli columbarum juxta legis decretum in holocaustum offeruntur. Quod duo sunt, commendat caritatem: quod pulli, innocentiam signat: quod columbarum dicuntur, indicat unitatem. Merito duobus caritas commendatur, quoniam in ea duo continentur præcepta, quibus Deus & proximus diligitur. In pullis, id est, in parvulis recte signatur innocentia; a quibus non propria vindicatur, sed condonatur injuria. In columba non incongrue Ecclesiæ unitas figuratur, sicut Dominus dicit, *Una est columba mea*. Cant. 6. 8. Columba præterea cohabitantium secum unitatem non deserit, sed fideliter servat: & si causa expostulet, fortiter dimicat. Tunc fidelis quisque columba erit, si pia longanimitate, usque in finem in Ecclesiæ Catholicæ manserit unitate: & si legitime pro fidei defensione certaverit. Luc. 2. 25. *Et ecce homo erat in Hierusalem nomine Simeon: & homo iste justus & timoratus, expectans consolationem Israel*. Ecce, desiderantis signat affectum, quia Simeonis animo Christum videre cupienti nil satis festinabat. *Et erat homo nomine Simeon in Hierusalem*, id est, in pacis visione. In qua visione pacis, sicut omnis in quo manet Spiritus sanctus, indubitanter esse creditur: ita omnis qui Spiritum sanctum non habet, longe fieri ab illa minime dubitatur. Unde tot & tanta bona, quæ in præsenti Evangelio memorantur, seni Simeoni collata fuerunt, si quis desideraret nosse, ex ejus nominis interpretatione discat. Simeon enim, audivit tristitiam interpretatur: & tristitia significat pœnitentiam. Simeon, in quo omnes pœnitentes figurantur, per pœnitentiam desiit esse peccator, & factus est justus ex peccatore. Qui non solum de se, sed etiam de proximis suis sollicitus, orabat pro illis assidue. Orabat pro illis & pro illis timebat. Sciebat enim quod ita pro proximis sicut pro seipso erat agendum: & quod sibi & proximis fuerat præmium expectandum. Timoratus igitur ex præteritorum memoria peccatorum, & ex legis observatione, & ex fidei operatione, atque pia compassione proximorum justus, juste perhibetur in eo esse Spiritus sanctus. *Et responsum acceperat a Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini*. Sicut nescimus ubi & quando acceperit, ita quod acceperit, & a quo & quomodo acceperit certi sumus. Nam fide & dilectione, multiplici prece, assidua oratione, & bonorum assertione operum hoc responsum meruit a Spiritu sancto, & obtinuit promissum. Hoc ipsum spiritualiter unaquæque fidelis anima a Spiritu sancto percipit, sed videlicet non visuram mortem, nisi prius videat salvatorem. Vidit Simeon corporali intuitu Christum in carne, & corporaliter habuit præsentem. Et nos obtutibus mentis & fidei illum in suis sacramentis videmus manentem in nobis, & operantem. Nam nisi quisque ante mortem corporis spirituali gratia cerneret, & haberet Deum: morte damnaretur æterna. Vidit Simeon oculis

A corporis Christum hominem; & corde & corpore Dei in homine adoravit majestatem. Et nos quidem in baptismate oculis carnis aquam videmus, & in aqua Christum ipsum oculis animæ præsentem cernimus, & in ipso totam Trinitatem. Sicut enim tota Trinitas affuit in baptismate Christi; sic tota Trinitas firmiter adesse creditur & in baptismate Christiani, in quo non solum cernimus Christum, sed ipsum induimus. *Et venit in Spiritu in templum*. Si quæritur, in quo spiritu Simeon justus in templum venerit, utique in Spiritu Sancto, qui secundum Evangelicam veritatem in eo erat. Vere Spiritus sanctus, quo ductus est Jesus in desertum, in Simeone erat: & Simeon in ejus virtute venit in

B templum. *Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in ulnas suas*. Et hoc siquidem justa Domini dispositione factum contigit, ut cujus divinitati longo tempore justus iste cordis devotione servierat, nunc tandem quasi in ultimo positus, & ejus corpori corporis deserviret officio: & sic piam vitam digna morte finiret. *Et benedixit Deum*. Benedixit Deum, ei scilicet gratias agens, benedici ab eo meruit. Benedicere Deum, est optare a Deo benedici, & ei gratias agere. Sciebat beatus senex per Spiritum sanctum, quo erat ipse repletus, per Christi incarnationem, & originale

C peccatum esse sibi dimissum, & quem per se contraxerat reatum. Unde exultabat interius, & exterius gaudebat, dicens: *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace*. Se servum dicit, & Christum Dominum vocat: servum utique illius, & dimissum, secundum quod ei ille promiserat. Propheta sanctus missus creditur & dimissus. Quo missus? unde dimissus? dimissus a tribulatione sæculi, a prima transgressione, a propria offensione, & in pacem missus. Nemo enim pacem, quam Simeon habuit, habere potest, nisi ab hoc sæculo alienus fiat, & a peccatorum pondere fuerit absolutus. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum*. Quem corporis oculis videbat hominem, corde credebat & vo-

D ce confitebatur mundi Salvatorem. Hujus itaque venerabilis senis cordis intentio, ad suam ipsius justitiam pertinebat, & ejus oris confessio, ad proximorum salutem. *Quod parasti ante faciem omnium populorum*. Hoc salutare Dei paratum, id est, ad salutem omnibus propositum, omnes populi, nec corporeis, nec spiritualibus oculis viderunt. Sed ideo *ante faciem omnium populorum* paratum dicitur, quia ex omnibus populis crediderunt in Christum: & credentes eum, oculis conspexerunt. *Lumen ad revelationem gentium*. Hoc enim lumine, gentes quæ deos colentes alienos se a facie Creatoris absconderant, revelatæ sunt: hoc lumine quæ perditæ fuerant, sunt inventæ. Hoc etiam lumine illumina-

E tæ sunt: quia hoc lumine, lumen fidei perceperunt. Christus lumen est: qui non solum gentes illuminat: sed lumen omnium qui illuminantur, sive in anima interius, sive exterius in corpore. De hoc lumine dicit Propheta: *Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestra non confundentur*. Psal. 33. 6. Quæ enim fiunt in tenebris, mala sunt, & digna confusione. Unde Dominus in Evangelio dicit: *Omnis qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem; ut ejus mala opera manifestentur*. Lumen paratum ad revelationem gentium, paratum est & ad gloriam plebis Judæorum. Plebs ista valde illuminata est, & specialiter sua est: quia præ cæteris nationibus electa

est. De plebe ista Patriarchas, & Prophetas, Apostolos sanctos elegit: & de illis qui in plebe ista erant, custodes pecorum, rectores populorum, & dominos fecit. Legem, promissiones, multum per omnem modum, quod Apostolus Paulus testatur, huic populo dedit. Præter cætera & super omnia quæ eis dederat, de ipsis elegit matrem, & de eorum carne carnem assumpsit. Caro siquidem omnium hominum una est, & de uno limo facta. Sed magis in plebe Israelitica Christus carnem accipere voluit ad majorem eorum gloriam, quam in alia gente. In hac igitur carne ejus honorabilis mater virgo eum concepit, & peperit; & causa salutis, & humilitatis exemplo obtulit in templo hostiam vivam & vivificantem in odorem suavitatis. Vere bona Maria peperit Christum, & in Christo peperit Christianos. Est itaque mater Christi, mater Christianorum. Si mater Christi, Christianorum mater est, patet profecto, quia fratres sunt Christus & Christiani. Nec solum Christus Christianorum frater est, sed pater omnium hominum & præcipue Christianorum. Et nos quidem Christiani sumus; & voluntate, malitia & multiplici malignitate a tanta fraternitate facti degeneres, tanti patris nos indignos fecimus hæreditate. Unde ad matrem ipsius, & per ipsam ad ipsum recurramus, qui pia & misericordi dispensatione matrem suam nostram esse voluit, ut nobis in nostra necessitate ferret auxilium. Et quoniam redemptorem nostrum paratissimum ad ignoscendum novimus, & ejus gloriosam Matrem habemus, si volumus, in adjutorium; non est nobis jacendum in peccatis, sed citius resurgendum. Et quia nostris meritis hoc minus, immo, nihil penitus agere possumus, aliunde quæramus consilium. Solummodo & misericordia redemptoris, & ejus matris auxilio, nobis restat agendum. Et ideo, fratres, nos miseros & infelices humiliter confiteamur, & cum timore pariter & dilectione oramus bonam Domini matrem Mariam piam virginem, ut nobis peccatoribus non indignetur, quam nunquam, ut dignum est, honoravimus, sed multis injuriis provocavimus ad iram. Non sit memor injuriarum, sed quo nos genuit amore vincatur, & matris pietate circa nos hæreat, quasi jam pro peccatis deputatos ad pœnam. Suscipiat causam nostram piissima mater, & negotium nostrum agat, nobisque auxilietur, ut nos a morte peccatorum ejus auxilio suscitatos, inducat cum lumine fidei & sapientiæ in templum gloriæ cælestis, & offerat filio suo: ad pedes ejus nos ponat: & in Hierusalem, quæ pacis est visio, cum justo Simeone suis piis precibus faciat permanere: Quod ipse Filius Dei, & Filius Virginis Jesus Christus Dominus noster nobis donare dignetur, qui unus Deus, una & æquali gloria & majestate cum patre suo & Spiritu sancto vivit & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SERMO VIII.

In omni festivitate B. Mariæ matris Domini.

Diem istum, fratres, merito celebramus festivum, quem ad honorem gloriosæ matris Domini beatissimæ & incomparabilis virginis Mariæ novimus consecratum. Hæc est enim quæ sola virgo concepit, virgo peperit, & post partum virgo mente & corpore inviolata permansit. Sicut radius ex stella procedit: sic Dei Filius processit ex Maria. Nec stella radio prodeunte corrumpitur; nec beata Mater filio nascente violatur. Sane hujus virginis partus deificus ei quidem fœcunditatem attulit, & salvam fecit ejus virginitatem. Et sicut voluit ut veraciter in ea fieret una persona ipse Deus & homo: ita voluit ut ipsa fieret una persona mater & virgo. Hunc itaque partum beatum dicamus, immo beatissimum certa fide credamus; quem singularis & honorabilis regina cælorum virgo Maria mundo protulit, non mundi meritis, sed Dei gratia. Verum Dei Filium, verum hominem hæc virgo ineffabilis ineffabiliter concepit & peperit, in sua conceptione & partu satis amplius sanctitatis & incorruptionis percipiens, quam ante susceperit. Unde Dei Filio hæc sancta virgo tantum placuerit, si quæratur; dilectione videlicet & humilitate; qua prima Domino virginitatem devovit. Ipsa enim Dei sapientia dicit, *Ego diligentes me diligo*. Vere *Prov. 8. 17.*
dilexit Dei sapientia Mariam, & Maria dilexit, & multum dilexit Dei sapientiam, Deum scilicet Dei patris filium. Dilexit quidem alter alterum; sed Deus amplius dilexit, qui amplius diligere & novit & potuit. Dilexit utique eam super beatam societatem Apostolorum, Angelos & Archangelos, & super omnes virtutes & potestates cælorum. Ad hanc beatissimam virginem Deus pater ex se genitum Filium misit, ut ipse Dei filius, virginis etiam filius fieret & sponsus. Hoc pater disposuit caritate, Filius voluntate complevit, Spiritus sanctus paravit thalamum & ornavit, id est, ab omni corruptione peccati mundavit virginis uterum, & multiplici sanctitate replevit. Ibi tanquam in aula regia Deus qui omnia ante creaverat, seipsum creavit in Maria. Nemo miretur quod sponsum Mariæ ejus Filium diximus. Nam pater & sponsus hujus virginis, est filius ejus. Pater plane, quia ab ipso creata est: filius, quia natus ex ea: sponsus, quia ei caritate conjuncta. Mirum conjugium, sed fide & pietate mirandum; ubi virgo mater extitit, virginitas uxor, maritus Spiritus sanctus, per aurem conceptio, conceptionis interpres Angelus, semen Christus, proles virginis filius Dei. In hac utique sacrosancta conjunctione non caro carnem carnaliter tetigit; sed Deus pater sapientiam suam visceribus virginis infudit; quæ & in virgine matre carnem assumpsit, & suam beatissimam matrem incorruptam servavit. & per virgineum corpus egrediens verbum, quod Maria verbo concepit Angelico, verus Deus in vero homine apparuit. Assumpsit vere in vera virgine verus Dei filius Christus Dominus totum hominem, animam scilicet & carnem. In hac carne natus est homo pro homine. Hac in carne hominem in cruce redemit. Hac in carne Christum homo peremit. Homo quidem & in anima & in corpore redemptus est: sed hæc caro Domini fuit pretium suæ redemptionis. Carnem istam in specie panis discipulis suis in cœna, quam ante passionem suam cum eis novissimam fecit, manducandam donavit. Unde illis asseruit dicens, *Hoc* *Luc. 22. 19.*
est corpus meum. Et quia de suo proprie proprio corpore diceret, subjunxit, *Qui pro vobis tradetur*. Nemo hæsitet super hoc, quod Christus carne sua discipulos cibaverit suos, cum cibus iste animarum sit potius intelligendus, quam corporum. Nam si caro Christi animarum tantum cibus non esset, post cibos corporum Christus eam discipulis nequaquam dedisset. Morte suæ carnis redemit suos; suorum etiam animas

eadem carne spiritoaliter pavit. Fecit enim Deas quod voluit, & qaod voluit, faeere potuit, Alioquin Deus omnipotens non esset, si aliquid vellet facere, qaod minime posset. Qua autem ratione hoc Deus feceris, non est opua disputatione: sed fides adbibeatar, & sufficit. Fide eteuim hæc opera Dei noscontur, nou sophistica contentione. Haoc suam veraciter carnem ipse suscitavit a morrais tertia die omnipotentia diviniratis: istam videntibus Apostolis elevavit in cælum: in hac ad judicium venietcum potestarc magna, & majestate. Deum in haccarne videbuur impii, uou in ea humilitate, qua pro ipsis, & ab ipsis injuste judicatus est: sed in ea sublimitare, qua pro suis eos scelerihua juste judicaturus est. Videbunt, inquam, illum quos ipse dilexit, & quem ipsi oderunt, suum videlicet redemptorem; & aute sui redemptoris conspectum peribuut. Justi autem, super id quod dici, vel cogitari potest, ab auditione bona lætabuutur, & exulrabuut. Audieut enim ipsum Dei filium vocanrem eot, & diceurem,
Matt.25.34. *Venite benedicti patris mei, percipiee regnum, quod vobis paratum est ab arigiae mundi.* Illo utique die homines qai in hoc sæculo humiles sunt & obedieotes, patriam illam cælestem & superuam, duce suo capite Christo, cum honore magno & exultatione intrabunt; uude superbi & inobedientes Angeli cum verecundia magna & confusione ceciderunt. Ibi videbuut hominet Deum facie ad faciem, sieuti est: & donabitur eis vita, salus & gloria sempiterna, quæ Deus est. Beata aotem Maria mater Virgo, & sponsa intacta, ibi piissima apud piissimum filium suum obtinebit, ut nemo illorum pereat, pro quibus vel semel oraverit. Nec mirum: quia universum suis precibus mundum salvare potest, si ipsa voluerit. Et ipsa quidem pro universo mundo paratissima esset ad precandum, totusque muudus salvaretur, si precibus ejus se faceret diguum. Hæc veracissime apud omnipotentem filium, at diximut, orando potest quidquid desiderat: sed pro illis, qui semper peccare desiderant, nullateuus orat. Nam qui hujusmodi suut, Deo placere alia ratione non possuur. Pro talibus nullus sanctorum supplicare præsumit: nec eis eleemosynæ ad conquirendam vitam æternam, oec sacrificia prosunt. Unde princeps Christianæ doctrinæ Paulus Apostolus dicit:
Hebr.10.16. *Post acceptam notitiam veritatis voluntarie peccantibus uobis jam non relinquitur hostia pro peccatis.* ac si diceret, nullus baptizatus post peccatum Deum sibi reconciliare potuerit, quandiu in peccati voluutate permanserit. Cæteri siquidem sancti dominum Deum orant, & orando impetraut; sed bonorabilis Virgo Maria si illum ex eo quod Deus & Dominus est, exorare merito creditur; ex eo tamen quod homo est, & natus ex ea, quasi quodam matris imperio apud ipsum impetrare quicquid voluerit pia fide non dubitatur. Nam si qailibet sanctus apud justum judicem Deum obtinet quicquid sibi jure debetur: hæc quæ est mater judicis & omnium sanctorum Domina, jure matris nunquam fraudabitur. Hoc est enim materni juris apud filios diguitate sublimes, ut si eos matres eorum sæpius rogent, quia Domini sunt, eis etiam aliquando quasi imperent, quia filii sunt. Bonam utique naturæ, qaod Deus hominibus dedit, nunquam sibi, qui est summum bonam, & a quo bona cuncta proceduut, negabit. Et quod hæc beatissima virgo mater Domini fecisse legitur in terris, immerito facere

A dubitaretar & in cælis. Nam vino deficieute nuptiarum in Caoa Galileæ, dixit mater Jesu ad Jesum, virgo videlicet Maria ad Filium, *Vinam non habent.* ac si ei ipsa præciperet, ut ipse faceret, qaod qui nou habebant vinum, haberent. Hoc bona mater pietare quidem præcepit, quod bonus filius pia obedieutia complevit. Nihil in hujus virginis laadibus hæsitemus: honorat siquidem filium qui laudat matrem: sine cujus laude Deo placere impossibile est, & eum laude ejus ei displicere nemo potest. Hanc igitur sanctissimam & admirabilem virginem laudemus, qaia virginis filio placere sine matris virginis laude non possumus. Diligamus eam sicut carissimam Domini matrem, quam ipse
B diligit ut propriam carnem. Cujus etiam laudabilem virginitatem adeo approbare & honorare disposuit, ut quosdam magis de suo ortu, quam de ejus virginitatis integritate dubitare voluerit. Hæc est dulcissima mater Virgo Maria, quæ mortis peperit mortem, vitam hominis, diaboli confusiouem, absolutionem peccatorum, omnium justorum bearitudinem. Res mira, sed cum gaudio & fide miranda. Homo qai est ex hac virgine natus, non solum hominum rex est, sed Angelorum & omniam cœlestium virturum creator & dominus. Hæc est cui Angeli serviunt, Archangeli famulantur: omnis etiam militia cælestis exercitus hanc virginem laudat &
C veneratar. Hæc sola post Deum super omnes creaturas obtinet principatum. O quam venerabilis, quam sublimis hæc beatissima mater, cujus filius, quamvis omnipotens Deus sit, ei tamen nihil unquam uegare potuerit! Hæc virgo tam sancta, tam gloriosa, tam honorata, a Deo tam sublimata, ita est humilis, ita compatiens, ita misericors & pia, quod propter animam peccatricem, & jam pœnis deputatam æternis, severitati districti judicis se opposuerit. Christianus etenim quidam, Theophilus nomine, sicut veraciter legitur, suis infortuniis adeo desperatus fuerat, & seductus a quodam Judæo, qaod Christum dominum & ejus sanctissimam matrem negaverat, Christianæ fidei re-
D nuntians, quam susceperat in baptismo, & ipsum diabolum adorans, hujus detestabilis operationis ei fecerat chartam proprio annulo sigillatam. Postea vero divinæ pietatis miseratione compunctus, ad misericordissimam Domini matrem Mariam piissimam virginem consilium & auxilium petiturus se convertit: secum merito reputans, quod nullus Sanctorum, nec Angelus, nec qualibet cœlica virtus tantum poterat apud Deum, quantum mater ejus. Hoc etiam mente pertractaut, quod filius matris injuriam gravias ulciscitur quam suam: & nulla ratione inultam dimitteret, nisi prius ipsa pro suo injuriatore rogaret. Gloriosæ itaque virgi-
E ni matri misericordiæ amaritudinem peccati amare lacrymans confitetar: pectus verberibus urget, gemitibus supplicat continuis, eam deprecatur assidue, sed cordis potius intentione, quam verbis. Mater autem pietatis diligenter audiamus quid fecerit. Consolatur utique peccatorem, & quasi suum quodam compassionis affectu faciens peccatum, causam peccatoris suscipit, pro eo peroratura ad judicem. Perorat misericors mater pro misero ad misericordem filium: misericordia a miseria liberat miserum. Lacrymatur peccator iste, ut diximus, sed amare. Mater pro peccatore filio supplicans accedit: filius respicit peccatorem: a peccatore peccatum discedit: ut decepti hominis

chartam reddat, diabolo deceptori virgo potenter imperat: invitus & confusus criminator obedit: homo per manum Virginis chartam recipit absolutus: & ubertim lacrymas fundens præ gaudio, Deo & ejus beatissimæ matri laudes non modicas, & multiplices gratiarum actiones rependit. Hæc est laudabilis, & universalis imperatrix Angelorum & hominum virgo sanctissima, quæ licet a creatore omnium creata sit, in ipsa creator ipse factus est creatura. Filia quidem Dei, sed Dei simul & hominis mater incorrupta. Hæc post filium suum est præcipuum refugium peccatoribus, quo post lapsum fugiant; consilium, ut pœniteant: auxilium, ut convertantur ne pereant. Nulla tam gravis est peccati vel criminis plaga; cujus non sit, si ipsa voluerit, medicina. Confessionem & pœnitentiam in hominibus desiderat peccatorum, ut pro illis occasionem habeat deprecandi. Huic igitur excellentissimæ ac piissimæ matri Domini semper virgini Mariæ humiliter supplicantes, quod male fecimus confiteri nulla occasione differamus, & per supplicabiles ipsius preces, nos & omnes actus nostros Domino commendemus, ut ad ipsum qui & peccantibus juste irascitur, & pœnitentibus misericorditer indulget, pervenire mereamur; præstante eo qui pro nobis ex ea factus est homo Christus dominus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SERMO IX.

In festivitate B. Mariæ Magdalenæ.

AUdivimus, fratres, cum Evangelium legeretur, quia quidam Pharisæus rogavit Dominum, ut manducaret cum illo. Cujus superbiam licet non ignoraret Dominus qui omnia novit, Pharisæi tamen domum ingressus est, & sic discubuit. Unde prudenter considerandum est quantum Deus caritatem diligat, qui nec speciem caritatis refutet. Pharisæus namque valde superbus erat; & idcirco caritatem habere non poterat. Dum igitur Dominum, ut secum manducaret, rogavit, non virtutem quam non habebat, sed speciem caritatis exhibuit. Inter hæc *mulier quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod* benignus *Jesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti, stansque retro secus pedes domini, cœpit* humiliter *lacrymis rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergere & osculari.* Ac deinde unguento quod attulerat, *ungere non cessabat.* Istam peccatricem fœminam nulli dubium est, Mariam fuisse Magdalenam, quæ prius quidem exstitit famosa peccatrix, sed postea facta est gloriosa prædicatrix. Hæc ut cognovit Salvatorem esse cum Pharisæo, humilem videlicet cum superbo, elegit magis de pietate Salvatoris confidere, quam austeritatem Pharisæi formidare. Formidabat sexus fragilis Pharisæum, hominem sine misericordia, & nimis asperum; qui mulierem aspernabatur, & alienam a salute credebat, & ab ea tangi penitus dedignabatur. Sed fons bonitatis & pietatis origo Deus humilis, qui humiles peccatores quærebat, non ut damnaret, sed ut justificaret, mulierem peccatricem non despexit, nec ei suos subtraxit pedes, sed tradidit, & ejus obsequium multum grataunter suscepit. Illa vero quando primum accessit ad Dominum, attentius audiamus quid fecerit. *Retro secus pedes stetit, & flebat:* quia quamvis de misericordia Domini plurimum præsumeret, accusatrix peccatorum conscientia eam

Luc. 7. 37.

vehementer urgebat. Hæc itaque peccatrix dum dilectio dat ei spem, & memoria peccatorum suorum incutit timorem, dubitavit pene quid faceret: quoniam & ad Christum accedere propius recordatio criminum & timor eam retardabant, & ab illo abstinere diutius spes & dilectio prohibebant. Timore tandem bonæ spei concorditer sociato, ambo duces peccatricis mulieris fiunt, & eam pariter usque ad tenendos ipsos pedes multum benigni Salvatoris adducunt: ubi illam devotione prosternentes feliciter commendaverunt. Beati tales duces, qui semper ducunt ad Christum: & beata peccatrix, quæ talem meruit habere ducatum. Spem atque timorem, dilectissimi, ita alterum alteri necessarium esse cognoscamus, quod unum sine altero nunquam nobis prodesse credamus. Timor utique sine spe, est desperatio: & spes sine timore, stulta præsumptio. Ecce mulier peccatrix pedes tenet, quos tenere diu desideravit: super ipsos lacrymas fundit. Non ibi eam locutam fuisse legimus, sed lacrymatam: & tamen optime locutam credimus, sed lacrymis potius quam verbis. Valde namque fructuosa est apud bonum Deum locutio lacrymarum. Dum mulier ore tenet silentium, lacryma agit negotium: & dum lingua silebat, lacryma melius confitebatur, & decentius perorabat. Merito sancta peccatrix dum flevit, tacuit: ne forte minus diceret quod nequiter egit. Satis sunt utique meliores lacrymarum preces, quam verborum. Nam qui verbis precatur interdum offendit: lacryma autem offendere minime novit. Verba aliquando non proferunt totum negotium: lacryma semper totum mentis ostendit affectum. Et ideo mulier jam non utitur verbis, per quæ multos deceperat, ac decipiendo multum peccaverat; ne per verba minus illi credatur ad confitendum, quibus uti consueverat ad peccandum. Multa enim hominis falsitas eum reddit etiam in veritate suspectum. Unde maluit causam suam ante judicem, quem nec cordis arcana latent, fletibus agere; & quod voce deliquerat, lacrymis confitendo delere. Certe Deus ipse fons misericordiarum peccatrici fœminæ fontem contulerat lacrymarum: & fons per se deficiens non deficiebat quia fons naturaliter indeficiens illam abundanter irrigabat. Capillis suis tersit pedes, quos lacrymis lavit. In quo nobis fortitudinis exemplum monstravit. Dum enim humiliter flendo peccata & crimina nostra abluimus, multum necesse est, ut mentis ratione, quod est nostra fortitudo, non solum crimina, verum etiam peccata deinceps vitemus. Lacrymæ itaque non verbo, sed opere peccatorum prædicant extinctionem: & tersio capillorum, quia postmodum peccata vitare debemus, fortitudinis indicat actionem. Capilli licet superflua capiti videantur, in ipsis tamen aliquando hominis fortitudo figuratur. Quod in Samsone illo fortissimo aperte monstratur, cujus maxima fortitudo in capillis fuisse refertur. Unde Salvator etiam discipulis suis loquitur, dicens: *Capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Non illos utique capillos esse numeratos, qui vel ferro attonderi, & projici solent, vel temporis ætate defluere ac perire, dicit: sed virtutes animæ, & multitudinem sensuum, qui de principali mentis, quasi de capite Apostolorum producebantur, capillos capitis appellavit. Isti profecto capilli in Nazaræis erant: istis, ut ita dicam, funibus alienigenas alligabant. Pedes quos lacrymis laverat, & capil-

A lis, ut diximus, terferat, osculator. Osculum familiatissimum pacis est atque concordiæ signum. Ecce quantus est fortitudinis fructus, & lacrymarum. Pacem & concordiam firmat inter multum ream ancillam, & justissimum judicem Deum. Vere multum ream, sed multum gloriosam hanc fœminam dicam. Non quidem inde gloriosa est, unde rea: quia multum rea, cum peccando Dominum contempsit: sed multum gloriosa, cum illum dilexit. Hæc mulier dum Domini pedes unguento, quod secum detulerat, unxit, odorifero medicamento suæ bonæ actionis, quam per universum mundum longe, lateque dispersit, non sua tantum, verum etiam multorum vulnera peccatorum mitigando sanavit, & quotidie sanare non desinit. Quis B enim peccata Mariæ audiens poterit amplius veniam non sperare, si perfecte pœnitere voluerit? Impium est credere, ut ad pœnam deputetur æternam, qui vel postea quam peccavit, pœnitet, & Domini mandata custodit. Hæc, inquam, peccatrix a septem dæmoniis possessa legitur, id est universitate vitiorum plena fuisse perhibetur. Sed cum ad misericordissimum Dominum compuncta corde revertitur, immo ab ipso ad ipsum misericorditer trahitur, statim peccatorum & criminum sordibus purgatur: & quæ prius fuerat possessio dæmonum, gratia Spiritus sancti tota repletur. Ac sic ex miseranda peccatrice felix discipula facta, in omni C vita sua deinceps Domino diligenter obsequitur. Inter obsequia, quæ sancta fœmina illi exhibuit, licet universo sit mundo notissimum, irreligiosum credidi silentio præterire. Cum ipse dominus & salvator noster Jesus Christus cum discipulis suis in domo Simonis cœnaturus recumberet, hæc ad illum mulier accessit, atque, prout bene consueverat, unguentum detulit, & quod ipsi Apostoli minime præsumpsissent, super caput ipsius illud cum magna devotione effudit. O quam beata mulier, quæ humilis peccatrix antea cum timore domini pedes unxit, postmodum non minus quam ipse Petrus, sui creatoris ardens dilectione, caput D ejus ungere meruit. Illum siquidem Petrus negat, quem mulier prædicat: & quia Deus est universorum, mystica unctione designat. Hæc est, inquam, illa bona fœmina, quæ prima cum puræ dilectionis studio ad monumentum venit: hæc est illa veratrix, quæ ibi beatas lacrymas flevit. Huic Christus surgens a mortuis primum apparuit: & hæc illum surrexisse Apostolis prima nuntiavit. Hæc est peccatoribus forma pœnitentiæ, spes veniæ; quæ peccatorem etiam multis criminibus reum desperare non patitur, si tantum admissorum pœniteat, & corde ad Dominum convertatur. Hæc præterea non ignorat humanam fragilitatem, pro E qua divinam pietatem incessanter exorat. Hanc specialiter post Dominum, & ejus sanctissimam matrem, mirabilem & incomparabilem Virginem, lacrymis potius implorennus quam verbis: ut quæ, Domino propitiante, suorum veniam lacrymis obtinuit delictorum, sancta intercessione suum propitiatorem nobis precatoribus propitium reddat: & peccatorum remissione percepta, nos intra januam recipiat paradisi, illiusque divino conspectui sanctos & immaculatos exhibeat. Hæc specialiter, ut diximus, a nobis est invocanda: hæc ut nobis patrocinetur, humiliter & frequenter deprecanda. Nam quid sit magis necessarium peccatoribus experimento didicit, quomodo per se ruit humana fragilitas: quomodo ex divino auxilio resurgit: quidquid est intus, & quicquid extra, cognovit. Hæc divini adhuc ignara mysterii, prius quidem peccando corruerat, sed de suo casu se contra se erexit fortiorem, quam si peccando minime cecidisset. Quæ enim vincula peccatorum non relaxaret fusa super pedes Salvatoris sanctarum inundatio lacrymarum? Cujus plagam criminis non sanaret illa cum tanta devotione celebrata capitis unctio redemptoris? O quam pura, quam provida extitit hujus pœnitentis intentio; cui licet plus Dominus quicquid deliquerat, dimisisset; quasi odisset, propriam deinceps persecuta est carnem, continuis castigans eam jejuniis, & longa orationum & vigiliarum assiduitate fatigatam legi mentis ac rationis diligenter subjiciens. Non quia sancta caro spiritui repugnaret: sed sic agebat, ut de sua carne non quotidianam dico, sed assiduam hostiam laudis suo propitiatori offerret. O quam venerabilis discipula veritatis, quæ post perceptam a Domino Jesu Christo absolutionem omnium peccatorum, post ejus resurrectionem & ascensionem in cælos, & Sancti spiritus adventum, declinans invidiam Judæorum, & patriæ ultimum vale dicens pro sui conditoris amore suscepit gaudens exilium. Est itaque de propriis egressa finibus, Dominum Jesum Christum Deum verum assidue prædicans & ejus resurrectionis testificans veritatem. Mansit usque ad exitum vitæ, in hac veritatis assertione perseverans. Hæc sancta mulier corrigendis hominibus præbuit correctionis documentum, & correctis virtutis exemplum. Hujus oratio est medicina peccati: ejus lingua pia ostiaria facta cæli. Omni perfecte penitenti januam aperit: nullus ab ea peccator excluditur, nisi qui impœnitens intrare noluerit. Huic igitur gloriosæ fœminæ, fratres mei, animas & corpora nostra tota intentione ac virtute commendemus: quatenus ejus suffragiis & intercessionibus intra illam beatitudinis januam recipi valeamus, & ad ipsum, ad quem jam ipsa feliciter pervenit, & nos pervenire, eumque videre & habere mereamur Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SERMO X.

De Latrone salvato in cruce.

IN passione nostri Salvatoris latro ille, qui in sinistris positus fuerat, & adulabatur Judæis, & convitiabatur Christo, malam vitam pejori morte finivit, & recepit sicut meruerat. Et ideo diu loqui de eo inanis labor est, & mora inutilis. Loquamur igitur de alio, de quo loqui & materia fidelis est, & causa salubris. Hic vero in dexteris positus, non quia crediderat Christo, patiebatur; sed credidit, dum pateretur. Christum hominem crucifixum clavis in cruce, toto corpore tensum vidit aspectu corporeo, & in ipso spinarum vulnera, sanguinem de membris radiantem, & solu signa afflictionis & mortis, sicut in homine mox morituro. Concepta autem & nata in eo fide, operante Spiritu sancto, Angelicis oculis immortalem & divinam in Christo contemplatur majestatem: admiratur, adorat, laudat, & confitetur. De cruce pro fide

pugnat, socium increpat blasphemaotem, & lo eo Judæorum, qui aderaur, infidelitatem urgoit; nec blanditur eis; oec eos veretur. Mirabilis divina potentia! Crux quæ ante ad supplicium gerebatur, jam suffragatur ad præmium: & reus qui pro suo scelere damoabatur in cruce, de reatu suo aotidotum, quo saoatur, coosicit; & de cruce operator mysteriom. Reatus io pœnitentiam, mortis interitus in æternam vitam commutatur. Ista quidem felix commutatio; nec est inferior illa quæ sequitur. Latro confessor ex latrone efficitur, & martyr ex confessore: & tormeota quæ prius in latrone cœperaot, nova gratia coronam & præmium martyris sortiontur. Huic beato & mirando viro nullum salotare defuit Sacramentum. Nam quod per vicarios Christus visibiliter agit in aliis Christianis, hoc invisibiliter egit in illo per semetipsam. Per Christum itaqoe baptismom io cruce percepit, & cætera fidei sacramenta. Nisi enim a Christo baptizatus esset, & factus omnino perfectus Christianus, ei Christus minime

Luc. 23. 43. diceret. *Hodie mecum eris in paradiso*. Jam enim

Joan. 3. 5. dixerat. *Non intrabit in regnum cælorum, nisi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto*. Vir iste beatus quam perfectus a Deo factus est, videamus. Eo tempore venit ad fidem quo Petrus fidem deseruit: & quam Apostolus perdiderat, haoc die sequenti latro invenit. Ad vocem ancillæ primus pastor Ecclesiæ illum se nosse negat, qoem voce publica latro prædicat: & qoem princeps Apostolicæ electionis se etiam hominem nosse diffitetur, hunc Deum esse latro maoifeste & pie confitetur. Tota illa beatorum Apostolorum electio relicto Domino perturbatur & fugit: Latro inter sævientes Judæos maoet intrepidus; Christum asserit iooocentem, & se reum publice dicere oon erubescit, nec suum confiteri reatum. A Christo itaque veniam postolat, precutor misericordiam, dicens:

Luc. 23. 42. *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum*. Christus veniam postulanti compatitur, miseretor misericordiam deprecantis; & Deus crucifixus in homine crucifixo latroni sic loqoitur: *Hodie mecum eris in paradiso*. Confirmationem utique, quam io die Pentecostes Apostoli per Spiritum sanctum susceperunt, Latro iste positus in cruce primos susceperat, qui nec Judaicam perfidiam formidabat, & nomen Christi perfectus Christianus, pius Confessor, & Martyr gloriosus, non in occulto, sed palam portabat. Apostoli quidem a Christo vocati fuerant & electi, & sæpe privatim & publice ab eo vitæ æternæ verba audierant; illom cæcos illuminaotem, leprosos mundantem, ejicientem dæmonia videraot, & mortuos suscitantem. Multa præterea, quæ oemo alius facere poterat, nisi solus Deus, in illo cognoverant. Illi etiam in ejus oomine quæ ipse faciebat & ipsi faciebant. In passiooe vero illius quam eis ante prædixerat, ita conturbantur, quod & illom ignorant, & seipsos, quales in ejus virtote fuerant, obliviscuntur. Latro sanctus nec fidem aote ooverat, oec dilexerat sanctitatem, quippe qui initiom bonæ vitæ nunquam perceperat; io morte autem Christi fidei cognovit veritatem, quam Petrus præsente corporea divinitate & ipsum edoceote didicerat. Mira res! ubi fidem deposuit Apostolus, latro recepit. Iste si Christum antea cognovisset, credidisset utique, & in illo felici Apostolorum conventu non esset novissimus, qoi in regno extitit primus, & nulli in fide secundus. Uterque unitem, & primi electi in Christi passione negatio, & venerabilis Latronis io cruce confessio, ex medicinæ cælestis venit consilio. Permissus est cadere electus, ut unusquisque discat nulla perfectione de se præsumere. Erectus est latro qui lapsus fuerat, ut nullus de sua imperfectione, si tantum pœniteat, & digne confiteatur, valeat desperare. Hunc Deus virga justitiæ castigat, & illum sustentat baculo misericordiæ. In isto justis, ne incidant in elationem, timorem incutit, & in illo spem tribuit peccatoribus, ne veniant in desperationem. Dicamus aliquid & breviter quod dici potest, & de Petro & de latrone veraciter. Petrus a Christo vocatus est, & electus est: Latro electus est, non vocatus. Petros Apostolus & martyr, Latro confessor & martyr factus est. In operibus bonis, in virtutibus, io miraculis, in laboribus, in ligandi & solvendi potestate, Petrus Latrone longe excelsior: Latro si non major Petro in fide, non tameo extitit minor. Uterque bonus valde: sed latro est in his, quæ diximus, Petro inferior. Quicumque istorom minus potest apud Deom, ab illo obtinet quod rogat, quod petit, & quod desiderat. Nos autem & beatum Petrum præcipuum Apostolorum & principem, & illum gloriosum confessorem & martyrem Dimam nomine, diligenter oremus, quatenus suis precibus & meritis apud bonum creatorem nostrum, & pium redemptorem nobis obtineant, ut ipse in exitu vitæ oostræ, animas nostras a diaboli potestate custodiat: & cum in suum regnum venerit, in illam scilicet regiam & admirabilem claritatem, qua vivos & mortuos judicaturus est, nostri meminisse dignetur, & unicuique nostrum dicere, *Hodie mecum eris in paradiso*, qui vivit & regnat unus Deus cum Patre & Spiritu sancto, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

SERMO XI.

In festivitate Beati Benedicti.

Licet, dilectissimi fratres, aliorum Sanctorum festivitates celebrare pio debeamus amore, beatissimi patris oostri Benedicti hæc sancta solemnitas a nobis, quasi ex debito, præcipuum honorem exigit & devotionem. Gloriosus etenim iste Sanctus nostræ secundæ regenerationis inventor pariter extitit, & scriptor. Monastica, inquam, religio qoam ipse instituit, secunda regeneratio jure nominatur, & etiam pontificali confirmationi non immerito comparatur. Hujus namque vitæ observatione & præterita peccata, sicut in baptismate, delentur, & contra futura, velut in confirmatione, Christianus munitur. Hac beata vita qui prius in sæculari conversatione peccando mortui fuerant, vivificantur: & hac postea, dum correctione districta peccandi licentia moritur, optime munitur anima Christiana, cui solummodo facultas bene operandi relinquitur. Hujus igitur sanctissimi & honorabilis viri diem festum debita veneratione & speciali devotione celebrantes, gaudeamus: de cujus beata & amica societate Angelos & Archangelos & omnes cælorum ordines gaudere, & Dei filium collaudare minime dubitamus. Ex gratia supernæ benedictionis Benedictus benedictum nomen accepit; sed vir sanctus gratiæ ingratus non extitit. Nam cum adhuc puer esset, opus quodlibet puerile contempsit: sed solummodo in pio pectore humilitatem, patien-

patientiam, & innocentiam retinens, mundi relicta conversatione, se totum Domino commendavit. Despectis itaque literarum studiis, quibus a parentibus traditus fuerat, ne amor parentum, sive divitiæ eorum vitæ melioris propositum immutarent, eos, tanquam odisset, fugiens, dum Christi divitias paupere vita lucrari dasiderat; vanum & quasi impium seputat, quod multis aliis carum & pium videtur. Sic Dei famulus inspiratione divina repletur: ejus adhuc tenara & delicata caro mentis constantia & vigore spiritus roboratur: & si violentia opus fuit, eam sibi inferre non distulit, ut crucifixus crucifixum Domioum sequeretur. Hunc Domini servum sola nutrix sua, quæ eum tenera nutrierat, & quam ipse satis pie diligebat, secuta est, non quidem sanctitatis amore flagrans, sed ei etiam nolenti carnalis affectionis studio ministrare desiderans. Sed vir beatus Deo potius ministrare volebat, non sibi ministrari ab homine. Erat tamen in utriusque pectore pietas; at diversa valde intentio, licet amica videretur; dum illa carni illa spiritui servire meditatur. Ibant ambo simul tanquam mater & filius, donec ventum est ad locum, qui Effide dicitur. Quo in loco a quodam paupere viro, pro Christi amore, pauper Christi cum sua nutrice hospes suscipitur. Nutrix vero illius cum a vicinis mulieribus capisterium accepisset, quo modicum tritici, quod eis pro Dei amore collatum fuerat, purgare debuisset, vas ipsum super mensam non bene collocatum cecidit, & ita confractum est, ut in duas partes inveniretur divisum. Quæ cum præstitum sibi capisterium fractum conspiceret; & gentem regionis illius tenacem, & importune quod suum est repetentem agnosceret, nec omnino haberet unde damnum reparare posset alienum; flere cœpit, & domum in qua hospitati fuerant, lacrymosis vocibus replere. Puer autem pius & sanctus, cum nutricem suam clamantem & flentem audiret pariter & videret, illius anxietatem suam faciens compassionis affectu, duas fracti capisterii partes accepit, & cum lacrymis orationis sacrificium tota mentis devotione Domino obtulit. Quod completa oratione ita sanum & integrum inventum est, ac si minime fractum fuisset. Quod religiosa anima omnipotenti Deo gratias referens accepit, & nutricem suam sanctis & humilibus verbis consolatus, ei capisterium reddidit. Quæ licet stupefacta miraculo fuisset, illam tamen capisterium sanum vehementer lætificat, quod non mediocriter mœstificaverat fractum. Rem itaque gestam cum ejusdem loci incolæ, non quidem sine magna admiratione, agnovissent, super fores Ecclesiæ, quæ ibi in honore B. Petri ædificata fuerat, vas ipsum suspenderunt: quatenus omnes agnoscerent, præsentes scilicet & futuri, fidelis servus Domini Benedictus a quanta perfectione ei cœperit famulari. Templum autem Spiritus sancti gratia repletum, laudes hominum & vituperationes eorum eodem animo suscipiens, nutricem suam occulte deseruit, deserti loci secessum petens amicum religioni. Quo dum tenderet, cuidam monacho, Romano nomine, obviavit; a quo diligenter inquisitus, piæ voluntatis secretum ei tandem sub nomine confessionis aperuit. Cujus devotam Christo animam cum Romanus monachus cognovisset, non sicut invidus sanctitatis alterius derogator, sed pius consiliator simul & adjutor extitit: & ei, cujus virtutem jam mente conceperet, religionis habitum tradidit. Cultor autem Dei, & sui contemptor Benedictus, ad locum, qui Sublacus vocatur, perveniens, inter petrarum scissuras, in quemdam arctissimum specum se contulit; ubi desideria carnis mentis ratione mortificans, tribus annis nulli hominum notus, excepto Romano monacho, mansit. Romanus vero Abbatis sui, Adeodati nomine, aspectibus, horis quibus poterat se pie absentabat, & quem suo corpori subtrahebat, panem Benedicto portabat. Ad prædictum antrum, quod Dei famulus pro patria possidebat, quia nimis gravis erat ascensus, Romanus venire non valebat: sed in rupe, quæ desuper eminebat, longissimum copulaverat funem, in quo panem ligabat, ubi etiam parvum inseruit tintinnabulum; ad cujus videlicet tintinnabuli sonum vir sanctus posset agnoscere, ad se Romanum cum pane venisse. Sed inimicus amicorum Dei diabolus, quatenus & in Romano ignem ceritatis extingueret, & a bona intentione Benedicti animum vel fame cogente revocaret, lapidem jactavit, & quod funi fuerat insertum tintinnabulum fregit. Bonus tamen Romanus opus ceritatis, quod cœperat, non reliquit. Omnipotens vero Deus & Dominus bonus remunerator & pius indultor, cum beato viro Benedicto, in cujus corde & corpore mundus & flos ejus, patriæ cælestis amore prorsus aruerat, in hoc sæculo centuplum reddere decrevisset; ut prima promissione completa, secundam, vitam videlicet æternam, perfectus mundanæ imperfectionis contemptor se recepturum indubitanter agnosceret, cuidam religioso presbytero, qui sibi in die Paschæ cibos parabat, Dominus per visum apparere dignatur: eumque diligenter sollicitat dicens, Tu tibi cibos delicatos parasti, & servus meus Benedictus fame cruciatur. Qui licet & locum, & illum Domini servum ignoraret, statim surrexit, & quicquid ad manducandum sibi paraverat, Dei hominem cibaturus secum assumpsit. Et quoniam admonitioni divinæ obedire minime distulit, sancto spiritu sui itineris duce carere non potuit. Quo prævio pervenit ad locum, in quo vir sanctus se occultans latitabat. Qui soli Deo placere cupiens, non solum notitiæ hominum, sed etiam eorum, quæ in mundo fiebant adeo expers erat, quod quando Pascha, vel quælibet solemnitas ageretur, penitus ignorabat. Facta itaque oratione post dulcia vitæ perennis colloquia, presbyter, qui ad eum venerat, sic Sanctum alloquitur. Surge, & ambo pariter sumamus cibum, quia hodie Paschalis solemnitas celebratur. Cui vir Dei protinus respondit. Novi quia Pascha est, quoniam humilitas mea videre te meruit. Honorabilis vitæ presbyter item asseruit: Veraciter hodie dies est resurrectionis Dominicæ: abstinere tibi non licet in tam gloriosa festivitate. Propterea a Domino missus sum, ut quem mihi cibum paraveram, tibi debeam ministrare. Benedicentes itaque Dominum, & pariter cibum sumentes, post expletam refectionem, & sanctam collocutionem, quem Deus hominibus exemplum bene vivendi voluit demonstrare, presbyter ad Ecclesiam, quam regebat, veniens, nec potuit occultare, nec voluit. Fama igitur discurrente sanctæ conversationis illius, Benedicti nomen non mediocriter mundo innotuit, quia posita super candelabrum lucerna latere non potuit, quæ in hominibus peccatorum tenebras fugans, & eorum mentes splendore bonæ actionis irradians, in amorem sui creatoris convertit.

Vir iste laudabilis vitæ, mira sunt, sed fidei admiratione miranda quæ in hoc mundo, Domino cooperante, peregit. Nam præter regulam monachorum, ubi invenitur omnis perfectio hominum, quam dictante spiritu sancto scripsit, nec ipse quidem minus perfecte vixit, quam docuit. Omnes sanctos ac venerabiles petres, quotquot ab initio sæculi fuerunt, imitatus veraciter agnoscitur, qui aut æquale, aut opus simile, quod illi fecerunt, fecisse minime dubitatur. Unde merito non omnium justorum spiritum habuisse tantum, sed omnium justorum spiritu plenus fuisse in secundo libro Dialogorum sancti Gregorii laudabilis vitæ doctoris, qui venerabilem vitam illius scripsit, prædicatur. Nulla ratione silendum est, sed veritatn dicendum, quomodo Romano monacho tunc licebat, sine sui Abbatis licentia quodlibet opus bonum patrate, cum monachis modo non liceat. Hoc utique satis agnoscitur, si tempus, & temporis ordo diligenter pensatur. Fuerunt namque ante sanctum Benedictum Abbates & Abbatum institutiones, sicut ante Christum legislator extitit Moyses. Bonam quidem & sanctam Judaico populo Moyses attulit legem: sed Christus Christiano populo contulit meliorem. Ita sancti viri illius temporis secundum datam sibi a Deo gratiam monachorum leges statuerunt: sed pater ac legifer noster Benedictus, sicut a Deo majorem gratiam percepit, ita meliorem legem instituit. Nam quicquid illi minus vel amplius faciendum prædixerunt, vel fieri permiserunt, ipse post illos correxit. Unde monachis, ut opera bona sine spiritualis patris licentia minime faciant, idcirco nunc prohibetur; ne quisquam eorum propriam voluntatem sub specie pietatis, vel cujuslibet bonæ operationis, sequatur. Et per hoc maxime qualis & quanta sit virtus obedientiæ ostenditur, qua non solum mala vitare, sed etiam a quibusdam bonis operibus subditis abstinere præcipitur. Cum igitur alligati funibus obedientiæ subditi ea non faciunt quæ sibi bona videntur, necesse est, ut hi qui eis præsunt, ex sua parte bona demonstrent, quæ operentur. Hanc obedientiæ formam Dominus in paradiso parentibus primis primus instituit: qui cum omnes alias paradisi arbores eis concessisset, unam interdixit: quatinus videlicet ipsi agnoscerent quod Dominum & magistrum super se habebant, cujus voluntati obedire debebant. Qui non ideo peccaverunt, quod malum esset pomum quod comederunt: sed quia quod bonum erat contra interdictum Domini tetigerunt. Hujus obedientiæ virtutem S. Benedictus plenius agnovit, quam ante illum quilibet Abbatum aut noluit revelare, aut minus intellexit. Romanus igitur in illo suo facto merito laudatur, quia ista & quædam alia monachis tunc licebant, quæ nunc prohibentur. Sunt etenim quædam bona, quæ prius quidem licere possunt, sed illicita postea fiunt. Nam monachis illius temporia illa humanitatis opera licebant, quia se non ab illis operibus abstinere promiserant. Modernis vero sic illa licere minime possunt: qui nec illa, nec alia bona facere sine spiritualis patris voluntate devoverunt, & fide suæ professionis firmaverunt. Quam videlicet suæ professionis fidem, secundum regulam S. Benedicti, tenendam coram Deo, & sanctis ejus promiserunt. Licet etiam mulieri, si voluerit, nubere; quia ei bene conceditur. sed si virginitatem voverit, & postea nupserit, rea tenebitur. Bonum est tamen conjugium: sed conjugio virginitas melior. Sic sanctorum præcedentium patrum omnis institutio est quidem bona, sed venerabilis Benedicti longe præstantior. Quæ ante illum patres sancti constituerunt, velut lex Moysi, dura & aspera fuerunt. Sapientis vero Benedicti institutio sancta, suavis, & levis est: & matre virtutum discretione videlicet plena. Antiquorum sanctio patrum, quasi veteris legis cultores habuit. Pius autem & discretus Pater Benedictus illorum statuta tanquam duræ legis austeritatem temperans, nos novæ gratiæ filios procreavit. Illa quasi vetera pene vel penitus omnia transierunt: & ecce a S. Benedicto facta sunt nova. Illa etiam tanquam umbra & figura futuræ monasticæ vitæ fuisse videntur; sed per laudabilem patrem Benedictum, cooperante Spiritu sancto, est veritas revelata. Ipse tamen pro magna sua humilitate S. Basilii & præcedentium vitam & opera Patrum, vel sua taceas, vel quasi modica dicens, laudat & miratur. Bonus optimum discipulus Magistrum imitatus, qui faceri præcipiebat, cum ea, quæ sine ipso nemo alius facere poterat, operabatur. Et quidem illi nostri sancti prædecessores, qui nos præcesserunt ad sidereas mansiones, & religiose vixerunt, & religiose scripserunt. Sed sicut post beatos tres Evangelistas, Matthæum scilicet, Lucam, & Marcum, eorum quartus Joannes Apostolus scripsit, & melius: sic vir iste beatus post alios petres Monachorum regulam scripsit, qua tanquam dulcioris caritatis cæmento, vivo lapidi Christo homine diligentius jungit. De quo veraciter dicere possumus, & firmiter credere debemus, quod a Deo nobis sit tanquam Apostolus & Angelus destinatus. Nam illum idcirco nobis specialiter misit Deus, ut ipse formatæ & formosæ vitæ suæ exemplo nos proprie & singulariter informaret, atque suæ doctrina sapientiæ nobis quæ sunt bona, familiariter nuntiaret. Illum etiam post se præcipuum petrem, pastorem, medicum & magistrum decrevit esse monachorum. Hunc igitur beatissimum virum, præcordiales amici, & fratres, corde & ore suppliciter exoremus, quatenus pater, pastor, medicus & magister sic noster esse dignetur, ut pia paternitate nos nutriat, animas nostras pascat pane virtutum, vulneribus peccatorum & criminum nostrorum medeatur; & suo magisterio diligenter edocti, quæ bona sunt operemur, & ad ipsum pervenire mereamur, qui est dator & remunerator bonorum operum, Deus & Dominus noster Jesus, qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

* De quo in notis ad Gosfridi epist. 4. lib. 1.

PRIVILEGIUM THEODERICI
CARNOTENSIS EPISCOPI
pro Monasterio Vindocinensi, ipso Dedicationis ejus die scriptum.

IN nomine Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus sancti. Ego Theodericus Dei gratia Carnotensis Episcopus, universis sanctæ Ecclesiæ fidelibus notam facio, quod Gaufridus inclytus Comes, & uxor ejus venerabilis Agnes Comitissa, Monasterium sanctæ & individuæ Trinitati dicatum in castello suo, quod Vindocinum dicitur, ex nostro consilio propriis sumptibus construxerunt, nostroque & clericorum nostrorum assensu & concessione B. Petro & ejus Romanæ Ecclesiæ in patrimonium & alodium obtulerunt: exinde futuræ vitæ beatitudinem se facilius precibus B. Petri adepturos, & præsentem felicius exacturos non vana spe confidentes. Quod cum rerum suarum amplitudine liberali munificentia locupletassent, & ornamentorum vario ac multiplici genere decorassent, ad illius venerabilis loci dedicationem nos, & multos alios Episcopos & Abbates vocaverunt: & ut fratres inibi Deo ex S. Benedicti norma militaturi tranquillius & absque ulla inquietudine permanerent, petierunt a nobis, ut quicquid redibitionis sive debitæ subjectionis nostræ Episcopali sedi aliæ persolvunt Ecclesiæ, huic noviter ædificatæ, pro summæ Trinitatis honore & amore, & eorum supplicatione, in præsentia personarum, quæ ad dedicationem convenerant, remitteremus. & ne quis Ecclesiam vel possessionem Ecclesiasticam in Vindocinensi Comitatu, in quantum ad nostrum pertinebat Episcopatum, alteri Abbatiæ nisi Vindocinensi donaret, vel concederet, nostra auctoritate prohiberemus. Nos vero quod ab initio ipsius Monasterii & ipsi petierant, & nos feceramus laudantibus clericis nostris, in tanto conventu confirmare justum putavimus. Concessimus itaque & concedimus, ut prædictum Monasterium omnino liberum ex nostra parte, & ab omni subjectione absolutum perpetualiter existat: nullam nobis vel successoribus nostris potestatem, nullam dominationem in eo loco, sive in habitatoribus loci retinentes: sed eis fraternæ caritatis consilium annuentes, & in sua necessitate nostræ auctoritatis auxilium. Concedimus etiam eidem Monasterio quicquid in Episcopatu nostro hodie possidet, & quicquid in futuro juste acquirere poterit: & ne quis Ecclesiam, seu quamlibet Ecclesiæ possessionem in Comitatu Vindocinensi ad nostram diœcesim pertinentem alteri Monasterio nisi Vindocinensi tribuat vel concedat, prohibemus. Quod quidem concessionis & libertatis firmamentum ut veracius per tempora successura credatur, firmiusque conservetur, præsentem chartam conscribi jussimus, & in auditu popularis frequentiæ recitari, & omnes tam Ecclesiasticæ quam sæcularis militiæ huic nostræ actioni obviantes, nisi dignos pœnitentiæ super hoc fecerint fructus, publica excommunicatione damnavimus. Chartam etiam istam propriis manibus posuimus super altare Vindocinensis Monasterii, in signum & testimonium perpetuæ libertatis. Hujus autem rei assertores & testes nobiscum fuerunt honorabiles personæ Episcoporum, Abbatum, & Clericorum.

Arnulfus Turonorum Archiepiscopus.
Isembertus Pictavorum Episcopus.
Gervasius Cenomanensis Præsul.
Hubertus Pontifex Andegavensis.
Geraldus Ingolismensis Præsul.
Amelinus Albiensium Episcopus.

A Civitate Carnato.

Arnulfus Archidiac. & Præcentor.
Georgius Archidiaconus.
Sigo Magister scholarum.
Aginerius Capellanus.
Hildegarius Subdecanus.
Hilduinus Juvenis.
Walterius Archidiaconus.

A Civitate Turona.

Bovo Decanus.
Wenilo Archidiac. & Thesaurarius.
Robertus Cellararius.
Gauterius Æditnus.

A Monasterio S. Martini.

Goffredus Decanus.
Walterius Cantor.
Frogerius Subdecanus.
Albertus Cellararius.
Odo Subcantor.

A Civitate Pictava.

Arnulfus Decanus.
Willelmus Cantor.
Raino Cantor S. Hilarii.

A Cenomanna.

Geraldus Cantor.
Ingoifus. Isbertus.
Ermenulfus Scholasticus.
Maofelinus.
Rainardus Capellanus.
Willelmus.

A Civitate Andegava.

Gauslenus Decanus.
Beringerius Archidiaconus.
Buchardus Thesaurarius.
Rainaldus Archidiaconus.
Fulcoius Capellanus.
Joannes Scholasticus.
Gauslenus puer.
Gaufridus puer.
Petrus Subdiaconus.

Ab Ingolismo.

Guillelmus Archidiaconus.
Vivianus Capellanus.

A Santonis Civitate.

Ranulfus Archidiaconus.
Acbaldus Archidiaconus.

Nomina Abbatum.

Hugo de S. Salvatore Karofi Abba.
Fredericus de S. Florentio.
Walterius de S. Albino.
Ebrardus de S. Karilefo.
Landricus de S. Petro Carnot.
Durandus de S. Gildasio.
Salomon de Bonavalle.
Hugo Longiledii Abbas.
Fulco de S. Joanne.
Ansegisus pecc.
Petrus de Nantoilo.
Algerius de S. Amnodo.
Arnaldus de Angeliaco.
A Odo de S. Sabino.
Azo de S. Michaele eremi.
Archembaldus de S. Maxentio.
Joannes de Luzione.
Theobaldus de Quinciaco.
Ansbertus de Ponteleveo.
Theodo de Burgulio.
Odolricus de S. Martiale.
Ermenteus Abbas de Tufeio.
Theobaldus de S. Benedicto.

B Actum Vindocinensi in Castro, anno ab incarnatione Domini M. XL. Indict. VII. regnante Henrico Francorum Rege anno nono. In Dei nomine feliciter.

Ex Calendario S. Sergii, & Chronico S. Albini.

Pridie Calend. Junii. Apud Vindocinum Castrum Monasterium S. Trinitatis dedicatum est anno ab Incarnat. Domini M. XL.

L E C T O R I.

Pene, ut vides, consilium fuerat hunc libellum omittere, quod aliud nihil videretur, quam aliquot Opusculorum, hoc est II. III. IV. V. VI. *unum in corpus congesta repetitio. Postea tamen cum animo subiret, non solum in utroque codice nostro exstare, verum in illo etiam fuisse, quo usus est Fr. Turrianus: ac praeterea sic in isto repeti quae in illis Opusculis dicta sunt, ut nonnulla interdum adjecta, detracta, interpolata constet, dubitari ut nequeat, quin hujus etiam libelli auctor sit Goffridus: praeteriri omnino nefas rati, vel hoc saltem loco edendum curavimus.*



TRACTATUS DOMNI GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS
De ordinatione Episcoporum, & de investitura Laicorum.

Goffridus Vindocinensis Monasterii humilis servus suo præcordiali amico, Petro Leoni S. Romanæ Ecclesiæ Cardinali, Catholicam fidem toto corde diligere, & eos qui contradicunt totis viribus impugnare.

TUæ petitionis, & meæ promissionis non immemor, si non ut debui, saltem ut potui, tentavi solvere, & quod a te quæsitum est, & a me promissum; de ordinatione videlicet Episcopi, & de investitura laicorum. In primis firmiter credere nos oportet & nullatenus dubitare, ut quemadmodum baptismus Christianum facit, ita electio & consecratio facit Episcopum. Et sicut impossibile est sine baptismate Christianum fieri, ita est impossibile Episcopum sine electione & consecratione creari. In ordinatione Episcopi electio & consecratio sic est utraque necessaria, quod consecratio sine electione, & sine consecratione electio Episcopum facere sola non sufficit. Nam sicut in baptismate, aqua & invocatio Spiritus sancti sunt necessaria, quæ faciunt Christianum: ita in ordinando Episcopo electio & consecratio sunt necessitate conjuncta, quæ creant Episcopum. Et sicut aqua sola, aut sola invocatione Sancti Spiritus nec baptismus fieri potest, nec homo esse Christianus: ita sola electione, aut sola consecratione nemo ordinari, vel fieri valet Episcopus. Magnum quidem & baptismatis, & electionis & consecrationis Episcopi Sacramentum: sed illud præcepit, & per alios facit Christus: & hoc egit per semetipsum. In illo spiritualiter creatur homo, & a Christo Christianus dicitur: In isto vero Dominus & Imperator creatur Christianorum. qui non solum vocatur Christianus a Christo, sed etiam Christi vices agere creditur. Sciendum vero quod hic vel ubicumque de electione & consecratione Episcopi agitur, canonicam necesse est electionem, & liberam consecrationem intelligi: ut qui canonice eligitur, & libere consecretur. Alioquin fit quædam prava simulatio in Ecclesia, & Ecclesiasticæ dignitatis illusio non parva. Quicunque igitur canonice non electus quasi sacrandus accedit, vel qui non est libere consecratus, etiam si canonica præcesserit electio, execratus recedit. Nam sicut ubi non est vera cordis conversio, non sequitur plena remissio: ita ubi non sequitur libera consecratio, etiamsi canonica electio præcedat, minime prodest, cum neutra sola Episcopum creare sufficiat. Nec est illa libera consecratio, quam præcedit factum sine judicio & justitia juramentum: cum B. Hieronymus super Hieremiam dicat, juramentum non esse faciendum, ubi non est justitia simul, veritas, & judicium. Quod si aliter fuerit præsumptum, juramentum non erit, sed perjurium.

Præterea tria proprie propria Ecclesia habere debet, quorum unum si defuerit, velut paralytica jacet, nec ligandi nec solvendi potestatem habet. Debet itaque Ecclesia Catholica esse, casta, & libera: Catholica, quia nec vendi debet nec emi: casta, quia nullatenus debet muneribus corrumpi: libera, quia sæculari potestati non debet subjici; nec ab ejus sponso qualibet occasione a sæculari potestate sacramentum extorqueri: cum omnino lege divina prohibeatur: nec ab Episcopo nisi pro sola fide Catholica sacramentum exigatur. Christus utique pastor bonus sponsam quærit fidelem: infidelem respuit: castam diligit, odit corruptam: liberam sibi faciat, ancillam abjicit. Falso itaque nominatur Episcopus, qui annullare conatur electionis & consecrationis ordinem, quem Christus per semetipsum primus instituit. Ipse enim primus & elegit Apostolos, & consecravit. Tota itaque ordinatio Episcopi in electione & consecratione consistit. Hæc prius per semetipsum, ut dictum est, Christus fecit. Deinde vero vicarii ejus. Et in Apostolis quidem a Christo facta sunt, quoniam ab ipso & electi & consecrati fuerunt. In aliis vero omnibus, a nullis aliis fieri licet, nisi a vicariis Christi. Sunt autem vicarii Christi clerici in electione, Episcopi in consecratione. Cæteri omnes petere quidem Episcopum possunt, eligere vero vel consecrare non possunt. Hoc sanctum Sacramentum, electionem videlicet & consecrationem Apostolorum, Christus primum fecit, per quod cætera fierent Sacramenta. Si vero Sacramentum, quod primum, ut dictum est, Christus fecit per semetipsum, aliter factum fuerit, quam docuit; Sacramenta cætera quæ sequuntur, quas vires habere valeant, nec ratio docet, & fides ignorat Christiana. Quicumque ergo sine Canonica electione & libera consecratione sub nomine Pontificis Ecclesiam vel potestatem Ecclesiasticam sibi vendicare præsumit, hic jam non per ostium intrat, sed aliunde ascendit: ut merito non inter Episcopos computetur, sed inter fures & latrones connumeretur. Iste aliis benedictionem non porrigit, sed pestem, & vulnus potius inferre videtur, quam salutem, qui tanta præsumptione Dei maledictionem meretur. Nam Episcopus qui Canonicam electionem, & liberam consecrationem non habet, est quasi arbor non habens radicem. Arbor autem quæ radicem non habet, etiam si folia habeat, fructum ferre nullatenus valet. Ad hujuscemodi arborem Christus quidem accessit, & cum ibi fructum non invenisset, eam maledixit. Ille maxime a Deo maledicitur, quis Sacramentis Ecclesiæ quasi sociari sua cupiditate desiderat, non Christi caritate. Et omnis qui Sacramentis Ecclesiæ cæmento caritatis non jungitur, injuriam quidem Ecclesiæ facit: sed quasi paries luteus dissipatur, qui licet dealbari possit ad tempus, ejus subita dissolutione, qui ante confidebant, in eo premuntur. Hac igitur similitudine recte colligitur, quod qui ad injuriam sanctæ Ecclesiæ Ecclesiasticum ordinem, & maxime Pontificatum assequitur, suam destructionem in primis, deinde populi mortem operatur. Et tunc Ecclesia

injuriam pariter sustinet & verecundiam, quando in eligendo Pontifice, canonica electio & libera consecratio perit: & quod vitæ meritis, & sapientiæ doctrinæ, atque sacris ordinibus debetur, illis quasi imponitur, quibus nec bonæ vitæ merita, nec sapientiæ doctrina, nec sacri ordines suffragantur. Isti terrenum, immo paludosum habent fundamentum, & ideo corruunt qui tali fundamento ædificantur. De talibus e-

Psal. 72. 18. nim dicitur in Psalmo: *Projecisti eos dum allevarentur*. Gravius nihil est apud Christum Ecclesiæ injuria. cujus Sacramenta qui perverse suscipiunt, cum Christo esse vel prodesse non possunt. Cum Christo etenim simul esse, & contra Christum facere nemo potest, cum ipse di-

Luc. 11. 23. cat: *Qui non est mecum, contra me est*. Qui autem cum Christo non est, nec sibi prodesse, nec aliis potest, cum ipse iterum asserat: *Qui*

Joan. 15. *non colligit mecum, dispergit*. Et alibi dicit, *sine me nihil potestis facere*. Sunt quidam, qui Romanæ Ecclesiæ omnia licere putant, & quasi quadam dispensatione aliter quam divina scriptura præcipit, eam facere posse. Quicumque ergo sic sapit, desipit. Nam Romanæ Ecclesiæ post Petrum minime licet, quod Petro non licuit. Petro quæ liganda erant ligandi; & quæ solvenda solvendi, est a Christo data potestas, non quæ liganda solvendi, vel quæ erant solvenda ligandi, concessa facultas. Petrus

Gal. 2. etiamsi aliquando aliter egit, Paulus licet in conversione adhuc novitius ei in faciem resistere minime timuit. Petrus vero sui junioris increpationem libenter suscipiens, quod plus justo fecerat, diligenter correxit. Præterea nulla ratione fieri licet, quod Christus suo exemplo non docuit: Ipse enim legem solvere non ve-

Matth. 5. 18. nit, sed adimplere. Romana itaque Ecclesia divinarum scripturarum legem solvere non debet, sed conservare; & tradita sibi a Christo potestate non ad suam voluntatem uti, sed secundum Christi dispositionem. Si etiam a suo juniore Romano Pontifici suggeritur, ut si aliquando plus justo fecerit, juste corrigat; tanquam Petrus Pauli admonitionem suscepit, & ipse suscipiet, si Petrum imitari desiderat.

Adversus eos qui contra Christi dispositionem armantur, bonus doctor & martyr Cyprianus loquitur, dicens, Adulterium est, impium & sacrilegum, quodcumque humano facto instituitur, ut dispensatio Christi violetur; qui sic agit, tenebras pro luce, noctem pro die, pro cibo famem, pro potu sitim, venenum pro remedio tribuit, pro vita mortem. Non fuit illorum ætas venerabilis nec est auctoritas imitanda, qui Susannam pudicam corrumpere voluerint: quorum veterem nequitiam imitantur, qui Christi veritatem, & ejus sponsæ virginitatem violare machinantur. Hi sunt utique qui Dei dispositiones immutant, & traditiones suas statuere conantur. A quibus recedente doctrina dominica, recedit & Domini gratia, quorum secus acta quandoque summus pastor vindicabit & ultoris vigore, & judicis potestate. Dispensationes quidem in Ecclesia faciendæ sunt, non amore pecuniæ, vel quolibet humano favore, sed pia & misericordi intentione. Tunc enim a pastore Ecclesiæ dispensatio pie & misericorditer fieri creditur, cum aliquid minus perfecte ad tempus fit ab illo, vel fieri permittitur, non voluntate sua, sed aliorum necessitate; ne in ipsis videlicet fides Christiana periclitetur. Sic igitur facienda est dispensatio ab Ecclesia, ut fidei nostræ veritas instruatur: & si quid aliter ad bo-

A rum factum fuerit vel permissum, opportuno tempore corrigatur. Hac indiscreta & sancta dispensatione usi sunt beati Apostoli Petrus & Paulus propter metum Judæorum, ne ipsi scandalizarentur. Nam Paulus post conversionem Timotheum circumcisum fecit, & ceremonias etiam exercuit Judæorum: & Petrus coegit quosdam Judaizare gentilium. Uterque sanctus Apostolus simulans se veteris legis præcepta servare; ne qui fideles ex Judæis facti fuerant, susceptam veritatis notitiam scandalizati negarent. Fecerunt hoc sancti Apostoli misericordi & pia compassione, non simulatione fallaci; quamvis legem post Evangelium non esse servandam minime dubitarent: Ubi beatissimæ vi-

B tæ viri intelliguntur non commutasse consilium, sed ad horam pro aliorum salute suæ doctrinæ sententiam. Nam super hoc quod ipsi & alii aliter fecerant, & se & alios postea correxerunt. Possunt etiam & debent fieri dispensationes, quibus Ecclesiarum, & monasteriorum consuetudines immutentur: sed ubi postponitur minus bonum, ut quod est melius instituatur. In nullo autem malum fieri debet vel permitti, nisi in ea tantum necessitate, ubi timetur ne periclitetur fides, & illud postmodum corrigatur. Nam qui mala faciunt, ut veniant bona, horum justam esse damnationem Paulus Apostolus protestatur. Si quis vero aliter in Ecclesia dis-

C pensationes facit, rationi simul & veritati contradicit. nec solum lucernam ardentem non habet: verum etiam aliorum ardentes extinguit. Et ideo non recte dicitur Christi vicarius, sed dux est cæcorum ipse cæcus.

De investitura autem laicorum, si quis cognoscere voluerit quid Catholica & Apostolica Ecclesia senserit, quid docuerit, quid judicaverit & constituerit, legat in primo capitulo illius Concilii, quod tempore Gregorii septimi Papæ factum est: & ibi omnes clericos, qui de manu laici investituram suscipiunt, hæreticos vocatos, & ideo damnatos esse & excommunicatos invenerit. Licet alia hæresis de investitu- *De quo & supra, epist. 11. lib. III.*

D ra dicatur, alia Simoniaca: ista quæ de investitura dicitur, contra sanctam Ecclesiam fortius jaculatur. Simoniaca etenim pravitas multotiens fit latenter: hæresis vero de investitura semper publice agitur. Ibi etiam in primis omnis Ecclesiasticus ordo confunditur, quando hoc quod unicuique a solo suo consecratore in Ecclesia cum orationibus, quæ ibi conveniunt, dari debet, a sæculari potestate prius accipitur. Quod sancti Apostoli non solum interdixerunt; verum etiam omnes illos, qui per sæcularem potestatem Ecclesiam obtinent, a Christo sibi tradita potestate damnaverunt. Et merito Apostoli judicio Spiritus sancti hanc hæresim in ipso Ecclesiæ principio damnare decreverunt, quam longo post tempore ex patre diabolo nascitu-

E ram esse præviderunt. Cum igitur laico & investitura, & omnis etiam disponendarum Ecclesiarum vel Ecclesiasticarum rerum facultas a Spiritu sancto, qui in Apostolis loquebatur, negata sit penitus & interdicta, qui investituram a laico suscipit, non jam contra Apostolos tantum, immo contra dominum Apostolorum, quod sanctum est, canibus exponit. Investitura enim, de qua loquimur, sacramentum est, id est sacrum signum, quo princeps Ecclesiæ, Episcopus scilicet, a cæteris hominibus secernitur pariter atque dinoscitur; & quo super Christianum gregem cura pastoralis ei tribuitur. Hanc investituram ab illo solo suscipere debet, a quo &

A consecrationem habet. Illum siquidem prius oportet consecrari: deinde vero tanquam regem Ecclesiæ sacris insignibus decorari. Si quis autem cuilibet sæculari potestati ista licera putat, errat: quod si defendere nititur, Apostolorum doctrinam & Sancti spiritus sensum annullare desiderat. Unde hæreticus essa oullatenus dubitatur. Iovestisura itaque laicorum, quæ fit per virgam & anulum, merito hæresis appellatur. Nam sicut a Simone Simoniaca hæresis dicitur, ita ab eo qui investit, & ab illo qui investitur; quoniam uterque in illa sua actiooe, & agitare claves Ecclesiæ, & ejus unicum ac singulare ostium violara conatur; recto oumine hæresis de investitura vocatur. Hæc præterea hæresis de investitura, si recte perspiciatur, etiam hæresis B Simoniaca esse, viva & vera ratinne probatur. Nam quæ sæcularis potestas sibi vindicare nititur investituram, oisi ut per hoc aut pecuniam extorqueat, aut, quod est gravius, sibi inordinate subjectam efficiat Pontificis personam? Nullus est utique laicorum, etiam si ei liceret, qui tanta intentione anulum vel virgam dare desideret, nisi per hæc quæ sunt sacramenta Ecclesiæ, tempuralibus lucris inhiaret. Laicis quidem sacramenta ab Ecclesia suscipere licet, noo Ecclesiæ quælibet Sacrameota dare. Semper laicus de investitura, ut diximus, aut pecuniam sibi vindicat, aut, quod est amplius, Episcopi C vel Abbatis personam. Hae non tam humana quam diabolica malignitate, Ecclesia Catholicam fidem, libertatem, & castitatem amittit, sine quibus oulla ratione subsistit. Hanc igitur, quam supra diximus, investituram quicumque sub specie pastoria suscipere præsumit, fit paralyticus, & hæretica lepra pollutus. Illum oon pastorem fiducialiter dico, nec illius pastoris qui animam suam posuit pro ovibus suis, quodlibet membrum: sed fur, & raptor, & lupus est. Nam ad hoc venit ut furetur, & rapiat & mactet. Hanc autem detestabilem impietatem non solum qui faciunt, sed qui consentiunt ei, damnati suot. Ille vero consentit qui eam tacet, qui eam non corrigit, & qui ei palam non con- D tradicit: & nemo est qui contradicere palam non debeat, & possit. Nam si prælati non habet auctoritatem, habet tamen Christiani vocem. Hier. 48. 10. Et scriptura dicit, & neminem excipit: *Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine*, Num. 22. id est, vocem suam ab increpatione peccati. Illud etiam factum meminerit, quod asina fatuum prophetam olim correxerit. Quod si fuerit vitiosus, vel quolibet alio crimine infamis factus, non ideo silere debet: quoniam unicuique peccatori communem Ecclesiæ fidem, quam suam esse credit, & confitetur, defendere, & contra ejus adversarios libere pugnare licet. Nam illi duo, qui in passione Domini crucifixi suot eum eo, omnino infames erant: nam E publici latrones, quorum unus non tantum quia credidit, sed quia suæ fidei veritatem contra alterum defendere cœpit, bonum illud & delectabile verbum a Salvatore nostro audire meruit: Luc. 23. 43. *Hodie scilicet mecum eris in paradiso*. Unde in latrone illo maxime declaratum agonscitur, quod vir Catholicus, licet prius infamiæ maculis aspersus, fidei defensione paradisum pariter & cum Christo esse meretur. Et quoniam de Simonia mentionem fecimus, car ipsa & laicorum investitura sit hæresis, & merito hæresis appellari debeat, amplius Deo adjuvante dicetur, ne super hoc deinceps dubitetur. Hoc etiam silendum non erit, quod sicut quædam investitu-

A ra laicorum contra fidem, ita quædam investitura eorum salva fide fieri potest. Credendum est, frater carissime, & firmiter tenendum, illud præcipue hæresim esse, quod a patris unitate filium, sive Spiritum sanctum conatur separare, vel personarum alteram altera minorem vel majorem asserere. Sunt quidem errores & divisiones, quæ hæreses appellantur, quibus de persona Patris vel Filii, sive Spiritus sancti, vel de simul tota Trioitate perverse sentitur. Sed sciendum est, quod ille maxime & magis propria hæreticus oomioatur, qui fidem Christi quam accepit, obstinato animo impugnare videtur. Igitur Simon Magus a S. Philippo ba- Act. 8. ptizatus non tantum hæreticus, sed hæretico- B rum primus & pessimus extitit: qui non solam a patris æqualitate separari posse Spiritum sanctum existimavit, sed etiam ipso Spiritu sancto major esse præsumptuose tentando concupivit. Nam cum se posse pecunia possidera Spiritum sanctum putavit, quid appetiit aliud, oisi ut Spiritu sancto major ipse haberetur; cum major sit qui possidet, quam quod possidetur? Cum itaque Patris & Filii & Spiritus sancti personas inæquales quilibet oititur adstruere, ratione pariter & auctoritate hæreticus habeatur: multo magis Simon Magus, qui Spiritum sanctum Deo Patri & Filio æqualem per omnia sibi pecunia subjicere tentavit, hæreticus; & Simonia, quæ C ab ipso ioventa est, & ab eo dicitur, hæresis comprobatur. Laicus autem cum investituram Ecclesiarum tribuit per virgam & anulum, quæ sunt Ecclesiæ Sacramenta, sicut sal & aqua, Oleum & Chrisma, & quædam alia, sine quibus hominum & Ecclesiarum consecrationes fieri non possunt; sibi jus Christi usurpat, & potestatem: & quodammodo se Dei filio prædicat altiorem. Nam dum illa Ecclesiæ sacrameota ibi dantur, ubi dari debent, & quibus, & quando, & quomodo debent, per consecrationis ministrum, a Dei filio dantur, a quo universa fiunt Sacrameota, & a quo tribuuntur. Unde Deus pater ad Joannem loquitur dicens, *Super quem vide-* Joan. 1. 33. D *ris Spiritum descendentem, ille est qui baptizat.* Quando dixit, *Ille est qui baptizat*, a parte totum significavit. Nam Dei filius universa sanctæ Ecclesiæ conficit & tribuit sacramenta. Laicus autem, quando contra Dei filium sic præsumit, si oon amplius, non minus tamen quam Simon Magus intumuit, & ipse intumescit, qui in collatione Sacramentorum se Dei filio anteponit. Et quia Deo Dei filio oon solum sui patris æqualitatem demere nititur, sed seipsum Dei filio superiorem sua impia actione significare videtur: recto nomine & ipse hæreticus, & ejus investitura hæresis appellatur. Non sit Imperatoribus & Regibus molestum quod dicimus, nec consuetudina sibi vindicara oitantur, quod E eis veritate negatur. Cum laicis etiam religiosis disponendarum Ecclesiarum vel Ecclesiasticarum rerum omnis facultas ab Apostolis prohibeatur, manifestum est, quod eis investitura negatur ab ipsa veritate, a Christo videlicet, qui in Apostolis loquebatur. Quod autem Christus in Apostolis sit locutus, Paulus Apostolus asserit dicens: *An experimentum ejus quæritis, qui* 2. Cor. 13. 3. *in me loquitur Christus?* Cum igitur Christus veritas sit, sicut ipse dixit: *Ego sum veritas*, Joan. 14. 6. nec unquam, Ego sum cousuetudo, dixerit; qui Christianus est, Christum; & qui Rex est, Regem regum, ipsam scilicet veritatem sequatur, non consuetudinem. Io Ecclesiasticis possessionibus, quamvis nec in legibus, oec in canonibus

inveniatur, tamen propter scandalum & schisma vitandum, talis regibus investitura concedatur, ut nec ipsi propter hoc pereant, nec sancta Ecclesia detrimentum patiatur. Investituram per virgam & anulum accipere, nisi a suo consecratore, manifestum est esse damnosum: quia nulli laico licet illa Ecclesiæ sacramenta dare, sicut ei non licet Episcopum consecrare. Res etiam, quæ semel Ecclesiæ datæ sunt, reges eas iterum dare, vel de ipsis investire nec debent, nec convenienter possunt. Nam alicui illud dare quod habet, & de hoc investire aliquem quod ille jam tenet, superfluum est & vanum, non tamen videtur criminosum. Alia utique est investitura, quæ Episcopum perficit; alia vero, quæ Episcopum pascit. Illa ex divino jure habetur: ista ex jure humano. Subtrahe jus divinum, spiritualiter Episcopus non creatur: subtrahe jus humanum, possessiones amittit, quibus ipse corporaliter sustentatur. Non enim possessiones haberet Ecclesia, nisi sibi a Regibus donarentur; & ab ipsis, non quidem divinis sacramentis, sed possessionibus terrenis investiretur. Ex jure divino regibus quidem & imperatoribus dominamur: ipsis tamen ex eodem jure, quia Christi domini sunt, honorem debemus & reverentiam, sicut dicit Apostolus: *Regem reveremini*. [*1. Petr. 2. 17.*] Ex jure autem humano tantum illis debemus, quantum possessiones diligimus; quibus ab ipsis vel a parentibus suis Ecclesia ditata & investita dinoscitur. Unde B. Augustinus super Joannem sic loquitur: *Noli dicere, quid mihi & Regi? Quid tibi ergo & possessioni?* [*Tractatu. 6. in Joannem.*] Nam per jura Regum possessiones habentur. Si vero dixeris, quid mihi & Regi? Noli jam dicere possessiones tuas, quia ad ipsa jura, quibus possessiones possidentur, renuntiasti. Nam secundum jus Imperatorum possides terrena. Tolle Imperatorum jura, quis audet dicere, Mea est illa villa, aut meus est iste servus, aut mea est ista domus? Quo jure defendis villas? divino, an humano? divinum jus in scripturis habemus: humanum jus in legibus Regum. Unde quisque possides, quod possidet? Nonne jure humano? Nam jure divino, *Domini est terra & plenitudo ejus*. [*Psal. 23. 1.*] Pauperes & divites Deus de uno luto fecit: & divites & pauperes una terra supportat. Jure tamen humano dicis, Hæc villa mea est, hæc domus mea est, hic servus meus est: jure ergo humano, jure Imperatorum quare? Quia ipsa jura humana per Imperatores & Reges sæculi Deus distribuit Ecclesiæ suæ. Possunt itaque sine offensione Reges post electionem canonicam & liberam consecrationem per investituram regalem in Ecclesiasticis possessionibus, concessionem, auxilium, & defensionem Episcopo dare: quod quolibet signo factum extiterit, Regi, vel Pontifici, seu Catholicæ fidei non nocebit. Voluit bonus Dominus & Magister noster Christus spiritualem gladium & materialem esse in defensione Ecclesiæ. Quod si alter ab altero retunditur, hoc fit contra illius voluntatem. Hac occasione de regno justitia tollitur, & pax de Ecclesia: scandala suscitantur & schismata: & fit animarum perditio simul & corporum, & dum regnum & Sacerdotium unum ab altero impugnatur, periclitatur utrumque. Nam Rex & Romanus Pontifex cum unus contra alium, alter pro regni consuetudine, alter pro Ecclesiæ libertate erigitur, regnum illam consuetudinem obtinere non potest, nec poterit; & Ecclesia suæ libertatis amittit plurimum. Rex præterea sacrosancta communione pariter & regia dignitate privatur: a Romano vero Pontifice multis, qui sibi deservire debuerant, necessitate cogente, servitur. Et qui a Pontifice docendus erat, & ducendus a Rege, Rex & Pontifex populum sequitur. Habeat autem Ecclesia pacem, & regnum justitiam: habeat rex consuetudinem, sed bonam, & non quam male reposcit, sed quam supra diximus, investituram. Habeat Ecclesia suam libertatem: sed summopere caveat, ne dum nimis emunxerit, eliciat sanguinem: & dum rubiginem de vase conatur eradere, vas ipsum frangatur. Hoc est præcipuum discretionis membrum: ne quilibet rector Ecclesiæ, sua qualibet actione a Satana circumveniatur. Tunc enim rector a Satana circumvenitur, quando sub specie justitiæ per nimiam tristitiam regendum perire contingit, qui potuit liberari per indulgentiam. Præterea bonus & discretus Augustinus in Epistola ad Parmenianum dicit, vix aut nunquam excommunicandum eum esse, qui in malo opere obstinatam multitudinem habet secum. Nam tolerabilius videtur uni parcere, ne in ecclesia schisma seminetur plurimorum. Et beatissimus doctor & martyr Cyprianus asserit dicens, Schisma non est faciendum, etiam si in eadem fide, & in eadem traditione non permaneat qui recedit. Et Salomon in Ecclesiaste, *Scindens ligna periclitabitur in eis, si exciderit ferrum*. [*Eccl. 10. 9.*] Item in Exodo, *In domo una comedetur, non ejicietis de domo carnem foras*. [*Exod. 12. 46.*] Ex quibus verbis colligitur, quod sit tolerandus ab ecclesia qui multitudinem habet secum, ne dum unum corrigere nitimur, perditio fiat multorum. Hoc etiam Hieronymus ad Augustinum scribit, dicens, quod secundum beatorum Apostolorum Petri & Pauli prudentiam, dispensationemque honestam, aliquando fieri necesse est, quod jure reprehenditur, ne Christianæ plebi scandalum oriatur. Si vero Imperatoris & regis personæ, non tamen illius terræ aliquando in summa justitia parcendum est, ne summa crescat inde malitia. Ministris Ecclesiæ penitus interdicatur, ne quod justum est, injuste consequantur. De præsenti materia si minus vel aliter dixi, quam debui, ignorantiæ deputetur, & indulgeatur misericorditer. Si autem bene, benigne suscipiatur, & observetur diligenter.

PETRI

RELIGIOSISSIMIS
DEIQUE AMANTISSIMIS
DD. PRIORI ET PATRIBUS
CARTUSIÆ MONTIS-DEI,

JACOBUS SIRMONDUS Societatis Jeſu, S.

CUm mihi nuper ex Lotharingia redeunti aditus ad celeberrimæ domus veſtræ ſepta patuiſſet, Patres religioſiſſimi, liceretque jam propius intueri, quæ multorum de ea ſermonibus & ſcriptis prædicata memineram: miratus ſum e veſtigio, quocumque animum oculoſque converterem, ſupra famam opinionemque noſtram excellere univerſa. Sed ut quod res eſt dicam, neque ita me loci facies cepit, quamvis eximia, & naturæ ingenio, cultuque amœniſſima, neque ſacellorum, totiuſque ædis ſacræ ornatus atque nitor oculos ſic affecit, ut animum ſanctiſſimi iſtius cœtus veſtri conſpectus & admiratio. Quid enim (mecum ipſe reputabam) honeſtius? quid maturius? quid ad pietatem aptius eſſe queat? aut quænam alia fingi, ſi hæc non eſt, forma integra & abſoluta æmulandæ religionis? Nimirum hoc erat, cujus gratia jam olim tanto ſtudio viſebatur Mons-Dei: hoc philtrum atque illex, cur has ſedes veſtras ſummi viri tantopere adamarent. Propterea S. Bernardus, cujus ſignatam veſtigiis cellulam, ſacraſque veſtes hoſpitalitatis veſtræ indices non immerito retinetis, iſtuc libens interdum relicta Clara-valle properabat. Inde Bernardus alter ex Abbate Præneſtinus Epiſcopus, vitæ mortiſque ornamentis clariſſimus, Montis-Dei latebras Romanis deliciis, & Cardinalitiis quæ delatæ fuerant infulis anteponebat. Petrus vero S.

Remigii Abbas noster, post delibatam semel congressus, consuetudinisque vestræ dulcedinem, quid habuit antiquius, quam ut ad vos identidem, quod ejus Epistolæ testantur aut re ipsa cum posset, aut votis certe, si re non liceret, animoque & cogitatione recurreret? Qui nunc omnes si cælo delapsi ad vos redirent, nihil ut equidem censeo, impensius gratularentur, quam eumdem hunc apud vos disciplinæ florem, quem primævum viderant, illibatum integrumque tot post sæcula permanere. Quanquam cur ego Montis-Dei præcipuam laudem faciam, quæ communis est omnium ubique Cartusianorum? Vestri enim ordinis, RR. Patres, familiæ vestræ proprium est decus, inconcussam ævo ætatem ferre, annorum vices nescire, temporum detrimenta non sentire. Itaque laborant alii ut ruinas suas instaurent: vos ne patiamini. Illi ut antiquam originis suæ dignitatem intermortuam exsuscitent: vos ut quam hactenus non degeneres tuemini perpetuo conservetis. Quo mihi quidem, cum instituti vestri vitæque præclara sint omnia, nihil admirabilius, nihil ad nominis vestri gloriam illustrius videtur. Erunt quos alia fortasse Ordinis vestri ornamenta moveant. qui plena stuporis exordia suspiciant: domos plurimas non sine cælestibus prodigiis fundatas: Episcopales cathedras aut fortiter a vestris hominibus, Brunonis exemplo repudiatas, aut sanctissime, cum reniti non possent, ab Hugonibus, Anthelmis, Stephanis administratas: alios rursus diversarum Ecclesiarum clarissimos Antistites, neque hos solum, sed ipsos etiam summæ potentiæ dignitatisque Principes, cum Guillelmo Nivernensium atque Autissiodorensium Comite, abjectis coronis tiarisque, cilicioli vestri asperitatem vel suscepisse vel optasse. Innumerabiles præterea religiosissimorum ac pietate Doctrinaque præstantissimorum patrum turmas: quorum alii virtutum suarum, mirandorumque operum fama orat omnes compleverunt, alii saluberrimis laudatissimisque scriptionibus Ecclesiam illustrarunt. Magna hæc profecto, nec sine admiratione memoranda. Sed horum aut pleraque aut omnia fuit quoque laudibus alii Ordines adnumerant. Vestra est, & sine exemplo, ista quam dixi antiquæ disciplinæ perpetua stabilitas & constantia, tanto ceteris gloriosior & illustrior, quanto supra humanam conditionem est, in hac rerum quam patimur mobilitate atque fluxu, gradum figere, atque invariabilem beatarum mentium perseverantiam imitari. Hinc ergo me, ut vobis, RR. Patres, hospitii gratiam his potissimum Epistolis redderem, causa non una permovit. Primum quidem, ut earum auctorem vel hac ratione compotem voti facerem: ut qui ad Montem Dei libenter itare solitus est dum vixit, eo nunc etiam qua potest sui parte revertatur. Tum vos deinde in majorum vestrorum, quam ob oculos ponet, imagine, præsentia felicitatis vestræ bona, qui iisdem vestigiis inceditis, agnoscatis. Me denique inter adsiduas divinarum laudum, distinctas actu, variatas temporibus, sed nunquam intermissas excubias, quibus dies noctesque insistitis, dum precum vestrarum beneficium orbi Christiano impenditis, admiratorem veneratoremque vestri, in tanti si placet muneris partem aliquam venire jubeatis. Valete:

TESTIMONIA

TESTIMONIA VETERUM
DE PETRO ABBATE CELLENSI.

Petri Cellensis, cujus Epistolæ nunc primum eduntur, alia quædam Opuscula, De panibus, De Tabernaculo, & De Conscientia jam olim prodierunt, ex bibliotheca Nic. Fabri V.C. cujus in obitu nuper literati omnes jacturam suam non ficto dolore testati sunt. plura lucem adhuc expectant studio atque industria D. Nicolai Camuzatii Ecclesiæ Trecensis Canonici. Et quoniam ejus diligentiam qua ad auctoris quoque vitam spectant non effugient ut speramus: nunc satis sit monuisse, cum Petrus Cellensis primum, deinde Remensis S. Remigii Abbas fuerit, ac demum Episcopus Carnotensis; & Epistolas ejus, & Testimonia, quæ sequuntur, ad diversa ipsius tempora titulosque pertinere.

Nicolai monachi Claravallensis epistola XXV. *quam Prioris sui nomine scripsit ad Henricum Episcopum Trecensem.*

Abbas Cellensis vir religiosus ac timens Deum, homo bonus & testimonium bonum habens a bonis, vita & literatura conspicuus, nobis quoque tanta familiaritate devinctus, ut non sit unus de ceteris, sed præ ceteris unus. Omnia nostra sua sunt, & sua nostra sunt: nos in illo, ipse in nobis. unus est de ordine suo, in quo domino Abbati nostro (*S. Bernardo*) amico vestro multum complacuit. &c.

Joannis Saresberiensis epistola CLXXII. *ad Henricum Comitem.*

Quas quæstiones cum mihi Albericus Remensis, quem cognominant de porta Veneris, quæ vulgo Valesia dicitur, nomine vestro, adhibitis aliquot literatis viris proposuisset, ut verum, Domine, fatear obstupui: nec quærenti potui habere fidem, donec venerabilem virum, fidelissimum & devotissimum vobis, Abbatem S. Remigii adduceret, qui & ipsas proponeret quæstiones, & ad eas cum multa precum instantia pro amore vestro & suo peteret responderi: pro certo affirmans vobis in vita nihil esse jocundius, quam cum literatis viris & de literis habere sermonem.

Kalendarium Ecclesiæ Carnotensis IX. *Kalend. Martii.*

Obiit piæ recordationis D. Petrus Carnotensis Episcopus, qui prius fuerat Abbas S. Remigii Remensis: qui antiquam banni consuetudinem Theobaldo Comite assentiente reformavit.

Petro Abbati de Cella scribunt Bernardus epistola CCXCIII. *Joannes Saresberiensis epistola* LXXV. LXXVII. XXCI. *&c. & Nicolaus Clarevall. epist.* XX. XXIV. XXVIII. *&c. Eidem Abbati S. Remigii Saresberiensis idem epist.* CCXXC. *& Alexander Papa III. passim. Episcopi vero Carnotensis meminit Stephanus Tornacensis epistola* CXXXVI.

INDEX
EORUM AD QUOS SCRIPTÆ SUNT
Epistolæ Petri Abbatis Cellensis.

I N D E X

EPISTOLARUM ALEXANDRI III.



PETRI ᵃABBATIS CELLENSIS EPISTOLARUM

ᵇLIBER PRIMUS.

b

ᶜEPISTOLA PRIMA.

c

Domino suo Alexandro Dei gratia summo Pontifici G.

I. IN gravissimis quæstionibus sicut olim ad Moysem, sic nunc, pater venerande, ab omni Ecclesia Dei recurritur ad beati Petri & vestram sedem. Tam enim communiter communis imponitur vobis sollicitudo omnium Ecclesiarum, quam singulariter & specialiter Petro videtur
Luc. 22. 32. dictum, *Et tu conversus confirma fratres tuos*. Ut tamen compendium de prolixo negotio vobis
d faciam, [d] Ecclesia nostra Dervensis de manu potentis G. non liberabitur, nisi per manum omnipotentis Dei, nisi in arcu vestro, & brachio extento. Clamat itaque de angustia & afflictione sua ad vos, quia salus ejus in manu Dei & vestra est. Non enim respicit ad adjutorium hominum, quorum vana spes, promissio cassa, nulla confidentia. Vobis autem sine dubio & sermo potens ad liberandum, & virtus sufficiens ad redimendum. In umbra itaque vestra aut est ei vivendum, aut sub umbra mortis, videlicet G. deficiendum. Dic verbo, sancte pater, & sanabitur Ecclesia vestra. Ecce languore desperatissimo jam diu ægrotat. Appone malagma: ut cujus est filia ex se languida, sit per te devotissima ancilla & redempta. In ore hujus nuntii nostri posuimus & quæ dicat & quæ faciat. Rem ut est latius ipse exponet, sive quomodo justitiam in præsentia Episcopi Catalaunensis subterfugerit; sive quomodo apud Remensem Archiepiscopum sola frustratione causa dilationis appellaverit: sive quomodo interposita fide in dominum Henricum
e [e] Trecensem Comitem compromiserit, & postea resilire temptaverit. Capite vulpem quæ demolitur vineam nostram. Petitio nostra hæc est, ut sub tali tenore ad Archiepiscopum Senonensem remittatur causa, quod vel compromisso suo stare cogatur, aut possessio sive investitura nobis restituatur, quam Ecclesiam nostram aliquando habuisse probare poterimus.

A

EPISTOLA II.

Domino suo & patri Alexandro summo Pontifici, Fr. Petrus humilis abbas Cellensis debitam subjectionem filii & devotionem.

CUI præter sinus paternos alia non suppetunt refugia, instantius eadem requirit in necessitate suffragia. Ad vos, pater sanctissime, a multis quæ circundant nos tribulationibus, & principum nostrorum oppressionibus merito confugimus, cujus studio & sollicitudini regendam Ecclesiam suam in mundi fluctuationibus commi- II.
B sit Christus. Jam enim perimus, nisi respexerit naufragia nostra benignus Deus. Justitia, ratio, veritas, lex & æquitas de die in diem a nostris finibus exterminantur, & earum memoria absque modo & misericordia extinguitur. Proinde respiciat, quæsumus, super nos misericordia vestra, ut vivere possit anima nostra. Vale.

EPISTOLA III.

C

Domino & patri carissimo Alexandro summo Pontifici, Fr. Petrus Cellensium fratrum minus idoneus abbas seipsum cum devotione.

UBi causæ postulandæ perorare per se sufficit prærogativa, solet rogantis etiam minus idonea recipi persona. Supplet namque dignitas petitionis insufficientiam postulantis. III.
Prædecessorum vestrorum privilegiis & beneficiis abbatiam Fontis Ebraldi sublimatam & communitam ubique divulgatum & notum est in partibus nostris. Episcopus autem Pictavensis, cum rigare debuisset & favere plantationi dexteræ Dei & vestræ, nititur libertatem hujus Ecclesiæ diminuere, & contra privilegium consuetam
[f] Abbatissam cogit professionem sibi & obe- f

a *Abbatis Cellensis*) Monasterium Cellense, cui Petrus Abbas præfuit, in suburbio situm est Tricassinæ civitatis, loco qui olim insula Germanica dicebatur. Unde vetus quoque monasterii nomen duplex. Nam & monasterium S. Petri ab ejus tutela & patrono appellabant, & a prisco loci vocabulo monasterium insulæ Germanicæ, qua sane modo Nicolai Claræ vallensis epistola xxiv. in codice nostro inscribitur, *Petro Abbati insula Germanicæ*. Dictum est etiam Cœnobium Cellæ Bobini, ut recte in antiquitatibus suis observavit vir eruditus & diligens Nic. Camuzatius. At vulgus hodie patria lingua *Monstier la Celle*, hoc est monasterium Cellæ vocat. Interdum vero absolute monasterium Trecense, & Abbates Trecenses, dicti sunt, qui Cellenses. Sic enim Petrus ipse loquitur lib. I. epist. VII. & lib. III. epist. VIII. ob hanc nimirum causam, quia omnium Tricassinæ urbis cœnobiorum antiquissimum erat Cellense.

b *Liber primus*) Epistolas omnes in libros ex. partiti sumus. In antiquo enim exemplari nulla erat librorum distinctio: sed una omnium epistolarum series, quam perpetui ad earum initia numeri ostendunt.

c *Epistola I.*) Hanc alieno scribit nomine, ut sextam item; reliquas proprio.

d *Ecclesia nostra Dervensis*) Monasterii Dervensis, quod in saltu Dervensi positum est in diœcesi Catalaunensi. Gallis vulgo *Monstier-en-der*, quasi monasterium in Dervo. Hujus nomen sæpius infra recurret in epistolis Alexandri III. corrupte vero apud Gerbertum epist. VIII. *Terdonensis* editum est pro Dervensi.

e *Henricum Trecensem Comitem*) Ad quem lib. I. epist. VI.

f *Abbatissam cogit professionem*) Vetus hæc inter illos controversia, ut docet Sugerii Abbatis epistola ad Eugenium III. Hadriani sane IV. extat in tabulario Fontis Ebraldi rescriptum, quo statuit, ut Abbatissa professionem Episcopo Pictavensi & obedientiam ea lege præstet, ut Episcopus monasterio nihil oneris imponat. Ex quo quidem apparet, aut moniales decreta Pontificis non statim paruisse, aut epistolam hanc non Alexandro scriptam fuisse, sed Hadriano ante ejus rescriptum.

dicnriam promittere, quam sibi sedes Petri retinuit. Gloriam itaque vestram alteri non dedis: sed omni remoto mediatore, propria benedictione & protectione & Abbatissam & Abbatiam ut dignum est foveatis.

EPISTOLA IV.

Domino & patri carissimo Alexandro universalis Ecclesiæ summo Pontifici, filius suus Petrus Cellensis indignus abbas cum omni dilectione obedientiam, & voluntariam subjectionem.

IV. DE multa bonitate vestra plurimum confidens, etiam pro negotiis aliorum vobis aliquando scripsi. Nunc vero in propriis vestrum, pater sanctissime, cogor expetere pium auxilium. Est autem hujusmodi pro necessitaribus Ecclesiæ nostræ negotium. Habemus [a] prioratum apud Cantumerulam, in cujus cimiterio jus sepeliendi omnes qui de castello sunt, & de quibusdam aliis villis hactenus dignoscuntur habuisse. Constat etiam antiquitus non fuisse cimiterium in castello, dum ibi essent Canonici sæculares. Cum autem successissent regulares, ab antecessore nostro impetratum est, intervenientibus [b] comite Theobaldo & Hatone Episcopo Trecensi, quatenus ibi fieret cimiterium, tantummodo ad sepulturam Canonicorum & conversorum suorum. Abbas autem cum Canonicis suis contra pactum veniens, illos etiam, qui tam jure quam pacto in cimiterio nostro sepeliri debuissent, sepelivit. Cum de hac utrimque altercatum in curia Trecensi & ad judicium ventum esset, appellavit Abbas. Pro hujusmodi, pater dulcissime, benignitatem vestram obsecramus: supplicantes ut & nuntium nostrum benigne suscipiatis, & petitiones nostras efficaciter exaudiatis.

EPISTOLA V.

Venerando patri & domino Dei gratia universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Frater Petrus Cellæ sancti Petri Trecensis humilis Abbas, quicquid potest.

V. QUi nostram humilitatem alicujus momenti apud sublimitatem vestram reputant, utinam spei suæ fructum in effectu precum suarum inveniant. Hinc enim & vestra benignior apparebit dignatio, & nostra confortabitur de vobis gloriatio, & amicorum pro impetratis gratiosior erit exultatio. Amici nostri, immo veritatis & honestatis, sunt isti, R. Archidiac. & magister H. qui pro Præpositura Suessionensis Ecclesiæ [c] D. Guillelmo concedenda, pietatem & providentiam vestram adeunt. Guillelmus vero iste quam de magno genere, immo quam de bono sit, vel cujus filius fuerit, exprimerem, nisi virtutes & probitatem patris ejus in omni genere virtutum adhuc in curia Romana spirare sperassem. Certe quod optabilius est, nec ramusculus ipse a radicis pinguedine paternæ degenerat. Talem itaque suscitare in Ecclesia Dei cum omnino expediat, quia multi insurgunt adversus eam dicentes, Non est salus ipsi in Deo ejus, non respuat dextera Dei & B. Petri, & vestra: quia faciet fructum justa genus suum; quod omni obsequio & obedientia semper obtemperaverit præceptis curiæ Romanæ & summorum Pontificum. Habet autem & duo brachia præclara & fortissima, quibus poterit revelare ineutvantem, & rebellare refrænantem, quibusque umbraculum Dei protegat a turbine & a pluvia. Comes Henricus, & [d] Comes sive dapifer regis Theobaldus, hi fratres ejus sunt, & erunt ei in omni auxilio & consilio. Valete.

Magister H. vir apud nos probatæ honestatis magistrum I. clericum nostrum & amicum nostrum docuit, & multa bona ei fecit. Hunc vobis attentissime commendamus.

EPISTOLA VI.

Domino & patri Dei gratia summo Pontifici [e] Eugenio humilis [f] conventus sancti Mevenni humilem cum omni subjectione salutem.

VI. AD sinum vestræ pietatis qui debita humilitate recurrit, non solum maternæ lenitatis blandimenta, sed & paternæ sollicitudinis solet invenire indubia tutamina. In manu namque vestra est post Deum pax omnium simul Ecclesiarum & nostra. Vestram itaque, pater piissime, rogamus adesse benivolentiam pauperculæ Ecclesiæ nostræ: & ne longiori tempestate convellatur, divinitus indulta auctoritate ventis & mari silentium placeat vobis maturius imperare. Ut itaque vehementius & celerius vestra erga nos moveatur clementia, nostra breviter nova & antiqua intimamus pericula. Religionis disciplina & fervor monachici ordinis, tam nostra quam abbatis negligentia, olim in Ecclesia nostra in unum intepuerat. Zelo itaque zelatus pro domo Dei Israel sanctissimæ memoriæ [g] Lucius

---

a *Prioratum apud Cantumerulam*) Cui titulus a S. Sereno, lib. IV. epist. IX. Inde & Prior de Cantumerula apud Saresberiensem Epist. cxv. Sita est hæc Cella, (sic enim appellant) propter Cantumerulæ castellum in pago Trieassino. In castello autem ipso monasterium regularium S. Augustini, quibuscum hæc Cellensibus de cœmeterii jure contentio.

b *Comite Theobaldo*) Magno, de quo epistola sequenti, ad quem D. Bernardus complures.

c *D. Guillelmo*) Quartus hic Theobaldi Magni Comitis Campaniæ filius, & regii sanguinis nexu, & rerum gestarum gloria clarissimus. avunculus enim, tutorque fuit Philippi regis Augusti. Huic vero Ecclesiasticarum dignitatum, quas plurimas & maximas gessit, exordium non fuit præpositura Suessionensis, nam alias superstite patre jam attigerat, ut docet epistola ccLXXI. Bernardi. Posthæc Episcopus fuit Carnotensis, tum etiam Senonensis, denique Remensis, ac S. R. E. Cardinalis & Legatus in Gallia.

d *Comes dapifer Theobaldus*) Comes Blesensis, Dapifer Ludovici Junioris, ac postea Philippi Aug. regum. quo munere in aula functus est post Radulfum Comitem Viromanduorum. In diplomate Ludovici ejusdem pro Cœnobio S. Dionysii. *Actum publice Meleduni anno dominicæ incarnationis* M. C. LIV. *adstantibus in palatio nostro quorum nomina subtitulata sunt & signa. Signum Theobaldi Blesensis Comitis Dapiferi nostri. S. Guidonis Buticularii, S. Matthæi Camerarii, S. Matthæi Constabularii. Data per manum Hugonis Cancellarii.*

e *Eugenio Papa*) Eugenius III. non solum ante Alexandrum III. sedit, ad quem epistolæ superiores: verum etiam ante Anastasium & Hadrianum, quos Alexander secutus est. Quare qui has epistolas digessit, ordinem temporum non usquequaque retinuit. quod multis deinceps exemplis patefiet.

f *Conventus S. Mevenni*) Cœnobium est ordinis S. Benedicti apud Macloviences in Armoricis. Itaque qui in hac epistola nominatur Joannes Episcopus, Episcopus est Macloviensis, ad quem noster epist. XVI.

g *Lucius prædecessor*) Lucius II. Cœlestini II. successor, decessor Eugenii.

A prædecessor vester mandavit humilitati nostræ, & venerabili Episcopo nostro Joanni, studiosius ordinem reformare, disciplinam renovare, & insolitam tumultuationem resecare. Ejus itaque nos tam præcepto quam grata exhortatione ad obediendum inclinati, ut verum fateamur, ad radicem arboris securim extendimus; & Abbatem negligentem excidi voluimus, ut vigilantiorem reciperemus. Sic, domine & venerande pater, fuerat, nisi totius malignitatis repertor Satanas rursus adversaretur, & nisi domini Archiepiscopi Turonensis facies & sententia justa circa hoc negotium perverse mutaretur. Namque electionem nostram prius laudavit, & vestra auctoritate confirmavit. quorundam vero malignantium postea ductus, ne dicamus sedactus, machinationibus, nulla rationabili existente causa, aggravavit erga nos & pastorem nostrum consilium suum, volens & consultans illi gregem dimittere sibi commissum. Gravamen itaque injuste sibi imminens Abbas dum attendit, vestram recte audientiam appellavit. Post hanc autem appellationem, quidam de familia Archiepiscopi & de mensa ejus, insecuti & persecuti sunt Abbatem nostrum, ita ut unum de clericis suis cum equis & quibusdam caperent, & turpiter tractarent. Ea propter vestram celsitudinem, pater & pastor universalis Ecclesiæ, gratiam, ut oculo pietatis nostram attendatis miseriam & causam nostram finiatis, immo præcipiatis tractari non in Archiepiscopi curia, sed in qua ex æquo nostra audiatur & ejus justitia, seu injustitia. Excaset autem Abbatem nostrum, quod nequaquam vobis se præsentaverit, tam illata injuria, quam corporis gravis infirmitas.

EPISTOLA VII.

a *Domino & patri carissimo* [a] *Rolando Cancellario sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Frater Petrus indignus Abbas Trecensis monasterii, id modicum quod est & quod potest.*

VII. NUllis meritorum suffragiis subnixus, sed sola bonitate vestra confisus, nostris vestram adesse dignationem petitionibus deposco. Artius siquidem verbum promissionis vestræ per nuncios nostros acceptum in corde reponens, tanquam mihi obligatam ipsorum jure personam
b vestram teneo. Ut itaque in causa de [b] Ecclesia de Villa Mauri contra injustitiam Canonicorum pro nobis valenter assistatis, non remordeat vos conscientia vestra, quia justa est causa nostra. Valete. Parisiensis Episcopus exponet vobis tenorem facti.

EPISTOLA VIII.

c *Venerabili domino & patri carissimo* [c] *Hugoni Senonensi Archiepiscopo, Frater Petrus Cellensis humilis Abbas seipsum cum devotione.*

VIII. VIneæ Christi devastatores uvas, sive ejus ovilis oves lupi rapaces toto die devorant, pede conculcant, manu dilaniant, & vestra, benignissime pater, vigilantia obviare dissimulat? Quare non attenditis quid pro officio, quid pro sponsione, quid pro dilectione, summi pastoris ovibus magnus pastor debetis? Certe defensionem, certe instructionem, certe sollicitudinem. Sed qualem, vel quantam? Sine dubio quantam Christus, qualem Petrus. Christus enim diligit usque ad mortem: pascit Petrus secundum triplicem pastionem. Verbis namque, exemplis, & miraculis pavit animas fideles Petrus. Non omnino cuilibet pastori impos-
B sibile est, pabulum divini verbi ovibus suæ curæ apponere, exempla bona demonstrare: sed grave valde est, miracula antiquorum resuscitare. Quod si supra homines hujus temporis sit patrare miraculum, sufficit nobis fidele propugnaculum. Vobis siquidem in Petro dictum est, *Pasce agnos meos*, sana scilicet doctrina. Vobis *Joan. 21. 15.*
rursum dictum est, *Confirma fratres tuos*, bono *Luc. 22. 32.*
utique exemplo. Nihilominus claves regni cœlorum tenetis, at hœdos excludatis, & agnos admittatis. Interim in agro mundi, dum agnus & hœdus simul habitant, hœdus injustior extollitur, agnus innocentior opprimitur. dum enim superbit impius, incenditur pauper. Quamobrem Sara, id est patientia Ecclesiæ adversus Abraham, id est pastores suos, conqueritur,
C quod Ismael secundum carnem ludat cum Isaac promissionis filio. Cujus querimoniæ divinum jungitur mandatum, *Ejice*, inquiens, *ancillam* *Gen. 21. 10.*
& filium ejus. Utinam amantissime pater, Ismael nostrum juxta domini Papæ præceptum ejecissetis! fiat tamen non mea, sed vestra voluntas. Sacrarium nempe secretorum vestrorum impudens perscrutator non attingam, sed humilis supplicator. Fortassis longa temporis dispendia resarciet plena & perfecta justitia. Si ad diem illam datam probationes vel testes ducere mecum debeam, si placet, remandate. Valete.

EPISTOLA IX.

D *Venerabili domino & patri Hugoni Senonensi Archiepiscopo, Frater Petrus humilis Abbas Cellensis seipsum cum devotione.*

SI patienter dominus meus servo suo, ubi pœna debetur, plagas amicales admoveret, & ubi justitia debetur, præmium rependeret, tam facile confiterer culpam, quam secure sperarem veniam. Prius tamen quam pelagus formidabilis censuræ ingrediar: an accusem, an deplorem sortem, qua huc delatus serenitatem vestram, sive merito, sive immerito, obnubilatam in me audio, satis anxie delibero. Quo- IX.
E modo enim non accusare vel potius execrari casum illum debeo, per quem tantum casum sentio? Pereat omnis casus, a quo amicitiæ infertur occasus. Sit solitarius, nec laude dignus, qui venas interrumpens dilectionis, inimicitiarum conglomerat virus. Rursus deploranda forte potius est sors illa, quæ cogit utrumque in præcipitium: ut scilicet vel pruinam fugiens incurrat, vel arcum æreum, juxta illud Amos,

a *Rolando Cancellario*) Illi ipsi qui Pontifex postea renuntiatus Alexandri III. nomen gessit. Scripta igitur epistula Hadriani IV. pontificata. proinde series interpolata, ut innuimus.

b *Ecclesia de Villa Mauri*) In qua Prioratus alter monasterii Cellensis in eodem pago Tricassino.

c *Hugoni Senonensi*) Qui vir, quantusque fuerit, declarat epistola Cleri Senonensis de ejus electione scripta Episcopo Carnotensi. *Elegimus*, inquiunt, *nobis in pastorem & pontificem dominum Hugonem præcentorem nostrum, a parentibus Christianis & Deum timentibus nobiliter editum, virum strenuum, modestum, mansuetum, disciplinis Ecclesiasticis competenter eruditum, religiosis personis amoris & honoris exhibentem officium*, & quæ sequuntur.

Amos, v. 19. Dies, inquit, *Domini tenebræ & non lux. quomodo si fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei ursus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber*. Ecce amici & domini offendo majestatem, si stetero pro [a] Petro de Tornella. Ecce iterum frater dissipantis opera sua appellor, si quod bona fide, titulo justo, & more Ecclesiastico a me factum est dissimulavero. Hinc civile jus, inde jus naturale de me conqueritur. Sed quid? Civilia nunquam naturalia corrumpunt. Dicitur ergo mihi, immo non mihi, sed de me dicitur: Hæccine est Cellensis religio? hæccine est veritas? hæccine est fama? Ecce quomodo adulterium, immo incestum fovet: ecce quomodo carnem suam diligit, canones & Evangelium contemnit: ecce quomodo iniquitati patrocinatur. Non a vobis, sed a vestris, carissime pater, ista adversum nos dicuntur. Vicem quidem mentiendo, & certe vera dicendo reddere possem: sed infrænat linguam meam sanctissimæ reverentiæ vestræ auctoritas, & conscientiæ meæ professionisque non rumpenda integritas. Victoriosissimo enim triumpho tripudiat adversarius, si de castris patientiæ & humilitatis ad cuneum me provocat impatientiæ & falsitatis. Tunc certe solummodo me superatum æstimo, cum irritatione quacumque terminos religionis transgredior. Audiant igitur, audiant obtrectatores mei. Carnem quidem meam diligo, sed post spiritum carnem diligo, sed secundum Apostolum: carnem diligo, sed non

Esa. 58, 7. supra modum. *Carnem tuam*, ait scriptura, *ne despexeris*. Beatus quoque Gregorius dicit: Sunt quidam qui diligunt, sed per affectum cognationis & carnis, quibus sacra eloquia non con-

Ephes. v. 27. tradicunt. Et Apostolus, *Nemo unquam carnem suam odio habuit*. Nos, inquiunt æmuli mei, diligendam carnem concedimus: sed non contra justitiam. adversatur autem prorsus justitiæ adulterium sive incestus. Nihil verius. Sed ego incestum ignoro, matrimonium legitime factum agnosco. Convocavi namque seniores, conjunctim & separatim, publice & privatim, diligentissime examinavi, nec impedimentum conjugii advertere ex verbis eorum potui. Testes quoque qui nunc proferuntur, alter est minus idoneus propter apparens odium, alter propter causam reticendam usque ad suum locum. Non itaque Evangelii seu canonum contemptor iniquitatem patrocinandam suscepi, qui de lege Domini iota unum aut unum apicem pro temporis opportunitate volens non præterivi.

EPISTOLA X.

Domino & patri carissimo [b] *Thomæ venerabili Cantuariensi Archiepiscopo, Frater Petrus Abbas sancti Remigii ex toto corde devotissimam salutem.*

SOllicito revolvens animo quam potius materiam assumam cum vobis scribere volo, vix occurrit, non deficiendo quid dicatur, sed reverentia comprimente manum cui dicatur. Nihil enim dignum vestri animi fortitudine dicere possum, nihil addere constantissimæ tolerantiæ vestræ, nihil denique docere omnia a longe prospicientem, atque fines rerum & causarum futurarum plenissime dimetientem. atque palearum acervum ut quid anteponerem præsepio, cui adheret bos adipe & pinguedine opulentissima satiatus & saginatus? Equidem hoc mihi ad ministerium aliquod impendendum in obsequio vestro non indigne reservatum reperio, si muscas abigere possem vestram sanctitatem oblatratione invidiosa pungere volentes, vel saltem interpretatione perversa denigrare sinceritatem fidei vestræ insistentes. Plane muscæ istæ morientes, quæ in Ægypto abundant, & Pharaonem regem Ægypti, tanquam virum muscarum circundans, Deo opitulante, non perdens suavitatem unguenti. Servabitur namque in diem sepulturæ Jesu, & prædicabitur in generatione & generationem, quod Archiepiscopus Cantuariensis murum se opponens pro domo Israel, vestigia sanctorum antiquorum imitatur, dum Christum in cruce nudum pendentem nudus sequitur. Quomodo ergo cum Abraham potero abigere easdem muscas contaminare volentes illibatum domini sacrificium, nisi sancto ventilabro de authenticis scripturis, quo vel feriantur, vel saltem effugentur? Dicunt enim, Non debet Archiepiscopus tam instanter [c] sua repetere a rege Angliæ, ut dimittat reconciliationis pacem pro amissa pecunia. Falluntur spe veri, vel adulatione falsi. Qui specie veri decipiuntur, instruendi sunt: qui adulatione falsi, repellendi. Simplicitas enim revocanda est, malitia prorsus abjicienda. Ceterum pensandum est in omni tam contractu quam actu, quid propter quid faciendum vel dimittendum sit. Pensanda etiam sunt tempora, & diversi status temporum, secundum quos mutantur merita causarum. Nam in primitiva Ecclesia sola patientia locum habuit, ut auferenti tunicam dimitteret & pallium. Alius enim erat, & alibi, id est extra Ecclesiam, qui persequebatur, alius & alibi, id est, intra Ecclesiam qui patiebatur. Modo vero jam adulta Ecclesia, non licet filiis Ecclesiæ quod aliquando licuit inimicis. Decet enim matrem corrigere filium, sicut decuit pupillam tolerare adversarium. Distinctus namque sapphiris legitur venter sponsi. & quemadmodum ante passionem suam Jesus

a *Pro Petro de Tornella*) Desponderat is sibi Havvidem, neptem Petri Cellensis. Quod matrimonium nonnulli, atque in his Hugo Archiepiscopus, quasi inter consanguineos initum improbabant: Petrus contra impedimentum conjugii nullum agnoscebat. Qua de re iterum hoc libro epist. xxi. & lib. iv. epist. ax.

b *Thomæ Cantuariensi*) Cum adhuc exul esset in Gallia, & de ipsius cum Henrico rege Angliæ reconciliatione tractaretur.

c *Sua repetere a rege Angliæ*) Rex enim ablata restituere abnuebat. Mauricius Parisiensis Episcopus Alexandro III. *Præterea requirebat D. Cantuariensis partem ablatorum sibi restitui: alteram vero partem in sustentationem dimitti, donec vestrum super hoc & religiosorum virorum haberet consilium. Inconveniens enim & sibi valde damnosum, & perniciosum sanctæ Ecclesiæ exemplum videretur, si ipse omnia ablata, sicut Rex Angliæ postulabat, penitus remitteret, cum per ejus absentiam ædificia Cantuariensis Ecclesiæ diruta essent, & ad possessiones dissipatas tenue haberet refugium, & ipse gravissimo alieni æris debito adstrictus teneretur.* Ceterum pervicit tandem, ut restituerentur, quod ipsemet testatur in epistola quam de reditu suo scripsit ad Alexandrum.

dixerat,

Luc. 14. 33. dixerat, *Qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*, & similia: Luc. 22. 36. in passione dicit Apostolis, *Qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat*. Verba quidem bona, verba consolatoria non immerito exigeret causa justa in oculis Dei, in oculis autem insipientium dubia & infirma: nisi virtus patientiæ omnem transcenderet consolationem, & plus gauderetis de consolatione, quam malleus feriens proficeret de percussione. Ferrum ferro acuitur, & de malitia regis Angliæ virtus vestra invincibilis clarius illustratur. Quo fortius premit torcular olivam, eo profusius oleum producit. Candelabrum ductile de auro purissimo non facit Beseleel in tabernaculo Domini, nisi productis laminis contritione limæ & mallei. Nondum contritus est malleus universæ terræ, adhuc necessarius ut suppleat quæ desunt passioni Christi in corpore vestro. Sed quem moneo? quem exhortor? cui calcaria adhibeo? Sine dubio qui fræno indiget, qui paratus est plus ambulare quam via extendatur, qui etiam metas velociter transcurrere nullis retardatur periculis. Procul enim odoratur bellum, exilium reputat patriam, quia omne solum forti patria est. Sine labore laborat, sine fame esurit, sine dolore patitur, sine amaritudine felle & absinthio cibatur. Vir est in millibus unus, cum gigantes gemunt sub aquis, ipse ridet, & irridet fortunam cum inversione rotæ suæ. Vale.

EPISTOLA XI.

Carissimo domino & patri Hugoni Senonensi Archiepiscopo, Frater Petrus humilis Abbas Cellensis spiritum gratiæ & precum.

XI. Si patientiam monemur pro contumeliis rependere, quid pro gratia nisi gratiam tum lege naturæ, tum præcepto ipsius gratiæ debemus reddere? Et si inimicos jubemur amare, amicis quid habemus facere? credo tanquam ipsam animam nostram suscipere. Certa vero perfecti amoris hæc est testificatio, si amicorum utilitati omnis postponatur occasio. Sic, sic magister M. non obliviosus factus beneficiorum vestrorum, ne vobis materia scandali fieret, & iram regis vestra sublimitas persentiret, tulit in se periculum inimicitiarum, & ab honore interim, donec iniquitas transiret adversarii, gratia vestri cessavit. Foveat itaque pietas, quem sic invenit non ingratum alumnum experientia vestra, & contemperet maliriam molestiarum, quia spem habet in protectione alarum vestrarum. Tenerius namque, immo secretius dicitur diligi, cui nihil carius fuit pace benefactoris sui. Facite ipsi pacem, qui nec paci suæ pepercit propter vestram pacem.

EPISTOLA XII.

Domino & patri carissimo Thomæ Cantuariensi Archiepiscopo & [a] Apostolicæ sedis legato, Frater Petrus Cellensis qualiscumque minister, seipsum. a

XII. Facti sumus sicut consolati in consolatione sanctitatis vestræ tam affectuosa, tam pia, tam plena dulcedine & caritate. Reddat vobis Spiritus paracletus consolationem suam, quia respicere voluistis misericorditer desolationem nostram. Suscitavit siquidem corda nostra & si non emortua, jam tamen elanguida, susceptio litterarum vestrarum. Dominis & amicis nostris hanc vestram dignationem & consolationem ostendimus, & in spe viva ex consilio eorum fratrem nostrum peregrinari ad vos destinavimus. Excipite illum: & quia vix in terra sua habet, ubi caput reclinet, interim sub umbraculo vestro militet, & stipendia ad nos condigna reportet. Confidimus equidem in bonitate Dei, & in liberalitate animi vestri, quam jam prægustavimus, quia quamvis in baculo suo transeat mare vestrum, tamen sit rediturus in turmis multarum benedictionum. Discretione sanctitatis vestræ fratres nostros & nuncios disponendos committimus. Dominum quoque & confratrem in omni oratione & beneficio omnium vestrorum vos adnumeramus. Valete.

EPISTOLA XIII.

Domino suo & patri carissimo [b] Philippo Coloniensi Archiepiscopo Frater Petrus humilis Abbas sancti Remigii salutem cum omni devotione. b

XIII. Frequenter cum beato Remigio patrono nostro vestræ sublimitati humiles porreximus preces, si quo modo animum sine culpa nostra, ut credimus, hactenus implacatum nobis ad misericordiam faciendam flectere possemus. Denique iterum atque iterum quanta humilitatis supplicatione potest tota congregatio nostra appellat, si qua sunt in vobis viscera misericordiæ, ne adhuc extenta in flagello nostro perseveret manus vestra. De clementia namque Dei indultum est, ut potestatem habeatis & bene facere & male nobis si vultis. Nolite oblivisci, quia limites, quos Dominus dominationi vestræ posuit, certi & finiti sunt in prædestinatione Dei. Utimini ergo potestate vobis concessa semper ad bonum, nunquam ad malum. nam indubitanter utrinsque sequitur retributio æterna. Pro Jesu itaque amore, & per Christum Jesum contestamur vos, quatenus misereamini pauperum compeditorum, quibus nec ingredi, nec egredi licet, nisi sub manu & cum licentia pastoris. Boves sunt triturantes, nocte & die pro peccatis suis & totius mundi Dominum deprecantes. Ne obturetis ora eorum, subtrahendo alimoniam a prædecessoribus fideliter pro remissione peccatorum suorum eis concessam. Certe non erit famæ & gloriæ vestræ augmentum, nec cumulus divitiarum, nisi tantummodo peccatorum. Respondemus itaque pro [c] præbendis de Marna, de quibus mandastis, ut de ma- c

a *Apostolicæ sedis legato*) Legatus per universam Angliam excepto Episcopatu Eboracensi creatur est VII. Idus Octobris anno M. C. LXVII. Post hunc igitur annum hæc scripta oportuit.

b *Philippo Coloniensi Archiepiscopo*) Hæc etiam epistola multo inferius collocanda erat. Nam Abbas S. Remigii erat Petrus, cum hæc scriberet, & Philippum constat Coloniensem cathedram non iniisse ante ann. M. C. LXVI.

c *Præbendis de Marna*) Rectius *Marsna*, ut lib. VIII. epist. XV. Sic enim in capitulis regum, quæ anno DCCCLI. edita servatur, *quando tres fratres Hlotharius scilicet, Hludovicus, & Karolus secus municipium Trajectum penes locum, qui dicitur Marsna iterum convenerunt*. & in Fragmento Gallici scriptoris apud Pithœum de Gisleberto:

A nu nostra eximendo quibuslibet personis eas daremus, quod nullatenus in sæculum sæculi, id facturi sumus. Provoluti etiam genibus vestris, ne id ulterius a nobis exigatis, exoramus. Valete.

Epistola XIV.

a *Venerabili Domino & patri carissimo* [a] *Henrico Remensium Archiepiscopo frater Petrus humilis Abbas sancti Remigii seipsum devotissime.*

XIV. CUm semper præsentia vestra nobis & toti provinciæ Remensi necessaria sit, quia nunc solito increverunt & intumescunt tribulationes, quæ circumdederunt nos, omnino postulantes B rogamus ne moram faciatis redire ad nos. In absentia enim vestra coronam sibi assumunt inimici vestri & nostri, adeo ut non sit pax ingredienti vel egredienti. Indifferenter ingrediuntur rapere, vastare, & devorare omnia, in quibus manus injicere possunt. Monacho, clerico, laico, pauperi, viduæ, nullique conditionis miseriæ parcunt. Placeat igitur, pater amantissime, sollicitudini vestræ inclinare animam necessitatibus & angustiis terræ vestræ, quæ clamat ad vos & post vos.

Epistola XV.

b *Domino suo carissimo & præcordiali Joanni* [b] *Episcopo sancti Maclovii & Mag. presbytero, id quod est & potest.*

XV. CAritas patiens, quod mirum dictum est, pene ad impatientiam me impellit. Vidi nuncium vestrum literis vacuum. Quid hoc est? Est ne tanta penes vos chartarum caritas, an sic vestra abbreviata est caritas? Quæ tam importuni silentii causa? quæ ratio tam mutæ & silentis dilectionis? Est-ne inquam in Britannia consecutivum, ut ubi sterilitas panis, sequatur & D defectio cordis? Et panis quidem inopiam audiebam, sed famem ex hoc virtutum succedere non credideram. Certe farina & lecythus olei apud Sareptenam, ex quo Helias noster Dominus Macloviensis de his gustavit, non defecit. Certe non defluit amor noster, sed influit, atque effluit. Et Episcopum quidem excusat instantia laborum, sollicitudo Ecclesiarum, compassio afflictorum, reconciliatio dissidentium. Clericum quid vetat scribere, quid impedit amicales literas componere? Desidia? sed hanc E studium excludit. Insipientia? sed est ei literarum peritia multa. Ignorantia nuncii venientis? sed mihi nudam salutationem detulit. Festinatio properantis? sed plura sigilla pluribus attulit. Restat igitur condemnanda in amicis negligentia. Quia igitur oleum non misistis, aculeum sumitis: & ideo pungi meruistis, quia ungere noluistis. Valete. Si valetis, bene est nobis.

Epistola XVI.

Domino & patri carissimo, Joanni Episcopo sancti Maclovii Frater Petrus Cellensis indignus Abbas cum Apostolo in labore & ærumna.

ETiam in amaritudinibus nostris congratulatur anima mea: quanto magis in consideratione gloriosæ remunerationis? Reminiscor siquidem, quia justi in paucis vexati, in multis bene disponentur, & quia reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum: atque ideo B non vana est expectatio, ubi tam certa, tam grata; tam larga speratur remuneratio. Certa, propter veritatem promittentis: grata, propter consummationem desideriorum recipientis: larga, propter exuberantiam bonorum cœlestium in communicatione divinitatis. Hæc reposita est in sinu nostro, hæc inter ubera commoratur, hac quælibet insipida condiuntur, & gustui nostro commodissime aptantur. O animæ meæ dulcedo, quid putatis Dominum non attendere miserias compeditorum suorum? non librare in statera æternorum judiciorum pœnas C filiorum? *Nonne*, inquit, *hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* Deu. 32. 34. Miror vos scripsisse destitutum patrocinio sanctissimi [c] patris nostri Bernardi, cum sancta ejus anima nexibus expedita mortalitatis non caritatis, corruptionis non afflictionis, necessitatis non voluntatis, liberius aures nunc appellet piissimi conditoris pro necessitatibus populi sui. Non mihi contingat de gratia ipsius diffidere, de orationibus ejus desperare. Nimio vobiscum loquendi tentus desiderio vix finem facio. Quem enim sine fine diligo, nunquam satis ei scribere, nunquam satis loqui valeo. Conventus noD ster vester est populus, noster populus vester est, anima mea vestra est. Utinam viderem vos antequam transiretis ad montes illos, ubi tot sunt, sicut audivimus, pericula. Valete.

XVI.

c

Epistola XVII.

Domino & patri carissimo Joanni Episcopo S. Maclovii, Frater Petrus Cellensis humilis Abbas salutem.

XVII. NUllius ponderis esse in vera dilectione pomE posa & vacua verba, novit qui caritatis medullam vel semel degustavit. Vanum certe & abjiciendæ simulationis reputo, replicare quotidie elementa amoris, ex quo fideliter & firmiter inhæserit radicibus cordis. Metuentis quoque aut diffidentis est, semel natos amores sermonibus velle renovare, quasi vetustas temporis soleat veros affectus antiquare. Non est imaginis Dei ab inceptis deficere. Non est virtutis vacillare, non est soli gloriæ Dei in diversam

---

Recepit itaque Trajectum, Juppilam, Haristallum, Marsnam, Littam, Capra montem, quæ a defunctis derelicta vocabant. Ex his patet Marsnam locum fuisse Trajecto vicinum. quod verum est. Nam tribus fere passuum millibus distat, & Marsena vocitatur. De præbendis autem Marsnensibus S. Remigii monasterio attributis, & in usus monasticos conversis, iterum agit epistola supra scripta.

a *Henrico Remensium Archiepiscopo*) Qui regis frater & Episcopus Bellovacensis, epistola XXIV. Frater enim fuit Ludovici Junioris. Sed ad Remensem cathedram translatus est a Bellovacensi. Quare hic quoque præposterus est ordo epistolarum.

b *Joanni Episcopo S. Maclovii*) Ordinis Cisterciensis monacho. Hunc Maclovienses ut Sanctum venerantur, inditoque a clatris ferreis, qui tumulum ejus ambiunt, cognomine, S. Joannem de Craticula vocant. Extat ejus nomine ad D. Bernardum epistola inter epistolas Nicolai Claravallensis, in qua *Fr. Joannes Episcopus Aletensis* inscribitur, hoc est S. Maclovii.

c *Patris nostri Bernardi*) Pertinent hæc ad annum M. C. LIII. in quem incidit mors S. Bernardi.

se vertere. An non anima ad imaginem Dei, an non caritas virtus Dei? an non pura conscientia thronus Dei & sedes divinæ majestatis? Ut ergo filius, qui est imago patris, quæ creavit semel, semper gubernat & regit: atque virtus Altissimi quæ operatur confirmat & perficit, ac denique incommutabiliter manet incommutabilis Dei sessio æternitatis: sic radicata caritas & fundata de corde puro & conscientia bona & fide non ficta ignorat occasum, corruptionem abominatur, mortem in æternum non gustat. Hæc interno coagulo suo conjunxit nostros adinvicem affectus. hæc inter nos mediatrix, unico amore dulciter, fortiter, & sapienter animas nostras conglutinavit. Hæc in me vestrum tenaciter amorem effudit, & ad vos non dissimiliter me ipsum totum diffundendo contulit. Ad unicum itaque & specialem amicum singulari spe & unica rogo accedat vestra sanctitas. Non diffidat suum esse, cujus veraciter affirmat se esse. Nisi autem justa occasione inventa ad nos veneritis, satis de integritate amoris nostri diminuetis. Valete.

EPISTOLA XVIII.

Domino & patri suo carissimo Joanni Episcopo S. Maclovii, Frater Petrus humilis Abbas Cellensis quicquid est & potest.

XVIII. Miramur plurimum tanto nos tempore insalutatos a vestra paternitate quasi neglectos fuisse. Non credimus ex negligentia, sed forte ex inevitabili occupationum vestrarum pondere sic oppressum siluisse. Clamamus tandem post vos. Volumus enim suscitare compassionem in vobis passionibus nostris. Neque enim superbe est ab amicis celandum forte subrepens infortunium, nec contumaciter aut inverecunde petendum necessarium suffragium. Præcavendum utrumque, sed maxime alterum. Vitium utrumque, sed alterum patienti gravius, alterum roganti ignobilius. Malum namque absconditum urget acrius, indecenter prolatum nocet apertius. Exoritur aliud a nobilitate naturæ, aliud a necessitatis propagine. Semper enim natura suis est contenta limitibus: necessitas vero nullis reprimitur legibus. De ventre igitur necessitatis primogenita importunitas exorta, cum sit molestissima, quia manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eam, amicorum nunquam fores cum tædio pulsare, nunquam aures debet aggravare. Quamobrem propensata deliberatione apud meipsum decerno potius quantiscumque malorum confodi jaculis, quam quieta carorum silentia interrumpere congestis clamoribus & lacrymis. Suggerere tamen eis, quorum fides certa, amicitia indubitata est, non recuso tam dolores nostros quam necessitates, ut & satisfaciam propriæ conscientiæ propter compendiosam insinuationem, & non lædam amicum propter contemperatam inordinationem. Utrumque siquidem suggerens operatur, & necessitatem non tacet, & amicitiæ leges retinet. Nam amicum vel non habet vel habere se non credit, qui fortunam suam quamcumque dubitat aperire, aut instat tanquam ab invito aliquid extorquere. Amicus nempe tam omnium consiliorum dicitur esse conscius, quam coadjutor in omnibus voluntatius. Nolo igitur aures vestras implere vastissimis querimoniis: quia stultum est verbis velle explicare, ubi videtur res fidem dictorum excedere. Hæc idcirco diximus, quia nobilis [a] beati Aigulfi Ecclesia cum omnibus appendiciis suis prorsus ita combusta est, ut nihil præter libros & sanctorum reliquias ab incendio servaretur. Præterea & domos quamplures in cineres redegit, ut sic appareat in oculis nostris tanquam gallina depilata, nec pennas habens quibus pullos suos protegat, nec cibos quibus alat. Non aliquid aliud exigimus a vobis, nisi compassionem, orationem, & consilium. Necesse est autem, qui non habet ubi caput reclinet, Aigulfum peregrinari apud amicos & vicinos, & rogare quod solebat rogatus & etiam non rogatus præbere. Si venerit ad partes vestras, suscipite illum, tanquam illum. Nostis enim quis sit, & quo honore dignus sit. Ad Episcopum Carnotensem super hoc scribite, & ad alios quibus visum fuerit. Valete.

EPISTOLA XIX.

Domino & patri suo carissimo Joanni Dei gratia Episcopo sancti Maclovii, frater Petrus humilis Abbas Cellensis quicquid est & potest.

Valet Dominus meus? vivit ne? Ut credo, aut est alteratus Episcopus sancti Maclovii, aut alter a meo est substitutus. Si alter est, mirari, sed non dolere desino, tacuisse qui loqui non poterat. Nam surrexit novus rex, qui non noverat Joseph. Si alteratus, nollem tantam fuisse alterationem, quæ pene accedit usque ad alienationem. Alienum ab amico equidem est, posse dissimulare æque & simulare. Non simulat amicus propter veritatem, non dissimulat, sed propter respirantem ardorem. Non simulat, quia sine adulatione: non dissimulat, quia efficacissimæ naturæ existens, sepulcrum reputat latibulum, & non apparere existimat non esse. Non simulat, quia nescit: non dissimulat, quia non potest. Hoc ignorat, illud non potest. Quid enim non novit sapientia? quid non potest caritas! Quodcumque est scire, novit sapientia: quodcumque est posse, potest caritas. Non est scire, scire adulari: non posse, posse oblivisci. O amice & domine carissime! Oblivioni an negligentiæ vestræ objiciam quod abstinuistis tam a visitatione, quam a salutatione amicorum vestrorum ultra tempus & modum? Est ne oblivio? Si est, digna est morte, digna exilio, quæ diadema tulit de capite Episcopi, quæ de pectore rationale sustulit. Oblivio delet & quod præcipuum est in honore, & quod fortissimum est in robore, id est, sapientiam & memoriam. Rea ergo crimine tantæ majestatis capite plectatur, & non memoretur ultra. Negligentia quid? Non sit dissimilis in pœna, quæ præcessit in culpa. Talis etenim soboles tali de matre nascitur, ex negligentia scilicet oblivio. Doleo, pater, excessum memoriæ vestræ XIX.

a *B. Aigulfi Ecclesia*) Sub oppido Pruvino in Senonum diœcesi, a Theobaldo Tricassium Comite proventibus aucta, & accitis e Cellensi cœnobio monachis addicta sub annum Christi M. XLVIII. Hinc *Prior S. Aigulfi* lib. II. epist. XI. Hoc Prioratu furentibus flammis deformato, missæ sunt pro illorum temporum more in varias oras S. Aigulfi reliquiæ ad stipem pro Ecclesiæ restauratione corrogandam. ea enim est Aigulfi peregrinatio, quam designat iterum lib. IV. epist. V.

jam per biennium suspensæ, decessum quoque amicitiæ quatriduanæ multo tempore quasi sepultæ. Nuncium saltem suæ salutis, si vivit, mittere debuit amicitia, cujus naturæ est semper odisse absentiam, & appetere amicorum præsentiam. Forte occupata est; sed non est grata quæ semper est occupata. Mansio est, immo possessio, non occupatio, quæ jugiter retinet. Quis ergo ita præoccupavit, quinimmo possedit amicitiam, ne libertate, ne ingenuitate sua uteas radios suos ad nos usque expanderet ab annis prioribus? Suntne montes interjacentes? estne mare interjacens? estne chaos magnum firmatum inter nos & vos, ut hi qui volunt hinc transire non possint, neque inde huc transmeare? Sed caritas omnem altitudinem exuperat; sed aquæ multæ non possunt extinguere caritatem: sed non est qui se abscondat a calore ejus: sed attingit usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. In Episcopo nostro, immo sancto & Dei famulo quis te, o dilectio, debilitavit? quis obumbravit? quis hebetavit? quis commutavit! In aliis quidem non ignoro superveniente iniquitate virtutem suam debilitari, oblivione lucem tam obumbrari, negligentia acumen suum hebetari, totam substantiam posse odio commutari. Sed in sancto quæ iniquitas? In studioso quæ oblivio? in viro forti quæ negligentia? in pleno caritate quod odium? Si quando enim tepescit, si quando flaccescit, si quando hebescit in sancto caritas, ea quæ extrinsecus sunt accusanda, non quæ intrinsecus. Obstacula enim opposita mentiuntur veritatem superpositæ lucis, caloris & aciei. Oppone gladio ancipiti durissimum ferrum vel lapidem, retrocedit vis impenetrabilis. Murum spissum oppone igni, tardius calefacit. Candelæ accensæ suppone modium, in luce non gaudebit. Non est proinde putandum non lucere candelam, non ardere ignem, non secare gladium, sed contrariis obstaculis imputandum. Sic sanctorum virtutes a radice sua non evanescunt, sed plerunque propter sabbatum Judæorum conticescunt. Aromata enim sua interim & in secreto distillant & repensant, ut cum dies opportunitatis illuxerit diluculo in effectum desiderati operis prorumpant. Æque tamen repensatur & desiderium ardens in otii quiete, & opus fervens in actione. Acceptat namque Deus opus propter affectum, non affectum propter opus. Magnus, immo longus nobis est iste dies sabbati, cujus ferias non feriales vel solennes, sed ferales & olentes reputamus. Negligentia siquidem male olet, diligentia semper bene redolet. Iners Judaizantium pigritia non diligit sabbatum quia
Joan. 7, 37. sanctum, sed quia otiosum. *Jesus vero stabat in die magno festivitatis & clamabat, Si quis sitit, veniat ad me & bibat*, Vere magnus est dies festivitatis. Magnum habet clamorem caritatis. Jam non taceat caritas vestra, jam jam loquatur, immo veniat, & immo accurrat. Desiderat vos anima mea; desiderant vos amici vestri. Ostendite faciem vestram, sonet vox in auribus. Episcopos divites multos habemus, pauperem Episcopum quærimus, qui non habeat ubi caput reclinet. Adhuc penes nos reclinatorium non aureum, sed luteum, in quo aliquando quievistis, habemus. Et de his hactenus.

EPISTOLA XX.

Domino suo & patri carissimo Joanni Episcopo sancti Maclovii, frater Petrus Cellensis qualiscumque minister salutem quæ est in Christo Jesu.

Spes quæ differtur affligit animam. Vetus amor in patientia sui desiderii quandoque non irascitur commendabiliter superari. Nihil enim pene aliud est in vita hominum, quod quadam arte mitigari non possit. Spes itaque adventus vestri nuntiati quanto uberius amicum lætificavit, tanto amplius ex mora dilationis hactenus affligit. Æstuat siquidem animus in revolutione fortuitorum casuum, nunc hoc, nunc illud reformidans contrarium subito accidisse. Quid plura? Cogitatio præterit, & cogitatio advenit: morarum vero dubitatio nec ad punctum animo recedit. Alia, inquit, jam jam venit; alia, forte non valet. Ista incommoda temporis replicat, illa intolerabile negotiorum pondus anxia suspirat. Ecce quanta caligo, quanta suspicionum tumultuatio. Ubi veritas? cujusnam supradictarum cogitationum verior sententia? An forsan error est, ubi latet quod verum est, & non sententia? Sed adhuc sub judice lis est. Ex multis enim ambiguitatibus, aut vix, aut nunquam certum aliquid sine doctoris demonstratione elicitur. Renunciate ergo amicis divinæ circa vos miserationis operam; ut omnimode soluto dubitationis vinculo indubitanter aut viam sinistram compassionis, aut dexteram apprehendamus congratulationis. Satis enim injuriose deturpatur nobilis animus, si se non præparat mutuis obviare beneficiis saltem æquis passibus. Turpe etiam æstimo, non omnimodo cavere superari beneficio. Unicum quid & singulare natura, sive creator naturæ, tanquam speciale privilegium imagini suæ hoc impressit, quatinus commodius & præstantius haberet stricta æquitatis ratione dare quam accipere. Hanc vobis formam nec rubigo exilii, nec paupertatis tinea excussit. Ex hac prodiit, quod magna pro parvis, pro vilibus cariora magnifice rependistis: quinimmo solenne donum absque præcedentis comparatione obsequii misistis. Species quidem doni carius æstimanda: sed affectio donatoris potius incomparabiliter est compensanda. Quicquid namque aliud datur, in comparatione sublimis animi vilipenditur. Valete. XX.

EPISTOLA XXI.

Domino & patri suo carissimo [a] *Thesbaldo Parisiensi Episcopo frater Petrus Cellensis humillimus salutem.*

Qui transvadari non potest fluvius occursantium causarum, tam ab executione mandati vestri me inhibet, quam ab impletione desiderii nostri. Sermones enim de adventu Redemptoris ut componerem vobis, in mandato acceperam; sed malitiæ sollicitudinis suæ etiam raritatem lucis dies præsens adjunxit. Breves enim sunt dies isti ad lucendum, grandes & graves ad occupandum: ita ut non sufficiat diei malitia sua. Novit prudentia vestra, non con- XXI.

[a] *Thesbaldo Parisiensi Episcopo*) Qui Prior antea S. Martini, ordinis Cluniacensis. Huic sermones Petrus noster componebat quo modo Salvianus Presbyter homilias Episcopis multas fecisse dicitur a Gennadio.

A cuttere quietem contemplationis & distensionem mentis per occupationes sæculi. Coangustatum est pallium, utrumque operire, immo utrumque operari non valet. Quamvis enim in fronte duos quis habeat oculos, tamen ab uno eos officio disjungere non valet, ut altero cœlum, altero contueatur terram: quantominus unam rationis & ingenii aciem simul ad tam diversa porrigere poterit, ut eadem mente cælestium mysterialiter & terrenorum causas discutiat? Sic domine, sic pater carissime, saltem nisi clausero, ne dicam si eruero oculum, qui me scandalizat (scandalum enim est mundus quærentibus Dominum) B revelata facie gloriam Domini, sive faciem Moysi splendidam non contemplabor. Quale vero aut quam credibile est ejus testimonium, qui nec visa, nec audita loquitur? Immo refellendus & repellendus tanquam somnia narrans, qui cæcus & manu temptans sicut talpa, non de scripturarum contemplatione asserit quæ dicit, sed idola cogitationum & phantasmatum suorum in templo Dei audet statuere.

Num. 23. 23. *Non est*, inquit propheta, *idolum in Israel*. quia qui in lege Domini die ac nocte meditatur, & legis vestigia stricto pede observat, non divinationes cordis, sed mentem legis quando scribit interpretatur. Hæc ad excusandam non meam inertiam, sed oppressam miseriam prælibaverim. C De his quæ circa me sunt credere Magistro debetis. Ipse vero narrabit de commotione iræ Comitis, quam nobis suscitavit latro ille potius Barrabas quam Abbas, sive de aliis. Tres sermones de adventu Domini, & unum de nativitate orditus sum vobis. Valete.

EPISTOLA XXII.

a *Domino & patri suo carissimo* [a] *Alano Autisidorensi Episcopo frater Petrus indignus abbas Cellensis salutem.*

XXII. VErum est quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Scio, nec de ignorantia excusor. D Ambigo tamen, virtus pietatis in uno eodemque cursu cum affectu carnis concurrens utrum æque ponderet vel præponderet ad meritum. Sine merito namque est sola carnis affectio. aliquando tamen cum exuberat, oneratur merito, sed utique malo. Sequax denique cum fuerit pietatis, honoratur merito, sed bono. Ubi autem prævia, tunc in ambiguum replicatur sententia. Semitas cordis mei ad plenum investigare obstante varietatum caligine nequeo, quantominus apprehendere? Sic adstans turba phantasmatum cordis mei audit in interioribus, sic refert foris sensibus rem ut est exquirentibus. Adquid hæc quasi parabola, vel potius ænigma? ut his qui foris sunt, & de his quæ intus sunt judicant, satisfaciam: neptis nostræ causam non affectu solo carnis me fovere, sed in spiritu veræ pietatis & justitiæ. Absit a sensu meo, immo a vestro, propter

A carnalem supradictæ neptis copulam, meam æternis condemnare ignibus animam. Quod procul dubio facerem, si matrimonium illegitimum defenderem. O Domine, & semper pater, quando autem volueritis, amice carissime, qua ascendit spiritus ille infidelitatis ad sanctam animæ religiosæ sedem, ut fidem duobus inhonestissimæ vitæ & famæ haberetis, & de amici expressa vobis veritate hæsitaretis? quæ spes amicitiæ in me potuit subsistere, cum mihi non crederetis, & contra me testes falsissimos reciperetis? Plane contra veritatem, quam retinere me jam in aure persuaseram, eorum recepistis verbum, B certe qui pro vino venderent justum, & pro buccella venderent si haberent primogenita? Sic læsistis amicum? Sed dicitis, Non est amicus, qui obsistit in via veritatis. Plane, inquam, ita est, ut dicitis. Sed ubi est veritas? In numero? Plures enim fuerunt. In ebriosis & impudicis? Tales siquidem sunt in conductis gratia, pretio, & timore. Ita esse, & si modo non affirmo, saltem præsumptione maxima in hoc credere attrahor. Pessimus inimicus & adversarius est nepti & marito ejus avunculus, qui equitaturis suis & sumptibus forte illum deduxit. Archiepiscopus Abbati, ut Canonicos mitteret scripsit: rebelles & inobedientes vero præcedenti Abbati ad tempus reconciliavit, C donec fieret iniquitas. Est ne hic veritas, vel saltem species veritatis? Fitne tædiosa vobis hæc nostra relatio? Certe ut salvo gratiæ vestræ residuo dicam, tædiosius in sententiam processistis. Dilationem cur negastis? Quæ lex, quis canon hoc docuit, ut vel una dilatio in hoc articulo negaretur? Ne dicatis, quod eam habuerim: quia ante a vobis nec petii, nec impetravi. Prolui namque in judicio vestro, ita ut supputatio matrimonii fieret, nunquam fuerant. Excessistis, domine, excessistis. Præsumptuosus nimium in hoc videor, quod sic ad unguem Episcopum Abbas, dominum servus de viis suis redarguere, immo ab D eo ei illatas injurias referre præsumo. Non facerem hoc, nisi auroram resurgentis amicitiæ per concessam & recognitam in literis vestris culpam aspicerem. Nunquam petenti venia deneganda, nunquam pœnitenti culpa imputanda. Satis est. Mittite gladium in vaginam. Valete.

EPISTOLA XXIII.

Domino & patri suo carissimo [b] *Eskilo Lundensi Archiepiscopo frater Petrus Cellensis Abbas omne bonum a domino Deo.* b

DE superabundanti bonorum cælestium gratia eatenus tam vultus quam manus vestræ resudant, ut nisi verecundia his temporibus ab humana regione se subduxisset, suffunderentur maximo rubore noti & amici vestri in benedictionum vestrarum largitione. Equidem malim dicere in dando vos plucre quam se- XXIII.

a *Alano Autisiodorensi Episcopo*) Flandro Insulensi, ordinis item Cisterciensis. Hic Aripatorii antea monasterii primus Abbas fuerat in agro Tricassino. Inde ad Cathedram Autisiodorensem provectus cum fuisset, post aliquot annos sponte abdicavit, & ad claustrum rediit Claravallense, ubi situs est.

b *Eskilo Lundensi Archiepiscopo*) Esquilius dicitur lib. VIII. epist. XX. sed Eskilum etiam legimus in epistola Bernardi ad eundem scripta numero CCCXIV. Hic cum ex Urbe in Daniam rediret, captus spoliatusque fuit in Germania. Quæ res, dum injuriam missis ad Fridericum Imp. legatis acrius persequitur Hadrianus IV. Pontifex, cui Eskilus privato etiam nomine carus erat, exacerbatis hinc inde animis, ansam præbuit schismati quod inter eos erupit, ut docet Radevicus lib. I. de gestis Friderici cap. VIII. & sequentibus. Sed apud Radevicum *Londonensis* vitiose scriptum est, fœdius etiam apud Innocentium III. epistola CCCXXI. *Lugdunensis* pro *Lundensis*. Est autem Lundensis civitas Daniæ Metropolis.

minare. Nam qui seminat, primum in spe percipiendi fructu, seminat, deinde non fundit, sed spargit. Postremo non nisi cultæ terræ semen suum credit. Horum nihil imitatur pluvia: sed seipsam ut sic dicam perdit in terræ visceribus, ut postea resurgens cum maxima sengum prole afferat fructum tricesimum, sexagesimum, & centesimum. Aliud rursum caritatis indicium in pluvia reperio: quia sine delectu sigat fæcunda & infæcunda, fertilem agrum & sterilem, granum electum & germen reprobum. Estne virtutis, an vitii, hæc bonitatis & beneficiorum prodigalitas? Sed hoc Dei, nec aliud in eo invenitur vitium, nisi quod benignus ad ingratum, largus ad avarum, pius ad impium existit. Ista sua vitia comparant mansuetissimo innumera convicia. Aliquando moti sunt pedes nostri mitissimi David, quia erupesat pluvia mansuetissimi Dei super malos & injustos,
Psal. 72. 13. ita ut diceret, *sine causa justificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas*. Exciderat a men-
Sap. 15. 1. te quod in libro Sapientiæ dicitur. *Tu autem Deus noster suavis & verus es & sapiens, patiens & in misericordia disponens omnia. Etenim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam. Et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati*. Ecce cujus reprehenditur, qui de bonitate, sive largitate
Eccles. 6. 2. redarguitur. An non Ecclesiastes in concione sua proprio decreto & sententia, hoc malum æstimat sub sole, ut cui dedit Deus divitias & substantiam & honorem, non habeat in eis potestatem, sed extraneus illas rapiat? Ad quid hæc vobis verborum congeries? Ut ignis perpetuus de sancto altari cordis vestri non deficiat: sed hac congerie magis ac magis convalescat, donec holocaustum vestrum pingue in nebula in qua habitat Deus suscipiatur, & a cineribus omnium superfluitatum facies altaris ejusdem expietur. Ostiolum per quod aditus ad sancta sanctorum patet, de lignis est olivarum; quia procul dubio juxta sacræ fidei tenorem non ei negabitur sanctorum ingressus, qui ab operibus misericordiæ non fuerit alienus. Suppresso pudore in auribus domini mei id persuaserim, non mea tamen præsumptione, sed alterius persuasione. Nequaquaquam tamen difficilis ad persuadendum extiti, faciei vestræ, sermonis, & totius gestus insignia penes me retinens: nec me in humilitate similem reperisse de filiis hominum conjiciens. Non igitur ei scribere vereor, quem nisi malis & superbis verendum non reor. Et de his hactenus. Ceterum culpari non debet servus de contemptu mandati, cujus mens & voluntas nulla negligentia revocatur ab impletione voluntatis domini. Ex vestra dignatione in mandato ab anno præterito accepi, quatenus Carthusienses fratres expeterem, & de maturando negotio vestro eos commonefacerem. Erat autem negotium, sicut scitis, quatinus ad vos mitteretur frater Rogerius, ad locum ordini illorum in partibus vestris perquirendum & præparandum. Disposuerat namque in animo vestro plena & perfecta caritatis effusio nova seminaria de omni genere sacrorum ordinum seminare provinciam vobis a Deo commissam, ut exinde fructus, qui permanent in æternum, susciperetis; & manipulos justitiæ de laboribus eorum ad æterna tabernacula reportaretis. Jam non solum in herbam, sed in spicas Cisterciensis sive Claræ-vallis ordo ibi multiplicatione fratrum excrevit: nihilominus & religio Præmonstratensis. Quia igitur gustavit & vidit prudentia vestra, quod bona sit negotiatio ista, ad ulteriora manum porrexistis, & de illo ordine, qui quasi Cherubin, sive Seraphin, immediate residenti agno, qui habet oculos septem & cornua septem, in throno gratiæ accedunt, gazas vestras exornare voluistis. Ecce factum est ut imperastis. Adquievit sanctus Carthusiensium fratrum conventus justis petitionibus vestris. Equidem res impetratu difficilis, sed quis vobis negaret, quod forte Spiritus sanctus in sancto templo suo suggerebat? Certe nec illi, nec nos diffidimus, servum suum fidelissimum & amicum Domini vos possidere, cujus famam & opera tam præclarissima reclamat mundus. Quod cœpistis tam sancte, tam avide, tamque quodammodo intemperantes præ desiderio animæ, sic effectui mancipate, ut melior sit finis orationis, quam principium. Valete.

EPISTOLA XXIV.

Domino & patri suo carissimo [a] *Henrico Dei gratia Episcopo Belvacensi, frater Petrus Cellensis Abbas salutem.*

PLus satis egena est beneficiorum recordatio, cujus titulus non inscribitur saltem verbo tenus gratiarum actio. Proinde stylo ferreo in ungue adamantino profundæ memoriæ mandavi manipulos liberalitatis vestræ, ut nulla capitis vertigine vacillare, nullo temporalis revolutionis diluvio absorberi, nulla denique oblivionis rubigine valeant obfuscari. Clarum, novum, & recens penes me retineo semper beneficium acceptum. Quo animo gratiosus eum acciperem, ferebar in dati & dantis devotionem, eo in illa senescentis gloriæ defæcatione mutato, robustius præparor ad obsequium, verius eliquesco in amorem benefactoris totum animi balsamum. Superaccessit dono vestro vultus hilaris, animus gratus, modus honestus. Et manus quidem larga in beneficium totam se expandit, sed voluntas in circunstantiis doni se supermensuravit. Quid enim fuit convocare diocesanos Abbates & Priores? Quid iterum indicii amoris expressit tam benigna personæ & negotii nostri commendatio? Quis non est admiratus tam despectam personam a fratre regis sic honorari? ab Episcopo Belvacensi sic amplecti? a tanto homine tantillum monachum sic nominari? Non sustinui quæ de me supra efferebantur, præ ruboris verecundia: immo pro veritatis conscientia, quæ admonebat me non esse illum de quo talia dicebantur; fugi, recessi, sed non longe, quia majora pati cogebar instanti necessitate.

a *Henrico Episcopo Belvacensi*) Fratri regis, de quo dictum epist. xxv. monachus fuerat Claravallensis. Monacho itaque, nondum Episcopo, scribit Nicolaus Clarevall. epist. 1. & xxxix. Inde vero ad cathedram Bellovacensem provectus est anno, ut Sigeberti supplementum notat, M. cxlix. Extat Henrici ipsius ad Petrum Cluniacensem expostulatoria, in qua de eo tanquam hujus dignitatis conciliatore conqueritur.

Necessitate revera pallium erubescentiæ rejeci, cum amicorum fores ot acciperem intravi. Certe accepi a multis multa, sed a nullo tanta, quanta a domino meo. Vicit notos, vicit alios amicos, vicit omnes vicinos & summa doni, & modus donandi. Non sum locutus, sed quia veni, optime recessi locatus. Non enim beneficium rogando, sed veniendo consecutus sum. Prævenit spondens lingua rogantis linguam. Pepercit regia nobilitas teneritudini frontis cito se in ruborem verecundiæ conspergentis. Hæc omnia beneficia tua, domine, signata sunt in thesauris meis. Quid ergo retribuam domino meo pro omnibus his quæ mihi tribuit? meipsum sine dubio, non contra legem me liberum in servitutem distrahendo, sed servum amicitiæ tuæ in libertatem vendicando. Potius enim libertate ista gaudeo, si servus tuus sum munere amicali, quam libertate qua sum alienus ab officio serviendi tibi. Valete.

EPISTOLA XXV.

a *Domino & patri carissimo* [a] *Balduino Dei gratia Noviomensi Episcopo, frater Petrus Abbas Cellensis non auferre sal fœderis Dei sui ab omni sacrificio.*

XXV. Psal. 98. 4. SCriptum est, *honor regis judicium diligit*. Angeli autem Dei in cœlo sicut sunt ministri divinæ voluntatis, ut fiat sicut in cœlo & in terra, sic æquissimi moderatores sunt divini honoris, ut utrumque pedem regis sui, misericordiæ scilicet & justitiæ, sic vestiant cum digno honore, ne altero neglecto vocetur pars tium eorum domus discalceati. Jam pene in terra nostra conqueritur justitia adversus misericordiam, dum agrum justitiæ nemo velit excolere, neque pondus diei & æstus pro conventione denarii diurni portare. Confluunt autem glomeratim viri divitiarum & deliciarum ad amœna prata misericordiæ, & non vere, abscondentes manum sub ascella, & folia ficus suæ turpitudini consuentes, & consulentes, dicentesque, pax, pax, & non est pax. Hæc, domine & pater carissime, non ex supercilio Pharisæorum, sed suavitate literarum vestrarum dulciter commonitus rescripserim vobis. Valete.

EPISTOLA XXVI.

Domino & patri carissimo Henrico Dei gratia Belvacensi Episcopo Frater Petrus Cellensis Abbas zelo zelari pro domo Dei Israel.

XXVI. HActenus in palæstra prælium ignave vires non deposcebat egregias. Satis fidum erat equitare sine lorica, sine lancea, sine gladio. Sed nunc qui habet gladium tollat similiter & loricam. Ecce tempus, ecce dies, ecce causa, ubi fortissimi Israel gladio accingi debent super femur potentissime. Nam ecce Philistiim, qui secundum carnem in baculo arundineo ambulant, de foveis occultæ malignitatis erumpentes, castra innumerabilia, castra fortia, castra fulgurantia posuerunt. [b] Octavianus princeps est militiæ, ne dicam malitiæ hujus: qui sine Deo, ut dicitur, pro Deo vult regnare. Ecce ipse non velum templi, sed tunicam Christi, non saccum mortalitatis, sed soccum majestatis in Christo & Ecclesia iterum rescindere nititur. Hoc abominabilius reputat unitas Catholicæ fidei, quam perfossionem lateris, pedum confixionem & manuum Christi. De perfossione namque redemptio, de confixione comparata est nostra liberatio. Sed quid de scissione, de divisione, de schismate, nisi anathematis vibratio, animarum damnatio, morum depravatio? Ecce aqua contradictionis, ubi jurgati sunt filii Israel. Tu vero, domine mi, quid? Sta cum Josue, immo cum Jesu evaginato gladio, dic omni transeunti, *Noster es, an adversariorum?* Jos. 5. 13. Habes Alexandrum immo Petrum, aut potius Christum, qui habet ministros Petrum, & Alexandrum. Quis timere poterit cum Alexandro potentissimo? quis vacillare cum Petro supra petram fundato? quis non superabit cum Christo, cui data est omnis potestas in cælo & in terra? Novi in te regiam animositatem, novi contra inflexam injustitiam inflexibilem cervicem: novi ardorem zeli. Age ergo pro dignitate officii, pro sublimitate nativi sanguinis, pro religione ordinis, pro debito Christianæ professionis, quod debes & potes. Multum enim debes; nihilominus & plurimum potes. Satis dictum est sapienti. Sanum & incolumem te custodiat manus dexteræ Dei. Vale.

EPISTOLA XXVII.

Domino & amico suo carissimo [c] *Thomæ Cancellario regis Angliæ Frater Petrus humilis Abbas Cellensis se & sua.*

QUem fortuna non extollit prospera, magis pro humilitate quam pro sublimitate est admirandus. Gloria in vobis cum prosperitate, ut accepi ab his qui viderunt & noverunt, ambitiosius quam contentiosius contendit: nec confundit aliquando superata, nec unquam insolescit de victoria. Cedit gloria prosperitati, sed gloriose, sed prospere. Qualibet obtineat, humilitatem seu moderationem non amputat. Gloria accedit, sed non superba: prosperitas venit, sed non effusa. Inde est quod de nube tantæ sublimitatis ad latibulum nostræ paupertatis misistis, quia venire non potuistis. Rogastis de familiaritate & amicitia. Quod rogastis, si admitteretis, admirationi procul dubio habendum esset, pro inæquali rogantis & rogati fortuna. Quæ enim proportionalitatis habitudo inter Abba- XXVII.

a *Balduino Noviomensi Episcopo*) Duo hujus nominis Ecclesiam Noviomensem ordine rexerunt. Prior Simoni Episcopo successit anno, ut idem Sigeberti continuator observat: M. C. XLVIII. abbas antea Castellionis, vir religiosus & honestæ vitæ, ut testantur cleri Noviomensis literę de ejus electione ad Sugerium Abbatem scriptæ. Alter successorem habuit Rainoldum, qui Synodo Lateranensi interfuit anno M. C. LXXIX. Ad priorem opinor hoc loco scribit Petrus: item Bernardus epist. cccxxxix.

b *Octavianus*) Nomen adjectum ea conjectura. Nam in scripto exemplari, quo usi sumus, vacuum erat spatium. Neque enim de alio intelligi hæc possunt, quam de Octaviano Antipapa, qui adversus Alexandrum III. stetit, & Victor appellatus est. Saresberiensis epist. xlviii. *Ecclesia Gallicana recepit Alexandrum, ab Octaviano recessit.* Hinc quidem post quatuor annos mortuo suffectus a schismaticis est Wido Cremensis, quem Paschalem nominarunt. Sed Henricus eo tempore Archiepiscopus Remensis jam erat, non Bellovacensis. Quare in Widonem ista non quadrant.

c *Thomæ Cancellario*) Cancellarius ab Henrico rege creatus est anno, ut Rogerus Hovedenus scribit, M. C. LVII. quinto post anno Archiepiscopus Cantuariensis.

sem Cellensem & Cancellarium regis Angliæ? Pene non est comparatio, ubi nuu est existimationis adaptatio: Secundum post regem [a] in quatuor regnis quis te ignorat? Primum in miseriis fratrum nostrorum quis me nuu reputat? Dicam de compendio, quia quantum de vobis excellentiura, tanto de me sentio & scio viliosa. Nullo igitus modo ad ingressum amicitiæ manum porrigo: sed si vel de grege accidentalium amicorum sueto, bene mecum fecisse dignationem vestram æstimabo. Primitias autem illas non mitto, quia ampliorem gratiam facere propero. Non habebam [b] sermones illos magistri G. sed quæro, & statim scriptorem cum omni instantia huic operi ad opus vestrum designo. Valete.

a *In quatuor regnis*) Regna dicere videtur quatuor Provincias quibus reges Angliæ tunc imperabant, Angliam, Normanniam, Aquitaniam, & Andegaviam, quarum titulis insigniri solebant. In literis Thomæ ipsius apud Rogerum eundem: *Henrico Dei Gratia illustri Anglorum regi, Duci Normannorum, & Aquitanorum, & Comiti Andegavorum.* In aliis Willelmi regis Siciliæ: *Henrico Dei gratia illustri Anglorum Regi, Duci Normanniæ, & Aquitaniæ, & Comiti Andegaviæ, VVillelmus eadem gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ.* Ita enim & reges Siciliæ trium quoque Provinciarum sese reges appellabant, tametsi Sicilia sola regnum esset.

b *Sermones illos magistri G.*) Gilleberti, opinat, universalis, de quo lib. VII. ad epistolam XIX.

P E T R I
ABBATIS CELLENSIS
EPISTOLARUM
LIBER SECUNDUS.
EPISTOLA PRIMA.

Domino & patri suo carissimo [c] *Petro Dei gratia venerabili Cluniacensium Abbati, Frater Petrus humilis Cellensis Abbas seipsum.*

XXVII. Igniculum scintillantia in me spiritus vestri cineres nostri tenaciter evaporant, & carbones Seraphin nunquam extinguendos assidua meditatione renovant. Tetigistis, fateor, in me non labia oris, sed venas cordis. Aculeus siquidem collocutionis inter nos habitæ nostras interiores medullas perforavit, ac in consideratione sui omnia animæ interiora coegit. Revera sermo ille efficax fuit ad torpentis animæ excitationem, ad vitæ hujus momentaneæ inspectionem, ad regularis professionis observationem, ad angelicæ puritatis æmulationem, ad summæ & ineffabilis Trinitatis expeditam contemplationem. Vivus, quia de vera vita: purus, quia de puritate summa: verus, quia de veritate æterna. Non parcit malis, sed placet bonis: remordet vitia, virtutes suadet. Adducit in lucem obscura: tanquam speculum perlucidum vultus prospicientium renuntiat. Fateor, in hujus contuitu rugas meas inspexi, & quod in interiori homine pulcrum prius æstimaveram, deforme reperi. In lucerna ista accensa domum everri, & in peculio multo minus quam computaveram accepi. Marcidum inveni quod floridum credidi. Et quid plura? Fœtores ovili mei vix fero, quia ibi reptilia, quorum non est numerus aspicio. Urticarum ibi punctiones, spinarum compunctiones, veprium complicationes, & tam paliuri sollicitudinem, quam cardui affectionum non parcentes exustiones. Quid namque peccatum, quid pœna peccati, nisi stimuli mortis animam cruentantes, lacerantes, & dilaniantes? Misera miseriis suis depascitur anima, *Mors*, inquit Psalmista, *depascet eos*. Unde Esaias. *Dilatavit*, inquit, *infernus animam suam absque ullo termino, quia non habuit populus scientiam*. Nimium, nimiumque certe se infernus dilatat, cum etiam quosdam in corpore viventes gehennalibus conscientiis jam jam excruciat. Sed usque ad ostium, seu hostiam crucis, & non ultra, cruciatus isti pertingunt. Cetus namque iste, qui etiam Jonam devorat, omnia rapit, universa devastat: in gutture & ventre malitiæ suæ quicquid extra secum invenerit includit. At quam felicius & quam jocundius anima capientem se caperet, devorantem se absorberet, persequentem se triumpharet? Draco enim sic illuderetur, sic denique mors interficeretur, sic anima liberaretur. Utinam sic se vindicaret anima de adversario suo, immo utinam infernales sic absorberet in præsenti miserias, ut nullas in crastinum futuri judicii dimitteret pœnarum reliquias! Utinam, inquam, reliquias salvationis, quæ diem festum agent, potius expectares anima mea, quam reliquias fæcis, quæ subsidunt in calice, qui est in manu domini vini meri plenus mixto! Reliquias prandiorum tuorum, domine Jesu, suspiro. Venter meus absque spiraculo en totum se expandit, & de micis sive reliquiis tuis repleri appetit. Quæro etiam vinum, quæro & vestimentum. Opto quoque a sanguine peccati, sanguine tuo mundari. opto lineis tuis, Jesu, vestiri, quibus in sacris visceribus virgineis insignitus ad offerendas preces & munera pro nobis processisti. Hanc sacrosanctam [*] in sancto cœnæ convivio exuisti,

Psal. 48. 15
Esa. 5. 14.
* Lineam vestem.

c *Petro venerabili*) quod illi proprium quasi cognomen factum est. Nam Petrus venerabilis appellatur, Cluniacensium Abbas VIII. & suis ipsius, & aliorum scriptis notissimus. Decessit Kalendis Januar. anno M.C.LVIII.

axuisti, in cruce conscidisti, in resurrectione
innovatam resumpsisti, in ascensione vultibus pa-
ternis in propitiationem nostram repræsentasti.
Lava me a sordibus, sana a doloribus, munda-
tor filiorum Levi, reparator filiorum Dei. Quod
si manum jam glorificatam clementissime ad
tam ulcerosa officia inclinare, propter defluen-
tes ægroti assiduas rheumatizationes refugis:
habes aliam inferiorem manum, sed bene do-
ctam, sed satis gratiosam, sed similem nobis
passibilem, cui si dederis, immo si jusseris, fa-
cile curationes animarum nobis propinabis. Clu-
niacensem tuum loquor, cui dedisti in corde sa-
pientiam, in ore facundiam, in sermone gra-
tiam, in vultu auctoritatem, in operatione vir-
tutem, in intellectu subtilitatem. Dedisti ei &
licentiam, ut secandum cor tuum operetur, &
laborantium officinas ingressus manibus tuis con-
fectam medicinam pro cujusque valetudine dis-
penset fideliter, & nummum gratiæ pro gratia o-
peræ dispensationis reportet. Gravaris quidem,
domine carissime & pater, in hac administratio-
ne tantæ multitudinis, tam spatiosis decursibus,
ut modo ad cœlorum fines curribus igneis a-
more avido contendas: modo ad terræ inferio-
ra & partes ultimas sollicitudine populi proni
in culturam vituli comedentis fœnum resilias:
modo tam procul, modo tam prope, modo su-
pra nubes, modo juxta Goel etiam infra cives,
modo supra spiritum, modo infra teipsum co-
garis te levare & deponere. Laboras si non a-
mas: laboras, sed si fructum non videas: labo-
ras, sed si finem non speras: laboras, sed si re-
tributionem non consideras. Et de fine quidem
Ezech. 7. 2. scriptum est, *quia ecce finis venit, venit finis.*
Denique appensum est in statera laboris tempus,
& inventum est minus habens, quam retribu-
tionis denarius. Non in dies & annos produci-
tur labor, quia in modico, & in brevi fiet la-
borum retributio. Iterum de fructu videndum
est, quia fructus tuus, fructus sublimis est, fru-
ctus lucis, fructus benedictionum Domini, fru-
ctus innumerabilis. Dinumera stellas cæli, dinu-
mera arenam maris, & dinumerare poteris fru-
ctum horti domini, scilicet Ecclesiæ Cluniacen-
sis. Quid dicam de dilectione? An non amas,
pater amantissime, dilectum ex dilecto vulnera-
tum caritate in ligno? Novi, novi ego, novit
& Angelus tuus dilectionem tuam, flammescen-
tem in Deum fortiter, recalescentem in proxi-
mum non mediocriter. Denique pius & largus
remunerator non solum operum, sed & affectio-
num, ante faciem tuam Christus Jesus accin-
ctus plena manu præcurrit, in latere claro vul-
su concurrit, & post tergum extenso brachio
succurrit. Præcurrit ut pervius, concurrit ut
socius, succurrit ut medicus. Præcurrit ut imi-
teris, concurrit ne lasseris, succurrit ne labo-
res. Præcurrit prædestinatione, concurrit voca-
tione, succurrit justificatione. Jacob in utero
matris prævium habuit, cum non ex operibus,
Rom. 9. 13. sed ex vocante dictum est, *Jacob dilexi, Esau
autem odio habui.* Angelica quoque natura in
confirmatione suæ stabilitatis concurrentem gra-
tiam habuit. Saulo in languore suæ infidelita-
tis nunne gratia de cælo succurrit? Post hunc
currens non deficies: cum isto vadens ad om-
nia sufficies: huic toto totus innixus omnia te
Philip. 4. 13. posse non desperes. *Omnia*, inquit Apostolus,
possum in eo qui me confortat. Pennis quidem
paternæ, nec non & maternæ generationis re-
volat iste filius Dei, & prævolat ad sinus pa-
ternos: sed tamen gressum retardat, sustinens

A pullos. Itineris quoque duriora & asperiora sibi
non ignarus, sed benignus secernit. Non enim
est dolor, sicut dolor ejus, & nobis planiores
semitas, lapides de via tollens proponit. Unde
ait: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vo-* Joan. 14. 27.
bis. Quasi guerræ vestræ & debita pœnalis dis-
crimina persolvi, & pacis integræ remedia in-
dulsi. Pacem, inquam, suam meliorem, non
molliorem fecit, quia simul molliorem & malio-
rem in mundo, ubi pressuram promittit, nemi-
nem posse habere docuit. Volo quidem ego me-
liorem, sed ex gratia: eligo sæpe molliorem,
sed ex humanitatis natura. Non sic vero, non
sic legit Deus. Divisis enim aliter. Seorsum,
sed sursum posuit meliores. Homines autem
B tanquam molliores, infirmiores, seu inferiores,
adhuc limum plasmationis præ oculis habentes,
molliora & dulciora, non meliora & duriora
appetunt. Optioni siquidem nostræ relinquitur,
utrum accipiamus meliora, sed duriora; an mol-
liora, sed deteriora. Video autem humanitatem
meam frequenter & diu in hoc discrimine va-
cillare. Modo enim tentat & attrectat durum
propositum, quia melius; modo relabitur ad mol-
le, quia delectabilius. In istius contractu pla-
cet emptio, sed displicet conditio: in alterius
contractu facilis conditio, sed vilis emptio. O
anceps, o dubia negotiatio! Superflua carnis e-
quidem delectatio non usquaquaque est omni
C homini odiosa, sed multum quæsita, multum
appetita, multumque a multis amplexata. Sed
quousque? Modica est, transitoria est, etiam cum
esse videtur, non est. Seipsam consumit, seip-
sam destruit, in se crudeliter sævit. Acerbius
tamen damnum quod naturam lædit, quam quod
seipsam interimit. Interea hujusmodi delectatio,
& natura fugit: Rerum omnium domina ancil-
lam istam velut pestem refugit, velut mortem
evitat, velut infernum cavet. Nunquam enim
aut raro in una sede morantur, vix aut nun-
quam operantur. Semper namque alia est opera-
tio necessitatis, quæ & naturæ, alia superfluæ
delectationis. Verbi gratia, cum sepelitur aliquis
vino, cibo usque ad nauseam ingurgitatur, ener-
D vatus luxuria, nonne hinc luget natura? nonne
ægrotat? nonne graviter laborat? Citius procul du-
bio deserit hunc flos ætatis, & morbi, sive mortis
intempestivæ accersiuntur nuntii. Hæc tamen o-
pere carnis esse, sive superfluæ delectationis quis
ignorat? Natura vero his gaudet abstinere, &, ut
ait Seneca, paucis contenta est. Et ratione qui-
dem ista regitur, illa vero abusione. Illa in veri-
tate ambulat: monstri vero hujus facies blanda ut
decipiat, sed in posterioribus circumfert aculeum
scorpionis, ut perimat. Mentum simplicium ap-
prehendit, sed inguina ferit. Cohors & Tribunus
Synagogæ peccantium hujus principatum sibi assu-
mit in caput & regem, & trspuit super mulam
regis verum Salomonem. O peccatum! o iniquitas!
E Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga ejus,
non sileat saltem in ore vestro spiritus justi Na-
than, non sinas fieri tantam nefas in Israel
Dei. Sceptrum namque regni superflua carnis de-
lectatione obtinente, quæ pax super Israel! im-
mo quæ jura non subvertantur? quæ leges non
obliterantur? quæ ratio non exulatur? quæ
virtus non confunditur? quæ boni species non
suffocatur? quod genus erroris non extollitur
supra omne quod dicitur dominus, aut quod
colitur? Hæc radix est peccati, totius honesta-
tis tinea, fovea vitiorum, puteus dæmonum,
vorago animarum. Recludite, obsecro, recludi-
te feram istam pessimam, quæ devorat Joseph

nostrum, vel potius filios Jacob & Joseph. Certe nimium efferatur, & rupto propositi ac religionis repagulo usque ad sancta sanctorum Cluniacensis ordinis imperii sui fines propagare conatur. Ubi enim [a] sine licentia comeduntur carnes, nonne Adæ prævaricatio renovatur? nonne tori & sanctæ institutionis paradisus violatur?
Deut. 32.42. Nonne legitur, quia *Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus devorabit carnes?* Sanctitatis opprobrium, religionis abominatio est, non quidem carnes edere, sed cum sanguine inobedientiæ. Unde a sanguine & suffocatis jubet lex abstinere. A suffocatis non abstinet, qui fursim edere non timet. Periculo namque prælatorum fiunt transgressiones commissorum. Vasorum custodes sacrorum puniuntur, cum negligentia sua de templo domini asportantur, & usque ad manus concubinarum regis Babylonis humiliantur. Sapientiorem me non doceo, sanctiorem non instruo, ferventiorem non excito, studiosiorem non provoco, sed timores meos manifesto, sed dolores aperio, sed consilium quæro, sed evadendi semitam interrogo. Audio principes populi suspensos in patibulis, & affixos contra solem propter peccata populi, & somno vacare valeo! Dicentem Jacob ad Laban in summo articulo judicii lego,
Gen. 31. 38. *Oves tuæ & capræ steriles non fuerunt. Arietes gregis tui non comedi, nec captum a bestia ostendi tibi. ego damnum omne restituebam: quicquid furto peribat, a me exigebas. die noctuque æstu urebar & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. sic per viginti annos in domo tua servivi tibi.* Hæc, inquam, lego, & non inconsolabiliter inertiam meam lugeo? Ubi namque oves curæ meæ? ubi capræ non steriles? Qui enim a pueritia sua in claustris regulariter eruditi sunt, & tunicam vitæ atque conversationis suæ immaculatam servaverunt, oves domini sunt. Qui de sæculo fœtorem luxuriæ fugientes, pœnitentiæ habitum sumunt, capræ domini nihilominus sunt. Sed ubi Jacob, ubi Abbas tam sedulus exhortator, tam fervidus redargutor, tam cautus provisor, tam benevolus persuasor, tam contra rabiem luporum potens, tam contra morborum pestilentiam sapiens, tam ad aeris intemperiem patiens, tam ad latronum insidias prudens, tam fidelis in commisso, tam vigil in evitando damno, tam perseverans in incepto servitio? Damna domini mei video, sed quomodo resarciam ignoro. Esset quidem justa recompensatio, si numero numerum æquarem, si pretium par pari pretio restituerem. Nunc vero cum non sit mihi nisi una anima, si perierint per culpam meam tres aut quatuor, quid faciam? Anne triplicatam vel quadruplicatam pœnam persolvam? Quod si quoquo modo pœnam istam pati possem, centuplicatam forte qua patientia sustinerem! Ista attendens miror me non mirari, expavesco me non expavescere. Certe non est somnus simplex: sopor aut lethargia est, quæ me tenet. Obsecro mittite antidotum.

EPISTOLA II.

Domino & patri suo carissimo [b] *Hugoni Dei gratia Cluniacensi Abbati, Frater Petrus humilis Cellensis Abbas seipsum cum devotione.*

SErenior post nubila dies succedit: dulcedo crescit ex amaritudine præcedenti: ruina starum amplius commendat. Sic in auditu commotionis magnæ, quæ in Cluniacensi electione facta est, non parum conenssa sunt viscera nostra, sed rursum in concordia lætata est anima nostra. XXIX. Ab occasu enim sancti patris nostri prædecessoris vestri, eatenus tanquam parturiens erat, donec reciperet virum alium, qui consolaretur eam ab operibus suis. In dolore suspirabat. sed ecce jam non meminit pressuræ propter gaudium, quia & libertatem recepit, & unum de filiis uteri sui cum principibus populi sui collocavit. Filii alieni mentiti sunt ei, & claudicaverunt a semitis suis: quia non ex ore domini, sed ex propria usurpatione & consilio Achitofel regnare attentabant. Odiosa nimirum præsumptio. Cluniacensem tam castam matronam prostituere, tam religiosam publicare, tam honestam devenustare. Reprimenda temeritas matrimonii, leges tam petulanter infringere, ut non voluntas nobilissimæ puellæ quæratur, sed violentia infestatur, torus immaculatus non cum reverentia poscatur, sed impudice exigatur. Prorsus inaudita miseria, si hac necessitate mater familias addicatur, ut non tanquam libera, cui vult nubat, tamen in domino, sed cui respuit nolens succumbat famulari, immo concubinatus obsequio. Ubi est, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos?* Joan. 15. 16. Ubi est, *Nec sumat quisquam sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron?* Hebr. 5. 4. An non ista libera est, liberam habens electionem in libertate spiritus, cujus & ancilla & sponsa est, ancilla utique ex devotione, sponsa ex caritate! Ubi, inquam, reverentia sponsi, sponsæ gloria, quam Joannes baptista reformidat, Moyses velat, Rebecca operit pallio, Cherubim gloriæ obumbrant, & quam caro & sanguis si contingit, ut fumus evanescit? *Caro*, inquit Apostolus, *& sanguis regnum Dei non possidebunt.* 1. Cor. 15. 10. Idcirco Moyses solvit calciamentum de pedibus suis, ne si forte in terra sancta curis carnis impeditus consisteret, faciem in rubo radiantis Dei offenderet. Non æstimo leve dispendium, flammeum gladium atque versatilem nuda manu accipere, vel cæcis obtutibus fornacem iracundiæ inconsulte transilire. Culmen hujus honoris, vel potius oneris, tam est pendulum ad casum, quam debile ad statum. Urit sollicitudine, pungit timore, urget inquietudine. Fortuna si utrinque & undique versata discutiatur, plus mœroris & minus lætitiæ refert. Jugiter si quidem ratiocinatio supputanda, tam accepti muneris, quam solvendi debiti. hinc æquitas judicis, illinc difficultas in-

a *Sine licentia comeduntur carnes*) Monachi vetere instituto a carnibus abstinent, ne, quod de seipso scribit Bernardus, dum nimis nutriunt carnem, nutriant vitia. Edere tamen interdum licuit, sed infirmis duntaxat, Prælatorum permissu. Goffridus Vindoc. lib. IV. epist. XLII. *Carnis comestio sicut monachis pro corporis infirmitate conceditur, ita eis in carnis voluptate negatur.* & post alia, *sed quia paucorum vel nullorum istam virtutem esse cognoscimus, ut videlicet a carne omnino abstineant, cum aliquo carnem comedendum tribuimus, rationabilis est consideranda necessitas, non carne carnis nutrienda cupiditas.*

b *Hugoni Cluniacensi Abbati*) Petri venerabilis successori, ejus nominis tertio. Post Petri excessum monachi Cluniacenses tumultuaria electione Robertum quemdam semilaicum, sed Comitis Flandriæ cognatum, reclamantibus multis elegerant. Quo postea dejecto ac mortuo, Hugonem hunc ex Priore Abbatem renuntiarunt, ut est in supplemento Sigeberti ad annum M. C. LVIII. Hæc igitur est commotio magna quam vocat: Hugo, filius uteri Cluniacensis: Robertus, is qui per vim regnare conabatur.

junctæ administrationis pensanda. Venia etiam speranda, si non obstiterit pnoienda negligentia. Tempus numerandum, asura replicanda, fructus computandi, & summa totius dispensationis colligenda. Si minus inventum fuerit, danda ante articulum supremum pecunia ad mensam, renovandus ad nummularios virtutum sive fidei cursus. Gratia pro gravitate discriminis imploranda: arbitrium pro posse impendendum, legatio excusatoria pro impossibili mittenda. Ex æquo enim si ad pugnam congrediatur, nulla proportione ad dominum homo miser & invalidus subsistet. Pondus terræ, cœli infinita spatia, diffusiones aeris, & maris profusiones intra pugilli angustias facilius coartabis, quam Deo cœli paria respondere possis. O Abbas Cluniacensis, attende quia fecit tibi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. Fecit tibi Deus ut Deus, ut pius, ut bonus. Exaltavit humilem, deposuit potentem. Ecce itaque oculus monachorum factus es, speculum & exemplar hujus ordinis. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus monachorum, quod est congregatio Cluniacensis, lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est tenebræ sint, ut sic loquar. Facit audere, quod vestibulum familiaritatis tuæ aliquando penetravi, & religionis tuæ sancta devotio. Sed de his hactenus. Ceterum more nostro obediens, amantissimo, & piæ recordationis viro, domino Petro Abbati, fidejussi cum [a] Abbate Arremarensi pro eo multam pecuniam adversus [b] Hulduinum de Vendopera. Priores quatuor proinde secundario, ut regressum ad eos haberemus, accepimus fidejussores. Hi sunt *

EPISTOLA III.

Domino suo & patri carissimo Hugoni Abbati Cluniacensi, frater Petrus Cellensis salutem.

XXX. JUstitia nostra superabundare debet justitiæ Scribarum & Pharisæorum, & nun subjacere. Miror justitiam hanc quis novus legislator, vel unde attulit, ut non restituatur a principaii debitore pignus fidejussori [c] a debitore detentum. Miror & novam benignitatem vestram, quæ nec semel respondere voluit jam secundo vocanti. Durius hoc silentio quam damno permoveor. Ad damnum enim levius ferendum cooperatur patientia, cum illud noveris resarciendum amici bona & nova gratia. Silentium vero post beneficium mortui beneficii repræsentat sepulcrum. Malum tanquam abortivum amici primogenitum facere: cum potius semper obsequii memoria vigere debeat, & vivere apud amicos. Et damnum, & damni hactenus patientiam præstabam, sed amicis, sed dominis, sed veracibus monachis, qui & si me ipsum vellent invadiare possent. Sed quid dicam? Plane minus dicam, ne forte & cum pecunia amicos perdam. Dicam prorsus, dicam. Quicunque forte hoc audieritis, quod Cellensis simplicitas sic elisa, ne dicam elusa sit ab amicis suis carissimis, pro quibus & se, & omnia sua ponebat, nolite annunciare in Geth, neque in compitis Ascalonis. Hoc potius & si non verius dicatur: Abbas vetera non novit debita. Nam cum audierit, & creditoribus satisfaciet, & fidejussores liberabit, & gratiam amicis æqua lance rependet. Valete.

Ecce calami nostri valde fatigati pro labore suo mercedem reposcunt, bibere in calice, post æstum & hyemem.

EPISTOLA IV.

Domino & patri suo carissimo Hugoni venerabili Cluniacensi Abbati, P. humilis Abbas Cellensis cum omni devotione.

UNa eademque hora, denique & ore uno, saporis dulcedinem a medullis epistolæ vestræ accepi, & reciproco munere manum ad scribendum deflexi. Semper namque nescio quid plus dulcedinis habet res præsumpta primo voluntatis appetitu, quam post desiderii tempus. Nolui igitur opportunitatem tanquam recalefaciendam in horas differre; unde fueram quasi munitus ipsa tantæ majestatis dignatione. Et primum quidem moram damnosam, sed bene compensatam, hac satisfactione remitto. Deinde negligens inveniri apud vos in hujus officii munere præcaveo. Chartam, & chartæ scripturam satis eleganter compositam suscipiens, semel non aspicio, sed diligentiam hominis, etiam in parvissimis rebus non prætereundam in memetipsum cum admiratione replico. Exemplum est certe compositionis intimæ, refiguratus quandoque habitus in exteriori homine: & vini bonitas calicis accrescit idoneitate. Suggessit ipsa suæ faciei venustate, quod & exhibuit in lectione, magnum quid in absconditis suis repositum apportare. De paradiso, de Ægypto, & de quibuscumque locis scripturarum tam pretiosas merces & margaritas plenis marsupiis ex se refudit charta vestra, quod ad ipsam coartata sit intelligentiæ nostræ arca. Sed quid mirum, si dominus Abbas Cluniacensis de thesauris suis tot & tanta proferat, quot & quanta Cellensis vix efferre valeat? Nonne sic a quodam dictum legimus, *Ex te non poteris præbere ascensores equorum, quos ego dabo tibi*? Ambulant vobiscum innumerabiles forte sicut monachi, sic & sententiæ. Certe sic est, negari non potest. Res in evidenti. Quis sic ad manum, sic ad nutum cogere tantum exercitum philosophicorum exemplorum tam cito potuit? O vena dives! Beatus qui vigilat ad postes ostii tui. Mane panibus, vespere carnibus edere poterit. Pulsavi, & aperuistis. Unum locutus sum, quod dixisse me non pœnitet. Una siquidem & modica punctione tetigi vos, quinimmo tetigi acervum Mercurii, sive novarum frugum, sed non modica æstimatione excepi thesaurum multarum sententiarum. Quid mensuram bonam & confertam, & coa-

XXXI.

Esaia 36.8.

a *Abbate Arremarensi*) Monasterium est ordinis S. Benedicti, cujus originem, auctoremque Adremarum docet epistola Leonis IV. ad Prudentium Tricassium Episcopum, in cujus situm est diœcesi. Conditoris nomen retinet etiam in vernaculis. Nam *Monstier ramy* vocant, hoc est monasterium Adremari.

b *Hulduinum de Vendopera*) Gentilitium id familiæ cognomen ab agri Campani castello, quod possidebant. Hunc vero ipsum Hilduinum de Vendopera puto, quem aliquot Aripatorii cœnobii tabulæ testem adscriptum habent cum Theobaldo Comite, Bernardo Claravallensi, & Guidone Arremarensi Abbatibus, qui omnes ætatem hanc produnt.

c *A debitore detentum*) Sensus exigit, ut legatur *a creditore*, quod etiam declarant quæ de eadem rescribit sub finem epistolæ sequentis.

gitatam, & supereffluentem remisistis in sinum nostrum. Proinde exulto ad dignationem vestram, stupeo ad eloquentiam, curro sicut cervus sitiens ad fontes historiarum, ad profunditatem sententiarum, ad suavitatem exhortationum. Interea duo proponitis, sumpta a nomine uno, quod est Petrus, fortitudinem scilicet & agnitionem. De utraque exemplificatis non avare. Honesto deinde modo qualis esse debeam instruitis: & talem esse dicitis, qualem fieri vultis. Modus hic suadibilis ad docendum. Naturale siquidem est animæ rationali, voluntario motu occurrere de se bene opinanti, & humeros inclinare indubitatæ affectioni. Pronum quoque sibi redhibet animum ad obediendum, qui prius amicitiæ fidem fecerit, & de probitate persuaserit. Crederem vobis, si mihi conscius in contrarium non essem. utinam sicut a caritate vestra profertur, sic a vobis in veritate perficeretur. Sed ut verum fatear, rara in nobis nominis vestri interpretata veritas. Unus enim est, & secundum non habet, cui dicitur, *Secundum nomen tuum, ita & laus tua in fines*
Psal. 47. 11.
terræ. Quod hoc nomen? Jesus. Quæ ista laus?
Matth. 1. 21.
Salvabit Dominus populum suum a peccatis eorum, Revera hic Jesus, in cujus manu salus nostra est. Hic nomen habet, quod est super omne nomen. Hic denique virtutem nomine suo non inferiorem implet; quin immo & tempore & pondere excellentiorem. Parum dixi, tempore: melius enim dicerem, æternitate. Virtus hæc ab æterno, nomen hoc ab ævo. Virtus sine tempore, nomen ex tempore. In pondere nihilominus omnia virtus divinitatis operatur, ipsum quoque nomen Jesu. O pondus nominis Jesu! quis appendere, quis dinumerare, quis æstimare valeat hoc nomen in pondere? Nunquam sine pondere nominandus est Jesus. Pondere utique sanctuarii, quia nemo potest dicere Dominus Jesus, nisi in
Exod. 20. 7.
Spiritu sancto. Et in lege Moysi sic dicitur: *Non assumes nomen Dei tui in vanum*. Paulus Apostolus ne in vanum curreret, ut potuit in vinculis, & in catenis per passiones quotidianas, hoc nomen semper apposuit & apprehendit. Hoc e-
Rom. 8. 18.
nim est quod ait, *Non sunt condignæ passiones*
Gal. 6. 17.
hujus &c. & alibi de eodem pondere. *Stigmata*, inquit, *Jesu porto in corpore meo*. Alibi dicit:
Philip. 11. 9.
Dedit ei pater nomen, quod est super omne nomen, &c. Præponderat hoc nomen quodcunque creaturæ nomen est. Hoc compendiose dixerim, ut solum designarem, quis scilicet nomen habet & virtutem. Rursus inflecto intuitum ad epistolam, quæ sicut turris ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Ad quid tantus apparatus? Opinor, voluistis in me aut terrere seosus hebetes majestate sensuum, numerositate exemplorum, perplexione rationum subtilium; aut inertem provocare æmulatione studiorum; aut mœstum consolari pulcritudine sermonum; aut indoctum ædificare persuasione adhortationum; aut satisfacere opportunitati meæ abundantiori gurgite auctoritatum. Sed quodcumque horum attenditis, optabile & valde carum habeo, quod occupationibus vestris succenseris, & sicut Rebecca hydriam de scapulis lassitudini nostræ inclinaveritis. Refluentes quippe procellarum revolutiones, quibus interdum ascenditur usque ad cœlum, & descenditur usque ad abyssum, quis vel ad modicum credat abesse Abbati novo Cluniacensi? quis de abyssis terræ vel post tertium diem non miretur emergere? quis non compatiatur gementi sub aquis? scribere quomodo valet, quem degrandinat sollicitudo continua, & nunquam quieta? Sed ubi obstaculum ægrius, ibi necesse est se expediat ingenium egregius. Procul dubio animi elegantis est, curæ sæcularia oneribus indignari; & per medias interpellantium acies ad lectionum amœnissima prata & solitudinem liberam velut solitarius onager evolare. Contra hanc vim a Prætore nullum proponitur interdictum. Hæc vis probabilior, quam desidiosa patientia. Vis inquam hæc non improbabilis, si rumpantur novi funes contexti & concatenati nexibus causarum, tanquam, a profundo maris emergentium. Est & aliud consilium, ut ubi non sunt vires ad vim faciendam, adsit ingenium ad furtum committendum, de quo tamen non nascatur actio furti. In Evangelio enim commendatur mulier, quæ tangens Jesum, virtutem a fimbria vestimenti ejus furto subripuisse commemoratur. Furtum prorsus commendabile, si te ipsum tibi ipsi & Deo tuo ab incursu concursantium subduxeris. Aquæ enim furtivæ dulciores sunt, & panis absconditus suavior. Valde saporabilis lectio, quam interpellata sorbet animæ inteotio. Studium, lectio, & oratio turbam non amat. Impediuntur plerunque peregrino superventu, quia vix patitur non se putrari advenienti nobili animæ consolatio. Forte onera gravia & importabilia, quæ nec digitis tangere possum, humeris vestris impono. Quo enim modo Dominus meus Cluniacensis poterit hæc unquam vel experiri? Immo vivere quomodo poterit, si hæc non fecerit? Si post omnes habiturus est, quando se habebit? Rursum si eum non habuerint qui sine eo vivere non debent, quanta pestis & iniquitas! Expedit potius ut unus moriatur homo, quam tota gens pereat. Sed rursum quid prodest, si totum mundum lucretur, se autem ipsum perdat & detrimentum sui faciat? Ecce ut attenditis res in arto posita est. Neque ad dexteram pro se, neque ad sinistram pro aliis excedendum est. Quid igitur? Medium eligat, & si non potest omnem diem, saltem diem inter diem habeat. Habeant eum alii: sed ipse habeat seipsum. sed & alii. Non dividat infantem vivum, ut decrevit Salomon. habeat eum vel mater, vel non mater: immo semper habeat mater. Non sibi vivat tantum, non aliis tantum; sed sibi & aliis, ne ipse pereat; sed aliis & sibi, ne oves sine pastore succumbant. Et de his hactenus. Præterea non id indignetur dominus meus, si dixero quod sentio. Dicam, sed cum licentia dicam. Quid? Quia deest semper aliquid culturæ Dei. Hoc forte apud vos proverbium est. sed faciam verbum de proverbio. Laqueum debiti quadam perplexione ratiocinando differtis, ita scribendo in epistola: Si redditum est, non debemus super hoc inquietari. si propter reddendum quæstio aliqua ventilatur, debet judiciario ordine diffiniri, & partium allegatione & judicis sententia terminari. Bone Domine, bene docuit vos magister noster proponere; utinam sic bene solvere. Solvere dico debitum, non syllogismum. Videris non extensa disputatione, sed compendiosa relatione, & potius ratione, inter quos quæstio hæc versari dicitur, cui competat actio, & adversus quem detur. Principalis profecto debitor & suus creditor adinvicem habent actiones, alius directam, alius utilem. Sed quid ad fidejussorem? Semper liberandus fidejussor proposita actione pigneraticia a principali debitore contra creditorem, soluto prius duntaxat debito ad restituendum pignus, & ad liberandum

fidejussorem. Hoc fecit [a] dnmiaus Wintoniensis, sed non effecit. oam ereditnrem convenit, sed nobis pigous ooo restituit. Idcirco dixi qaod curta est res, donec restitutum sit nobis quod tenatur pro vobis. Est & aliud notatam in epistola vestra: quiu suspensive & iodefioite dixistis quid agendum esset, sed non quando. neque diem, nequa boram posuistis: forte quia non est nostrum seire tempora, quæ in potestata saa habet Wintoniensis. Scio, domioe mi, seio, quia in multiloqoio non deest peccatum. Ignoscite si quid egressum est de labiis nostris, quod miuus rectum appareat io oculis vestris. Ut vero hoc anderem, vos occasionem dedistis. Valete.

EPISTOLA V.

Domino & patri carissimo Hugoni Cluniacensi Abbati, frater Petrus Cellensis Abbas salutem.

XXII. PRo umicis nostris, immo pro amicit justitiæ, amico nostro, veritatis immo amico, nunqaam resellleremus scribere. Etenim illa amieitia in diversis amicorum causa debet intervenire, quæ uon plus justo vergent se in favorem alterius, æqaitatis rectitudiue pensat negotiam, non favoris, aut odii iniqua inflexione. Quanquam igitur vobis & excellentem prærogativum dilectionis debeam & honoris: huic tamen [b] Abbati sancti Laarentil Leodiensis novo confœdesatus amicitiæ pacto, propter Christum quem in ipsum suscepi, meipsum nihilominus concedo. Com igitur ntrinqaa Christas in causa sit, otrumque ad debitum honorem rependendum medius ipse commoneo. Vos quidem, utquanto magnas dignitate, prælatione, & nomina estis, tanto abundantiori humilitate illum suscipiatis. Illum, ut secundum excellentiam majestatis vestræ cogitet qualiter summam in summo viro humilitatem excipiae, & obviis, ur dicitur, brachiis davexam bonitatem sustentet. Vos, ut honestatem personæ & justitiam quam habet ad vos, æqua libratione appendatis, & personæ honorem, causæ judiciam reddatis. Vidi personam, & amavi: audivi causam, & approbavi. In persona prudentiam, religionem, literaturam, simplieitatem notavi: in causa terentionem paeis, malitiæ exterminationem, simultatis sepressionem, & justitiæ tenorem unimadverti. Qui de tam longe quærit pacem, nonne amat quod quærit? Qui tempore tauto & tali a sancta fratrum suorum congregatione peregrinatur, quibus patas stimulis affectionum remordetur, ut vaccæ illæ reclusis vitulis mugientes, vinceotes sanctitate propositi usitatum & consuatum affectum carnalitatis. Sed gratias Deo, quia illorum damnum quibus affuit, & suus dolor recalcitraos qui absuit, oobis in lucrum versum est quibus absuit. Moveaot itaque & commoveant pia viscera vestra quæ auditis, & intendite viro bono viro pacifico, viro honesto, immo vestris monachis & fratribus, quibus valda credimus utile; si pacem tenuerint, iohonestum & inutile, si a pace resilierint. Valete.

EPISTOLA VI.

Domina suo [c] Henrica Comiti Palatina, frater Petrus de Cella humilis Abbas bene regnare.

XXIII. A Cnllateralibus vestris a nobis quæsitum est, quid vobis daremus, & dies capiandi super hoc consilii præfinita. Primo itaque miror quid ego fecerim mali, qund sic semper a me faciem vestram avertitis, qaod veoire ad eam, vel rogare, aut oanquam aar rarissime possim. Secundo utrum ab illa tenacissima vestra memoria exciderit, quod oondam expletus sit cursus anni, quod LX. libras tam vobis quam vestris persolverim. Tertio non parum doleo, quod nostra paupertas & dabita propter præseotis aoni negotia, tum de itinere Romano, tum pro [d] Ecclesia de villa Maori, tum pro infirmaria fratram qaam fecimus, tum pro multis aliis, ad aaret pietatis vestræ non potait pervenire. Videat itaqua benignitas vestra, & condesceodens necessitatibus oostris pareat, & bis non addat gravamen, sed levamen. Valeta.

EPISTOLA VII.

Venerabili domino & patri [e] A. Molismensium Abbati, frater Petrus humilis Abbas Cellensis salutem.

XXIV. IN omni possessione præcellit amieorum possessio. Potest enim parari, sed comparari non potest amicus. Num qaod incomparabile, est comparari quomodo potest? An oon vero incomparabile est, qaod nondum habitum emi non potest, perditum æque redimi noo valet? Talem amieum frequentar quæro, nec invenio, etiam in grege amieorum. Egregium, noo da grege gregalem dasidero amicum. Numero gaudeaoa amicorum, qui unum nesciunr habere amicum. Ut enim ait Seneca, plura habeaot hospitis, raras amicitias. Non aliter amicis utuotar quidam, quam hospitiis. Si nocturoum beue se præbuerit hospitium, mane laudant, & abeuntes commutant; & qaot dies erunt peregrinationis, tot numerabuntur relevationes itineris. Ad tempus occurrit hospitium, nec sui causa petitur, sed tantum ut fessi relaveotur. Noo ita perfunctorie amicus forte occurrens recipiendus, sed cum labore quærendus, cum deliberatione admittendus, cum studio retineodus, cum omoi vigilantia læsus reconciliandus, cum instaotia forte elapsus prosequendus & revocandus. Non possideas amicum, tanqaam prædium. Nam infructuosum respuis, aut alieoas a te prædium; lucrosum studiosius colis, & ad possidendum avidiorem intendis animum. Ita qui io amico requirit oon animum; sed aurum; non fidem, sed faciem;

---

a *Dominus VVintoniensis*) Henricus frater Theobaldi Magni, & Stephani regis Angliæ. Is Vvintoniæ quidem Episcopus erat in Anglia, sed in Gallia hoc tempore versabatur: Cluniaci uimirum, quo tandem ex Anglia rediit. Monachus enim erat Cluniacensis.

b *Abbati S. Laurentii Leodiensis*) Nobile hodieque Benedictinorum est Monasterium in suburbano Leodiensi.

c *Henrico Comiti Palatino*) Comiti Campaniæ, Theobaldi Magni filio, cui liberalitas Largi seu munifici nomen fecit. Unde autem & quandonam Palatini vocari cœperint Comites Trecenses, accurate more suo docteque disseruit P. Pithœus.

d *Ecclesia de villa Mauri*) De qua cum Canonicis litigabant, lib. 2. epist. vi ı.

e *A. Molismensium abbati*) In diœcesi Lingonensi ordinis sancti Benedicti. Perænnatica est novo Abbati, qui ex Priore creatus nuper erat.

non mores, sed vestes; non naturam, sed fortunam, causa propriæ utilitatis, non naturalis bonitatis amicum quærit. Repentina qnoque non omnimodo approbanda est amicitia, sed quæ germinat cognitione, crescit familiaritate frondescit consuetudine, germascit cordis amplitudine, fructificat perfecta identitate. Hic arbor fiei plantanda, & circumfodienda est, ut dulcedinis fructum in agro amicorum afferat. Hic triplici filo contorquendus est dilectionis funiculus, ne facile rumpatur. Funiculum hunc torquebo ut potero, cum ad me per obsequium, per recompensationem, per vicissitudinem forte torquendus occurrerit. Verso enim police de amicitia scribendo filum contorqueo. Si placet pactum coagulandæ societatis, præfigantur termini arcentes præsumptionem odiosæ prævaricationis. Liceat tamen metas transire sine reprehensione proficientem, sed impune non liceat deficientem. Illa namque bona est traosgressio, cum ultra æstimationem amare acceleraverit inchoata dilectio. Illa quam bona est non transgressio. sed progressio, cum justam mensuram impleverit amicorum ad invicem fidei promissio! Semper in amicitia minus pollicendum, amplius præstandum. Jam ergo amico loquar ut amico. Amice carissime, gratiæ suæ Deus addidit novam gratiam, cum te de Priore Abbatem, de ove fecit pastorem. Recole statum, reminiscere meritum, attende donatorem, & datum donum Dei Deo resignes, non homini. Tanquam de summo Dei vertice coronam avellit, qui quod a Deo datum est, ab homine recognoscit. Idololatria est, Deo debitam homini rependere gratiam. Novi quorundam hlanda lenocinia: novi vanitates & insanias falsas. Quidam sic, si molestum fuerit claustrum, dicit: *Ego nocte & die ad Deum manus, ut hanc tibi potestatem concederet, expandi, & singultibus continuis, donec id efficeretur, aures divinas pulsavi.* Alius autem sic: *Ego ille prolocutor, ego persuasor, ego aliorum monitor, universorum animos ad te inclinavi, & modo quod volo impudenter negas?* Alius *Te Deum laudamus*, recinit: alius nominationem a se vel concessiooem factam improbe meminit. Sic plures sunt tui abbates, quam quorum tu sis Abbas. Non ita, Domine & amice carissime, fiat, ut quod ab uno habes, a multis te habere credas. Non monachus qui optavit, abbatem constituit, sed Deus qui concessit: non qui voce nominavit, sed qui cordibus intimavit. Non ista scribens ad ingratitudinem provoco, ut immemor sis beneficii: non in arrogantiam extollo, ut non respicias devotionem congregationis te sibi præfici rogantis. Hoc enim non esset amicum instruere, sed destruere: non veraciter bona suadere, sed nequiter vitio nequissimo subdere. Ad quid ergo ista præstruxi? Ut vana loquentes compescas: ut statum dignitatis & officii tui importunitate aliquorum non minuas: ut solum Deum auctorem hujus tuæ sublimationis recognoscas, & ad ejus gloriam & honorem omnia facias. Obnoxium te habeat congregatio pro devotione sua, sed cum auctoritate tua: monachus te propitium inveniat pro deprecatione sua, sed cum integritate tua. Sis benevolus, sed & rectus: sis pius, sed & discretus: sis compatiens infirmitati, sed impatiens mali: sis bonis consentiens, sed inordinatis non parcens: sis humilis, sed non dejectus: sis largus, sed non prodigus: sis providus, sed non avarus. Sis in templo Domini basis argentea per patientiam: sis columna marmorea per inflexibilem justitiam: sis capitellum habens sculpturam liliorum, per contemplationem assiduam. Sis arca testamenti per abundantem gratiam: sis virga Aaron, per disciplinam: sis mensa Domini, per doctrinam: sis candelabrum de auro mundissimo, per bonam famam: sis propitiatorium per misericordiam: sis tabulæ testamenti, per veteris & novæ legis scientiam: sis cortina per caritatem, sis saga cilicina per humilitatem! sis templum Domini, per continentiam & castitatem. Non habitet juxta te malignus, non audias vocem sanguinis, non sermonem susurri. Fortissimi in Israel & doctissimi ad bella, id est, honestissimi & probatissimi monachi, lectulum tuum ambiant propter timores nocturnos. Malæ suspicionis homines non tibi cohabitent, non coambulent, nisi forte raro & secretius corrigas & benignius corripias. Aliquando enim sic emendantur mali, dum pietate revocantur pastoris. Quæ namque cum aliis, vel saltem post alias oves, non recurrit ad ovile, si ex infirmitate, portanda, si ex malignitate, cogenda est. Ad te confugentes per humilitatem inveniant matrem, a te resilientes per contumaciam, sentiat severum patrem. Non sis præceps in judicio, non motus in consilio, non verbosus in convivio, non arrogans in publico, non detrahens in secreto, non avarus in proprio, non prodigus in alieno, non contumeliosus in capitulo, non negligens in monasterio, non effusus in refectorio, frequens in oratione, discretus in confessione, assiduus in lectione, profusus in lacrymarum effusione, largus in pauperum miseratione, ardens in contemplatione, affabilis in hospitum susceptione. Pauca & vera sint eloquia oris tui. Procul a te simulatio, dolus nunquam in corde, fraus nunquam in ore tuo. Præ oculis timor divinus, præ manibus beatus Benedictus. Extra Deum nihil agas, extra Benedictum nihil præcipias. Vale.

EPISTOLA VIII.

Amico suo carissimo [a] *H. Abbati Pruliaci Frater Petrus Cellensis Abbas, accipere de spiritu Moysi.*

AMicorum monita eo affectuosius suscipiuntur, quo ambitiosius animorum compago XXXV. adinvicem consolidatur. Nescit mutui amoris vestri coagulum, qui familiariter non est admissus ad secreta ipsarum medullarum. Ab ipsius igitur medullis verbum amicæ consolationis mutuans, æque usque ad tui cordis secretiora rogo ut admittatur, & vice mei fungatur officio dilectionis, & suppleat dispendia solitæ confabulationis. Quid est, domine; immo frater & amice? nondum enim dominum redoles. quid est? De statione quietissimi portus ad marina discrimina transtulerunt amici tui, aut ut verius fatear, ad molam te posuit benignissima manus Dei tui. Quid igitur facies? Plane tolle molam, & mole farinam, de qua subcinericium facias in conversione peccatorum, ut convertantur a viis suis pessimis, & vivant. Similaceum nihilominus in exhortatione bonorum, ne peccent,

[a] *H. Abbati Pruliaci*) Novo item Abbati, sed ordinis Cisterciensis in diœcesi Senonensi. Abbatis Pruliacensis haud scio an ejusdem, meminit Stephanus Tornacensis epist. clxxxi.

& non recordentur justitiæ eorum quas fecerant. Revera, carissima, ad molam positus es, qua in spiritu vehementi contaras alios in malis, & ipse contereris in afflictionibus. Sed attende diligenter, quia mola orbiculari motu nunquam & nusquam excedens orbem persequendo superficiem grani suppositi extenuat in minutissimæ farinæ speciem, unde conficiatur panis in escam hominum. Sic nempe omnis labor & vexatio tua, quæ tibi dabit intellectum, æquitatis rotunditate circumvolvatur, ut ne quid nimis facias, vel ferventius agendo quam toleret complexio tua, sive infirmitas tibi commissorum, vel remissius quam expediat ordini & officio tuo, sive quam permittat regula & regularis consuetudo. Rotundo itaque perge cursu in omni negotio tuo, modestiam servans in his quæ ipse geris, & in his quæ aliis ingeris. Appende mores temporis cum hominum moribus, & versa ex hoc in hoc: quia calix in manu domini plenus mixto. Nondum eliquata est natura, nondum defæcata, nondum fæx corporeæ gravedinis exinanita. Corpus quod corrumpitur aggravat animam. Parcendum itaque interim corpori: nec danda licentia animæ, ut suis excurrens appetitibus in ipso itinere tardum & lassum rejiciat corpus. Spiritus enim promptus est, caro autem infirma. Jugale suum ferre debet anima, non interficere. Moveat se quidem semper spiritus ad meliora, sed ægrotantem equitaturam suam calcaribus cruentis supra modum non vexet: ne forte cæde lacerata obeat, & sanguinem ejus de manu immoderati spiritus dominus requirat. Nemo unquam carnem suam odio habuit: sed fovet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Procedat & præcedat anima carnem, sed stationem faciat, quo saltem sero mansionem possit assequi subsequens caro. Morandum tamen, non remanendum est propter carnem. Non erit molesta mora, si sit modesta. Quousque respiret caro subsistendum, non quousque expiret. Sciat se caro uti itinerariis recreationibus, non mansionariis delectationibus. Si de itinere gravatur, festinet ad mansionem. Erit enim illi mansio & grata præ requie, & certa pro æternitate. Huc applicait nos orbicularis motus.

EPISTOLA IX.

a *Roberto* [a] *Abbati de Bullencurte, Frater Petrus Cellensis Abbas salutem.*

XXXVI. INfra robur animi tui, quæ a me prodire possunt consolationes residere non ignoro. Commendabilis illa solum fortitudo est, quæ fatigata robustior, oppressa liberior consurgit. Levat namque fortunæ importunas sine molestia sarcinas, portat sine pondere, deponit sine lassitudine. Accrescit forte cumulus ponderis, sed & virtutis. Jacet enim virtus sine palæstra. Ubi deest lucta, virtus videtur quasi discincta. Mollis & tenera est, cum in lectulo prosperitatis extenuatur. Sumit vero suum habitum, immo seipsam, cum obviaverit quod vincendum sit. Excita concurrit, ubi de victoria palmam reperit. Provocata melior, lacessita rcentior, subito deprehensa & moderatior & cautior efficitur. Non turbatur repentino incursu, non frangitur hostium coacervato exercitu. Non senescit debilitate, sed consenescit maturitate. Deserit quem in se non converterit. Utitur siquidem hæc aliter isto, aliter illo homine. Aut enim se tibi contemperat, aut se tibi informando compatat. Nec est minor, si minus in alio; nec amplior, si amplius in alio. Proficere dicitur, cum ex ea proficitur. Hæc a corporea natura diversum sortitur, & quod est ab origine, & quod efficit in homine. Origo ejus a creatore, sed ad utilitatem creaturæ. Quid enim est virtus hæc, de qua loquimur, nisi vapor & emanatio virtutis Dei? Vaporatur subdita Deo anima vitali tam calore, quam odore, quatinus calore justificetur, odore glorificetur. O gloriæ odor! o calor vitæ! Tam nemo sine altero bene vivit, quam nemo sine altero beatus. Beati ex alio Angeli, ex alio homines boni. Sic autem Angeli beati, ut & boni, quia nec beati essent, nisi boni fuissent, sicut odor semper cum calore. Nam sine calore nihil olet, calet tamen aliquid, quod non olet: sicut & bonus quandoque invenitur, qui necdum beatus est. Est vero arrha beatitudinis bonitas, quam qui non deserit, ejus consecutivo carere non poterit. Vale.

EPISTOLA X.

Venerabili [b] *Abbatissæ Fontis-Ebraldi Matildi, Fr. Petrus Cellensis Abbas, suus in Christo amicus, gratiam & gloriam sponsi æterni.* b

INspector conscientiarum Deus & testis novit quibus dignationem vestram præcordiis exceperim: quam incomprehensibiliter ad consoderationem mutui amoris exultaverim: quamque incomparabiliter omni auro familiaritatem vestram prætulerim. Unica siquidem & pura nos vobis prius conciliavit gratia, cum deinde ampliandi amoris multiplex supervenit causa. Ubi enim nulla operum præludia, nulla præcedunt officiorum blandimenta, unde amorem dixerim procedere, nisi ex gratia? Hæc enim operatur motibus propriis & spontaneis in corda hominum sine pœnitentia, cum multa reverentia, & absque invidorum calumnia. Hæc aufert suspicionem, confert affectionem, defert honorem, refert pudorem. Hac interveniente solvuntur malignantium susurria, consolidatur bonorum concordia, & prorsus adimantur insidiantium machinamenta. Hæc spirituum coagulum, ac indissolubile bitumen animarum, diversitates morum ad unam consonantiam reducit, & meritorum inæqualitates ad æqualitatis contemperantiam proportionaliter recolligit. O gratia gratiosa! sine te omnia mala, tecum omnia bona. Sine te, inquam, inania universa creatura, & a te reple- XXXVII.

a *Roberto Abbati de Bullencurte*) Bullencurtis, seu Bellencuria, ordinis item Cisterciensis cœnobium est in diœcesi Tricassina, ubi Canonici olim fuerant Augustiniani: quod Henricus Episcopus locum sancto Bernardo, Claræuallensibusque concessit. *Vallecurtensis Abbas* pro Bullencurtensi perperam legitur apud Saresberiensem epist. cxv.

b *Abbatissæ Fontis-Ebraldi Mathildi*) Sub finem epistolæ Comitis Andegavensis filiam fuisse docet. Hæc igitur est Matildis, Fulconis V. Comitis, Hierosolymorum postea regis filia, quam Guilielmo Henrici primi Anglorum regis filio desponsam utriusque gentis historiæ narrant, & legere est in Notis ad Goffridum lib. v. epist. xvi. Ceterum Guilielmo sponso marinis fluctibus ante nuptias absumpto, Matildis intactam virginitatem inter Fontis-Ebraldi sanctimoniales Deo devovit, & pro rege Anglorum, ut Cellensis noster loquitur, regem commutavit Angelorum. Nunc Abbatissa jam erat, ut in epistola sequenti.

tur Angelica cum humana creatura. Tu refor-
mas deformia, lapsa reparas, confirmas debilia,
clausa reseras, congregat dispersa, & obscura
illuminas. Tuum est quod sum, quod vivo,
quod sapio, quod sanctorum vestigiis devotus
procumbo: tuum, inquam, tuum est quod te
in templo sancti tui nominis, quod in sanctua-
rio tuæ glorificationis videre & adorare te me-
rui. Si enim sanctius adoraris in animabus san-
ctis, quam in templis lapideis & manufactis,
quanto magis in sacris visceribus virgineis! Ni-
hil enim est tibi his carius, acceptabilius nihil,
cum æthere nitidius, firmamento reluceant jo-
cundius, cœloque sublimius. Ubinam tale quid
inter homines reperies! Credo in illa tua Fon-
tis-Ebraldi Abbatissa, quæ nobilitate carnis ne-
mini secunda, spiritus generositate in multis
celeberrima, castitate præcipua, humilitate con-
spicua, liberalitate profusa, fervore religionis
est decenter succensa. Reprimo stylum, ut as-
sentatoris sustineam periculum. Parcius enim
laudare amicos, amplius amare debemus. Se-
verius quoque mala eorum corrigere, quam ma-
le sana palpando contrectare. Condemnatur ve-
ro non minus desidiæ, qui vano timore glo-
riam Dei reticet, quam invidiæ, quem alterius
fortuna contorquet. Solem etiam de mundo
tollere non immanioris æstimo sceleris, quam
dotem naturæ & gratiæ a creatore in creatura
collatam obumbrare silentio malignitatis. Vir-
tutum namque prædicatio, Dei est glorificatio:
nec tutum est cuiquam se nescire quod habet
habere, cum damnum exinde citius possit eve-
1. Cor. 2. 12. nire. *Nos*, inquit Apostolus, *non spiritum hujus
mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est,
ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis*. In
filiis hujus sæculi hæc comprobatur prudentia,
si res familiaris frequenti supputatione creverit
multiplicata. Itidem cœlestium negotiator mer-
cedem quotidiana emolumenta assidua ratioci-
natione debet compensare, & quæ minus ad
thesaurum sufficiunt omni instantia perquirere.
Psal. 38. 5. Unde Psalmista: *Notum fac mihi, domine,
finem meum, & numerum dierum meorum quis
est, ut sciam quid desit mihi*. Quomodo nam-
que potest scire in quod sibi deest, cui non
constat quod adest? Itaque requirat sarcinulas,
marsupia excutiat, pecuniam appendat in sta-
tera, cogitat sumptus, drachmas computet,
domumque everrat, ut sciat quid desit sibi.
Si desunt agri primitiarum, fertilis videlicet
caritas supernarum virtutum: si paradisus ma-
lorum punicorum, scilicet plenitudo bonorum
operum: si fons hortorum, hoc est vena san-
ctarum devotionum: si reclinatorium aureum,
quod est requies omnium affectionum: festinet,
discurrat, transmigret per nundinas, per mari-
na discrimina, & per regiones remotas, quia
ubi non sufficiunt propria, succurrunt aliena.
Præterea & puella quærat lanam & linum, ut
ex uno calidam, ex altero faciat candidam tu-
nicam. Martha calida utatur, Maria candida.
Hæc enim actioni, illa contemplationi aptatur,
hæc orat, illa laborat: sedet ista, sudat illa:
hæc quiescit, illa currit: exit ista, illa in-
trat; ista inchoat, illa consummat. Felix a-
nima, cujus promptuarium talia resudat un-
guenta, cujus dolium talia refundit libamina,
cujus virgultum ejusmodi stillat balsama, cujusque
horreum simillima continet aromata. Felicem di-
xerim & locum, ubi tales comparantur species,
ubi gemmæ veneunt incomparabiles, ubi exiguo
pretio res acquiruntur valde desiderabiles. Vidi,
vidi in foro speculum non alteri quam filiæ re-
gis congruum: vidi monile non alterius, quam
intactæ virginis collo appendendum. Hoc spe-
culum castitatis est, virtutis, & humilitatis:
quæ terra nostra in publicis contractibus hacte-
nus habere non consuevit. Res siquidem pretii
est inæstimabilis, raro inveniens venditorem,
rarius emptorem. In ejus certe comparatione
cœlestes exhauriuntur thesauri, negotiatores re-
quiruntur ditissimi & divinissimi, comparatores
quoque liberalissimi. Cœleste siquidem commer-
cium supercœleste desiderat pretium. Quid nem-
pe virginitate cœlestius? humilitate quid excel-
sius? In diademate Salomonis præfulget altera,
in thesauris regis pretiosior est altera. Ex utra-
que tamen omnium artifex sapientia monile com-
posuit, & venale proposuit. *Qui potest*, inquit, Matt. 19. 12.
capere capiat. Ad hoc manus adolescentularum
satis ambitiosa quasi tentantes emere circumvo-
litabant, sed audito pretio statim omnes resilie-
bant. Ad extremum pene jam desperato nego-
tio virguncula quædam, Andegavensis Comitis
filia surrexit, manum ad fortia misit, & nova
commutatione pro rege Anglorum regem com-
mutavit Angelorum. Hæc gloriosa dicta sunt de
te, carissima domina. Indulge autem mihi, quod
sermone diffusiore te plus justo detinuerim, &
credas ex abundantia amoris copiam protulisse
sermonis. Ora ergo pro nobis. De componendis
autem quibusdam sententiolis sermonis tui non
sum oblitus, sed tam cito implere non potui
pluribus impeditus. Vale.

EPISTOLA XI.

Dominæ suæ servus suus spiritum rectum.

QUod filius hominis non venerit pacem mit- XXXVIII.
tere in terram, sed gladium, & quod Spi-
ritus sanctus super principes nostros in igne de-
scenderit, quodque Isaac ignem pœnæ & ligna
disciplinæ nostræ portaverit, scienti refero.
Hæc etiam fortassis ratio, quare Jacob in be-
nedictione filiorum Joseph manus transversave-
rit: quatinus singulorum non nativitatis ordo
aut privilegia, sed meritorum & morum atten-
dantur officia. Virtute namque discretionis ser-
vata, & misericordia in sua triumphat patria,
& justitia congrue disponit totius regni guber-
nacula. Cum itaque palatium ingredimur mise-
ricordiæ, flores & fructus decerpimus olivæ.
Cum ad tribunal justitiæ assistimus, palmam re-
portamus, & de pomis ejus & foliis satiamur.
Hæc in reginæ nostræ vestimento delectabilis va-
rietas, & ad tollenda fastigia filiorum non solum
hominum, sed & Dei immutabilis immutabilitas
& æterna æternitas. Joannes in aqua tantum ba-
ptizat, nec vulnus originalis peccati sanat.
Christus Jesus in spiritu judicii, & spiritu ar-
doris, & cœlum reserat. *Omnia*, inquit Apost- Hebr. 9. 22.
lus, *mundantur in sanguine, & non fit remissio
nisi in sanguine*. Neque itaque vestimentum mix-
tum sanguine fit in combustionem propter pec-
cati transgressionem. Christus septies contra ve-
lum sanctuarii proprio digito suum aspersit ad
emundationem criminum nostrorum sanguinem.
Hoc nos docuit unus magister noster qui in cœ-
lis est, hoc legislator in figura monuit, *Non au-* Lev. 2. 13.
feres, inquiens, *sal fœderis Dei tui in omni sa-
crificio*. Satis dictum est sapienti. Priorem illum
Sancti Aignani excuso, quia quod facere potuit
& debuit, fecit. Si aliud vel aliter fecisset, offen-
sam nostram incurreret. Vale. Proderit tamen
peccan-

peccanti præcedente pœnitentia oratio vestra & sancti conventus vestri. Iterum vale.

Epistola XII.

a *[a] Priori suo suus Abbas.*

XXXIX. RES humanæ qualiter in mente divina pensentur, conspectibus hominum in hac volubilitate mundanorum absconditur. Solummodo angelica puritas his prout datur admiscetur arcanis, ac de profundo mysteriorum edocta quibus dignum videtur revelare sufficit. Interim temeritas nostra sic in se ipsa obscurata confunditur, ut nec remota sensibus aliquatenus apprehendat, nec saltem vicina cognitione perfecta contingat. Digna hæc ultio in præsumptorem, ut & de præteritis arguatur, & a futuris coerceatur. Timore hujus periculi, mi dulcissime, admonitus, de præsentibus quidem angor, & tamen futurorum præsentiens caliginem vias incognitas reformido. Gratia vero divini auxilii si affuerit, nec profunda pelagi pertimesco, nec etiam quæque intentata arripere diffido. Etsi enim parum roborata trepidet affectio, poterit sine dubio consolidari insuperabili superni luminis patrocinio. O Jesu! cui vanum fuit ad te confugere? cui male cessit te & inter vepres hærentem cornibus quærere? Te quidem nec pietas deserit, nec omnipotentia: atque ob id tuis nec pium ferre recusas suffragium. Sua potius perit quicunque periclitatur diffidentia, quam tua inclementia. Nostro si dignaris obsequio, mentem nostram compunge tactu interno, & in funiculis amoris tui reduc a sæculo, & deduc in eremo. Tumultus non quiescat, donec tanquam spumam ad litoris quieta nos ejiciat. Fiat, fiat super nos misericordia tua, domine. Non convertatur amaritudo passionis, nisi omnia expurgaverit superflui humoris. Honoris ambitio, carnis delectatio, amicorum confabulatio, consanguineorum visitatio, subjectorum prælatio, majoris potestatis ostentatio, ut quid? Nonne his anima compeditur, ne ad superna evadat? Nonne his complicatur, ne virtutum pennis cælestia petat? Et horum quidem finis erit, sed sine fine pœna durabit. Alterum horum fieri necesse est, aut vincere hæc, aut ab his vinci, aut superare, aut subdi, aut fugere, aut includi. Sanius est igitur nudum enatare, quam vestitum submergi: solum effugere, quam cum multis periclitari. Quid cor humanum expavescis? quid refugis? fructus solitudinis non est quidem mollis, est tamen fortis. non est pinguis, est tamen dulcis: est durus, sed in cortice: est acerbus, sed in superficie: est novi saporis, sed inchoantibus: est conterens dentes, sed non consuescentibus. O cor humanum, cur times renovari? cur abhorres reparari? Velis, nolis, hinc abire compelleris: velis, nolis, sine mora emigrabis. O cor excors! cur non curris ad dominum cordis? Cur omnia colligis, & te ipsum non colis? Dignitate præcellis, potestate excedis, auctoritate quicquid creatum sub cælo est evincis. Nobilitatis tuæ progenies quanti sit, ob ignobilem conversationem non attendunt, qui post corpus suum te ponunt. exemplar tuæ formationis non meminerunt, qui inter corpus & spiritum quæ sit differentia non animadvertunt. Natales tuos relege, & de quam spectabili sis genere recole. Generi tuo maculam servitutis noli irrogare, quia servitus tibi non a te debetur. Etenim tu in loco sublimi sedere, ceteri vero tibi debent assistere. Tuum est mandare, ceterorum ad mandatum venire, & pro contemptu vindictam excipere. Tuum est injungere, subjectorum sine discrimine injuncta effectui mancipare. Soli Deo si dignum præstiteris obsequium, tuum ad omnia valebit imperium. Hoc interim confabulatorium omittam, & tempus & locum constituam, quo narrationes, rationes, & allegationes utrinque liberius audiam. Valete.

Epistola XIII.

Frater Petrus Cellensis Abbas [b] T. Priori Molismensi salutem. b

SAcratissimæ passionis & resurrectionis Dominicæ solemnes feriæ, dies cum suis horis, membra cum suis officiis non immerito hactenus vendicaverunt. Quid enim digitis meis cum calamo scribere in die, quo distenditur in cruce dilectus ex dilecto, qui factus est sponsæ suæ fasciculus myrrhæ? Manus domini tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis, clavis perforantur, & manus mea ad aliud quam ad distillandum myrrham probatissimam occupabitur? In uno oculorum, & in uno crine colli sponsæ vulneratum cor ejus, & cor meum inania & supervacua meditabitur? Potius resignet dies hæc in affectu Christiani affectum morientis Christi, compassionem in membris, mortificationem in concupiscentiis, expiationem a vitiis, conformationem in officiis caritatis. Ecce cur responderim epistolæ tuæ die sequenti postquam eam accepi. Accepi namque eam, cum de vituli saginati pelle detrahenda & de agno assando jam ageretur, & manus ac pedes junioris filii Rebecca parabat supervestire vestibus Esau valde bonis, id est sacramentis Ecclesiasticis. Jesus vestimenta sordida non propter peccati contaminationem, sed propter mortalitatis contaminatam conditionem deponebat, & sacram manuum ac pedum ablutionem, non carnali depositione sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatione in Deum intitulabat. Jam ex odore unguenti a peccatrice, sed pœnitente, in capue vel pedes salvatoris effusi implebatur domus: jam convivium pinguium, convivium medullatorum apponebatur, vinum meracissimum crateris infundebatur. O bone amice, quis scriberet, immo quis non biberet? Comedite amici, & bibite & inebriamini carissimi, continuabatur: & de morticinis pellibus atramento liniendis cogitaretur! Ecce quare statim non respondi, cum libentius illis pulmentis intenderem, quam de responsione vestra cogitarem. Quid de sabbato dicam? Quid, loquam, dicam, nisi quia sabbatum est? Sabbatum revera sed delicatum, sed sanctum, sed gloriosum. Non licet igitur digitum extendere, & loqui quod non prodest. Deinde die sequenti, resurgente & cum spoliis multis Domino redeunte, aliquid de præda pretiosissima veniens in occursum deposco. Rursum intueor triumphum, excipio renascentia sidera: post solis ortum & auroram nascentem in thesauris meis consigno, u e spes XL.

t hæ

a *Priori suo*) Monasterii Cellensis.

b *T. Priori Molismensi*) Theobaldo fortasse, qui post hæc Abbas ejusdem cœnobii lib. vi. epist. xiii.

reposita in sinu meo doceat, quod *flebile principium melior fortuna sequeretur*. In his diebus nemo alius scripsit, nisi tantum Pilatus. quinimmo destructum est quod adversum nos erat chirographum. Post hæc vero tandem, cum exivit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam, recogitavi seriem somniorum atque sermonum epistolæ tuæ, & extrahens eam de tenebrosis ad lucem, deprehendi non esse meam. Ubi enim mea, quæ de me in principio narrat super id quod vidit, aut audivit ex me? in medio fingit me dixisse vel fecisse quod non est verum; in fine comparat se illi qui sine peccato non est. Non sibi convenit imago epistolæ tuæ, bone frater & amice. B Primum vinum ponis, deinde acetum supponis, ad ultimum mixturam myrrhæ & aloes apponis. Non rejicio usquequaque laudem mihi propinatam, amplectens dicentis benevolentiam, non dicti conscientiam. Langnor enim ille fortissimus, quo sub sole universa vanitas hominum laborat, & me cum aliis corripuit, quatinus suaves illas aurium modificationes necdum propulsare didicerim. Naturale est hoc vitium, &, ut ait Seneca, naturalia corporis aut animi vitia leniri arte possunt, deleri non possunt. Hoc animi scabies est, sed differenter occupat. Invadit quandoque inferiora, quandoque superiora, quandoque totum simul, & superiora & inferiora. C Superius est in animo, quod ad rationem pertinet; inferius, quod ad sensualitatem; totum quod ad destinationem, sive deliberationem. Fallaci igitur suppositione, dum alias animus forte ad quædam majora & meliora occupatur, subintrat inanis gloriæ amor, & foliis ficus turpitudinem suam obumbrans, in latibulo anguli sedet, ut cum domina sua ratio absens fuerit, viro, id est naturali appetitui sese misceat, & ex tali concubitu Ammonitæ, & Moabitæ, qui non intrant in Ecclesiam Dei usque ad tertiam & quartam generationem, procreantur. Quod enim ab initio conceptionis & generationis vitiosum erit, ad innocentiæ gloriam quomodo intrabit? Nunquam igitur opus vanæ gloriæ numerabitur in remuneratione veræ gloriæ. Ideo Abra- D

Gen. 21. 10. hæ dicitur, *Ejice ancillam, & filium ejus. Non enim erit heres filius ancillæ cum filio liberæ.* Deinde quod periculosius est, ascendit sursum hæc scabies, & tangit ipsum verticem sanctum animæ, ubi est imago & similitudo Dei. Quærit suam non Dei gloriam, abutitur voluntate divinæ tam generationis, quam regenerationis. Non nominat filium suum, id est opus, Joannem, sed Zachariam. Hæc jam non celat, & non velat, sed revelat turpitudinem suam, & juxta sapientissimum, contra animam suam Adonias petit Abysac Sunamitem, quæ regi David solebat obsequia præstantissima & incentiva

3. Reg. 2. 22. castissima præbere. *Unum est*, inquit Salomon, *ac si regnum petat*. Adonias cupidissimus regni, est ratio infecta amore privati boni. Ambit iste Abysac sibi assumere, cum tota ratio absorbetur a voragine cenodoxiæ. Sed occiditur, quia a Deo separatur. Hoc malum sub sole est. Adhuc amplius malum est, cum tota hominis in- A tentio & operatio ad hanc iniquitatem & negationem contra Deum se incurvat. A laqueo sic contorto triplici funiculo cave tibi, o amice: quia malum est oblatis honoribus delectari, pejus negatos appetere, pessimum pro sublatis in iram prosilire. An erat meum Abbatiam illam dare cui vellem, subtrahere cui vellem! Et quis ego? & quid ego? Præcipue comparatione tanta: Archiepiscopi scilicet Lugdunensis, Episcoporum quoque Lingonensis & Augustudunensis; Abbatum etiam Molismensis, [a] Sancti Joannis, Quintiacensis: quid ego nisi pulvis & cinis? Cœlum & terram cum istis testes invoco, nisi forte evanuit a sensibus meis, quod de persona tua nil inhonestum, nil criminosum in B eorum auribus deposuerim. Revera non statim acquievi, & abiit sermo in regionem longinquam. Nominatus est iste. non dissimulavi dicere quod audieram, vel videram: reticui tamen quod ignorabam. Nominatus est Petrus de Vivariis. heu mihi! pro quo contra amicos, & Episcopos & clericos & familiares alia vice fortissime steteram & constantissime, nunc quoque ut potui steti. Quia non potui ut esset Abbas, vertit ad me cum quibusdam suorum terga, & non faciem. Hoc anno multa horum similia, non per visum, sed per sensum & experimentum passus sum. Amici quondam mei a longe steterunt, & jam non ambulant mecum. C Quid itaque faciam? Non ibo? sed inobediens ero. Non ibo? sed superbus apparebo. Tacebo? sed conscientiam timeo. tacebo? sed pecuniam Domini abscondo, tacebo? sed callidus, vel stultus reputor. Utrique parti placebo? Sed hoc erit simulatio. sed hoc erit impossibile. Quid igitur? Dirige domine Deus meus in conspectu tuo viam meam. Quid inquam! Da sermonem rectum & benesonantem in os meum. Huensque satis. Nam parietem literarum fodere, ne dicam impugnare, parco, Rimas tantum & quasdam scissuras per circuitum obambulans designo, sed & resigno. Nam quod fractum est, si quid tamen fractum est, malo resarcire, quam nova damna facere. Fiat pax. D

EPISTOLA XIV.

Frater P. Cellensis Abbas, dilectis fratribus, filiis & amicis [b] Caziacensibus, sapientiam scribere in tempore otii.

PRæter solitum, nec non & votum meum, in virga non in spiritu mansuetudinis scribere vobis proposui, qui paterna præcordia aculeis literarum vestrarum absque misericordia perfodere non timuistis. Movet me & commovet plurimum pia senectus in patre, miseranda compassio in fratris abjectione, seria & intemperata oratio in paginarum serie. Dissimulare, nec tam manifesta redarguere, pars ejusdem criminis videtur esse. Quis enim iste impetus? quæ ista ebrietas? quod suffugium mentis & sensuum, fratrem abdicare, patri contradicere, jus monastici ordinis sic perturbare? Dura & dira, fratres mei, æmulatio vestra, morte tristior, XLI.

a *S. Joannis Quintiacensis*) Multa sunt in Gallia cœnobia, quæ S. Joannis nomen gerunt. Hic vero Reomensem S. Benedicti Abbatiam in diœcesi Lingonica designari puto. Quintiacensem vero, alteram Cisterciensium haud procul Ternodoro sitam in eadem diœcesi.

b *Caziacensibus*) Pro Abbate Caziacensi ad Eugenium Papam scribit Bernardus epist. cclxiii, & in literis Hattonis Episcopi Trecensis nominatur Simon Abbas Caziacensis. Apud Nicolaum quoque Claravallensem legitur epistola xix. ad Abbatem Cazeiensem, hoc est, ut codex noster habet, Caziacensem, ex qua cœnobium ordinis Cisterciensis esse constat. Situm autem est in Suessionum diœcesi.

ioferuo inferior, saxo durior, amarior absiothio, felle acetosior. Quid enim? pietas negatut, necatur misericordiu, honor paternus couviriatut, insimularur amor fraternut, societas repellitur, regula violatur. O irreligiosa religio! o ficta sanctitas! o iuvidiosa caritar! Siccine, fratres mei carissimi; siccine Christum didicistis? Nonne Deus noster Deus pacis est, & non dissensionis? O stuita vecordia illorum, qui pacem suam dicunt, si fratrem non receperint: mortem, si videtiot: prosperitatem, si socium exterminaverint: devutionem, si opus devutionis condemnaverint. Hæc in te pestis, Joseph, grassatur: hoc io tuum caput infortunium sioe culpa refunditur. Vendere enim te fratres voluat, quem videre noluut. Paternæ gratiæ impedimentum sibi eredunt, quia patri gratiosum sentiunt. Sic, sic fratrum ingratitudinem mercatur gratitudu patris. Si defuerit, inquiunt, amatus filius, ad nos resiliet paternus affectus. Dum Joseph visibus sistitur patrir, rarior ad nos deflectitur dulcedo paternitatis. Tollamut fratrem, & habebimus patrem. Quam justiut & jocundiut faceretis, si vobis filialem devotionem iovisceraretis. Hoc nempe affectum multiplicaret, non devastaret. Boni fratres & amici carissimi, currebatis bene. quir vos fascinavit sic patri scribere, sic fratrem proscribere. Quid enim Tes. mali fecit? quid tam atrocis injuriæ dignum perpetravit? Quod tam immaoissimum suum facinus, ut sic contra legem sine lege vestro judicio noo rediret? Ubi sunt misericordiæ vestræ antiquæ quibus veniam criminosis indulsistis! quibus sceleratis commissa facinora remisistis? O quanto impurioris, quantoque indignioris vitæ pluribus & locum misericordiæ impetrastis, & gratiam immeritam prorogastis? Ubi fornicationes T. ubi inordioatæ comestiones? ubi ignominiosæ operationes? ubi innomioandæ confusionet? Opera lucis, non tenebrarum opera T. opera diei, non noctir: opera prædicanda, non præjudicanda. O livor! o invidia! Quo ausu ingressa es sanctuarium Dei, cubile altissimi, thronum Regis æterni? Qua tyrannica præsumptiono sanctorum præcordia rupisti & irrupisti, quinimmo & dirupisti? Ecce pondere gemitum & clamorem validum de corde amicorum pressisti. Unde namque ustio illa cordir, unde angustiæ mentis, nisi te succendente, nisi te coustringente? Prorsus usque ad interoecionem animæ combureris, & ex hoc paupertas & angustia cordis. Non, fratres, non adversum me ira, sive commotio vestra exardescat. Nequaquam enim tacere vobis debui insipientiam vestram. Acquiescite tamen consiliis meis, & quod inconsulte factum est, consulto corrigere ne differatis. Quum citius ergo poteritis, ad pedes Domini Abbatis simul procumbatis, satisfacientes pro erratu non levi: neque surgatis nisi benedictionem ab ore paterno reportaveritis. Mihi quoque, si in aliquo excesserim, obsecro indulgeatis. Diligo, enim vos, Deus scit. Valete.

EPISTOLA XV.

Fratribus, filiis, & amicis suis carissimis Caziacensibus, frater Petrus Cellensis humilis Abbas salutem.

NOn levitas, aut levis necessitas ut loquar suadet, patris languorem, matris desolationem, fratrumque attendens commotionem. Verum est, verum est, fratres carissimi, illud Evangelicum: *Percutiam pastorem, & dispergentur aves gregis*. Quid autem horum gravius, percussio pastoris, an dispersio gregis? Equidem divisum sine dubio alterum satis grave: simul vero utrumque pene damnum intolerabile. Immorabor igitur plangendo patris passionem, an consequar revocando fratrum exterminationem? Sed ut verum fatear, utrumque, si utrumque contigerit, lugebo. Sed alterum affectuosius, alterum ambitiosius. Nam patri uberius lacrymas profundam laboranti in defectu naturæ: fratribus emittam inteosius redargutionum sagittas propter excessum culpæ. Morbis namque naturæ compassionem, corruptioni animarum debemus reprehensionem. Condolendum, non imputandum est seni, quod egreditur mundum: imputandum vel potius amputandum in Christiano, si rumpere tentat dilectionis vinculum. Re integra, fratres carissimi, nondum imminentia locrosius evitantur pericula, si affuerit oculus providentiæ, & manus vigilantis cautelæ. Casus fortium terrere debet fortunam pauperum. Nam tua res agitur paries dum proximus ardet. Quantumlibet potentissima, quaotumlibet opulentissima regna in brevi contentionum molestia succedente corruot. Mundi ipsius machina stare non poterit, si se elementorum incootemperantia conturbaverit. [a] In proximo Cluniacensis Ecclesia antiquitate senior, religione ferventior, rerum abundantia plenior, multitudine numerosior, quid fecit? Scandalum parvulis, piis mœstitiam, religiosis verecundiam, amicis pudoris jacturam, universæ Ecclesiæ velamen opprobrii. Ubi namque ambitur honor sæcularis sub tegumento religionis, quando ab eodem arcebitur crudus animus in maturitate dilectionis? Si ita favus mellis accessit, quid absinthii amaritudo, quid aceti faciet acredo? Proverbium est, Suaviter corrigitur, qui exemplo aliorum emendatur. Maneant igitur in vobis unitas, pax, & concordia, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Quandiu patrem vestrum, immo nostrum, vobiscum retinere poteritis, alium ne cogitetis. At ubi inevitabili cogente necessitate aliter disponendum fuerit, spiritus paracletus invocandus, cœtus sanctorum convocandus, & vir bonus religiosus, discretus, literatus, pius, & in sancta religione enutritus, qui patris vestri imitator sit, omnimodo investigandus. Valete.

XLII. | Matt. 26. 31.

a *In proximo Cluniacensis*) In electione Roberti, de qua dictum epist. 12.

PETRI
ABBATIS CELLENSIS
EPISTOLARUM
LIBER TERTIUS.
EPISTOLA PRIMA.

Dominis suis & patribus[a] *Priori cum ceteris*[b] *de Monte Dei, Frater Petrus Cellensis indignus Abbas usque ad montem Dei Oreb.*

XLIII. ALiud materia, aliud suadet scribere vestra reverentia. Et materia quidem, quæ est carissimi filii nostri translatio ad vos, potius semper silere, vel instantius flere, quam scribere admonet. Sanctitatis autem vestræ reverentia sancta & digna exigit. Itaque non quælibet levia & sæcularia, sed fortia & cœlestia debet assumere, qui vobis proponit scribere. Quid autem caritate fortius, quæ fortis est ut mors? quid cælestius, quæ etiam omnem exuperat sensum? Et de hac quidem, quantum ad nostrum se inclinare dignata est sensum, *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* (Joan. 15. 13.) Quanti igitur apud meam humilitatem vestra profecerit dilectio, æstimare poterit, qui quod pro ea reposuerim pretium diligenter pensaverit. Certe non aurum, sed virum secundum cor meum: certe non argentum, sed quem habebam quasi unigenitum: certe non lapides pretiosos, sed lapidem, quem mihi erexeram in specialis amoris titulum, in hoc proposui commercio. Scio, nec prorsus dubito, quod si omnem substantiam domus meæ dederim pro sancto amore vestro, nihil tamen in comparatione illius attulerim. De Monte namque Dei non amor mundi, sed amor cœli descendit: non carnalis amor, qui tanquam nubes matutina pertransit, sed æterna caritas quæ nunquam excidit. Non enim recipit æstimationem, quod omnem excedit accidentium licitationem. Divini siquidem amoris suavitatem sanctarum animarum pius redolet amor. Et quid humana paupertas dignum recompensationis, non dicam ad supernum amorem, sed saltem ad quamlibet sanctorum dignationem, in omni thesauro inopiæ suæ copiose abundantis reperire poterit! Sane nil sanioris mihi videtur ad hoc consilii, quam ut gratiam rependat pro gratia, ad illius imitationem, qui potius ex abundanti, quam ex indigenti, non aliud quidem solet dare pro gratia. Itaque & ego gratiæ vestræ gratias ago, non tamen vanas, non vacuas, sed ultra facultatum mearum sufficientiam largas & divites. Non enim de arca, sed de conscientia, non de fundo marsupii, sed de intimo cordis, non de supellectili domus, sed de intimis visceribus profero quod accipitis. Si enim aliter fieri posset, si aliud pretium, quantumcunque magnum, vestra sanctitas exposceret, si aliquam commutationem commercium illud admitteret, o quam libenter darem! o cum quanta gratiarum actione numerarem! O Deus cordis mei, quanta animæ meæ usque ad mortem in hoc partu angustia, quam importabilis! nisi tu mecum portaveris, in separatione ista affectionis semper duratur ærumna. Jesu bone! indubitanter pro te aliquid me fecisse jam deinceps fateri non erubesco. Sed quid aliud facerem? Tuus est ille, tuus sum ego. Et utinam sic tuus ego, sicut ille tuus! Et qua fronte tibi de tuo tuus contradicere præsumam? Non resisto voluntati tuæ contumaciter, ut tu adsistas desolationi meæ misericorditer. Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte universa delicta mea. Domine, domine, nonne totam mitius a me tolleres animam, quam partem dimidiam? Placeat tibi saltem non deserere partem residuam, quia tibi assumis præcipuam. Vere nunc experior, quod separare veneris hominem adversus patrem suum. Vere hic gladius Salomonis vivus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad divisionem animæ & spiritus. Quare propter te divisa est maceries animorum præsentia corporum? Tu mediator, tu lapis angularis, tu dispersos Israel congregas, tu Deus noster, ad te & in te utraque faciens unum. quare sic facis, vel si non facis, quare pateris ut careant baculo meæ debilitatis? ut suam columnam deserat basis? ut sine Aaron non Moyses, sed tuus miser cogatur sustinere quæstiones sive molestias hujus talis & tantæ multitudinis! Pie Jesu, non sustineat pietas tua sine consolatione meam diutius fragilitatem conquassari, sine visitatione fatigari. Quid est hoc? vobis cœpi scribere, vobis loqui, & sic in mediis sermonibus, cum tanta mora meas miserias misericordissimi Dei conspectibus explicui. Certe ut videatis, certe ut intelligatis, quis sit dolor filium dexteræ amittere, & nec saltem sublato Joseph, Benjamin retinere. Quinimmo ut Deum totius consolationis meis compatiendo mœroribus dulcius & obnixius pro me exoretis. Est enim benignus piorum exauditor, largus pro se aliquid facientibus remunerator. Orate itaque, ut

a *Priori*) Simoni, viro sanctissimo, lib. v. epist. 21.
b *De Monte Dei*) Pulcherrimum, multisque nominibus clarissimum Cartusiensis ordinis cœnobium, ab Odone S. Remigii Abbate fundatum in diœcesi Remensi, præfectura Musomensi. Tertius ab Odone S. Remigii Abbas fuit Petrus noster: ut vel hinc satis causæ fuerit, cur fratres de Monte Dei tanto studio & amore complexus sit. Sed aliæ præterea vetustiore fuerunt: atque in his Stephani monachi Cellensis ad illos emigratio, de qua hoc loco. Stephani nomen docuit index seu titulus epistolæ, quem his verbis conceptum meminimus, *Epistola Petri Abbatis Cellensis ad Stephanum quendam monachum suum, sed postea monachum Montis Dei.* Sed hanc hactenus nancisci non licuit.

& istum, quem quasi in vinculis Christi retinetis, non amittam, &, ut optando scripsistis, pro Samuele nostro prophetam non inferiorem recipiam. Sic enim dote bona ditatus, consolationem aliquam vestris orationibus accipiens, potero expectare illam veram & æternam, pro qua desolationem suscipio temporalem & transitoriam. Valete.

EPISTOLA II.

Dominis & patribus suis de Monte Dei, frater Petrus Cellensis dulcedinem gratiæ quam repromisit Deus diligentibus se.

XLIV. Exultat spiritus meus in Deo salutari meo, tum quia videre & audire vos vel semel merui, tum quia familiaritatis gratiam, gratia superna largiente, inveni. Accedit hinc beatitudini meæ dulce adinvicem commercium literarum, unde & amaritudinibus meis mitigativum paratur electuarium, & inquietudini sopitivum medicamentum, & hebetudini non mediocre ætuginamentum. Denique quotiens formam & vultum inspicio sermonum vestrorum, magna virtute veneniferos morsus evado ingentium curarum, inundationea contempero influentium occupationum, assultus reprimo internarum & veternarum inimicitiarum. Placet sensus profunditas, dictorum veritas, morum informatio, errorum redargutio, amputatio vanitatum, condemnatio ambitionum. Plus medullæ satinæ, minus corticis & surfuris habent. Facile ex his perpendi potest, quid in se de se anima religiosa sentiat, quid supra se de creatore suo obstupescat, quid infra se de peregrinatione mundi & tentatione carnis pertimescat. Plane ad seipsam conversa conturbatur, ad factorem suum suspensa dilatatur, ad corpus reversa confunditur. Quid enim corpus, nisi terra inanis? quid anima, nisi abyssus impenetrabilis? quid Deus, nisi lux incomprehensibilis? Igitur ut caro sterilis & infœcunda impraegnetur, jejuniis & vigiliis affligatur: ut anima terra & tenebrosa clarificetur, pristinis vitiis & phantastica ignorantia exuatur. Caro abstinendo fiat paradisus delitiarum, anima orando & contemplando efficiatur serenissimum cœlum. Custos & operator paradisi deputetur ratio: protector & inhabitator animæ ipsius creator. Adhibeatur corpori diligens disciplina, ne tanquam puer immaturus in perniciem sui afferatur: cultura impendatur, ne velut ager neglectus mala ptole urticarum inutiliter occupetur: vomere & sarculo conscindatur, & bono semine impleatur. Nam hujus naturæ est hoc corpus, ut quo magis opprimitur, eo amplius multiplicetur. Terra hujus carnis, nisi aratro disciplinæ convulsa fuerit, quasi clausa vulva inutilis erit. At ubi fortiter concussa vel conscissa semen domini exercituum exceperit, germinare secundum genus suum incipiet. Denique secundo vulnerata, tanquam gladio ancipiti, amore videlicet & timore, uberes fructus justitiæ, largissimas aquas internæ compunctionis, immo sanguinem & aquam in redemptionem prævaricationum suarum, & emundationem originalium delictorum, in vitam æternam saliendo profluit. Atteratur itaque contritione valida, ne insolescat, & pro frumento bonorum operum spinas & tribulos desideriorum malignorum afferat. Fodiatur, immo confodiatur lancea Salvatoris, ne animam in sepulcro vitiorum defossam æternis addicat incendiis. Duobus funiculis David admetiatur, uno ad mortificandum, uno ad vivificandum: ut quod naturæ est conservetur, & quod vitii, destruatur. Sic, sic quantumcunque lapidosa, fiet mollis & tenera: quantumcunque salsuginis plena, fiet dulcis & bona: fiet inquam de benedictionibus cœli frugifera, fiet quasi horti juxta fluvius irrigui, quasi areolæ consitæ a pigmentariis, quasi mons coagulatus & pinguis, tanquam vallis nemorosa, velut terra sancta, & ubertima. De hac solummodo oritur veritas, in hanc justitia de cœlo prospicit, hanc inhabitat & inambulat sanctitas: ferrum de hac tollitur, malleus universæ terræ & securis suggestionis diabolicæ in ea non auditur. Hæc terra benedictioni proxima est. Hæc inquam accipit, tanquam lac divini uberis, primam benedictionem in justificatione, secundam in glorificatione. Omnis igitur juxta Apostolum qui lactis est particeps, velut ab uberibus maternæ gratiæ, exsugat ab ista lac sanctificationis, ab illa consolationis. Non enim est, quod ait Apostolus: *Habetis fructum vestrum in sanctificatione: finem vero vitam æternam*. Sic, sic vivitur, & in talibus vita spiritus. Sic vivunt parvuli tui, domine Deus, ab ubere præsentis visitationis, sic ab ubere futuræ expectationis. Hæc duo, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, quia ex abundantia divinæ jam prælibatæ dulcedinis, & ex indubitatæ certitudine sequentis remunerationis, jam ad Deum, sicut cervus, inæqualitatem adversitatum transcurrimus, jam supermontes aromatum mundarum orationum præ alacritate transilimus, exclamantes cum Apostolo, quia non *sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis*. Cujusmodi autem lac fratres esuriatis, hæsito: quia ad humanos usus non simplex, sed aliud ovinum, aliud caprinum, aliud vaccinum a Deo creatum perpendo. Habet & humana infantia lac proprium, & ætati suæ congruum, mamillarum maternarum. Ex qualitate vero uberali uniuscujusque lactis, cui magis personæ, vel ætati quodlibet horum competat, non est difficile. Est namque caprinum parum nutritivum, sed satis digestivum: vaccinum multum nutritivum, sed durum ad digerendum: ovinum ex his medie contemperatum. Quamobrem ex alio servi, ex alio filii, itemque ex alio pascuntur domini. Qui domini, nisi qui dominantur in universa Ægypto carnis suæ? Qui filii, nisi qui de ventre nati sunt gratiæ? Qui servi, nisi quorum manus servierunt in cophino veteris vitæ? Servi necessitate indigentiæ, filii suavitate indulgentiæ, domini delitiarum plenitudine lac edere solent. Utinam mihi peccatori indulgeatur lac veniæ, vobis jam expiatis lac gratiæ, tandem expiatis lac gloriæ! O clarum lac! o suave! o jocundum! Clarum, quia per veniam transferimur de regione tenebrarum ad lucem gaudiorum. Suave, quia per suavitatem gratiæ, ab amaritudine tentationum ad dulcedinem deducimur immarcessibilium delectationum. Jocundum, quia per gloriam a sæculi tristitia evadimus ad æternam & incommutabile gaudium. O abundans jocunditas! o jocunda abundantia! *In die enim illa nutriet homo vaccam boum*, ut ait Isaias, *& præ ubertate lactis comedet butyrum*. Quæ namque est vacca boum, nisi anima consors naturæ, & gloriæ cœlestium spirituum? Quam homo Christus nutriet, non sicut nunc in umbra sacramenti obumbrati veritate, sed in declaratione veritatis, & in detectione reserati per clavem David mysterii da men-

Rom. 6. 22.
Rom. 8. 18.
Esa. 7. 21.

sa corporis, & de vino pretiosi sanguinis, de vestimentis gloriæ, & de lacte matris gratiæ, quod præ ubertate misericordiarum vertitur in butyrum dulcedinam: quia omni fluxibilitate & mortalitate de medio sublata, omnimoda commutatione transformabitur a claritate in claritatem, & sic in Deum. Tunc enim erit omnia in omnibus. Quid hoc butyro pinguius? quid hoc melle dulcius? Hoc mel cœleste est, non campestre, non denique silvestre. Joannes in solitudine mel silvestre edit satisfactionis: Jonathas in procinctu belli campestre justificationis: puer Jesus in virgine & de virgine mel cæleste incorruptionis. Sufficit enim lucernæ quæ lucet & ardet, in campis silvæ pœnitentiam prædicari, & quando fugiat a ventura ira, populum edocere. Juveni, qui in agone fideliter & viriliter decertat, in virgæ, videlicet justitiæ, summitate futuram dulcedinem prægustare. At vero Christo Jesu, qui lux est illuminans non illuminata, creatrix non creata, propter altitudinem divitiarum sapientiæ & scientiæ thesauri absconditi, parum est ut sit prædicator, non sit & dator, non solum veniæ, sed & gratiæ. Denique ut de maximis ad minora trahamus exemplum, cor cujusque religiosi ad similitudinem baptistæ Domini a strepitu sæculi quietum, in baptismo devotionis emundatum, in mortificatione carnis præparatum, in amore verbi Dei confirmatum, in religione Angelorum stabilitum, & si nondum cæleste mel pleno ore & ventre eructat, silvestre saltem prægustat. Aliter enim gratia sapit in patria, aliter in exilio: aliter rara, aliter larga: aliter continua, aliter interpolata: aliter in corpore mortali, aliter in immortali: aliter invisibiliter data, aliter visibiliter administrata. Calore igitur caritatis liquefacta, & colatorio discretionis eliquata, nihilominus & infusorio exquisitæ veritatis infusa homini gratia asperitates faucium in confessione mitigat, stomachum receptivum innumerabilium cogitationum mundificat, discretivam cerebri rationem ad certam mensuram modificat, & vitalem venam ad veram immortalitatem cordi subministrat. Hic autem interim nos cum turba tanquam in campestribus ad gratiam suspiramus: ibi velut in monte contemplationis glorificatam Jesu faciem suspicimus. Hic expectamus, ibi spectamus: hic petimus, ibi accipimus: hic rogamus, ibi erogamus: hic inopes, ibi locupletes: hic pauperes, ibi divites: hic cum Joanne in deserto, ibi cum Jesu in regno: hic in carcere Herodis, ibi in palatio æternæ hæreditatis. Hic ad reparationem gratia commodatur, ibi ad refectionem præstatur: hic in mensura, ibi supra mensuram: hic in utre, ibi in ventre: hic in cortice sacramenti, ibi in manifestatione summi & incircumscripti luminis. Ecce lac, immo butyrum, ecce mel, vel potius favum mellis offert servus vester mensæ dominorum suorum. Ad quid iterum vobis vas aquæ cum amphora vini? O domini & amici carissimi, puteus altus est, & lapis superpositus, quem mihi Angelus nondum revolvit, Jacob nondum amovit, & quomodo dicam, bibe domine, & camelis tuis potum tribuam? O ardens desiderium! Fossoria habetis, venas aquarum viventium possidetis, puteos quos fodit Abraham & filii ejus, Isaac & pueri ejus, habetis, & adhuc aquam de cisterna quæ in Bethleem suspiratis? Equidem hæc aqua, etsi bona ad bibendum, sed difficilis ad inveniendam. Iter prolixum & obsessum, locus remotus & ignotus, vires paucæ & raræ, undique hostis & ensis, nox instans & præ foribus tenebræ. Nisi itaque ad incomparabilem thesaurum obtinendum tanti labores non sunt insumendi. Quid dicam? Momento tamen sui hæc purissima gutta superat omnem laborem, quia sitim satiat, sordes lavat, æstum temperat, humectat arida, dura emollit, sterilia fœcundat. Ex hac lagenas oculorum suffusas in libamentis vestris effunditis, & cum hac altissimo Deo vota placabilia offertis. Hæc ignem extinguibilem extinguit. Hæc rigorem judicis ad pietatem inflectit. Hæc Cherubin, & flammeum gladium atque versatilem, ne lædant compescit. Hanc in vinum convertit: & suo more potiora exhibes in benedictione, quam in creatione. Procul dubio sunt nobis plures fortes ad bibendum vinum, & ad miscendam ebrietatem: ad hoc autem poculum quis idoneus? Verus Noe noster, qui requiem nobis dedit ab operibus mortuis, hoc vino debriatus, turpitudinem humanæ infirmitatis in cruce denudavit, & a medio filio, qui neque calidus est neque frigidus, irrisionem sustinuit. Ideo pauci procedunt ad emendum, pauciores ad possidendum, paucissimi ad bibendum, fere nemo ad ebriandum. Potens potator hujus vini fuit filius fabri. Post hunc emigraverunt ad vineas Engaddi qui bibebant vinum libaminum. Quia igitur nunc non est relictus in Sion, & residuus in Hierusalem, qui de manu Domini calicem vini meri suscipiat, accedite vos qui estis de domo Dei, & de monte Dei, & bibite & inebriamini, carissimi.

EPISTOLA III.

Dominis & amicis suis Priori, & ceteris fratribus de Monte Dei, Frater Petrus Cellensis bravio diurni denarii non fraudari.

SUavissimi saporis buccellas, quasi panis oleati, avido ore in mensa literarum vestrarum prægustans, jocunditatem spiritus cœpi eructare, XLV.
& iterum atque iterum præ desiderio spiritum bonum attrahere. In crassitudine quippe animæ bene pastæ, in abundantia dulcedinis Dei scripsistis, & sicut adipe & pinguedine spiritualis lætitiæ fauces meas replestis. Sermo namque vester non est talis, qui adulterinis formis superinductis speciem pietatis repræsentet, & virtutem abneget. Hoc enim illorum est, qui in corde & corde loquuntur, vel qui molliunt sermones suos super oleum, cum ipsi sint jacula. Non autem verbum vestrum sic insulsum, sic infatuatum, sed sale salitum, sed gratiæ plenitudine consortatum viscera replet sanctorum, vires reparat animarum, languores sanat ægrotantium, fortitudinem conservas sanorum. Præterea delicatorum sufficit gulositati, & nauseantiam medetur rejectioni. Pascit ut panis, ut vinum lætificat, ut paradisus deliciarum exuberat in omni suavitate, ut templum speciosissimum refulget in omni pulchritudine. Plane suadibilis ad commonendum, rectus ad componendum, efficax ad commovendum, potens ad corroborandum, dulcis ad emulcendum, ardens ad inflammandum. Cum enim pure de puro vase purus effunditur sermo, quid ad emundandum aptius, quid ad informandum apertius, quid ad omne opus bonum utilius? Sane verbum bonum de bono Dei verbo frequenti meditatione decoctum, exercitatione corporali & spirituali tanquam mola inferiori & superiori molitum, continua examinatione cogitationum accusantium aut etiam defendentium cribratum, humiliatis offi-

bus confert medullam, spiritui contrito medelam, & animæ esurienti adhibet satietatem bonam. Decoquitur vero panis iste aut in clibano profundi mysterii incarnationis Christi, aut in sartagine vivificæ crucis, aut in craticula mortis & sepulcri: cum vita vestra, locutio vestra, cogitatio vestra commoritur & concorporatur, vel consepelitur Christo novo genere vi-
2 Tim. 11. 8. vendi. Videte panem de clibano, *Memor esto dominum Jesum resurrexisse a mortuis ex semine Da-*
Rom. v. 6. *vid*. Comedite panem de craticula, *Cum adhuc peccatores essemus, Christus pro impiis mortuus*.
Luc. 22. 37. De sartagine frixum apprehendite, *Cum iniquis*
Esa. 53. 4. *deputatus est*: &, *vere languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portavit*, in corpore suo super lignum crucis. Panis iste triplex itinerantibus per desertum ad viam trium dierum non
B deficit: quia etiam tertium cælum petentibus seu penetrantibus fides incarnationis, passionis, & mortis, tanquam scala Jacob, vehiculum existit. In introitu vero tabernaculi non manufacti, id est, non hujus creationis, quod scilicet fixit Deus & non homo, porrigitur panis de duabus decimis similæ, id est consolatio æterna pro legis & Evangelii consummatione, nec non pro carnis perfecta incorruptione, & vera sanctitate animæ. Hastam ante gladium ad quid petitis? quem interficere vultis? quem ferire? Ubi est vel quis est adversarius vester? Nonne vos confugistis ad tutissima loca Engaddi? Nonne Christus est vobis petra refugii? nonne turris fortitudinis? nonne omnis armatura fortium? nonne inattingibile propugnaculum? nonne gladii duo, scutum, arcus, & sagitta? O fortissimi milites Christi, hastam protensam habetis in orationibus continuis, gladium in mortificatione carnis, panem sanctum in spe æternæ glorificationis. Hasta vestra non est aversa in adversitatibus mundi, quia rectos facitis gressus ad cælum: gladius non declinat in conflictu desideriorum & impetu suggestionum, quia ante Dominum est omne desiderium vestrum: panis non inveteratur ex dilatione præmiorum, quia revirescit caritas certa spe promissorum bonorum. In calo-
D re namque suo perdurat panis, quia caritas non tepescit in cordibus vestris. Non hebetatur acies gladii, quia non defervescit rigor disciplinæ ac sancti propositi. Hasta non infringitur, quia oratio vestra acumine suo cælum penetrans nullis obstaculis reverberatur. O bellum grande, & grave, in stationibus dissimile, in viribus inæquale, in armis incomparabile! O rector & moderator omnium, quam nisi a te fieret ridiculosa pugna vermis & gigantis, hominis & dæmonis, animalis terreni & aerii, velocissimi & tardissimi, stultissimi & calidissimi, antiqui & moderni, mortalis & immortalis? Stat ille in superioribus, jacet iste in inferioribus. Pennas ille habet, iste nec pedes. Videt ille quem persequitur, iste
E sentit nec attendit a quo tam crudeliter verberetur. Mole carnis molestatur iste: bonitate creatoris ex creatione sua libero volatu quolibet devolitat ille. Utitur hostis mundo isto ut decipiat: utitur homine adversus hominem ut occidat: utitur eodem adversus eandem ut absorbeat. Sensibus suis tanquam propriis armis triumphat, &
* l. *strangulat* transgulat * captivum, cum spiritus in servitutem non redigit mortale corpus suum. O pestis iniqua! o sors hominum misera! non est tibi in te virtus, non in arcu virtutis tuæ, neque in hasta liberi arbitrii tui salvat dominus. Sic collisa inter scopulos, sic contracta inter populos, habes tamen prælium cum filiis Enachim, quibus comparata videris quasi locusta: habes capitale duellum cum principibus tenebrarum, victori vel victo proposita morte & vita. Non resurget, non qui ceciderit, sed qui cesserit: non addet qui dormierit: non rursus accedet, qui lapsus fuerit. Primo victus primus homo, quia secundus venit de cælo, habuit in cœno sublevantem se: denuo si succubuerit, non reparabitur, quia alius deinceps non generabitur ex virgine Dei filius. Voluntarie enim peccantibus, non relinquitur hostia pro peccatis. Instantius itaque agendum, ne urgeamur redire, cum inclusi in morte iterum non sinemur tunicam oblitam repetere. Tunicam enim pœnitentiæ qui neglexerit in corpore, opportunitatem nullam habebit post transitum vitæ.
B Ecce, domini mei & amici carissimi, statim ut vidi angelum vestrum, cucurri ad armentum cum Abraham, vocavi Saram memoriæ, puteum cordis, & miscui vobis farinam, ut facerem subcinericium. Habetis itaque cilicium vestrum, habetis & subcinericium nostrum. Cooperantur hæc duo ad extrahendam peccati rubiginem, ad delendam pruriginem, ad extergendam sorditiem. Idcirco sana & sancta potuit veraciter exclamare conscientia, vasa puerorum munda esse. O gemma pretiosissima & præclarissima, pro qua si dederit homo omnem substantiam domus suæ, tamen nihil æstimatur in comparatione illius. Detineo sancta corda, mundos oculos, puras manus, plusquam debeam a pabulo vitæ, ab introitu gloriæ, a contemplatione faciei Jesu jam glorificatæ & deificatæ. Sed nunc jam remitto: & ut me commemoratione pia in humeris vestris perferatis ad thronum gloriæ deposco. Valete. Fratrem Simonem lumen oculorum meorum, partem viscerum meorum, attentius vobis commendo.

EPISTOLA IV.

Suis de Monte Dei fratr. Petrus Cellensis, a claritate transferri in claritatem.

D VEnerunt *filii usque ad partum, & tempus* XLVI.
non est pariendi. Manus ad rescribendum Esai. 37. 3.
parabatur, animus ad dictandum, locus ad sedendum: & ecce ventus occupationum nuncii vestri vela occupans navigii nostri ad portum silentii retorsit. Quid enim? Nonne jocundius & voluptuosius paulatim vinum bonum, quod servatis usque adhuc, per tempus & tempora degustabitur, quam uno haustu cum damno optandæ suavitatis deglutitur? Et si enim in transitu desidero vos videre, saltem nolo in transitu scribere. Gustavi & vidi, quia bona est negotiatio vestra. Nequaquam manus vestræ in cophinis serviunt: nequaquam civitates Ægypti in luto & latere construunt: sed quæque pretiosa & speciosa requirunt: sed fusum & colum ad nendum si-
E ve contexendum rationale & superhumerale, & cetera summi Pontificis insignia ornamenta apprehendunt. Hinc est quod non de stuppis Synagogæ peccatorum grossiora vestimenta animæ vestræ delicatæ apponitis, neque contra legem ex lana linoque vestimento induimini: sed abdicantes occulta dedecoris, faciem lavatis, caput ungitis, & de velleribus ovium vestrarum venientes ab Aquilone calefacitis, cum etiam de confessione vestræ integerrimæ simplicitatis exempla sumuntur sanctæ religionis. Sic est, dilectissimi, sic est. Accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. An non in luna cum lumini solis appropinquat sic evenit, ut eo a suo

fuigore videatur deficere, quo fuerit effecta vicinior? Cæci domus non ideo pulcra, quia deformitatem ejus non videt: non ideo fana, quia
Osee. 7. 9. ubi ventrem faciat non considerat. *Cani*, juxta Prophetam, *in Ephraim effusi fuat, & ipse ignoravit*. Doletis fœtorem Lazari, truncum jam emortuum miramini revirescere, muros Hiericho non patimini consurgere. Facitis namque quod ait
Nah. 3. 14. Naum propheta: *Aquam propter obsidionem hauri tibi, intra in lutum, & calca, & subigens tene laterem*. Intelligitis obsidionem principis hujus mundi. aqua de cisternis sicut nec de cellis deficit. Lutum catnis ut fortius prematis, & validius calcetis intratis, si subigendo tenere laterem memineritis. Non itaque usque ad internecio-
Joan. 5. 8. nem desæviat mucro vester. *Tolle*, ait dominus, *grabatum tuum & ambula*, id est, corpori indulgeas, non servias. Quam suaviter in impetu spiritus evehor, dum vobis scribo, tam ægre feto, dum in medio itineris subsistere cogor. Ad quæstionem respondere parco, quia non persuactorie eam tractare dispono. Valete. Destitutus spe ulterius procedendi subsederam non volens, sed propter eum qui quasi media via me deserebat. Interim flavit spiritus bonus, & dum illius cassavit propositum, nostrum complevit desiderium. Moram procul dubio timebam, & temporis sive portatoris importunitatem ad meam referri ignaviam satis pertinaciter devitabam. Ut itaque meam insipientiam oculis amicorum & dominorum meorum simpliciter prodam, non quod ex promptuario aridi pectoris, sed quod de horreis Joseph in saccis filiorum Jacob mutuavi, proponam. Apponam vero prius in mensa ista panes propositionis vestræ, ut cum his sumantur legumina decoctionis nostræ. Quosdam vestrorum ita scribitis sentire de verbis Apostoli,
Ephes. 4. 23. ubi ait: *Renovamini spiritu mentis vestra*. & ali-
2. Cor. 4. 16. bi, *Et si homo exterior corrumpitur, sed qui intus est renovatur de die in diem*, & de paradiso deliciarum in quo Adam positus est, sive etiam hoc, quod homo ad imaginem & similitudinem Dei conditus asseritur, ut sub eodem sensu omnia ista accipiantur. Addunt etiam, hæc bona deliciosa bifarie debere accipi, scilicet secundum substantiale bonum & accidens: referentes ad essentialis dona imaginem, similitudinem vero ad ea quæ adesse & abesse possunt. Priusquam hia bonis coloribus & a doctis pictoribus imaginem sensuum istorum compositam in sacrario Dei statuam, quæro de origine, de auctore, & de virtute, vel etiam utilitate ejus. Ut enim religiosum sit quod adoratur in templo, non nova, non ignota, non denique ficta debent esse
Psal. 80. 10. numina. *Israel*, ait propheta, *si me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum*. Non magis abominabile est simulacrum in Ecclesia Dei vivi, quam de sancta scriptura sensus perversus in anima Christiani. Delectus tamen & hic habendus est. In his siquidem, quæ ad S. Trinitatis, vel incarnationis fidem, seu sacramentorum Ecclesiæ pertinent, errare periclitari est. De multiplici vero sensu scripturarum, vel judiciorum Dei, quæ nunc plura fiunt, quasi diversa, non tamen contraria, a fide sentire, non est exorbitare. Hic enim sonus est alarum animalium in Ezechiel se adinvicem percutientium: quia sanctæ animæ de thesauro sapientiæ & scientiæ Dei largiter accipiunt, unde corpus Ecclesiæ in augmentum corporis Christi diversarum gratiarum compagine satis eleganter componunt. Itaque frater ille suo bono quidem sensu domum sibi eburneam fabricaverit, & bicameratam, sive tricameratam arcam in diluvio aquarum multarum præparaverit. Miror illum tamen tantum ædificium parvis sumptibus extruxisse: & cum illud fundamentis solidissimis Apostolorum & prophetarum firmare, floribus doctorum fulcire, malis martyrum stipare, ut sapiens architectus debuisset, oblitus paxillos æreos auctoritatum veteris, & funes argenteos novi Testamenti inserere, quasi clypeis denudavit parietem. Sed ut de proprietate hujus nominis, quæ occurrunt in instanti edisseram, sciendum est, quod proprie imago relative dicitur ad aliud, cujus similitudinem gerit, & ad quod repræsentandum facta est, sicut imago Cæsaris, quæ ipsius similitudinem præferebat. Improprie autem imago dicitur id, ad quod aliud fit, sicut exemplum: quod similiter proprie dicitur exemplum, exemplar a quo sumitur. Tamen abusive aliquando alterum pro altero ponitur. Secundum istam rationem proprie imago patris dicitur filius. Juxta alium vero modum, quo unum nomen pro alio ponitur, dicitur homo imago Dei: quia videlicet imago Dei in eo est. Sicut imago dicitur tabula & pictura, sed propter picturam quæ in ea est, simul & tabula imago appellatur. Ita propter imaginem Trinitatis, etiam illud, in quo est hæc imago, imaginis nomine vocatur. Homo itaque imago, & ad imaginem: filius imago, non ad imaginem. Volo denique si placet, & in quo similitudo differat ab imagine, brevi exemplo signare. Pono animam lapidem pretiosum, & imaginem aliquam in eo expressam, a qua similitudo secundum imaginem impressa ostendatur. Nonne est aliud imago exsculpta, & aliud similitudo ab imagine redempta? Sit igitur bonitas Dei causa hujus similitudinis, quia cum benevolentia sua, quæ spiritui sancto attribuitur, Deus Deum hominem, vel post Deum facere vellet, & naturaliter id fieri non posset (non enim naturaliter Deus est, nisi is, qui Deus natus est, non factus, concessit ut saltem similitudinem Dei haberet. Quæ similitudo Dei ut sedem, vel receptaculum haberet, imago sive figura substantiæ Dei, quæ est filius, animæ hominis impressa est, ut a suo sancto spiritu prædictam similitudinem reciperet: quomodo pretioso lapidi foramen aperitur, per quod gracilem auri virgulam recipiat, qua constringatur & teneatur. Ad imaginem itaque secundum naturales animæ virtutes, memoriam scilicet, intelligentiam, & dilectionem, ut optime dixit tractator vester, & ad similitudinem, secundum innocentiam & justitiam, quæ in mente rationali potius naturaliter quam accidentaliter insunt, conditus est homo. Stupeo siquidem me audivisse, quod nollem vel somniasse, similitudinem Dei donum esse accidentale: quod non accidentale, sed veraciter substantiale, immo supersubstantiale novit qui Apostolum intelligit. *1. Joan. 3. 2.*
Scimus, inquit, *quia cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est*. Quid est, similes erimus, nisi similitudinem ejus habebimus? Quam enim similitudinem in creatione accepimus, eandem in resurrectione prima, denique & in secunda, sed aliter habituri sumus. Nam in creatione ita collata est, quod amitti potuit, cum etiam peccare potuit, vel potius deformari: sed in vera immortalitate, cum nec mori nec peccare homo poterit, de similitudine Dei æternaliter gaudebit. Quid igitur? Itane summa illa beatitudo, & gloria sæculorum accidentalis erit, ut possit adesse & abesse præter subjecti

cor-

corruptionem? Hoc enim accidentis est. Ubi es homo? Nonne in mortalitate, vel potius in morte? quare? Nonne quia amisisti Dei similitudinem? Quid enim Deus? Nonne vita? Et quæ est similitudo vitæ, nisi vita? aut quæ dissimilitudo, nisi mors? Mortem namque invenit, qui similitudinem Dei amiserit. Quod si ideo dicitur accidentale similitudo Dei quia auferri potuit, non vera est consequentia. Sic enim sequeretur, quod accidentaliter viveremus, quia mori possumus. Naturæ siquidem accidentis est, ut possit adesse & abesse præter subjecti corruptionem. Quod quis sani cerebri, vel cordis affirmare audeat de virtute, justitia, bonitate, & amore virtutis in anima! Prorsus, ut ait Augustinus, ut vita corporis anima, sic animæ vita Deus. Vera quoque virtus, vera bonitas, vera justitia, immo ipsa veritas est Deus. Sine his igitur si fuerit anima, moritur, & dicis esse accidentalia dona? Vertens iterum oculos, & relegens apices vestros, inveniensque non donum, sed bonum accidens, majores phantasias admiror. Nonne enim similitudo Dei Deus est? æque bonum Dei numquid aliud a Deo est? Clamat Augustinus, Quicquid de Deo dicitur, Deus est, & nihil secundum accidens dici de Deo: & dicis, secundum bonum accidens similitudinem Dei dici. At inquis, quod dico similitudinem Dei donum esse accidens, non ad Deum dantem, sed ad hominem accipientem respicio. Mihi vero videtur satis ex superioribus probatum, neutrum esse verum. Hæc sufficiant de similitudine. Nunc revertamur ad imaginem, & audiamus quid nobis dicat imago vera. Sic enim loquitur, *Qui me videt, videt & patrem*. In quibus verbis desiderantibus faciem patris vide-

Joan. 14. 9.

se omnino simillimam & in nullo disparabilem imaginem semetipsum repræsentans, desideria cordis eorum de bonis suis satiare voluit. Rursus hæc eadem imago renovare volens imaginem suam in imagine sua, alias dicit, *Sancti estote, quia ego sanctus sum*. Tanquam bonus

Levit. 11. 44.

pictor animarum Deus primam animam, in primo homine cum omni benedictione spirituali, ad quam meliorem & formosiorem invenit imaginem, non in jam creatis, sed in non creatis pingendo creavit, & creando depinxit. Creavit inquam in anima imaginem suam, vel potius animam ad imaginem suam. Depinxit iterum in anima similitudinem suam, vel magis animam ad similitudinem suam. Fumo autem iniquitatum & transgressionum suarum decoloratam, & usque ad extremam deformitatem fœdatam, auctor & amator suus voluit eam reparare. Et quia æque idoneus pictor, neque in cœlo Angelus, neque in terra homo justus, neque subtus terram aliquis spiritus inveniebatur, accessit imago ad imaginem, formosa ad deformem, justa ad injustam, nobilis ad ignobilem, pia ad impiam, æterna ad transitoriam: venit reparare quod perierat, venit reficere quod defecerat. Hæc imago Dei invisibilis filius est altissimi. De filio namque ait Apostolus, *Qui est imago Dei invisibilis*. Sanius vero, mihi credite, nihil dicitur, quam unam esse imaginem totius

Col. 1. 15.

Trinitatis, patris videlicet, filii, & spiritus sancti. Unde Beda, super *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram:* In eo quod dicit, faciamus, una operatio trium personarum ostenditur: in hoc vero quo dicit, ad imaginem & similitudinem nostram, una & æqualis substantia trium personarum monstratur. Ex persona enim patris hoc dicitur ad filium, & spiritum sanctum, non ut quidam putant, angeli: quia Dei & angelorum non est una & eadem similitudo vel imago. Proprie itaque filius dicitur imago patris: Trinitatis essentia minus proprie, homo improprie. Sic autem homo dicitur imago Dei, quia similitudinem ejus in se gerit, sicuti imago Cæsaris, quæ similitudinem ejus præfert. Hacusque latis dilataverim phylacteria mea, & magnificaverim fimbrias. Si qua tamen durius dixerim, obsecro indulgeatis. Valete, & orate pro me.

EPISTOLA V.

Dominis suis de Monte Dei, suus Celensis portam atrii interioris penetrare.

ET si apices salutationum a vobis mea humilitas accipere non meretur, mereatur saltem munera orationum. Utrumque quidem si fieri posset, satis gratanter acciperem: alterum tamen ambitiosius deposco, si ad utrumque non valeo. Lætificarent me literæ, si scriberetis: sed juvant orationes, si pro me eas funditis. Insipientia mea indiget bonorum instructione; infirmitas animæ meæ devota & assidua oratione. O utinam perspiceretis plagas animæ meæ miseræ & desolatæ in vastitate hostili! certe si eam diligeretis, super eam lugeretis. O domini & patres carissimi, cur non liberatis animam, quamvis miseram, tamen vestram? cur non eruitis de ore leonis jam semipastam? cur non redimitis sub vinculo captivitatis usquequaque humiliatam? Sufficiat vobis ad commovendo pietatis affectus recordatio antiquarum miseriarum, a quibus redimit vos qui passus est pro vobis. Ultra extenditur cumulus peccatorum meorum, & nisi Dominus juverit sanctissimis orationibus vestris interpellatus, jam inferno appropinquat. Valete. XLVII.

EPISTOLA VI.

Carissimis dominis & fratribus de Monte Dei, Priori cum ceteris sanctis, frater Petrus Celleusis indignus Abbas salutem.

FOrte sicut pulli de nido non avolantes paternas esuriunt escas, sic vos filii carissimi, qui in nidulo vestro plumescitis, ut cum tempus venerit in altum evoletis, dignum faucibus & stomacho sanctitatis a me refundi expectatis. Sed quid corvus ad pullos gallinarum? Non enim eisdem aluntur cibis. Corvus pascitur cadaveribus putredinis: columba vescitur granis puris tritici electi. Novi, novi quibus apud vos per dimidium temporis aliturfum cibis. Si dixero, novi quibus modo usque ad nauseam onerer, parum profecto dixerim: cum sapientia vincat scientiam, & plus sit tenorem saporis in ore retinere, quam præterita ad animum revocare. Anxior igitur in his & gemo: & quorum gustu vehementer afficior, nolo ruminatione reiterata refricare dolores præteritos. Sufficiat enim diei malitia sua: sufficiat gustui amaritudo sua amarissima. Vos denique, fratres & filii carissimi, simplicitate ciborum contenti, sicut didicistis Christum, sicut gustastis & vidistis, quia bona est negotiatio vestra, sic perseverantes non quæratis aliam mensam, non aliam escam. Bonam enim mensam, bonam utique habetis & escam, qua vivit anima vestra. Quid ipse dicere possum de mensa mea? Certe ex quo descendi de sancto Monte Dei meo, aut rarissime, aut nunquam data est mihi mensa, ut cum amicis meis XLVIII.

A epulares. Statim quæ lo insidiis expectabant
egressum meum sollicitudines, sapuerunt & absorbuerunt me continuo resluxu, super caput
meum redundantes. Satis immisericorditer vindicatum est in me, si quid otii, si quid boni
in reqnie illa babuerunt caro mea, & cor meum.
Sevarius in me exarserunt, & oa spiraculum quidem incedit per ea. Apud vos, carissimi & desideratissimi, conqueror de me ipso cootra me
ipsom. Hæc certe, immo multo pejora merui,
qui de pœna non emendor, sed cum pœna &
culpam multiplico. Orate pro servulo vestro,
qui vos omni die desiderat, umbram vestram
suspirans, & faciem videre sitiens. Valete.

B

Epistola VII.

a *Fratribus* [a] *& filiis dilectissimis, frater Petrus humilis eorum dictus Abbas, spiritum dilectionis & pacis.*

XLIX. QUam noica & singulari erga omnium &
singulorum vestrorum salutem affectione &
sollicitudina teneat, unicus ille spiritus novit,
qui scrutatus etiam profunda Dei. Non ignorat hoc ipsa quoque anima mea: quam utinam
sicut est iotueretur oculus mentis vestræ, & sine dubio compateretur doloribus suis. Prasamo
etiam, lo conscientiis quorundam manifestos nos
C esse, quibus idem suadet puritas sna & veritas
mea. Nullis vos eireumvenire adnlationibus,
oullis allicere somentationum fallaciis, fratres
carissimi, volo: sed ut pax vestra firma sit ad
Deum, & me oon æstimetis a cordibus vestris
alienum, hæc scribo. Ceterum si quis aliter sapit, desipit. Itaque resipiscat animam suam lædere, immo damuare, qui pacem vestram &
meam quærit perturbare. Non designo aliquem,
vel impropero cuiquam stultitiam suam. Sufficit enim accusatio propriæ conscieotiæ, & ad
tormentum pro malis, & ad præmium pro meritis bonis. Prorsus oemo ex hoc inter vos
conturbetur: quia inanis nunquam erit pœnitentia, duntaxat si fuerit vera, Filio virgiois
D castas mentes præparate: filio altissimi humiles
aoimas exhibete: Angelo sanctitatis habitacula
cordium vestrorum emnodate. Valete.

Epistola VIII.

b *Carissimis patribus & dominis suis* [b] *de Grandi Monte, frater Petrus Trecensis Abbas fideles orationes.*

L. SCio quia in consilio justorum & congregatione magna opera Domioi. Idcirco, fratres carissimi, longe licet a vobis remotus, ta-
E men aoimæ meæ intentionem & supplicationem
in præsenti conventu transfero: quatious portiunculam cujuslibet cœlestis benedictionis referat, unde consoletur & longo cempore conforcetur. Credo enim, si vel unam oratiunculam
Angeli illi vestri, qui faciem patris semper videne io cælis, ad ipsum patrem luminum, &
ad thronum gratiæ filii ejus, ab ore, & corde
vestro pro me detulerint, quod faciet fructum
sursum, & germen ponet in terra deorsum.
Hinc vero fructus vitæ & spes misericordiæ
egeno & pauperi erit. Manus igitur illas vestras puras, ab omni sanguine & crimine, &
oculos columbinos ad fenestras cæli, per quas
ad propitiatorium & ad sancta sanctorum iotrare soletis, levate: oec aliquo modo deponatis,
donec vos exaudierit qui desiderium pauperum
exaudivit Dominus. Vester sum: sed tunc dignius & affectuosius. Valete.

Epistola IX.

Frater Petrus Cellensis Abbas, venerabili A. sacerdoti sancti Petri Pruviaensis salutem.

NOn immerito illi præsumo scribere, quem
non præsumo non diligere. An impune LI.
oon diligerem, quem adprime honorandum utinam vel simpliciter suscepissem? Sed quid tantopere laudo, quem vel rarissima visione cognosco? Sed plus hunc fateor cognosco auditione, quam visione; plus fide, quam confabulatione; plus religione, quam familiari cohabitatione. Audivi enim viri non claram sæculi
pompam, sed electam doctrinæ formam: non
ebrietatem, sed sobrietatem; noo vanam pecuniarum sollicitudinem, sed variam scripturarum
meditationem; non curiositatem formarum &
pulchritudioem faces gehennales accendentes, sed
emundationem desormitatum propriæ conscientiæ juxta divini speculi illumioationem. Hæc,
bone juveois, de te ab aliis cum desiderio audivi, cum fida accepi, cum gaudio aliis enarravi. Nihil itaque mirum, si tali scribo, quem
talem describere non vereor ex relatu eorum
quibus firmiter credo. Hujus tamen ardentius
cum aviditate faciem viderem, & vocem audirem, quam mortuis apicibus mortua verba ederem: ut cujus amor vivit in animo, ejus præsentia scintillaret io oculo. Applicat enim calorem latentem in remotis admixta faeula scintillantibus venis. Mutuo namque se se ita fovent, ut uterque ignis alium ad se trahendo
confortet & confortetur: quatinus interior eo
magis ferveat, quo exterior ei appropinquat:
& exterior eo elarius luceat, quo ei ioterior
vehementius participat. Hujus exempli similitudine, quem amas absentem, incipis superamare præsentem. Crescit enim in oculis amor;
revehitur meatu aurium cordi diligentis vox
dilecti expressa caractere dilectionis. Jam amor
iocipit esse cum gaudio, qui prius erat sine gaudio, aut cum tædio. Tædet enim non habere
quem eendit semper amare. Sine gaudio quoque est, qui eum non habet, sine quo gaudere non potest. Apponitur igitur amori gaudium,
cum amicus cernit suum amicum. Valete.

Epistola X.

Petrus Abbas indignus Cellæ monasterii, G. e
[c] *sacerdoti Hastingiarum spiritum salutis.*

NOn in præsumptione spiritus mei ad te
transmarinum sacerdotem scribo, sed rei- LII.

a *Fratribus & filiis*) Cellensis monasterii monachis.
b *De Grandi Monte*) id caput & sedes est non obscuri in Gallia ordinis clericorum, qui Grandimontenses inde appellati, in diœcesi Lemovicensi, haud procul Mureto. Unde & Stephanum religiosæ familiæ ducem ac principem, Stephanum de Mureto appellat Stephanus Tornacensis epistola 1. quia sedem ibi fixerat, cum alioquin Arvernus patria esset, non Lemovix.
c *Sacerdoti Hastingiarum*) In Anglis. Ideo transmarinum sacerdotem vocat. Locus confertus inter Willelmum & Haroldum prælio memorabilis. Malmesburiensis Hastingas scribit, & bellum Hastingense, quod dixi,

terata petitione R. quem tu quidem carne, ego vero spiritu per Evangelium in Christo genui. Is siquidem quos habet impari generatione patres, pari desiderat affectione conjungere fratres. Et me certe jam fratrem tibi constituit, nisi in oculis tuis mea fraternitas forte propter vestem peregrinam sorduerit. Vix tamen apud sensatos tanta habetur vestium diversitas, ut eorum exinde divellatur identitas. Proinde nuda corda melius copulantur, affectius uniuntur, castius immiscentur. Cor namque justi non induitur purpura & bysso, sed sapientia & consilio: non pannis & serico, sed virtutibus & Deo. His enim secundum creationis naturam in principio amictus, stolas non erubescebat angelicas, nec ipsius increati candoris lucem reformidabat, quandiu divinitus insitæ imaginis liniamenta incorrupta mutuo aspectu resignabat. At ubi hujuscemodi splendoribus nocturnis dispoliatus insidiis, præ confusione atrocioris incommodi foliis cœpit circumtegi ficulneis: venit Christus, ut reiterate vestem cilicinam, saccum scinderet, & nudus nudis obtutibus paternis in carne nostra, immo sua, appareret. Filii itaque nudi Christi, nuda adinvicem corda pandamus, ac stabili compagine in Christo ea compingamus: fluant ad Christum, refluant ad cœlum, confluant ad trinum & unum. O quam bonum & quam jocundum, frater, fratres habitare in unum! Unum est necessarium. Quid vero multa? non necessaria. Quæ ergo vanitas est filiorum hominum ut multa quærant, & non curent unum? Prius est unum, quam multa, & facilius consequimur unum, quam multa. Cum ergo sine uno non subsistimus, & in multis deficimus, in multa tamen insania unum postponimus, & multa cupimus. Desipit qui ad unum verum esse non tendit: sapit qui ad incommutabilem beatitudinem contendit. Revera solus ille sapit, qui unum solum sapit: solus ille desipit, qui multa præter unum sapere cupit. Unde ait Apostolus, *Non multum sapere, sed sapere ad sobrietatem*. Solent homines terræ tuæ potius sapere ad ebrietatem quam ad sobrietatem. Vitium ignobile, & inter cetera vitia ignobilius, ebrietas. Ubi enim sensus ebrii? ubi reverentia in ebrio? ubi dignitas? Immemor est præteriti, futuri ignarus, præsentis nescius. Discretio confunditur, ratio hebetatur, sensus ligantur, mens ipsa sepelitur. Risui derisoribus exponit magis seipsum ridens. Ex hac viperea radice surgit, vel potius serpit, devastans totius religionis animæ vigorem luxuria. Denique tanquam ex magno gurgite perditionis prosiliunt non rata germina pestiferæ prævaricationis. Pes errat, labitur lingua, trepidat manus, labia tremunt, caligat visus, auditus surdescit. Adde his intrinsecus furias debacchantes, & miserum pectus miserabiliter lacerantes. O bone vir, nonne videntur tibi hæc principia mortis, fomenta ignis æterni, esca supplicii, illecebra damnationis? Ut igitur morsum colubri evadas, fugienda est ebrietas. Muscipula venantium capitur, qui vel semel inebriatur. Lusus dæmonum est homo ebrius. Tanquam prostibulum vitiorum reputatur, qui gulæ & ventris tyrannidi subjugatur. Mari commoto quid tempestuosius? excusso fulgure quid formidabilius? abysso quid profundius? Nullum tamen horum nequius, quam homo ebrius. Desistendum est a veneno, immo a vino, quod hominem vertit in truncum. Divinorum lectio librorum præceptis & exemplis ostendit, quam turpiter natura ex hoc dehonestetur, quam crudeliter condemnetur, quam interminabiliter cruciетur, quam immisericorditer a regno Dei excludatur. *Neque ebriosi*, ait Apostolus, *regnum Dei possidebunt*. Diutius impressi stylum, si forte refellerem, vel saltem reprimerem vitium. Interim collectaneam ejus luxuriam eodem acumine potius pungamus, quam pingamus. Pinguius namque & ista pinguissima de pinguedine terræ apud vos exuberat. Ubi namque juvenum & puellarum forma decentior, aspectus gratiosior, cibus abundantior, potus crassior, aer salubrior, terra fertilior, amœnitas jocundior, pravus his enervatur animus. Satius est namque ei frui cupiditatibus vanis, quam æternis bonis. Colore adulterino deceptus quæ intus latet falsitatem non attendit. Mendax mendaciter mulier de specie vana se jactat. Certe pulcritudo illa nec vera est, nec sua. Si enim vera esset, semper durasset. Unde quod semel est verum, semper est verum. Si sua, non in foro emeret. Fallax gratia, & vana est pulcritudo. Abjicienda est autem, quæ fallit gratia: ambienda, quæ liberat. Umbratilis postponenda pulcritudo, utilis appetenda. Communi hactenus admonitione præmissa, ut tuæ unicæ & singularis animæ curam maximam habeas, rogamus. Nemo enim de sæculo egrediens animam suam ulterius commutat. Hic locus, hic tempus commutationis faciendæ; mores hic commutandi & corrigendi. Ceterum correptio, non correctio in futuro dabitur: fiet comminatio, non commutatio: nisi forte de pœna in pœnam, de morte in mortem, de miseria in miseriam. Muta itaque vitam, dum vivis in hac vita, ne si forte modo cum potes distuleris mutare, tunc volens mutare cogaris tenere. R. timet sibi anima mea, timet & tibi. Pater meus es tu, & ego filius tuus. Et quia per te ingressus sum in vita corruptibili, utinam per me pervenires ad disciplinam Dei. Non contingat me sine te gaudere: contingat autem te & me cum Christo regnare. Vale.

Rom. 12. 3. — 1. Cor. 6. 10.

Epistola XI.

Suis carissimis amicis, H. Subpriori, Thomæ & Asселino Claravallensibus, frater Petrus humilis Abbas Cellensis gratiam pro gratia.

Quibus gratiosiori affectu dulcius copulamur, eisdem non immerito meliora & dulciora scribimus. Ut enim dignior animus quam corpus, sic animi potiora sunt bona, quam corporis. fidelis vero sui ipsius interpres est animus. Itaque & nos potius quæ ad animum pertinent colimus, quam quæ ad corpus. Nam si de affectu non secundum affectum scribis, utique mentiris. Igitur affectus cum de se loquitur, se & non alium loquatur. Est enim hypocritarum aliena tanquam sua, sua tanquam aliena dicere. Nihilominus & simulatorum est, neque simpliciter diligere, neque veraciter ad amicos loqui vel scribere. Quamobrem in Christo & in conscientia vera pronuncio, quod erga me sinceriorem & puriorem habeatis affectum, ut credo, quam ego ipse. Nam quo purgatior est in vobis oculus mentis, eo perspicacior est etiam in amicis diligendis: & quo expeditior ad clare videndum, eo liberior ac justior de omni causa decernendum. Solummodo si quidem corporum nebula obstat, ne se vicissim meus & vester spiritus sublatis impedimentis clare videant. Attamen ut in corpore mortali immortalia corda, LIII.

& ad se per amorem accedere, & se se per mutua desideria possunt contingere: sic unica & speciali dilectione, quotidiano recursu a suis commeant regionibus, quatinus datur, ad se salutandos & osculandos affectus nostri. Quotiens enim vos recogito, toticos pedibus animi vos adeo. Itaque, fratres carissimi & desideratissimi, vestias consolationes & sitienter suscepi, & ardenter perlegi, & velociter complevi. Et attendite etiam in hoc quam bene cohæreant, quam perfecte sibi consentiant conscientiæ nostræ. Quando enim scribebat dictaote animo digitus vester, cogitabat animas noster: & quod scripserat digitus, hoc elegerat animus. Plane priusquam audirem obedivi, antequam consilium daretur adquievi. Tanta dilectionis velocitas, ut audire non expectes quod facere debet. Lædi namque se æstimat, nisi amicorom voluntates præcurrat. De merito suo plurimum sibi præripi gemis, nisi etiam motum voluntatis vigilanter præoccupaverit. Tunc læta, tunc gratulabunda, cum præcesserit veniendo, & quodammodo excesseris majora faciendo. O excessus caritas! o excedens caritas! Sola in omni genere virtutum excedendo non excedis, ascendendo non corruis, descendendo ascendis. Ad modum proprium cobibetur humilitas, terminos suos habet castitas, ad malum non laxamus obedientiæ habenas, ad fines suos, nec extra extenditur largitas, ad fines mendacii non accedit veritas. Sic denique & aliæ virtutes, cursus tantum suos excurrere, sed non transcurrere debent. Constituti sunt eis termini, qui præteriri non poterunt. At caritas usque ad cælum, immo & supra cælum, veluti cui lex non est posita, conscendit: usque ad infernum, & etiam in inferno ipso aliquando descendit. Amicos amplectitur, nec ab inimicis arcetur. Cum se extendit, non læditur, cum se superextendit, non rumpitur. Semper crescit, nunquam senescit. Anni ejus non deficiunt, sed perficiunt. Quo enim vetustior, imma diutarnior, neque enim veterascit, eo & clarior. Sicut vinum Libani semper novatur, semper confortatur, semper cumulatur. Vires semper accrescunt: splendores faciei ejus nunquam deflorescunt. O virtutum virtus! semper in me sic excedas, at nunquam decedas. Non finis decedere, in quo dignaris justos excessus creare. Sic novit Apostolus mente excedere, & cælum tertium penetrare: sic propheta in excessu mentis supra hominem de Deo sentire. Præ stupore Petrus in consideratione glorificatæ majestatis sic excesserat, cum dicebat, *Faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Heliæ unum.* (Matth. 17. 4.) Secundo etiam & tertio sic excessit, vel quando Christum non sustinens mori, dicit, *Absit a te, domine*: (Matt. 16. 22.) vel quando abscidit auriculam servi, vel etiam in captura piscium cum dicit, *Exi a me domine, quia homo peccator sum*. (Luc. 5. 8.) O quotiens sponsa ad sponsum excurrit, aut ut verius dicam, seipsam & omne quod creatum est pro amore sponsi excedit! Quandocunque enim vel de sponso vel ad sponsam loquitur, per excessum transvolare dicitur. Hos saltus sive excessus non novit, nisi qui experientia didicit. Quapropter de his mihi parcius loquendum, vobis idoneum est latius & largius agendum potius, quam differendum. Valete. Quam citius potero veniam ad vos.

Epistola XII.

Suo R. Claravallis, suus Petrus Cellensis.

Solet nimia festinatio, etiam semicruda quasi jam bene cocta, præ nimio appetitu insumere, & tanquam famis necessitatem interdum temperare. (LIV.) Instas, & ostium amici velut necessitate hospitis supervenientis inquietare non cessas. Credo potius ex crassitudine animæ, vel ex non necessaria paupertate id te agitare, ut neque importunitatibus tuis occupationes meæ satisfaciant, neque voluntati tuæ solemnes istæ feriæ silentium imponant. Quid igitur? Experior nunc quod in Isaia jam ante legeram. *Venerunt filii usque ad partum, & tempus sive virtus pariendi non est.* (Esai. 37. 3.) Æstuo siquidem novi amici novam & primam promissionem adimplere, sed contradicentium irruptiones vix valeo mitigare. Quis itaque, a quo, vel quid petas mihi consideranti, offert ratio copiosam fortunam petitoris, pauperem inopiam postulati, difficultatem petitionis. Quis, nisi qui ambulat in medio lapidum ignitorum, nisi qui cedrorum medullam consuevit lambere, & præclara sententiarum stipendia de castris philosophorum reportare? A quo, nisi ab eo qui inter sentes, ut dicam sententias, delicias reputat dormire? nisi ab eo, qui neque ungulam findit meliorum dictorum distinctione, neque ruminat si qua contigerit audire vel legere! Quis a quo, nisi doctus ab indocto, nisi plenus a vacuo, nisi videns a cæco? Non leve & simplex fateor impedimentum sustineo, ne intrem in sanctuarium Dei, ut de manu Cherubin carbones consolatorios tibi accipiam. Obstat hinc flammeus gladius atque versatilis sollicitudinum, usque ad medullam animæ penetrantium, illinc caterva Philistinorum puteos meos terra mortuorum replentium. Præter hæc, tanta certe confusio concurrentium ad me fit, cum incipio scribere, ut pene syllabæ singulæ nova cogantur habere principia. Ecce monachus confitetur, ecce alius diffitetur: ecce miles saltat, ecce clericus salutat; ecce famulus inquietat, ecce nuncius corvum frequentius quam columbam resonat. Mi dilecte, quam interim cor humanum congregare poterit sanctarum scripturarum meditationem? quod componere commonitorium? Sed forte hæc ipsa non monendo monent, inquietando suadent quietem, in diversum decerpendo verum, id ipsum quærere admonent. Sic enim esuriens panem quæro, aquam sitiens, algens ignem, caligans lucem, deficiens refectionem. Verum tu aliud habens melius & verius commonitorium, rursus aliud mendicaris potius ex voluntate, quam ex necessitate. Exemplo credo Apostolorum id facis, qui cum Jesum haberent, patrem nihilominus videre cupiebant. *Domine*, inquiunt, *ostende nobis patrem, & sufficit nobis.* (Joan. 14. 8.) Nondum noverant, quia cui filius non sufficit, nec patrem habere poterit. Plena etenim filii cognitio universæ rationalis creaturæ est plenissima recreatio. O quam præclara Claravallensium commonitoria! Quid enim lacrymæ hujus, nisi compunctionis sunt incentivum? Quid alterius continuæ orationes, nisi supernæ contemplationis adjamentum? Hujus humilitas superbiam confundit apostatæ angeli, & hominis obedientia illius, pendentis in cruce Christi æmulatur obedientiam. Iste Jacob assimilatur in laboribus: simplicitas Joseph hunc exornat: zelus ordinis in isto Moyseo reddit. O Da-

vid maosuetudo! o fervor Heliæ! o Danielis abstinentia! o castitas Samuelis, &, quod majus est, o Christi caritas! o Mariæ virginitas! Castra Dei sunt hæc. Quid videbis in Sunamise tua, in coccinea tua, nisi choros castrorum? Chorum alium videro procedentem adversus phalangas vitiorum innumerabilium: dum iste non quærens quæ sua suns, spiritum avaritiæ strangulat, iste mundi gloriam calcans principem superbiæ suffocas, iste carnem macerans luxuriæ caput detruncat, & cuicunque obviaverit quisque de adversariis, sine misericordia fortiter in ore gladii enecat. Pluunt denique instanter post terga hostium sagittæ, vibrant hastas, frameam effuuduot, & sive leones, sive unicornes cum omni bestia saltus exterminant. Non est in eis deficieus, neque laborans, In dextro cornu iterum considero alium in equis albis, chorum certantem non jam pro victoria, sed ad coacervanda pretiosiora spolia. & jam prægustat alius mercedem laborum suorum, alius gratiam labiorum consequitur, alius de ligno, quod est in medio paradisi, superextensus in ulteriora velaminis per oblivionem terrenorum & contemplationem cælestium edit. Isti sunt qui stolas suas dealbaverunt in sanguine agni, resistendo usque ad sanguinem vitiis, & pertingendo usque ad patientiam agni immaculati. Hi doceus te arcum & sagittam: hi sanguinem uvæ, & mori propinant. Arcum pravum isti non intendunt, sed spirituali subsilitate, etiam capillum minimæ cogitatioois in arcu propriæ reprehensionis citissime feriunt. Prorsus cooversi sunt in die belli, quia neque in incerto currunt, neque segniter vivunt. Ad hoc te mitto commonitorium. Omnia enim eorum commonent, sive consessus, sive incessus, sive sermo, sive silentium, sive jejunium, sive prandium. Ecce mille clypei pendent non solum ad te commonendum, sed etiam ad muniendum: & tibi post hæc, fili mi, ultra quid faciam? Habes quoque & alium paraclitum, tanquam aliud commonitorium, quod prope est in ore & in corde tuo: unctionem spiritus, quæ te docet de omnibus. Habes sapientiam, quæ non invenitur in terra suaviter viventium, quam filii Agar non inveniunt, de qua Philosophorum abyssus loquitur, Non est mecum. Liga eam in corde tuo jugiter per amorem, describe illam in tempore otii tripliciter, cogitaudo, loquendo, operando. Discurre scripturarum amœnissimos campos: lege tanquam apis & reconde in alveolo memoriæ suavissimi odoris flores, castitatis liliam, olivam caritatis, patientiæ rosam, uvas spiritualium charismatum. Considera diligenter quæ apponuntur, quia quædam ad consolationem, quædam ad correptionem sunt. Alia ad sanitatem, alia ad satietatem, alia ad suavitatem. Spes præmii promissi mœrentem consolatur: corrigit comminatio æterni supplicii: medicamine pœnitentiæ sanantur omnes languores: præsentis justificationis exultatio famelicum justitiæ satiat: adveniens gratia virgam timoris amovet, & sua infusione animam lætificat. O Jesu! comminatoribus tuis quis sapor in faucibus? quis odor in naribus? quis splendor præ oculis? quæ auditus modulatio? quæ cordis jubilatio? Nihil infra votum, supra omnia abundans, immo superabundant, gaudia. Explicat & extendit se voluntas ad volendum, vel etiam ad volandum, sed non sufficit. Supercurrit oleum, quia vasa deficiunt. Hic, hic manus dantis largior, & accipientis rarior. Sola hæc ministrorum indignatio, quia pauci sunt, quibus fiat cælestium ferculorum distributio. Longos fac funiculos tuos, extende pelles tuas: ne parcas, quia dilataberis ad orientem divinæ contemplationis, ad occidentem humanæ per Christum reparationis, ad septentrionem dæmoniacæ dejectionis, & ad austrum gloriosæ ascensionis. Vale, nec sine recompensatione nostram paupertatem velis accipere. Carissimum nostrum Subpriorem ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute saluto, & ceteros amicos nostros.

Epistola XIII.

P. Cellensis R. suo Clarevallensi.

Excusationis meæ prœmium, sive velamentum rusticitati meæ superinducerem, si clerico scholari, non monacho Clarevallensi, si spumanti in sæcularibus, non sudanti in regularibus, si denique Sirenarum oblectamenta captanti, non aspera quæque per desertum sectanti scriberem. Nunc autem quia id solum quod honestum est bonum esse non dubito, omne vero verum honestum: si verum dixero ab honesto non recedens, confusionem non timeo. Scio itaque manum te ad fortia misisse, & satis perplexum antiquo sophismate sophisma fecisse. Crede mihi, frendens & rugiens quæris solvere quod nequit ex ratione refellere. Callida est & in arte perversæ calliditatis potenter callens: ut pote cui ab incomprehensibilitate retro labentium temporum annus, mensis, dies, hora, vel brevissimum momentum non est elapsum absque hujusmodi conflictationibus. Quotiens vicit & victus est? dejecit & dejectus est? obruit & obrutus est? Non est ei pudor, timor procul abest, spes evertendi semper adest. Fulminat timens, attrectat tremens, recedit sperans, accedit dubitans. O astutia simplicitatis inimica, malignitatis filia, unica totius religionis tinea! Patrem nostrum a paradiso exclusisti, in exilio detrusisti, in morte conclusisti: nos beatitudine spolias, miseriis cumulas, a Deo separas. Quid tibi & nobis? Cepisti, & decepisti, sed non recepisti. Qui enim fecit, ipse reficiendo recepit. Seductor igitur, carissime, cavendus est, & laqueo suo capiendus, & gladio suo detruncandus. Sic fecit nobis, sic faciamus illi. Si malum est esse homicidam, sed non diabolicidam. Caput ergo ejus contere, caudam apprehende, corpus medium scinde: & sic vespere & mane & meridie narrabis in confessione, annunciabis in satisfactione, exaudieris in oratione. Sophista iste male proponit, pejus assumit, pessime concludit. Suggerendo prava proponit, ad delectationem trahendo assumit, in consensum dejiciendo concludit. Si itaque suggestionem prudenter prævidens scuto sacræ institutionis propuleris, delectationem fortiter memoria passionis Christi excusseris, consensum constanter timore & amore Dei negaveris, tendiculas ejus tanquam fila arancarum abrumpens, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon.

PETRI
ABBATIS CELLENSIS
EPISTOLARUM
LIBER QUARTUS.

EPISTOLA PRIMA.

a [a] *Suo suus.*

LVI. UT perniciosum optimis telam invidiam nostra proscribat epistola, communis exorat caritas. Satis namque superque quod mihi scripsisti dulce, utile, & honestum fuit. Quid enim dulcius amore? Quid utilius divinarum & humanarum rerum subtili & compendiosa descriptione? Quid honestius morum salubri informatione? [b] His nostrum torpens ingenium excitasti, causam non causandi de sæcularibus parumper præbuisti, ac otiosæ sollicitudinis vela relaxasti. Sic irrigant, inebriant, & tranquillant scripta tua, dulcissime, animam meam. Sterilitati denique ubertate, tumultuositati libera pausatione, occupationum insolentiæ renuntians ad remotiora secessione, Nicolai mei hoc agi contestor scriptitatione. Deficiente ergo spiritu, manu trepidante, repugnante ingenio, grandiora præsumo, prætento fortiora, vix explicabilia arripio. Utrinque enim spiritu vehementi ex quatuor ventis conglobato, cujus spei robore floris teneritudo non evanescat, pulcritudo non deficiat, viror non emarcescat? insidum est irato obviare leoni: stultum nihilominus, emissam non declinare sagittam. Omnis armatura fortium tuis militat castris. Itaque congredi timeo. Nam cum propria satis armatura triumphare posses, quorumcumque etiam potentissimorum arma mutuasti, ut supervinceres. Solo clypeorum aureorum fulgore dejicior. Exclamo tamen, Pone non tua. Nam plurimum intererit, utrum majestate irrefragabili auctoritatis philosophorum, an propriarum rationum & sententiarum conspicuitate castra nostra poteris debellare. Tibi an illis deputetur victoria, cum sine discriminis examinatione illorum vestigiis procumbam volens, contra te autem arma, sed pacis, feram, statim elucescet. Quid enim? vera sint, falsa sint philosophorum inattingibilia acumina, cum ingeniorum nostrorum vis sola quæritur, quid nostra interest? Prorsus eorum cedo auctoritati. Non sic vero, non sic subfugiet pupillam oculi mei quod egressum fuerit de labiis tuis. Jure suo privari se amicitia aliter conquereretur, nisi res amicorum æquo libramine discuteretur. Decursis itaque & discussis vernantis eloquentiæ tuæ sermonibus & sensibus, iterum iterumque tua revolvens, & mea evolvere gestiens, timeo sub luce videri. Quid ergo? Periculum experiar? sed non in filia [a]. Loquar? sed utinam non inania. *f. fidelia.*

A Reprehendam? sed amici superflua. Laudabo? sed philosophorum ingenia. Hinc tamen non progrediar, nisi prius data manu initum fuerit pactum, prorsus nequaquam irasci pro aliqua contumelia. Ingrediens itaque aggrediar, non veritatis domicilia subvertere, sed amici, si qua est, propriam de præjacentibus verborum diversitatibus calumniam arguere, & quibus potero auctoritatum rationibus refellere. Video autem in vestibulo & in fronte epistolæ tuæ quod nimia formositate sui curiositatem oculorum meorum sic allicit, ut vix eos ejicere & eicere valeam. Est enim quiddam, cujus nomen super omne nomen; cujus forma formosior omni forma, cujus statura & altitudo a fine superioris cœli usque ad B finem inferioris inferni. Imago est inimitabiliter nata, non facta. Unus est qui hanc de corde suo excogitavit & eructavit, non artifex hujus, sed omnium, hujus autem pater. Huic conformari est reformari. Hanc loquentem & se exprimentem, aptis coloribus renitentem, sceptro imperiali cuncta regentem, cælicolas cum terrigenis in brachiis conjungentem inveni, adoravi, & tenui. Decor ejus inæstimabilis, dulcedo insatiabilis, claritas inaccessibilis. Tam suave loqui de illa, quam admirabile amplecti illam. Ad hanc qui accedit aut vix, aut nunquam recedit. Oculus non satiatur visu, nec auris auditu. Qui edunt, adhuc esurient, &c. Hæc os- C culata est me osculo oris sui. Hæc digito manus suæ tenens animam meam voce propria, ne declinarem ab ea. Hujusmodi attractus & delinitus blanditiis, an ulterius progrediendum sit hæsito. Bonum enim est hic esse. Tandem vero innuente & annuente ut irem non discedens, redire permanens, aliam vidi visionem. Rubus ardens in interiora deserti apparuit. Suspensus intenta cogitatione, num, inquam, sicut Moysi rubus ardebat & non consumebatur, sic meus ista reddit splendorem lucentem, non calorem urentem! Amici enim increpatio, grata potius correptio est, quam molesta exustio. Est D autem. Vos veneranter tam verborum quam sensuum, & conclusum retibus & percussum venabulo credidistis. Hinc enim rubus ruborem ingerens, sed perfectæ & solidæ caritatis robur nescienti. Oculus pupilli pungeretur, vel etiam compungeretur, si spina hujusmodi configeretur. Non vero contingat hoc oculo caritatis, cujus solius est colligere, immo producere rosam de spi-

a *Suo suus*) Nicolaa monacho Claravallensi, qui & ipse ad Petrum nostrum scribens, eadem utitur inscriptione epistola xlix. Nicolai epistolis insertæ sunt mutuæ epistolæ Cellensis, & quidem recto ordine, quæ hic præpostero leguntur. Prima enim fuit Nicolai quam dixi epistola xlix. *Nuper cum Aquilonaris*, cui noster ea rescripsit, cujus initium *Ecclesia quæ tetigerit montem*. Tum secuta est Nicolai altera num... *Anxietatem mihi generat*, ad quam Petrus hac epistola respondet, quæ apud Nicolaum quoque edita est, sed dimidiata.

b *His nostrum*) Deest membrum, quod apud Nicolaum antecedit hoc modo: *Ista procul dubio continet epistola tua prima, media, & ultima. His nostrum torpens, &c.* Sunt & diversa quædam alia non aspernanda: tum maxime sub finem epistolæ sequentis.

nis. Sic Jesus de spina passionis rosam protulit redemptionis. An non ejus imitatione & tu reddis bona pro malis, qui mollia duris, dulcia amaris, vera rescribis vanis? Revera tu simplex & domi habitans, ut dicis, in simplicitate cordis tui scripsisti. Animadverto igitur ad thronum gratiæ miro pennarum juvamine te convolasse, & ibi, quia citra non reperisti, simpliciter simplicem Deum didicisse. Quæro itaque, anne simplicitatem tuam ab illo fonte reportaveris, & utrum tantum transeundo, quantum cælicolæ manendo & stando exhauseris. Quod si fieri non potuit, constat non injuriose inæstimabiliter illorum tuam præcellere simplicitatem, sicut & beatitudinem. Animam siquidem humanam naturaliter simplicem, Angelorum vero naturam etiam simpliciter simplicem indubitabili fide credo & confiteor. Quod ut evidentius appareat, nostra de simplicitate & tua sub oculis compendiosa annotatione volo colligere. Dixi, quia omnis res simpliciter simplex una & unum est. Non autem si una, statim & simplex. Simplex enim respuit & refugit omnem prorsus admixtionem. Rem vero unam convenientia duo simul, vel plura aliquando faciunt, ut unum corpus constans ex quatuor elementis. Ista, inquis, aut non intelligo, aut vos minus attenditis. Malo me minus intendere, quam te non intelligere. Tamen parumper attende, & de simplicitate si male sensi, quia cœpisti, iterum corrige. Interim ipse ut decet consignatam tuis exhibens reverentiam sensibus & sermonibus, meos etsi non verba sensus vallo veritatis communiam fortius. Omne igitur quod est, aut simplex, aut compositum est. Compositum autem aut substantiale, aut partiale. Substantiale, veluti cum una substantia alii substantiæ jungitur. Partiale, cum unius substantiæ partes conjunguntur. Hoc autem compositum superiori simplicius est. Illud vero ex toto & naturaliter dicitur simplum, quod caret & substantiali & partiali compositione. Anima itaque, quia neque diversarum substantiarum, neque ejusdem substantiæ diversarum partium in se suscipit conjunctionem, naturaliter est simplex. Non enim ex prius existente aliqua materia creata est, ut respectu materiei suæ composita dici possit, sicut in omni corpore id quod factum est dicitur respectu illius quod de eo factum est, simplum: sed de nihilo facta catholice creditur. Angelica vero natura, quia hoc habet amplius, quod nullis subjacet corruptionibus, quemadmodum anima ex conjunctione corporis, liberius evolat ad secretissimos simplicitatis recessus. In hoc etiam fere omnes philosophi consentiunt, quod principium rerum est perfecta sapientia, lumen præclarum, substantia substantiarum, argumentum rerum universarum. Id autem unum & simplex, cujus simplicitas confert, non aufert simplicitatem. Neque enim creaturæ suæ suam invidet simplicitatem, cui suam non negavit imaginem. Eo igitur in arce veræ & summæ simplicitatis illocaliter locato, rationalis participat creatura. Fiunt autem magis & minus simplicia magis & minus eo participantia. Ideo namque simplex, immo simplicitas simplicium, sicut Deus deorum, in simplicitate jubet se quærere, cum simplicibus se dicit ambulare. Das autem invenire & habere, si quæratur quomodo jubet
Joan. 7. 36. quærere. Aliter quærentibus, *quæretis*, inquit, *me, & non invenietis*. Quia itaque nisi in simplicitate non invenitur, simplicitate autem simplicem fieri non dubitatur, quicumque eam per simplicitatem invenerit, participatione ejusdem simplicitatis simplicior efficitur. Inæquali autem proportione participantes inæqualiter inveniuntur simplices. Ipsa autem simplicitas in se vera & summa est unitas. Sciendum vero, quia sicut aliud est participans, aliud participatum: sic etiam aliud simplex, aliud simplicitas. Nec habet lingua & ratio hominis, nescio si Angeli, idem esse simplex & simplicitatem, sicut nec album & albedinem. Noli, noli simplicitati nostræ, immo tuæ risum insimulare. De Deo enim nihil habes opponere, cum quicquid ipse est legatur omnem sensum transcendere. Tamen quod bonus, quod pius, quod justus, quod simplex dicitur, figurativa locutione accipitur. Ut enim Plato ait, *Deum invenire difficile est, inventum digne profari impossibile*. Nulla certe oratione, vel orationis parte, Deum potest aliquis describere, vel definire. Itaque de Deo nulla fiat oppositio, quia ipse est omnium conclusio, nihilominus & exclusio. Ex ejus stabili simplicitate sortitur ordinem, causas, & formas, ut Boetius testatur, omnium generatio rerum, cunctusque mutabilium naturarum progressus, & quicquid aliquo modo movetur. Ejus natura in sua simplicitatis arce composita, regendis multiplicem modum statuit. Potius ergo bonitas ipse, & participatione ejus creatura bona, potius pietas ipse, & consortio pietatis creatura pia, potius denique simplicitas, & possessione simplicitatis dicatur creatura simplex. Ejusdem autem locutionis genere quo Deus justus, & nos justitia Dei appellamur: vide etiam utrum bona similitudine utatur Boetius ad exprimendum non tantum simplicem aliquem fieri, sed etiam simplicitatem ex strictissima connexione & societate simplicitatis. De providentia profecto & fato sic dicit: *Providentia est ipsa illa divina ratio in summo omnium principe constituta, quæ cuncta disponit. Fatum vero inhærens rebus mobilibus dispositio, per quam providentia suis quæque nectit ordinibus.* Et post pauca. *Manifestum est immobilem simplicemque gerendarum formam rerum esse providentiam. Fatum vero eorum, quæ divina simplicitas gerenda disposuit, mobilem nexum atque ordinem temporalem.* Inducta itaque similitudine paulo post subdit. *Nam ut orbium circa eundem cardinem se se vertentium qui est intimus ad medietatis simplicitatem accedit, ceterorumque extra locatorum veluti cardo quidam circa quem versentur existit: extimus vero majore ambitu rotatus, quanto a puncti media individuitate discedit, tanto amplioribus spatiis explicatur: si quid vero illi se medio connectat & societ, in simplicitatem cogitur, diffundique ac diffluere cessat: simili ratione quod longius a prima mente discedit majoribus fati nexibus implicatur.* Medium quod ait, sive media individuitas puncti, intelligitur veritas & simplicitas Dei. Quod enim huic amori consociatur, in simplicitatem cogitur. Divinæ igitur supernæque substantiæ, quibus & judicium perspicax, & incorrupta voluntas, & efficax optatorum præsto est potestas, quid est quare non inhæreant illi summæ & unicæ simplicitati? Cohærent procul dubio, & donantur largiori simplicitatis privilegio. An ista recusas credere, & paras contradicere? Nequaquam, inquis, sed quod creatoris est, creaturæ nolo attribuere. Quare? quia æmularis Deum, sed non bona æmulatione. Quantum enim desipis, qui non a Deo collata munera propria usurpatione ra-

pere præsumit, tantumdem a pietate resilit, qui data negat, vel abscondit. *Nos*, inquit Apo-
1. Cor. 2. 12. stolus, *non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis*. Datum est enim omni corpori, ut, sicut jam dictum est, compositione sit multiplex: animæ, ut carens partibus naturaliter sit simplex, sed propter limi societatem, subjiciatur vanitati, quæ est multiplex. Supercælesti quoque indultum est creaturæ, ut ultra sensum humanum, sed citra divinum, & naturaliter & simpliciter sit simplex. Tu vero corpus multiplex asserens, animam quoque comparatione corporis non per se simplicem astruens, transvolas ad supercælestes, & ea gratia, non ex natura imitationem tantummodo simplicitatis indulges. O nimium simplex! Forsitan enim Angelus tuus hoc audiens irascitur, & quod dona gratiæ & naturæ suæ commutaveris, indignatur. Nam ipse quidem nihil minores gratias agit creatori naturæ, quam datori gratiæ. Gratia namque creatum, gratia beatificatum, gratia novit se confirmatum. Ab eadem tamen gratia aliud in creatione, aliud meminit se accepisse in beatificatione, sive in confirmatione. Quod accepit in creatione, dona sunt naturæ: quod meruit in confirmatione, dona vocantur gratiæ. Igitur aut multiplex est Angeli natura, quod soli convenit corpori, aut simplex, quod tantum spiritui. Quia autem nullum tertium est, simplex, ut æstimo, concedas necesse est. Simplex itaque cum sit natura, & vicinitate, ut ostensum est, ipsius summæ simplicitatis artius exprimatur, & imprimatur in eo radius simplicitatis, non jam tantum simplex est, sed simpliciter, ut opinor, simplex. Ministrando namque adsistit & adhæret divinæ simplicitati. Ipsa autem divina simplicitas non naturaliter tantum, non simpliciter tantum, sed singulariter & ineffabiliter simplex est. Jam credo satisfactum, quare dixerim, omnis res simpliciter simplex, vel quare dicere potuerim. Quod autem sequitur, una & unum; est inculcatio verborum. Tamen ut vel tenuiter sic distinguam, una profecto est, quia; ut Seneca testatur, divinorum una est natura, & nihil est divino divinius, cælesti cælestius. & Boetius, quia eorum eadem est substantia, quorum diversus effectus non est. Unum idcirco, quia natura simplicium indissolubilis, diversarum pluralitatem partium ad sui efficientiam non admittit. Quod enim ex diversis partibus compositum est, naturaliter solubile est. Omne autem simplex & incompositum unum est, & caret partibus resolutionis. Quæcumque igitur substantia tam simplex est & una, prorsus non admiscetur, neque cum alia simplici, & incorporea, neque cum multiplici & corporea. Nam ubicumque & quotiescumque substantiæ immiscentur, necesse est ut in se invicem commutentur & transformentur. Rerum enim quarumlibet conjunctio nisi in se se transfundantur, & a propria forma transformentur, copulatio, vel adjunctio, vel aliquid hujusmodi, non autem admixtio, vel commixtio dicitur proprie. Unde & Verbum assumptione carnis, & indisjuncta unione caro factum, ne substantiarum transfusio, scilicet carnis in divinitatem adnihilatio, vel divinitatis in carnem substantialis exinanitio ab hæreticis persuaderetur, non commixtionem passum dicitur: & ne rursum alius Dei, alius hominis filius crederetur, & una in duas personas divideretur, ilico sequitur, neque divisionem. Si nova, & ideo cassa, me confingere arbitraris, & vera & vetera statim si placet subjunctis rationibus comprobabis. *Non*, inquit Boetius, *omnis in omnem rem verti ac transmutari potest*. Nam cum substantiarum aliæ sint corporeæ, aliæ incorporeæ, neque corporea in incorpoream, neque incorporea in eam quæ corpus est mutari potest. Nec vero incorporea in se invicem proprias formas mutant. Sola enim mutari transformarique in se possunt quæ habent unius materiæ commune subjectum. Neque hæc omnia, sed ea quæ in se & facere & pati possunt. Idque probatur hoc modo. Neque enim potest æs in lapidem mutari, nec idem æs in herbam, nec quodlibet aliud corpus in quodlibet aliud transfigurari potest, nisi & eadem sit materia rerum in sese transeuntium, & a se & facere & pati possint, ut cum vinum & aqua miscentur. Utraque enim sunt talia, quæ actum & passionem sibi communicent. Potest enim aquæ qualitas a vini qualitate aliquid pati. Atque idcirco, si multum quidem fuerit aquæ, vini vero paululum, non dicuntur immixta, sed alterum alterius qualitate corrumpitur. Si quis enim vinum fundat in mare, non mixtum est vinum mari, sed in mare corruptum, idcirco quod qualitas aquæ multitudine sui corporis nihil passa est a qualitate vini, sed potius in se ipsam vini qualitatem propria multitudine commutavit. Si vero sint mediocres, sibique æquales, vel paulo inæquales naturæ, quæ a se facere & pati possunt, illæ miscentur, & mediocribus inter se qualitatibus temperantur. Atque hæc quidem in corporibus, neque omnibus, sed tantum quæ a se, ut dictum est, facere & pati possunt communi atque eadem materia subjecta. Omne autem corpus, quod in generatione atque corruptione subsistit, communem videtur habere materiam, sed non omne ab omni, vel in omni, vel facere aliquid, vel pati potest. Corporea vero, vel incorporea nulla ratione poterunt permutari, quoniam nulla communi materia subjecta participant, quæ susceptis qualitatibus in alterutrum permutentur. omnis enim natura incorporeæ substantiæ nullo materiæ nititur fundamento. nullum vero corpus est, cui non sit materia subjecta. Quod cum ita sit; cumque ne ea quidem, quæ communem materiam naturaliter habent, in se transeant, nisi illis adsit potestas in se & a se faciendi ac patiendi, multomagis in se non permutantur, quibus non modo communis materia non est, sed cum alia res materiæ fundamento nititur ut corpus, alia omnino materia subjecta non egeat ut incorporeum. Non igitur fieri potest, ut corpus in incorporalem speciem permutetur; nec vero fieri potest ut incorporalia in sese commiatione aliqua permutentur. Quorum enim communis nulla materia est, nec in se verti ac permutari queunt. Nulla autem in incorporalibus materia rebus. Non poterunt igitur in se invicem admisceri, vel permutari. Jure igitur simplex res refugit omnem commixtionem, quia nullam in quamlibet creaturam recipit commutationem. Item quod a nobis ponitur, sumptum a nobis: rem autem unam duo simul vel plura convenientia aliquando in sese recipere, & convertere ut unum sint, in exemplari quod manibus meis scripsi, sic habetur. *Rem vero unam, convenientia duo vel plura aliquando faciunt, ut corpus unum constans ex quatuor elementis*. Hic nullias cavillationis locum, aliquatenus animadverto, & ideo respondere pareo. Itaque intulisse me scribis, Deum magis proprie ex simplicitate quam unitate.

Miror

A Mitor calumniam. Nonoe enim statim subjunxi, nihil de Deo proprie dici. Jam quia, mi dilectissime, dulcedo viscerum meorum, lumen amicorum meorum, pro me satisfeci: epistolæ tuæ sententias quasdam digna invectione corrigendas, & lima correptionis explaudas, partim contemplandas reperi. Quid dicis, amor? Placetne quod loquor? Gratiamne tuam persequor? Quod vis jube, & faciam. Clavem oris mei custodi, ne læsio prorumpat amici. Constringe fauces maxillarum, ne profluant locos Sirenarum. Aperi tamen aliquando labia, ut excludam gravamina mea. Nicolaus enim tuus, immo noster, gratias supervacuas agit gratiæ, ut asserit, meæ, quia verba, inquit, nostra, vel ex parte
a B recipitis, receditis autem in omnibus [a] a Claudiano. Judica, judica judicium meum, amor juste. Quid enim? Pene nervorum & venarum fila nimiæ inflationis protensione intensa rumpuntur. Protestando jurant & contestantur intellectus, ratio, & memoria, falsum contra se latum testimonium. Vix patientiam persuadeo. Amicus est, inquies, facetus, lepido jocorum sermone urbanus. Sine itaque, & disceptatione inextricabilem labyrinthum rationibus suis intexentem, & nunc quidem qua egreditur introeuntem, nunc vero qua ingreditur exeuntem sustine, complicata ejus explica, male explicata replica. O dulcissime! dormiebas quando epistolam nostram
C legebas! Forte eras occupatus, & ideo non es culpandus. In hoc tamen inexcusabiliter culparis, quod gratiarum tuarum nimium prodigus, dum male locas perdis. Illas meas enim gratias ubi deprehendisti, quibus ingratiose gratias agis? Sed quid miror te mirabili & inaudita novitate gratiam quæ non est gratia asserere; cum mutandi & permutandi rerum & verborum proprietates auctoritate jam pristina cœperis pollere?
b Quid non faciat [b] Nicolaus, qui de nigro factus est albus! Credo ista ductus & edoctus auctoritate, verba quoque & sensus verborum præsumis quandoque invertere. Nigredinem tamen pristinam somniasti, ubi me a Claudiano dissentire notasti. Nempe sermonibus acquievi & ac-
D quiesco tuis, in parte contradixisti & contradico. Ubi enim corpus vivere, animam vivam, Deum vitam esse negavi? Nusquam, crede mihi, nusquam. Tantummodo enim assignationes proprietatum quas subjunxisti, vivens videlicet ex vanitate, vivum ex simplicitate, vitam ex unitate aggressus sum reprehendere. Sed monachum illum, qui cum amico in epistolæ tuæ principio contendebat & reticens, has jam præ tædio emittere audio voces. Utilius, inquit amoe, claustra oris continuissemus, quam rescribendo tot exundantium impetus torrentum incurrissemus. Redundant enim torrentes vanitatis, &
E distillant ab ore amici nostri sermones superfluæ garulitatis. Totus profluit & perefluit. Silentia nostra confundit; consuetudinis nostræ morem & ordinem conturbat & concutit: ad pomposa & superflua quæque improbitate sua, si acquieverimus, provocat & attrahit. Deinceps itaque noli scribere.

A EPISTOLA II.

Suo suus.

B*estia quæ tetigerit montem lapidabitur*. Cacumina, dilectissime, literarum tuarum in LVII. Heb. 12. 20.
tantam nubium densitatem sublevata sese recipiunt, quod vix conatibus difficillimis acumen luminum meorum quoquo modo admittant. Nunc enim volas & pervolas in sublimitate cedrorum, nunc nidificas in altissimis cavernis maceriarum, nunc ambulas super pennas ventorum, nunc denique curris & discurris incomprehensibiliter super montes aromatum. Sive inve-
B nias semitam per quam ambulaverit homo, sive non invenias, non multum curas. Nec mirum. Nam tuus ille ceteris familiarior Seneca hominum ingenia per tria divisit genera. Primum ponit ut tuum, vias sibi aperire, & quæque remota vi propria penetrare. Secundæ fortis ingenium non adeo ingenuum, quod præire nescit, sequi tamen non intumescit. Infelicioris tertium fortunæ dicit, quod nisi coactum, manu tractum, currui impositum, ab inertia sua minime concalescit & exilit. Huic me larga manu natura, primum & etiam secundum mihi invidens ingenium, quam adstrictissime ni fallor obligavit, & funiculo suæ dimensionis in hære-
C ditatem præclaram confirmavit, sigilloque communivit. O dolor! Tibi quidem oculo nequam nequaquam invideo; attamen mihi condoleo, quia quanto sors tua meæ vicina relucet splendidior, tanto ipsa sublucet obscurior. Dum ergo repagula ori induxisti, dum oculis dormitutionem indulsisti, dum manum ad pharetram non adduxisti, magna majorum celeritate verborum effabar, perspicacitate ingenii non adæquabar, locupletem scientia scripturarum me arbitrabar. At ubi fulgurare cœpisti tonitrua sententiarum, vibrare jacula argumentorum, pluere monita dulcium exhortationum, tardior lingua, sensu pauperior, stylo rusticior inventus sum. Video igitur paupertatem meam, mirantem, non mi-
D grantem in abundantiam tuam, suspicientem, non suscipientem scientiam tuam. Confortata est, & non possum ad eam. Quanta enim putas profunditate, caligine, obscuritate reconditur, corpus est vivens, anima viva, Deus vita? Demum abyssus abyssum invocat. Vivens, inquis, ex unitate, vivum ex simplicitate, vita ex unitate. Hic, hic tenebræ, hic umbra ex nube, nubilosus aer in meridie. Sed quæ culpa solis, si non illuminor privatus oculis? O dignum, fortasse inquis, risu hominem, qui diem noctem, umbram lucem, tenebras autumat solem! Neque inquam solem, neque diem, neque lucem, sed plane pal-
E pabilem offendo obscuritatem. Cum enim corpus ab anima, animam a Deo, Deum vitam habere a semetipso irrefragabiliter credatur, nonne & si rusticius, tamen verius diceretur, corpus vivificatum ab anima, animam vivificatam a Deo, & vivificantem corpus, Deum omnia viventia vivificantem, in se & ex se vivum & viventem? Sed rursum quid est corpus vivens ex vanitate! *Corpus*, inquit Apostolus, *mortuum est* Rom. 8. 10.

a *A Claudiano*) Mamerto Claudiano Presbytero Viennensi, cujus verba ex libro III. de statu animæ ad refellendum Celiensem produxerat Nicolaus epistola III.

b *Nicolaus de nigro factus est albus*) Ex Cluniacensi monacho Cisterciensis. Nicolaus ipse epistola XVIII. ad Theobaldum ejusdem alim consilii participem: *Uno denique consensu reliquimus omnia, & de vetere Testamento & umbra Cluniacensium, ad Cisterciensium evolavimus puritatem.*

propter peccatum. Quod ergo Apostolus mortuum vocat propter peccatum, tu vivens dicis ex vanitate? An non vanitas peccatum? An idem simplici sensu intellectum operatur mortem & vitam? Odit Deus observantes vanitatem. Dilectio autem Dei vivificat, odium mortificat. Non ergo est aliquid vivens ex vanitate, sed ex veritate. Quod factum est in illo, id est, Verbo veritatis, vita erat. In se & ex se profecto creatura nulla terrestris vel supercælestis vita est, cum tamen in illo universa sive vivens, sive vita carens, vitam suam habeat. Addis vivum, id est, animam ex simplicitate, vitam, id est, Deum ex unitate. Istis non sic in spiritu vehementi offendor, sed nec penitus assentio. Nam anima ex unitate immortali & indissolubili, sicut & Deus suo singulari & alio modo immortalis est & indissolubilis, ex nihilo creata esse creditur. Idcirco namque ad imaginem & similitudinem suam creavit eam Deus. Per hoc etiam quod per omnes particulas corporis tota simul adest, nec minor in minoribus, nec in majoribus major; sed tamen ut Augustinus testatur, in aliis intentius, in aliis remissius effectus suos exercet, cum in singulis particulis corporis essentialiter sit, unitati magis, quam simplicitati obnoxia perpenditur. Omnis enim res simpliciter simplex, una & unum est. Non autem si una, statim & simplex. Unde dicitur Deus simplex, non ob aliud, teste Isidoro, * nisi quia non est aliud ipse, & aliud quod in ipso est. Rem vero unam convenientia duo simul vel plura aliquando faciunt, ut unum corpus constans ex quatuor elementis. Anima itaque quamvis diversarum compactionem partium in sui confectionem non recipiat, quia tamen aliud ipsa & aliud in ipsa est, secundum auctoritatem prælatam, potius unitate, quam ex simplicitate convenit ei esse. Hac etiam eadem rationis demonstratione Deus ex simplicitate dicitur magis proprie, cum pene nihil, aut prorsus nihil de eo dicatur, nisi improprie. Quid enim est quod dicitur Deus ex unitate vel ex simplicitate, nisi Deus ex Deo, pater scilicet a semetipso, filius a patre, Spiritus sanctus a patre & filio? An desipit ita quispiam, ut participatione simplicitatis simplicem, participatione unitatis unum, participatione bonitatis bonum existimet Deum, sicut sapiens participatione sapientiæ efficitur homo, & cetera hujusmodi? Quicquid in Deo est, Deus est: sapientia in Deo est, & Deus sapientia est: potentia in Deo est, & Deus potentia est: bonitas in Deo est, & Deus bonitas est. Non magis ergo Deus ex unitate, quam ex simplicitate. Jam extorsissem digitis stylum, & ori meo imperassem tempestivum silentium, si non decrevissem expiare hic quicquid de amico remordet animum. Durius siquidem pungitur cor meum, dum uspiam pingitur filius medius inter patrem & spiritum. Prorsus idolum abominationis conflaret, qui sculptile quodlibet sic sculperet vel dipingeret. Consubstantialitas enim, coæternitas, coæqualitas unius Trinitatis & trinæ unitatis, Patris, ac Filii, ac Spiritus sancti, non recipit prius ac posterius, majus & minus, inferius & superius: sed totus pater in toto filio, totus filius in toto patre, totus Spiritus sanctus sigillatim & communiter in unoquoque & in utroque simul. Hæc sancta & semper cum tremore nominanda Trinitas ubique tota per essentiam & potentiam, non per gratiam diffusa, non spatiosa magnitudine, quemadmodum lux visibilis, vel aliud visibile, sed sicut sapientia in homine. Vides enim duos homines, unum parvum & alium magnum corpore, in sapientiæ tamen participatione æquales esse. Sic divina essentia uniformis & unius modi est & in maximis & in minimis. Sicut denique incomprehensibilis est pro sui immensitate, sic etiam indivisibilis pro sui simplicitate. Intelligamus, inquit Augustinus contra Arrium, Deum quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ præsentem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine commutatione mutabilia facientem, nihil patientem. Juras, credo, sic te nec aliter credere vel credidisse. Protestor & ipse in fide mea, si lingua quia in udo est erravit, corde sic sensisse. Simplex enim res refugit & respuit omnem adjunctionem, omne consortium. Ne diu tamen a cogitationibus conturberis, revolvens ubi hoc dixeris, in sermone de sancto Victore scribis: Ubique autem est in medio. Nam & in illa deitatis essentia est medius filius inter patrem & spiritum. Meminisse debes nunc, quia mediator unius non est: Deus autem unus est, pater, & filius, & Spiritus sanctus. Quod si creatum, non increatum spiritum, ideo quia sanctum non subjunxisti, intelligendum aliquis æstimat, regulam Hieronymi * de significatione hujus nominis penitus ignorat. Ubi, inquit, spiritus sine adjunctione aliqua in scripturis ponitur, Spiritus sanctus recte intelligitur. Si autem intellector jam dictus de creato spiritu dictum prorsus contenderit, nec minor abusio, quam de increato superius ostensum est, remanebit. Qui enim pugillo concludens omnia, extra & intra, infra & supra est, qua ratione medius dicatur, qui comprehendat nemo est. Clamitas, totum me effudisse spiritum meum. Quid ut? Cum tibi effundo, non effundo, sed infundo.

* Lib. 1. de summo bono cap. 1.

* Sub finem libri 1. in Habacuc.

EPISTOLA III.

Nicolao suo Petrus suus.

LVIII.

MIrabili conditas sapore literas aviditati meæ componitis, quotiens scribitis. Ut enim veraci amico veraciter loquar, illud pene proprie proprium apud me habent, *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient*. Ipse autem & si imperitus sum stylo rescribendi, non tamen scientia redamandi. Scio quem amare debeam, quare, & quantum, & quandiu. Quem, nisi servum Dei, nisi qui diligit justitiam, & odio habet iniquitatem, nisi denique qui in Deo manet & Deus in eo? Quare, nisi quia conservus, & frater est, nisi pro quo Christus passus est? Quantum, nisi quantum me filius Dei, quantum me ipsum, quantum manus oculum? Quandiu, nisi usque ad mortem, nisi usque in sæculum sæculi, nisi usque in æternum & ultra? Generaliter sic afficiuntur qui non quæ sua sunt quærunt, sed quæ Jesu Christi, qui pleni caritate & dilectione in cubilibus & in hortis aromatum in meridie cubant & pascunt. Isti sunt tui, immo mei Clarevallenses. Hi sunt qui non sicut ille negaturus Jesum a longe sequuntur, non sicut alii appropinquantes stant, vel ab eo recedentes post Satanam redeunt: sed sindone rejecta nudi post nudum ambulant, agni vestigiis inhærentes ad cœlum transvolant: & donec ad sedentem in throno accedant, & regi opera sua dicant, super montes aromatum transilire properant. Hi sunt cervi montium, capræ camporum, hinnuli sylvarum. Denique

Eccl. 24. 29

ipsi sant liliam convallium, cedri libani, olivæ aberes in domo Dei. Pulchræ sant genæ eorum absque eo quod intrinsecus latet. Amplior virtns qaam fama, flamma non tanta qnantus ardor, laus eorum consortata est, nec possum ad eam. Vere & tu ex illis es. Nam & loquela tua & opera manifestum te faciunt. Si ergo ut prædixi mutua dilectinne adinvicem specialiter afficimur, & quis, & quare, & quantum & quandiu, firmiter conservabimus. Pene tanquam oculis captus non attendens quis & qui scribam. Qua enim fronte insipientiam meam, turpitudinem meam, tarditatem meam oon abscondo, non operio, nnn celo? Et si oculis iosipientium illudo, capreæ & lyncei oculos sic quoque decipere posse præsumo: Sed ne decipiaris, plus in me aliqaid quam audir sensus & ingenii suspicans, prorsus aperio paupertatis meæ inopiam. Nempe quia fodere non valeo, mendicare non erubesco. Aperi igitur manum, resera os, ut parturiat sapientiam. Quæro autem, quid sit quod ait Hieronymus in epistola ad Rufinum exponens judicium Salomonis super quæstione duarum meretricium, Tertia die post quam ego peperi, peperit & hæc. *Si consideres*, inquit, *Pilatum lavantem manus atque dicentem*, Mundus ego sum a sanguine justi hujus: *si Centurionem ante patibulum consistentem*, vere hic erat filius Dei: *si eos qui ante passionem per Philippum dominum videre desiderant: haud ambige primam peperisse Ecclesiam, & postea natum populum Judæorum, pro qua dominus precabatur.* Pater ignosce illis, &c. De Centurione, & de bis qui Dominum videre quærunt, quod Ecclesiæ filii sint, non tam durum mihi videtur: sed de Pilato prorsus incredibile æstimo. Seqoitur in eadem epistola: *Nulla*, inquit, *dubitatio est, quin cuncta quæ dicuntur, non Salomoni mortuo, sed Christi conveniant majestati. Simulat ignorantiam, & humanos pro dispensatione carnis mentitur affectus*, &c. Si dominus noster Jesus Christus quicquid humanæ naturæ est prætee peccatum assumpsit, & humanos affectus non fallaciter, sed veraciter habuit; quomodo ergo mentitur humanos affectus?

EPISTOLA IV.

Sua suus semper suus.

LIX. STella quandoqne de cœlo ad ima videtur, sed oculis insipientium, defluere: coagulis tamen naturæ, & divini clavis mandati, sic defixa in æternum cœlo adhæret, ut sicut prius liber idem cœlum convolvatur, quam stella ab ipso divellatur. Sic sic, mi carissime, ex quo Deus in firmamento cordis nostri stellam amoris mutui impressit, etsi fefellit oculum ignorantis leges amicitiæ repentina scintillatio instabilis fortunæ, non tamen cessit aut decessit igniculus stellæ. Unde & tunc, cum quasi lædebam, non quasi, sed revera diligebam. & cum avertebam oculum, non avertebam animum. Deo autem gratias, quia in plenilunio suo reformata denuo, quasi viribus resumptis radios primos solito splendidiores, tanquam in invidia prioris defectus, amplificato affectu emisit. Procul jam deinceps sit, tam noctis tenebrosa interpolatio, quam diei nubilosa caligo. Sed de his hactenus. Quia vero minus jacula feriunt quæ prævidentur, mando & moneo, ut caveas tibi a labiis iniquis, & a lingua dolosa. Apud nos enim quædam de te disseminata sunt, quibus forte nisi clypeum cautæ provisionis opposueris, lædi in curia poteris. Summi nempe quidam viri cuidam de curia qui apud nos est, ut ipse audivi, insusurraverunt te de curia dixisse quædam inhonesta, & te falsum Legatum domini Papæ in his partibus gessisse. Quæ nescio utrum sint magis falsa, quam maligna, vel e converso. Sapiens es, esto tibi in his sapiens. Valete

EPISTOLA V.

[a] *Sua suus semper & unice suus.*

LX. ECce in cineribus beati Aigulfi cum beato Job lugens & dolens, debeone studere verborum elimatis splendoribus, exquisitis facibus? Quinimmo, juxta viscerum commotionem, lugubri, ut sic dicam, & famoso sermone afflictum repræsento animum. Mi carissime, curro & discurro quasi vagus & profugus, si forte dispersos cineres a quatuor ventis cœli recolligere possim. Hinc est quod non cineres, sed fruges pretiosas, etiam ubi non semnavi, videlicet de Anglia, metere volo. Manipulos etenim eleemosynarum gentis illius ut metat beatus Aigulfus, injungo. Quid mea interest falcem extendere, ubi nunquam vel arare potui, vel seminare? Sed non usquequaque absurdum est quod facere propono: quia etsi terram illam non colui, te tamen quasi areolam aromatis pro tempore consevi bonis speciebus, cum mecum fuisti, cum tecum habitavi, cum te amavi, cum te retinere promerui. O bone Deus! quam feliciter prosperata est bona ista arra, immo pinguissima oliva! quomodo sursum germinavit! & radicem deorsum misit! quomodo ramos suos extendit! quomodo jam jam replentur famelici de fructu propaginum ejus! Gustavi & vidi, quia bona est pinguedo ejus, & fructus ejus dulcis gutturi meo. Non est conversa in amaritudinem vitis alienæ. Jam in umbra ejus quam desideraveram sedeo: jam umbracula ejus ab æstu, a turbine & a pluvia me defendere sufficiunt. Dies illa sit benedicta, hora nunquam pertranseat, cum defectu temporis, qua Joannem meum feci, qua talem & tantum amicum in filiis hominum apprehendi. Tibi Deus custos animæ meæ, tibi commendo illum, tu ei vitam, tu bonam vitam, tu prosperitatem dones, tu inter brachia tua, tu sub umbra alarum tuarum semper illum conserves. Quid enim melius optari potest amico? ut nihil aliud quæram vel mihi, vel amicis meis, isti quos nunc aspicis cineres monent. [b] Retro paululum laquearia, trabes, postes, & ligna robusta erant, qui modo pulvis tenuissimus & cinis vilissimus est. O munde, aut res mundanæ quid estis? Immo quam vane nos decipitis? Certe non estis quod esse videmini. Certe videtur in vobis pulcritudo aliqua, dulcedo, & utilitas, sed

---

a *Suo suus*) Joanni Saresberiensi, ad quem & septem proximæ, atque alia passim complures. Huic enim arcta & vetus cum Petro Cellensi necessitudo, a quo exul olim monasterio receptus, benigneque habitus, & multis postea beneficiis auctus est: quibus obnoxium se Joannes variis ad eum literis profitetur, sed præcipue epistola xxcv.

b *Retro paululum laquearia*) Ecclesiæ S. Aigulfi Pruvinensis, quæ conflagrarat, ut dictum est lib. I epist. XVIII.

veritate requisita neque pulcritudo, neque dulcedo, neque utilitas vera est in vobis. Vera est, vera est de vobis sententia, quia cum sit in vobis vanitas, cor vanum facitis, quod possidere poteritis. Sed de his hactenus. Ut ad rem accedamus, scito amice quia pretiosum martyrem Aigulfum in vase non vili ecce ad peregrinandum in egestate sua destinamus. De manu mea in manum meam illum depono. Quodcunque volueritis, quodcunque disposueritis de nuntiis, ratum habeo. Generalem administrationem & curam in his amicitiæ tuæ assigno.

Epistola VI.

Frater Petrus Magistro Joanni.

LXI. Favus distillans labia tua, mel & lac sub lingua. Ut vidi literas tuas, cor meum jubilo, os meum impletum est risu. Miscuisti siquidem jocos seriis, sed temperatos & sine detrimento dignationis & verecundiæ. Sales tui sine dente sunt, joci sine vilitate. Sic decurrit oratio tua, tanquam illa quæ aliquando nubes capite tangit, aliquando autem vultum in terra demittit. Invenit hæc gratiam in oculis meis, mecum manebit, & apud me tota nocte erit. Est namque vox tua dulcis in auribus meis; & monitus tui satis amabiles in faucibus meis. Insurgit autem sæpe ventus contrarius, imbrium tuemæ quatiunt domum, & bruchus, locusta, eruca, & rubigo hortuli mei areolas devastare tentant. Sed angelus magni consilii surgit de navi, & facit tranquillitatem ventorum, serenitatem nimborum, exterminationem inutilium vermium. Cum enim Deus pro nobis, quis contra nos? Sunt certe mortis pericula, sunt in deserto serpentium venena mortifera, sunt prorsus amaritudines aquarum: sed serpens æneus, sed virga Moysi, sed columna nubis per diem, & ignis per noctem, amarum vertit in dulce, eripit a morte, liberatque a morsu. Sumus quasi nihil habentes, & omnia possidentes, quasi morientes & ecce vivimus. Hæc consolatio mea in loco peregrinationis meæ, quia nihil intulimus in hunc mundum, sed nec quid auferre possumus, quia volucres cœli non serunt, neque metunt, & tamen pater cœlestis pascit illa. In baculo meo transivi Jordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior. Cum denique via sit brevis, locus prope quo tendimus, quare tot onera humeris debilibus imponimus? Quare incassum multa portamus? Certe si dominus Deus fuerit mecum in via ista, qua ego ambulo, non deerit mihi panis ad edendum, & vestimentum ad induendum. His paucis natura contenta erit. Tu autem pars magna deliciarum mearum, in te opes meæ: tu capitis mei reclinatorium aureum. Utinam corporum eadem semper mediante Christo propinquitas esset, quæ animorum. Nolo ut piger sis, non valens manum ad os mittere, id est, bonum quod doces facere. Deliciosus enim & improbus monitor est, qui in eo quod alium docet, seipsum non docet.

Epistola VII.

Magistro suo I. de Saresberia suus Abbas Cellensis, quicquid melius est in vita præsenti sive futura.

LXII. More sitientis sub æstu, & præstolatione diu desiderati potus jamjam supra modum fatigati, vasculum literarum tuarum amanter suscipiens, ardenter relegens, frequenter resupinans, & quasi novi gustus iteratione, in dulcedinis abundantia ad fundum usque ebibo. Duplicatur, immo triplicatur legentis affectus, ubi materia gratitudine dilecti animi & styli jocunda lepiditate optatam narrationis seriem profert. Sensibus philosophicis quæ scribis condiuntur, rhetoricis coloribus vestiuntur, decentissimis legum ornamentis decorantur, columnis Evangelicis fulciuntur, & quod ad amicos attinet, mellito sapore decentissime dulcorantur. Si lucrum quæro sententiarum, si doctrinam, si voluptatem, si verborum juncturam, si amoris veritatem & dulcedinem, in literis tuis hæc omnia abunde reperio. Navis ibi ad natandum, hortus deliciarum ad deambulandum, mensa plena & parata ad convivandum, lectulus floridus ad quiescendum, gymnasium ad philosophandum. Non est idolum mendacii, non fallaciæ lenocinia, non denique adulationis profunda vorago, non lasciviose diffunditur ab exigua cordis vena verbum promissivum juxta illos qui dicunt & non faciunt. Sed quid? latior in corde, rarior in ore amor, ardet in fumo, currit sine spuma: movet alas, sed silenter: petit ima, sed tam sublimiter pro animi generositate, quam fortiter pro integritate. Accedit, sed non incendit. Nam calorem facit, sed non cinerem. Finem quidem novit, sed cum termino consummationis non consumptionis. Qualem loquor scribendo amorem, talem in amicum cogito, immo recognosco. Felix anima mea, quæ talem repetit, vel saltem reperit amicum. Domine Deus cordis mei, tuus erat Joannes, & mihi eum dedisti. Proinde tuus sum ego, dicam amicus? utinam, vel servus: certe servus, sed emptitius. Siquidem redemisti me, dando pro me filium tuum: profecto & emisti, dando mihi famulum tuum. Præcipua hæc inter cætera beneficia, quæ & si modo reticeo, non tamen prætereo, non denego, non obliviscor. Nam & ipsa consignata sunt in thesauris memoriæ. consepelio ad convivendum & ad commoriendum. Sine his enim nec vivere valeo, nec mori volo. Ad Joannem meum accedo, quem a manu gratiæ accepi, tanquam gratiam a gratia, sed tamen non pro gratia. Vacuum namque gratia invenit me gratia. denique & plenum, sed culpa & pœna. Jam pœnam extenuare, culpam vero evacuare cœpit, cum Joannem in amicum subrogavit, qui nescientem instrueret, laborantem juvaret, errantem corrigeret, pigrum excitaret, exulantem foveret, dolentem relevaret. Quem respiciunt hæc munera? Te domine Deus, summe & principaliter: te carissime amice, secundario & multipliciter. Sub modio humilitatis nostræ aliquando latuisti, jam lucerna ardens quidem conscientia, sed non adeo lucens fama. Posuit autem te Dominus in lucem gentium, ut sis oculus cæco, pes claudo, lingua stulto, manus manco, auris surdo, ut secundum nomen tuum gratia in prædictis suppleat quod natura minus poterat. Profecto licet doleat absentiam tuam, tamen in his consolabitur anima mea, jura publica non ignorans praferenda privatorum utilitatibus. Sic cœpisti. Caudam appone in sacrificiis Dei tui. Hoc juxta capellam scripsi sancti Aigulfi; tibi opportunitate nuncii tui nunquam fraudari volens, quod aliquid rusticitatis nostræ ad rusticandum mittam. Cras in decentissimo cumulo, videlicet capsa nova, reposituri sumus sacratissimum corpus domini tui beati Aigulfi, cujus caput & corpus habemus. Vale.

Epistola VIII.

P. Dei gratia Cellensis monasterii dictas Abbas Joanni amico suo a Deo totius consolationis consolari.

LXIII. QUæris, frater, a me scripta exhortationis, parum pensans torrentes nostræ occupationis. Quæris iuquam consolationem, quia sentis desolationem: postulas auxilium, quia portas exilium: imploras remedium, quia ploras discidium. Quis ergo ego sum, qui tibi scribere possum uude fovearis, unde conforteris, unde consoleris? Orare quidem pro te vix possum, perorare nullo modo possum. Filius vero olei, qui conceptus est de spiritu sancto, quem unxit Deus præ participibus suis, cujus nomen effusum Christus Jesus, venit ut ipse dicit, consolari lugentes Sion. Utinam secundum multitudinem dolorum tuorum consolationes ejus lætificent animam tuam. *In tribulatione*, inquit, *sua mane consurgent ad me*. Et tu Jesu, quid? quousque avertis faciem tuam? quousque non profers manum de sinu? quousque nubem opponis, ne transeat ad te oratio nostra? Tempus est miserendi. Convertere, respice, & deprecabilis esto. Da auxilium de tribulatione, erue ab oppressione, protege a tentatione. Filii hominum cui supplicare habent, nisi filio hominis? quem interpellare, nisi mediatorem Dei & hominis? ubi confugere, nisi ad patibulum crucis? Hic, hic turtur pullos suos reponit, vultur audaciam ponit, columba gemitus promit. Hic botrus Cypri, flos campi, odor lilii, flumina paradisi, porta cœli, salus mundi. Ecce portus, ubi potus vini mixti, ubi cibus panis in ligno crucis decocti, a patre signati. Ubinam tanta oculorum delectatio, tantumque aurium melos? Juxta figenda sunt castra, nec infra remanendum, nec ultra progrediendum. Hic compone mores, depone mœrores, appone tuos amores. Nusquam alibi propitiatio, non propitiator, neque Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium. Oblitusne es Abraham ad ilicem Mambre Angelos vidisse, sub arbore malo sponsum sponsam suscitasse, omnem aquarum amaritudinem tactu ligni in dulcedinem Moysem convertisse? Omnibus itaque molestiis carnis, infestationibus antiqui hostis, machinationibus omnimodæ malignitatis oppone clypeum crucis. Manus Domini quæ tetigit te: recordare quia ipsa est quæ creavit te. Nunquid lutum dicit figulo suo, quare fecisti sic? Loquere potius in amaritudine animæ tuæ, & dic Deo: Misericordissime domine, & pater misericordiarum, posito in labore hominum da requiem Angelorum, ejecto a facie terræ da ingressum supernæ patriæ, consolatione destituto humana, adsit divina. Usque ad sedentem in throno vox hæc evolabit, si non doloris impatientia, vel cordis insipientia illam retardaverit. Equidem, frater, dolores apprehenderunt te inter angustias. Quid mirum? Non est, inquit Jesus, dolor sicut dolor meus. Quare? Quia non peccavi, & pœnam peccati tolero; quia non rapui, & solvere exigor. Immo non est dolor sicut dolor meus, quia servus emptus contemnit pati, quæ sustinet dominus ejus. Filii hominum, usquequo gravi corde? Nonne cum essem dominus factus sum servus? cum essem impassibilis, factus sum passibilis, mortalis cum essem immortalis? Ut quid fœnum recusat, quod cælum, immo dominus cælorum portat? Ex hoc mundo Jesus transivit, & fœnum manebit? Cælum quoque & terra transibunt, & cinis & pulvis habitabunt? Propterea, frater, consuletur te flagellum inundans, immo mundans. Hæc, inquam, tibi sit consolatio, ut affligens te manus Dei non parcat. Sic ad purum scoria tua excoquatur, ut anima tua nunquam: ex auro obrizo cæleste vas cælesti forma formetur. Filius fabri sedet conflans & emundans argentum: & aliud quidem vas facit in honorem, aliud in contumeliam. Vis videre vas in honorem? Ad tertium cælum rapitur Paulus vas electionis. Ubi ab ubertate domus Dei inebriatus exclamat, O domine calix tuus inebrians quam præclarus est? Sic inebriatus nec verberibus cedit, nec flagellis, nec plagis, nec doloribus, nec mortibus. Hic Joseph scyphus est, in quo augurari solitus, præterita, præsentia, & futura genti suæ enuntiat. Joannes Evangelista nonne regressus a cella vinaria, exiccatum nobis vinum propinat, *In principio*, inquiens, *erat Verbum*, &c. Joan. 1. Ecce vas in honorem. Vasa quoque stulti pastoris vasa sunt contumeliæ, in quibus vini sapor in saporem vertitur aceti. Hæc exsufflantur a mensa regis, quia inflantur scientia carnis: hæc inquam per superbiam inflantur, per invidiam siccantur, per iram crepant, per acediam franguntur, per avaritiam disperguntur, per gulam inficiuntur, per luxuriam conculcantur, & in lutum rediguntur.

Epistola IX.

Suo Clerico suus Abbas.

TIbi an occupationibus tuis visitationum tuarum raritatem imputare debeam, non plene discerno. Hoc unum perpendo, quod literarum tuarum ad nos rarissima pervenit salutatio. Et fortassis fluctus marini hoc faciunt? Sed quas absorbuerunt? Ostende mihi chartam caritatis deperisse, & non me causabor oblitum fuisse. Rursus quem mittas non habes? Et unde hæc inopia, nisi forte ex copia? Certe ante te currunt plures, post te innumerabiles. Dicis huic, vade, & vadit, & alii veni, & venit. Ignoras quo me requirere debeas? Plane in medio populi mei ego habito, non in secessu sylvarum, non in voragine terrarum. Potesne te excusare & dicere, Domine Babylonem non vidi, & lacum nescio? Sed hic, hic tu mecum frequenter sedisti, dormisti, fuisti: taceo quod aliquando præ multis aliis locis & terris dilexisti. His verborum nexibus alius quilibet irretitus & illaqueatus cessante excusationum suarum ratione humiliter misericordiam peteret, & patientiam imploraret. At tu cornu legum sive dialecticarum argumentationum armatus, velut fila araneæ ista contemnis, & alia exire via contendis. Est, inquis, mihi dominus, sunt & alii amici, quibus trahor, vel necessitate obedire, vel caritate providere. Bene. Nonne prius & plus omnibus amavi? Nonne dextras societatis & ipse dedi? Equidem tibi fœcundiora lucra apud alios reperisti, sed non fidem, sed non amorem. Plus quidem donare, non tamen plus possunt amare. Communicavi namque tibi non solum substantiam, sed & animam. Non est occultatum os meum a te, non consilium, non denique quantumlibet remotissimum arcanum. Et tibi post hæc, fili mi, ultra quid faciam? Addam si addi potest ad animam. Quid, inquis, quæris? Animam pro anima, oculum

LXIV. (margin note: Osee. 6. 1.)

A pro oculo, dentem pro dente, non eruendum, sed impendendum, non extrahendum, sed conservandum. Ad dominum Papam appellatus pro cœmiterio sancti Sereni de Cantumerula, quod imminuere, vel auferre nobis nititur Canonicorum & Abbatis nimis præsumptuosa supebia, contra privilegium [a] Anastasii Papæ, quod tu ipse vidisti, & partim fabricasti, contra jus antiquissimum nostrum, Lucæ Evangelistæ coartavi terminum, quem ipsi perduxerant in primam Dominicam adventus Domini. Causa ista tua est, cogita tanquam tuam, vel de tua. Non vadam, sed mittam juxta consilium tuum. Vale.

B

EPISTOLA X.

b [b] *Suo Clerico suus Abbas.*

LXV. SAtis amœnum delegisti, mi carissime, exilium, ubi superabundant gaudia licet vana, ubi exuberat plusquam in patria panis & vini copia, ubi amicorum frequens affluentia, ubi sociorum non rara contubernia. Quis præter te alius sub cœlo Parisius non æstimavit locum deliciarum, hortum plantationum, agrum primitiarum? Ridendo tamen verum dixisti: quia ubi major & amplior voluptas corporum, ibi verum exilium animarum: & ubi regnat luxuria, ibi miserabiliter ancillatur & affligitur anima. O Parisius, quam idonea es ad capiendas & decipiendas animas! In te retiacula vitiorum, in te malorum decipula, in te sagitta inferni transfigit insipientium corda. Ita Joannes meus sentit, & ideo exilium nominavit. Utinam istum exilium vere sicut est deputares, & ad patriam non verbo & lingua, sed opere & veritate festinares. Ibi in libro vitæ non figuras & elementa, sed ipsam sicut est divinitatem & veritatem oculo ad oculum cerneres, sine labore legendi, sine fastidio videndi, sine fallacia, vel errore intelligendi, sine sollicitudine retinendi, sine timore obliviscendi. O beata schola, ubi Christus docet corda nostra verbo virtutis suæ, ubi sine studio & lectione apprehendimus quomodo debeamus æternaliter beate vivere! Non emitur ibi liber, non redimitur magister scriptorum, nulla circumventio disputationum, nulla sophismatum intricatio, plana omnium quæstionum determinatio, plena universarum rationum & argumentationum apprehensio. Ibi plus vita confert quam lectio, plus prodest simplicitas quam cavillatio. Ibi nemo concluditur, nisi qui excluditur. Uno verbo, omnis ibi solvitur objectio, cum male malam

Matt.25.41. vitam objicienti respondetur, *Ite maledicti in ignem æternum qui paratus est Diabolo & angelis ejus*. cum bene opponenti dicitur, *Venite benedicti*, &c. Utinam his melioribus studiis sic intenderent filii hominum, quomodo vaniloquiis, quomodo scurrilitatibus vanis & pessimis. Certe fructus e inde uberiores, certe favores excellentiores, certe honores majores meterent, & finem consummationis Christum, quem in his inventati non sunt, sine dubio perciperent. Valete.

EPISTOLA XI.

Suo Joanni suus Petrus Abbas Cellensis bonum quod est super omne bonum.

LXVI.

ALiter fit frequenter in rerum eventu, quam perpendat hominis providentia. Ea præcipua est in causis, quare amatores veritatis quandoque loquuntur, & si non contra veritatem, tamen extra orbem veritatis. Unde si hujus rei in luce exprimatur continentia, nec mendaces dicendi sunt, quia contra veritatem non loquuntur, nec proprie veraces qui aliud quam contingat opinantur. Itaque sicut præcipitium falsitatis usquequaque devitare volo, sic veritatis B ripam etsi non contingo, saltem affecto. Reducor proinde a falsitate volens, a vero nolens: teneo autem medium, immo retineor a confinio hujus & illius dolens, quia semper quod est, vel futurum est, tam vellem, amice, dicere quam scire. Scio equidem non imputandum alicui malum, quod patitur, sed quod facit, vel meretur. Similiter æstimo asserendum in eo, qui tantum ex insidiis fortunæ fallitur & nunquam e proposito fallit, ut dignus sit compassione, non condemnatione. Hæc, amice carissime, præmiserim, quatinus noveris me retentum invitum ab executione sponsionis, qua vel nuncios vestros, vel [c] cineres beati Aigulfi mittere debui. c C Intervenerunt plurima, quæ huic prævalide obstiterunt. Unum horum fuit, quod Vv. vester, immo vere noster, a Roma per nos redire debuit, & juxta suum consilium disponere negotium illud distuli. Non autem per nos venit. Itaque mitto fratrem Vv. monachum nostrum, ut juxta exemplar quod ab ore tuo detulerit, omnia faciamus. Ad nutum enim tuum semper facturus sum, præcipue in Anglia, quicquid dixeris. Neque enim volo tibi esse onerosum hoc genus negotii, quod omni honesto viro molestum esse non dubito. Cujuscumque namque emolumenti lucra reportaturi sunt, pro vilissimo D stercore habiturus sum, si vel ad modicum fides, vel pudor faciei tuæ contra senserint. Mando igitur, immo adjuro amicitiam tuam sanctissimam, ne de statu rectitudinis tuæ propter me pedem moveas, sed quod justum & bonum in oculis tuis fuerit, Indubitanter remandes. Pace & patientia indissimili, juxta verba oris tui, alterum quodlibet accepturus sum, scilicet mittere, vel non mittere prædicatores. De his hactenus. Ceterum exultat spiritus meus in Deo salutari meo, tam de suavissimo bono odore opinionis tuæ, quam de prosperitatis tuæ. Unus es omnium mortalium, cui pene omnes inviderent non immerito amici nostri, si quanta E prærogativa præ omnibus illis sedem tuam in principali nostro collocaveris attenderent. Inter tres priores tu princeps, & ad te nescio si aliquis pervenire possit. Magister Vv. & Magister R. amicitiam, quam ad te habent, [d] in negotio Hawidis neptis nostræ comprobaverunt. d Steterunt enim pro marito sive matrimonio ejus, ne scinderetur, tam constanter in curia, quam fideliter. Non eis modicas grates referas. Dominum Archiepiscopum ex parte nostra saluta, & omnes amicos nostros sancti B.

---

a *Anastasii Papæ*) Quarti, qui post Eugenium III. sedem obtinuit anno M. C. LIII. De hac porro cœmeterii controversia jam ante scripsit lib. I. epist. IV.

b *Suo Clerico*) Eidem Saresberiensi, quem clericum item suum nominat libro VII. epistola VI.

c *Cineres B. Aigulfi mittere debui*) Sacras reliquias, quas ei promiserat. Saresberiensis epist. XCVII, *B. Aigulfi mihi pignora promisistis*.

d *In negotio Hawidis neptis nostræ*) Ejus nempe matrimonio cum Petro de Tornella, de quo supra lib. I. ep. IX.

EPISTOLA XII.

Carissimo amico suo & magistro Joanni de Saresberia P. suus amicus & discipulus cum Jesu & in Jesu semper in terra & in cœlo.

LXVII. NOvit prudentia tua, quod granum frumenti cadens in terram nisi mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Granali nostri fructum centesimam spero me recepturum, partim roris superni fœcunda infusione, partim agri quem benedixit Dominus læta fœcunditate. Provenit namque numerosa proles benedictionum ex accessu dati optimi, sive doni perfecti, cum libero arbitrio boni hominis. Ubi enim gratia saliendo cum impetu æternæ emanationis influit, quid anima nisi vitam eructat? Nunquam sterile, nunquam inane est conjugium gratiæ & animæ. Jesus, qui salvat populum suum a peccatis eorum, fructus benedictus est hujus copulæ. Ubera non habet arentia, non vulvam sine liberis, anima cui adjungitur gratia. Parturit anima quidem, sed non gemens: generat gratia, sed non corrumpens. Suscipit semen anima cum delectatione, sed non delicto: parit fœtum de spiritu gratiæ, sed cum salute: venter non superbia turgescit, sed crescit humilitate: lumbi non opprimuntur gravedine, sed imprimuntur castitate: mammæ non intumescunt lactis recursu, sed extumescunt humanæ fragilitatis decursu. Manus angelicæ obstetricantur in tam salubri partu, pannis virtutum involvitur fœtus, donec rapiatur ad Deum & ad thronum ejus. Mater autem quid? fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum a Deo, ut ibi pascant illam diebus mille ducentis sexaginta. Draco namque stat ante mulierem quæ est paritura, ut devoret, cum pepererit, filium ejus. Non est occultatum a te, magister & amice carissime, qui astutias serpentis antiqui non ignoras, quid esuriat draco, quid sitiat. Quid, nisi filium virginis? quid, nisi desiderium cordis? Quid, nisi prolem virtutis? Quamobrem rapiatur non tantum a faucibus, sed ab aspectibus ejus mentis propositum, & tota festinatione non delibatum, sed illibatum mittatur ad Deum. Certe nisi subvenerit vel prævenerit festinatio in ore draconis, fiet anima nostra delibatio ejus. Quam cito autem mater petit deserti solitudinem, tam cito filius conscendet cœli celsitudinem. Quo remotius secesserit mater, eo altius & remotius rapit filium pater. Nisi fugerit mater, proprii nati visceribus viscera draconis implebit. Non est timendum venire, ubi desinis timere. Nil timet, nil odit, nil refugit sic diabolus, quomodo solitudinem claustri. Potius deligit porcorum gregem, quam sanctorum solitudinem. Sponsus ducit sponsam suam in solitudinem, & ibi loquitur ad cor ejus. Isaac egressus erat ad meditandum in agro, cum ecce sponsa ejus Rebecca ascensis camelis calcando vitia superbiæ & immunditiæ suæ veniebat. In solitudine Jesus tentatus super aspidem & basiliscum ambulat, & conculcat leonem & draconem. Meritorium animarum est solitudo: castra domini exercituum est solitudo: sagena ad capiendos pisces est solitudo: paradisus delitiarum est solitudo: gymnasium est cælestis Philosophiæ solitudo. Quid amplius? deambulatorium Dei est solitudo. Solitudo novit vigilias Jesu, solitudo suscipit lacrymas Jesu, solitudo orationes Jesu audit, solitudo tempus & horam nostræ redemptionis cognovit, solitudo nascentem, solitudo prædicantem, solitudo turbas pascentem, solitudo in transfiguratione coruscantem faciem Jesu sole clarius attendit, solitudo morientem, solitudo resurgentem, solitudo ascendentem Dominum conspexit. Ecce quare exultant solitudines Jordanis. Si qua asperitas, si qua amaritudo, si qua prius fuerat in solitudine formido, mitigata est sanguinis Jesu effusione, dulcorata est ligni crucis immissione, sublata est Jesu cohabitatione. Socio Jesu quid times? pascente Jesu quid esuris? lavante & ungente Jesu quid doloris persentis? Vale.

EPISTOLA XIII.

Frater Petrus Abbas indignus Cellensis monasterii P. [a] monacho Norvicensi spiritum salutis. a

LXVIII. UT ignotus ignoto scriberem, T. vester, immo noster impetravit & rogavit. Injustum namque esset, si in re tam honesta pater filium confunderet. Quia igitur vitæ, scientiæ, & professionis probatæ, profundæ, nec ignotæ estis, pallio verecundiæ vultum abscondo, & vocem vix tremulam emitto. Audite itaque si placet veritatem, non vanitatem, pietatem non falsitatem, ammonitionem non adulationem. Scio quia unius viri filii sumus, unius regula informamur, in domo una unum ab uno requirimus. Quapropter si trahimur trahamus, si vocamur invitemus, si currimus currere moneamus. Qui audit dicat, veni. Ceterum si sequi noluerint, liberi a conjuratione qua conjurati sumus, inter innocentes manus nostras lavabimus, & sic ab introitu gloriæ Dei epulabimur. Hæc ideo dixerim, quia in nostra, credo, quod & in vestra patria non monachi, ut pace illorum dicam, sed ex monachis super numerum multiplicati, nomini sancto, quod invocatum est super eos, contumeliam faciunt, dum turpiter vivunt, dum ventris, gulæ, & luxuriæ desideriis se exponunt; dum corpus suum, quod dici nefas est, & negatio contra Deum, contumeliis afficiunt. Nomen itaque Dei per eos blasphematur inter gentes. Utinam Phinees resurgeret! utinam Helias zelo zelatus pro domo Israel recumbentes in idolio igne cælesti consumeret! utinam saltem Jeremias captivitatem filiæ Sion triplici luctu, scilicet orationis, prædicationis, & exempli doceret, moneret, defleret! Verus nempe Pharao, qui omnia dissipat, & cum Deo non congregat, lapides sanctuarii per platearum compita disseminat, vasa templi Domini in delubris suis juxta Dagon asportat, filium virginis cum filio Veneris collocat, & in phialis & scyphis cum concubinis suis usque ad mane potare non cessat. Usquequo Domine non est qui pennam moveat & gannire audeat? Medium silentium tenent omnia. Moyses non extendit manus ad cælos:

---

a *Monacho Norvicensi*) Ecclesiæ Norvvicensis in Anglia, in qua Joannes Prior Norvvicensis, ad quem Saresberiensis epistola ccii.

graves enim sunt, & plenæ funguine. Ideo vincirur Israel, & vincit Amulech. Qoutunr fabri coroibos suis ventilant universom Jodum & Israel, dum residoum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ bruchus, & residuum brochi robign. Hæc sunt tertia & quurta generuein, In quibus dominus reddit peccata patrum in filiis. Prima scilicet generatio est suggestio catnis, secoodu primus pulsus cogitatioois, tertia deliberutio vel perperratio operis, quarta glorlutio sceleris. Felix qui his cornibus non ventilutur. Si qua itaque io vobis est misericordiæ scintilla, si qua visceru pietatis, si quis ros beoignitatis, compungimini. Lacrymæ procul dubio istæ nequuqoam inotiles eroot. Aut enim illis proderant & convertentor, aot ad vos redieur, & in sinom vestrum revertentor. Ut redeuot itaque a via sua mala, moocodo transire de porta ad portam gladio potenter acciočtus. Nemini parcat, sed disperdar de terru memoriam eorum, qui ad cor redire distulerint; qui iniquitatem, quæ in munu eorum est, noa abstolerint. Hæc ad vos tanquum ad amicum justitiæ, zelutorem domos Dei, odio hubentem eos qui contrudicaot sermonibos sanctis. Ad eos vero, quibus nihil dulce præter vinum & pretium, nihil amurom præter claustrum & silentiam, nihil umandum præter curnem & mandam, nihil exosom præter Dei verbum & spiritom, nobes Dei corusceuot, tonitrua cæli falgurant, ventua vehemeos & igois involutus accelerant. O iosensati, quis poterit hubitare ex vobis cum igne devorante, aut cam ardoribus sempiternis? Nonoe ibi recipietis venenom pro vion, suppliciom pro pretio? Seris & vectibus ferreis porta inferni conferetur vobis, qui cluostro nolouistis includi: & clumor quoque & contiouus luctus, qui non siluistis a facie domini. Caro, quam curiose nutristis, sollicite sovistis, studiose lactastis, regoum Dei non possidebit. Moodus, cai mandi creurorem postposuistis, in qoo immonde sordaistis, cujus fullaci polcrirudioe oblectari parriæ cælestis obliti estis, non eruet vos de mano inimici. Verbom Dei tunc vos verberabit, onn liberabit; accusabit, oon excusubit; damnabit, ooo salvubit. Quid vobis cum spiritu Dei, cujus contomeliis non parcitis, cujus templum violatis, quem contristare ooo reformidatis? Ni fallor, quod in eum peccastis non remittetur vobis, neque in hoc sæculo, neqoe in futuro. Sed de his hactenus. Vos autem, qui upertos hubetis oculos, in viam istorum ne abieritis, actibus eorum ne ussentiatis, neqoe consiliis eorum acquiescatis. Ut prolixus nimium essem, nepos vester coegit, qui iteram atqoe iterum rogundo stylum resumere monuit. Utioum virtus vestra amplior sit quam fama. Utinam vos videre, cognoscere, & dextrus societatis vobiscum habere merear. Utinum saltem, si non datur ultra, vel oonum precem pro peccatis meis pio judici per manum sancti Angeli offeratis. Valete.

PETRI
ABBATIS CELLENSIS
EPISTOLARUM
LIBER QUINTUS.

EPISTOLA PRIMA.

a Carissimo amico suo a Bernaredo Abbati sancti Crispini, frater Petrus humilis Abbas S. Remigii semper bene valere.

LXIX. CAriora mihi fuere & utiliora sunt spatia nocturnalia, quam diurna. Siquidem diurna accersitis hinc inde & contra ductis copiosarum occupationum catervis, animam meam de manibus meis tollunt, & me mihi tam violenter quam fraudulenter assidue subtrahunt: hyemales autem noctes sua prolixitate non fastidium, nec tædium, sed interdum duplex beneficium conferunt. Tribuunt etenim corpori requiem, & animæ renovant vetustatem. Adducunt insuper licentiam revisendi cælestia, sua penetralia inquirendi, nec non & amicorum reminiscendi. Dicunt animæ cogitationibus sive medi-
Psal. 45. 11. tationibus, *Vacate & videte quoniam suavis est Dominus*. Ducant etiam sua quiete & silentio animas usque ad tertium cælum, dum extra mundum, extra carnem, supra animam, ad regales sedes omnipotentia Verbi sancta desideria provehunt. Statim filium hominis ad abyssos humanarum infirmitatum humiliter inclinando pacata consideratione deponunt. Quis autem dum sua revolvit, amici negotia negligit? Plura de hac materia vobis libenter scriberem, sed scriptor noster frater Hugo, abrepta brevi chartula, propter finem chartæ finem fecit scripturæ nostræ. Volui tamen breviter exogere verbum illud, quod mandastis per fratrem Joannem, & sic respondere, ut dicatis illi Dominæ & cognatæ nostræ, Terra in conspectu vestro est, potestis bene facere & male. Sed melius est benefacere, quam male: quia benefacere sequitur gratia & gloria, malefacere vero poe-
Psal. 36. 16. na & poenitentia. Dicite ei, *Melius est modicum justo super divitias peccatorum multas*. Dicite inquam ei, quia nobilius est minora a devotis grataneter accipere, quam ab invitis insolenter majora exigere. Valete, & pro nobis orate. Boamundus dicit vias pessimas esse. Servate nobis literas istas.

EPISTOLA II.

Unicis amicis & fratribus Bernaredo venerabili Abbati & sancto conventui sanctorum Crispini & Crispiniani, frater Petrus humilis Abbas S. Remigii, dies solemnes & festivitates præclaras.

LXX. NOn est mihi datum desuper in præsenti vobiscum sabbatizare Kalendas præcipuas in natalitiis pretiosorum martyrum vestrorum. Unde quia non quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio, pene irascor detentionum mearum funiculis, qui difficile solvuntur contorti, nec triplici tantum, sed multiplici connexione occupationum concatenatarum. Unum tantum quod vix residuum est mihi facio. Scribo itaque amaritudines meas, quas quotidie in distractione & distensione spiritus mei experior, dicens Deo, *Quare posuisti me contrariam tibi, & factus sum mihimetipsi gravis?* Job. 7. 20. Ecce nunc vitulus saginatus immolatur Suessionis apud sanctos martyres Crispinum & Crispinianum, ecce symphonia & chorus, ecce amicorum ibi sanctus conventus, & ubi ego, & quid ego? Nec saltem hœdus compunctionis pro peccatis meis conceditur. Servate tamen & mittite, amici carissimi, partes nobis de oleo exultationis vestræ, de adipe & pinguedine visitationis supernæ. Sufficiet enim copiosa gratia de mensa dominorum vestrorum nobis & vobis: quia sicut animabus suis non pepercerunt propter Christum usque ad mortem, sic Deus gratiam præmiorum exæquans gratiæ meritorum, non est quod neget orantibus pro salute animarum. Jam siquidem de se securi, pro suis veneratoribus adhuc sunt solliciti. Adsunt procul dubio passionum suarum recitatoribus & præcipue imitatoribus. Orate ergo sicut pro vobis, sic & pro nobis: quia nullum est detrimentum orationis, si pluribus impertiatur: cujus natura est eo magis abundare in effectu, quo amplius se dilataverit in affectu. Valete.

EPISTOLA III.

Domino & amico carissimo Bernaredo Abbati sancti Crispini, frater Petrus humilis Abbas S. Remigii suus in omnibus seipsum per omnia.

QUotiens in manu sumitur chartula vobis dicanda, totiens meas repletur, etsi ante fuerat bonis omnibus vacua. Cum tumultu namque & impetu magno grex innumerabilis diversarum materiarum egredi accelerantium in ostio exeundi sese impingit, alia dicente, prior ego amicum salutabo, alia illam transiliente, atque ramum olivæ præferente in ore, amici amplexus priores pertinaciter præripiente. Rebecca in utero suo miratur duorum fratrum, immo gentium duarum hæc intestina & plusquam civilia bella. Sed quid mirum, si ubi corpus perfecti & consummati amoris, il- LXXI.

a *Bernaredo Abbati sancti Crispini*) Apud Suessiones, ut sequens epistola docebit. Duo sunt in ea civitate sancti Crispini cœnobia, Benedictinæ familiæ utrumque. Unum S. Crispini majoris appellabant, de quo hic sermo: alterum S. Crispini in cavea. De Bernaredo autem Abbate plura lib. VIII. epist. 1.

loc congregantur aquilæ alternarum affectionum sive motuum animi, ut contendant non intrare, sed exire per angustam portam? Forte quod ait Laban, in terra sua consuetudinis esse, ut priores licet lippæ filiæ tradantur ad nuptias, contingat ut Rachel, miræ pulchritudinis & amantissimi decoris, non agat choros saltationis, immo salutationis, ante Liam primogenitam suam, sed in ultimo sequatur cum Joseph & Benjamin. Semper enim meliora, digniora, & saluti viciniora non tanquam fæces in fundo calicis residunt, sed tanquam cibi delicatiores, ut fastidium removeant, & appetitum renovent, in extremis apponuntur, quia melior est finis orationis, quam principium. Hoc in meipso, hoc in amico desidero, ut nova semper sint, & nunquam veterascant desideria vestra, & semper sequamur ad palmam supernæ vocationis, obliti quæ retro sunt. Non enim tam quatenus perveneris pensare debes, quam quo pergendum, & peregrinationis meta figenda, atque trahendus funiculus. Sic audio te facere, & valde congratulor. Ne tamen nimis extendas & protendas funiculum, cave rupturam. Melius est enim tendere, quam rumpere. Est modus in rebus, Ne quid nimis. An invideo, quia cito & bene curris? Nequaquam. Amo cursum, sed timeo defectum. Virtutes non bene colligit, qui matrem virtutum spernit. A stirpe virtutum degenerat virtus, quæ lineam temperantiæ non servat. De his hactenus. Ceterum ineptias nostras quia ut audivi intemperanter desideras, volo tibi exponere quæ sint modo negotia nostra, & cui ad præsens labori humeros supposuerim. [a] Successor ille noster Cellensis Abbas, quia non bene multiplicavit, immo non fovit ova, quæ illic reliqueram, sed conculcavit imperfecta, destruxit autem perfecta, ultra dissimulare non possum: sed aggredior tentare & probare, utrum Deus respicere dignetur priores meos labores, illum vel prorsus amovendo ab Abbatia, vel saltem corrigendo a stultitia sua, & in melius commutando. Pene omnes Priores mecum sunt, & ut credo, triginta vel amplius de fratribus. Ora ut Deus propitietur mihi, & domui illi. Frater Hugo ista debuit scribere, & in sero promisit, sed tandiu dormivit, quandiu ista frater Henricus scripsit. Habet enim oculos nullos. Effert tamen bonitatem & pietatem vestram sibi exhibitam, usque ad cælos, & usque ad nubes. Valete, quia deficit pergamenum.

EPISTOLA IV.

Domino & patri suo carissimo B. Dei gratia [b] Episcopo Excestriensi frater Petrus sancti Remigii dictus Abbas salutem devotissimam.

LXXIII SEntentia dubia quæstionibus ventilata clarescit, species aromaticæ pistillorum tunsione fragrascit, Ecclesia oppressione malorum crescit. Virtus quoque bonorum, adversariorum infestatione lacessita flore vernat & fructu. Equus ille, qui procul odoratur bellum, ad vocem buccinæ dicit vah, eoque amplius fervet in certamine, quo acrius concitatur fuso undique clamore. Quas enim vires collectas tempore pacis dissimulabat, fœnore multiplicato exsolvit, cum expostulaverit necessitas: ut tanquam de grano sinapis virtutem mireris, si speciem simpliciter minutissimi grani intuearis. Tunc igitur virtus se expandit propagine multa, cum malis reluctantibus fuerit provocata: nec ad plenum fides discernitur, nisi telo infidelitatis fortiter impeïatur. Justus denique, qui ut leo confidens absque terrore est, quando gloriatur, nisi quando experimentum sui ex aliquo discrimine capit, ut tunc se aliquid posse cognoverit, cum locum virtutis oblato labore invenerit? Gloriosos faciunt Martyres nostros causa cum pœna, & pœna cum causa. Diu est quod in terra vestra latuit, immo consopita jacuit fidei virtus, ubi plures ad se evocabat poculum confectionis, quam Evangelium Apostolicæ prædicationis. Unde igitur sic effloruit & refloruit moderna in vobis religio, ut Apostolicos spiritus ebiberitis, & tota fiducia in medium prosilientes, dicatis, *Melius est Deo obedire, quam hominibus*? Act. 5. 29. Certe musto non sicera pleni sunt, qui concepto robore pellem pro pelle, & cuncta quæ habent dant pro animabus suis. De his hactenus. Ceterum si magna illa bellua evomuerit vos de terra vestra, est apud nos domus nova vobis parata, cum omni sumptu, sine auro & argento, ubi & copiam librorum, & studendi otium pro libitu invenietis. Valete.

EPISTOLA V.

Domino suo & amico carissimo Eskilo Lundensi Archiepiscopo frater Petrus humilis Abbas sancti Remigii salutem & devotionis obsequium.

SUavissimus odor miserationum vestrarum non solum præsentes recreat afflatu delectabili, sed etiam absentes & remotos attrahit ad se, spe nimirum tam dulci, quam inconfusibili. LXXIII. Quis enim vestra expetivit suffragia, & inconsolatus recessit? Quis ad ostium vestrum pulsavit, & non aperuistis ei? Quis de manu vestra benedictionem petens, tanquam de thesauris opulentissimis copiosam non retulit? Inter ceteros itaque, & de ceteris unus est T. præsentium lator, quem tot pericula itineris, tot difficultates ad vos perveniendi non exterruerunt, nec retinuerunt, compellente & instigante illum, tantum laborem insumere, fama, quæ de vobis ubique terrarum diffunditur. Non equidem rerum inopia, non abjectio & vilitas inter suos, evomuit illum in terram vestram, cum & [c] Canonicus sancti Timothei sit, & frater Hildoini, Vicedomini & Canonici sanctæ Mariæ Remensis. Rogamus igitur, ne frustretur spe sua: ne quando apud se pœnitens, & dolore cordis intrinsecus tactus dicat, Periit opera & impensa. Ego cum toto conventu beati Remigii vester sum, & pro vobis orationem fundimus ad Deum, ut sanctissima anima vestra thesauros, quos in cælo posuit per manus pauperum, in exitu suo reperiat, & bonis domus Dei repleta cum sanctis Angelis æterna lætitia congaudeat. Valete.

---

a *Successor ille noster*) Drogo, qui Cellis Abbas Petro ad S. Remigii præfecturam migranti suffectus, gradu postea ob rem male administratam dejectus est, ut scribit epistola VII.

b *Episcopo Excestriensi*) Excestra Domnoniæ civitas in Anglia, sedes Episcopalis esse cœpit ante annos plus minus DL. Cathedra illuc per Liuficum Episcopum translata, cum Cridiæ antea esset. Iidem itaque Episcopi Excestrenses, qui olim Cridienses.

c *Canonicus S. Timothei*) Basilicæ SS. Timothei & Apollinaris, in urbe Remensi, cujus sæpe mentio apud Flodoardum. Hujus Ecclesiæ præbendas concedebat Abbas S. Remigii, ut docet Alexandri epist. VII.

EPISTOLA VI.

a *H. venerando* [a] *Abbati de sancto Huberto, P. sancti Remigii dictus Abbas salutem.*

LXXIV. OMnia quæ in tempore fiunt, rationem temporis cum omnibus circunstantiis suis solliciite pensare debent, si finem bonum habere volunt. Idcirco, bone pater & amice carissime, si susceptam navigationem ad portum salutis perducere potestis, non deseratis Abbatiam vestram, sed in hoc tempore malitiæ & discordiæ patiendo & tolerando, donec transeat iniquitas, resumite vires, & onus diu portatum nolite projicere, cum vestra & multorum læsione; sed paulatim ab humeris deponite. Si enim pax & unitas Ecclesiæ redderetur, nec esset chaos inter nos & vos, fieri possent multa, quæ modo fieri non possunt. Valete.

EPISTOLA VII.

b *Carissimis* [b] *fratribus, filiis & amicis Cellensis monasterii, frater Petrus sancti Remigii dictus Abbas salutem in Domino.*

LXXV. PRæsenti epistolæ delegavi supplere in sancto conventu vestro, fratres & filii carissimi, si quid negotii est, quod ageret præsentia nostra, si adesset. Poterit enim varias propunere sufficienter & insolenter, quod nec inutile sit acquiescentibus, nec scribenti criminosum. Undecumque siquidem & de quocumque agere velim, oculi fascinantes non desunt, perverse interpretantes, maligne arbitrantes ea, quorum nec rationem attingunt, nec finem apprehendunt. Ipse autem ego Deum constituo arbitrum & judicem omnium, quæ fiunt ab ipso, veraciter diffiniendum quod est ambiguum, efficaciter executioni mandandum quod fuerit sententia diffinitum, & tenacites servandum quod ex labiis ejus semel fuerit prolatum. Per ipsum igitur contestor hunc solemnem vestræ fraternitatis conventum, ne a memoria vestra elabatur difficilis ille congressa sapientiæ & insipientiæ, justitiæ & injustitiæ, in quo graviter, sed fortiter desudastis, quidam fideliter proficientes & constanter perseverantes, quidam deficientes & retro abeuntes, quorum gloria in confusione ipsorum, qui Deo, & mihi, & vobis mentiti sunt. Jam Drogo ejectus est, ne dicam draco, qui se terram & cælum non solum conculcarum, sed etiam evulsuram armis Judæ proditoris, id est, pecunia publice minabatur. nescio si adhuc tertiam partem stellarum post se trahat: unum scio, quod de prædestinatis nullum Deo juvante absorbebit. In causa tamen ista, quia Dei est, nihil usurpet sibi stuppa nostræ fragilitatis, insultando his qui occupati bello non interfuerunt, vel ex adverso steterunt. Exultandum quidem cum tremore, non insultandum contumeliose in operibus Dei: quia semper Dei judicia suspecta sunt, & nunquam caput erigendum, dum in nubibus consignata, sollicitos non securos homines, tam in prosperitate, quam in adversitate faciunt. Sit itaque timor Dei in vobis, &

A apponite cor in his quæ de Drogone facta sunt, ne similia, faciatis, quia non similia, sed pejora pateremini. Est proverbium, Excaldatus aquam timet. Spiritui igitur paracletico totum negotium, & domini Archiepiscopi consilio, atque viris religiosis & sapientibus, salva libertate electionis vestræ, committite. De mea vero voluntate nulla sit quæstio, quia nunquam discordabit a gloria vestra, ab honore vestro, & ab utilitate Ecclesiæ vestræ. Interim refloreat in vobis ordinis sancta observatio, silentii virtus, lectio claustralis, capituli rigor, psalmodiæ tenor, unitatis compago, hospitum devota susceptio: & quicquid de justitiæ & honestatis prosapia in exterminium evanuerat, ad propriam

B conscientiæ vestræ sedem feliciter redeat. Scriptura enim mandatum domini sui eloquitur succincte, constanter, & fideliter, nihil detrahens de injuncto mandato, nihil addens, non cedens fascinatoribus, non credens adulatoribus. Pro eodem habet, si laudetur, aut si vituperetur. Quia igitur plures scio solere instanter insidiari, ut me capiant in sermone, potius elegi verba nostra scripto mandare, quam inconsiderata elocutione profundere. Valete.

EPISTOLA VIII.

C *Amico suo carissimo Bernerede Abbati sancti Crispini frater Petrus Abbas sancti Remigii salutem.*

QUærenti mihi materiam, unde tibi scribere exordiar, vix una de grege innumerabilium se sequestrans occurrit, arridens quidem prima fronte, sed vultum demittens in secessu vel recessu præsentiæ nostræ. Quæris quænam sit ista materia tam blanda in exordio, tam religiosa sen timida in supremo? Certe fama gloriætuæ hæc est: quæ amicis tuis jocunda & exhilarata facie civitates, castella, vicos, & plateas discurrit & circuit usque ad palatium regis, atque ad reginæ thalamum, usque ad [c] Comitissæ nostræ cubiculum. Templa quoque habitu re- LXXVI.

D ligioso, vultu modesto perambulat: Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, clericos, & milites sibi concilians, & ad venerationem sui non mediocriter inclinans. Sed timendum, ne sol tanti splendoris, tantorum radiorum, vergat ad occasum, & dicatur, *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Quantum enim gaudii de sanctitate & justitia amici in amicorum animos profluit, tantum mœroris & doloris in evaporatione sive exinanitione earundem virtutum circa eosdem residet. Video, video cogitationes tuas ad seipsas tumultuantes, & quare amicus tuus talia tibi scribat, sollicitissime revolvere. Timidæ enim sunt cogitationes

E tuæ. Ne sit sollicitas, bone amice, res salva est, signacula clausa sunt. Aquilo durus ventus non congelavit continentiam, caritatem, aut opinionem nostram. Qualem te habuimus, talem te habemus & semper habituri sumus. Huic quoque præsentiam latori, si quid ex his imparandum, mpata: qui non solum scribere canpalit, sed talem materiam præscripsit. Revocavit enim ad memoriam illa magnifica præconia, quæ au- c

a *Abbati de S. Huberto*) In Arduenna sylva, diœcesi Leodiensi. Scripta fervente adhuc schismate, quod tempus malitiæ & discordiæ vocat.

b *Fratribus Cellensi*) Prioribus & Monachis, qui ejecto Drogone convenerant ad novi Abbatis electionem. Quare Archiepiscopum, cujus consilio agendum monet, Senonensem intelligit. Electus porro est post Drogonem Abbas Girardus.

c *Comitissa nostra*) Quæ paulo post *Trecensis Comitissa*. Maria nimirum Ludovici regis filia, uxor Henrici Comitis.

Interim, fratres, in umbraculis habitantes, & sub umbra illius, quem desideratis, sedentes, coquite, immo assate carnes agni tota nocte, singuli in cella sua, & mane comedetis eas. Certe tota nocte debet cremari caro agni, quia toto mortalitatis tempore, accensa caldaria conscientiæ, facies salvatoris desideranda, & undis desideriorum fortiter bullientibus, ne in die judicii semicocta offeratur, percoquenda. Habete vascula munda: juxta namque & in oculis præterfluit aqua. Sed nunquid vane? sed nunquid gratis? Plane supina & crassa negligentia imputanda est singulis, nisi sint omnia munda, quibus & copia aquarum redundat, & temporis opportunitas superest, & amor incumbit totius munditiæ, & ordinis consuetudo non refragatur. Sic est, ego vidi, ego interfui, & utinam totiens & tam sedulo cor expurgassem, quotiens & quam indesinenter manus & faciem die & nocte rigavi, non lacrymis, sed aquis. Hoc autem feci ut hospes: quia non ultra ostium, sed in ostio tenui. Vos autem intra & ultra ostium promovistis pedem, non advenæ, sed domestici cellæ & cæli effecti. Postquam vero vasa vacua ab ambitione emundaveritis confessione, & scripturarum meditatione, implete aqua & ad ignem mittite, & tanquam unguenta pretiosa bullire facite. Subintraverat buccæ meæ, & stylo jam subgerebat improvida cogitatio, scribere ut carnes agni sic decoquerentur: sed memor mandati legalis, quo prohibetur ne aqua coquantur, subjicio non ut agni, sed hædi carnes taliter coquantur. Simul enim & agnum & hædum tollere in pascha præcipimur. Quid ergo? Agnus in veru, vel in craticula crucis, hœdus in aqua coquitur: ut si innocens sueris, solo spiritus ardore in pascha adapteris: si vero sœtore gravi oppressus, per ignem & aquam expieris. Hœdus etiam est corpus, quod corrumpitur & aggravat animam. agnus qui in latitudine pascitur, benignus ille spiritus, qui infestationibus carnis agitatus non cornu ferit, sed oculo simplici liberatorem quærit dicens, *Quis me liberabit de carpore mortis hujus?* In sanguine agni, id est in contritione cordis, & spiritus contribulati liberaris de Ægypto, & de manu Pharaonis, quia cor contritum & humiliatum Deus non spernit. De sanguine hœdi non lego mysterium, nisi quod tunica Joseph tincta in sanguine hœdi missa est ad patrem. Ad patrem spirituum si miseris in confessione flens & ejulans tunicam Joseph, licam in sanguine hœdi, id est simplicitatis & castitatis amictum fucatum & fœcatum corruptione libidinis, & fraude diabolicæ circumventionis, sanguis hœdi in purpuram commutabit: quia per pœnitentiam non solum indulgentia, sed etiam gratia adipiscitur. Sed de his hactenus. Unde namque mihi ut tepidus ferventes, mundatos sordidus, jacens currentes, piger commoveam alacres? Deus scit, me non præsumptione, sed amoris impatientia laxasse habenas: & cum non haberam quid dicerem, dicere tamen aliquid vellem, dixi quod innotescerer affectum, etsi non idoneum esset facere fructum. Adhuc impetus me trahit, & redire ad festum festorum cogit, ut quasi incipiens spiritui indulgeam currere, quousque lassetur, & sponte petat stationem, & metas silentii. Sub exemplo ergo cujusdam pretiosi involucri, in quo stupendum sit, tam ipsum repositorium, quam repositum, aliquid de pascha prosequar: quasi quendam pannum pretiosum & multicolorium de divinis thesauris assumens. Moyses in illo quadragenario jejunio, ubi a colloquio divino cornutam faciem reportavit, pascha illud in literis suis prænominavit, & in illo sacrosanctas reliquias religans annuo recursu ad publicum nostrum devolvendum constituens, diem certum præfixit. Siquidem hic pannus, id est pascha, in exteriori facie plurimum nitoris exhibet: sed valde ampliora intrinsecus continet, & cariora pignora. Rubet igitur purpureo colore, propter passionem, rutilat hiacynthina specie, propter resurrectionem: subobscurus est, propter sputorum & alaparum & flagellorum, & ceterarum injuriarum coacervationem: albet unica nube, propter innocentiæ integritatem & peccati immunitatem. Ecce colores, colores cingentes pascha gloriosum, & delicatum animæ pallium, quo melius amiciuntur pauperes semicincti, quam divites purpura, & bysso induti. Revolvete autem illas pretiosas margaritas, quæ sigillantur in sigillo isto aureo & argenteo, quis accedet, nisi mundas habuerit manus? nisi oculos columbinos? nisi labia purgata? nisi abluto toto homine interiori & exteriori sacro Jordanici fluminis baptismate? Quia ergo vobis sunt manus tornatiles per obedientiam, oculi clari per pudicitiam, labia stillantia myrrham primam per accusationem reatuum vestrorum, & ad scurrilia æternam clausuram: applicate pannum paschalem, & expandite thesaurum absconditum, ut exinde captivus mutuet redemptionem, mortuus resurrectionem, peccator justificationem, afflictus consolationem, religatus solutionem, anathematizatus absolutionem. Sanctificate ora vestra sanctis horum osculis, oculus tangite his smaragdis, singulos sensus exhilarate singulis benedictionibus. Sed quæ sunt pignora tam cara pro pretio, tam efficacia pro remedio, tam rara pro numero, tam sancta pro merito, tam perpetua pro ævo, tam amabilia pro beneficio? Pignora, fratres mei, ista ore pudico & timore debito nominanda, & amplectenda sunt, caro & sanguis agni incontaminati, Jesu Christi ossa, nervi, medulla, cartilagines, cutis, corium, & quæcunque membra in corpore Jesu de sacris suis visceribus edidit virgo virginum. Addamne clavos, lanceam, coronam spineam, sputa, irrisiones, & illusionem, albam vestem, vestimentum purpureum, fel, acetum, myrrham, & aloes? Quanto enim hæc in se duriora & viliora, tanto in salvatore nostro pretiosiora & appetibiliora facta sunt. Quis modo Christianorum si unum horum reperiret, nisi super aurum & lapidem pretiosum multum venerabilius coleret, ambitiosius servaret & adoraret? Dignum est, justum est. Si enim immundus erit, tangens morticinum & captum a bestia, id est Adam & Evam, quorum alter captus est suasu uxoris, Eva morticinum facta est suggestione serpentis, quomodo non justus emundatur ab operibus mortuis, qui viventem in sæcula sæculorum contingit credendo, amando, colendo, adorando? Nam non sicut delictum ita & donum. Pluris enim donum, quam delictum est. Sed quod est hoc donum? Jesus Christus sanctus. Quid est, inquam, hoc donum? Nativitas Jesu, passio Jesu, resurrectio Jesu, ascensio Jesu. *Quomodo non etiam omnia cum illo nobis donavit?* clamat Apostolus, *Omnia*, inquit, *vestra sunt, sive mors, sive vita*; quia est mortuus propter peccata nostra, & resurrexit propter justificationem nostram. Domini & fratres, detineo vos plus justo, ad quorum januam stat & pulsat Jesus volens suum pascha vobiscum recolere, & de reliquiis mensæ illius magnæ par-

Rom. 7. 24.

Rom. 8. 32.

1. Cor. 3. 22.

rem bonam reservavit, quam adhuc recentem & calentem denuo de arca cœli refert & profert vobis. Ne vereamini, ne caro antiquata sit & putrefacta vetustate nimia, quia annus jam millesimus centesimus sexagesimus primus est. Nequaquam, fratres, nequaquam ascendat in cor vestrum hæsitatio ista, quia caro ejus etiam dum esset corruptibilis, non vidit corruptionem, multo vero minus facta incorruptibilis, & genere vivendi, & loco manendi. Recens est, calida est, sana est, vitalis est, regnum cælorum dat, quia possidet. Non est illa caro & sanguis, de
1 Cor. 15. 50. quo dicitur, *quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt*. Quo studiosius arcentur a dentibus & stomachis vestris carnes animalium, quæ corrumpunt & corrumpuntur: eo dignius accedunt ad animum vestrum sanctificandum carnes illæ, quæ sicut non moriuntur, ita nec corruptionem inesse patiuntur, ubicunque refectionem præstaverint. Hæc imperat religio, & quo religiosior sis, eo frequentius, & ut ita dicam, glutinosius comedere debes. Nondum quievisset manus, vel animus, sed reprimit & modus dictorum, & tempus alia faciendi. Orate pro nobis. Novellum illum Angelum vestrum A. salutate, & Robertulum nostrum. Plurimum & multum singulos, & singillatim, & communiter saluto.

EPISTOLA XII.

Dominis & patribus carissimis, Basilio Priori Carthusiensium cum ceteris Prioribus, & sancto conventui, frater Petrus Abbas Cellensis, consilium & auxilium veritatis & pacis.

LXXX. Refusione uberiori irrigatur hortus Dei ille conclusus, fons signatus, quotiens in unum conveniunt fistulæ & canales benigni spiritus Dei, non ad calices Babylonicos absorbendos, sed ad fæces Jacob expurgandas, & ventres steriles fœcundandos. Spiritus Dei a quatuor ventis cæli singulos vestrum de loco suo evocavit, ut unum corpus plenum gratia & veritate efficeremini. Vos enim qui Priores estis, & curam aliorum suscepistis, quasi venæ in corpore Carthusiensis ordinis estis. Tam itaque unanimiter regimini vestro invigilare omnes, & tam temperanter a subjectis vestris mandata & consuetudines ordinis exigere debetis, quanta caritate in humano corpore venæ omnes sibi sociantur, & salubrem vegetationem omnibus membris æqua distributione sanguinis largiuntur. Eadem siquidem cautela fugere debet nimiam exilitatem & subtilitatem vena, qua immoderatam grossitudinem & repletionem. Nimia namque repletio, nisi cito evacuetur, acutam facit, & longam ægritudinem gignit. Rursum nimia exinanitio vires destruit, & bona valetudine destituit. Domini & patres carissimi, ostium vestri ordinis & visione rara, & interrogatione assidua jam trivi: & si consilium alterius Jethro admittitis, non usquequaque dispensationes, quæ de corde caritatis procedunt, anathematizabitis. Quam enim frivolum & inconstans est, sine ratione & auctoritate meliorum mutare decreta, & statuta seniorum: tam pertinax est, & extra regulam temperantiæ, quæ est mater virtutum, velle temporibus & moribus hominum negare quæ deceant & expediant. Ignoscite quod vocem funestam quidem, quantum ad sonum, sed veram quantum ad sensum, in vestro sancto conventu de latibulo meo ausus sum proferre. & de his hactenus. Ceterum salutat vos dominus Henricus Comes Trecensis & universitati vestræ mandat cum omni supplicatione, ut suæ petitioni acquiescatis: & nobis hoc injunxit, ut ad vos unum de nostris mitteremus, per quem voluntas & desiderium cordis vobis innotesceret. Quod autem non proprio sigillo scripsit vobis, occupationis maximæ fuit de suis & regiis negotiis. Est autem petitio, ut ei concedatis locum præparare ordini vestro sumptibus suis, juxta morem vestrum, in terra sua, ubi visum fuerit his, quibus hoc negotium injunxeritis. Petit etiam, ut Priori de Monte Dei, & [a] Priori de Valle sancti Petri injungatis hanc curam. A multis enim temporibus hoc ipsum cœpit, & orationibus vestris adjutus cupit perficere. Ex parte etiam nostra hoc ipsum humiliter & devote petimus: quia Deo juvante auxilium & consilium non ficte huic operi subministrabimus.

EPISTOLA XIII.

Dominis & patribus suis de Monte Dei, Simoni Priori cum ceteris fratribus, Frater Petrus qualiscumque Cellensis Abbas, vultus in propitiatorium semper tenere.

Varius rerum cursus, sæculorum volubilitati irremediabiliter innexus, nihil stabile, nihil æternum sibi inesse evidenti ratione approbat. Currit, fluit, fugit, labitur, & evanescit quicquid unquam habere potest mundanus usus. Præcurrit defectus satietatem, præterfluit adeptio appetitum, effugit instantiam desiderii summus gloriæ, elabitur utenti imago felicitatis, evanescit a viventibus vita, quia *dum ordirer succidit me*. Summa itaque dementia est, currere post defectum, appetere non apprehensibile, instare fumo, uti imagine pro veritate, velle diu ea vita vivere, quæ juxta Gregorium vitæ æternæ comparata, mors potius dicenda est quam vita. Alius sine dubio cursum vestrum convertistis, fratres & domini carissimi: alio appetitu vivitis: alia instantia pretiosas margaritas in foro & nundinis veteris & novi testamenti quæritis: alio usu in carne præter carnem vivendo corpora vestra quæ sunt super terram, Christo concrucifigitis: alia conversatione, æterna & quæ non videntur concupiscitis. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Ideo ad montem Domini sicut passer evolastis, & nidificastis in foraminibus petræ, in cavernis maceriæ, ne procella aeriarum suggestionum vos involveret, ne diluvium carnalium titillationum absorberet, ne laqueus sollicitudinum sæcularium concluderet, ne aura humani favoris omnem ventum a facie terræ dispergeret. Ecce locus iste est, quem constituit Dominus Moysi, in quo vidit posteriora ejus, dum ante eum transiret. Ni fallor, vir ille bonus, qui Sunamiti mortuum puerum reddidit, cum illa cum viro suo cœnaculum præparaverat, & lectum, & mensam, & candelabrum, per vos sæpe transitum facis, contemplatus a vobis in cœnaculo gloriæ, inventus in lecto

Esa. 38. 12.

LXXXI.

a *Priori de Valle sancti Petri*) Ordinis item Carthusiensis insigne est monasterium in diœcesi Laudunensi, cujus Priorem aliis etiam locis commemorat, eique scribit, sed nusquam nominat. Is autem erat Ingelbertus, ut didicimus ex epistolis Saresberiensis.

mundatæ conscientiæ, cibatus & potatus in sacramento Eucharistiæ divinæ, accensus per donum sapientiæ & intelligentiæ. Adjuro vos per campos, cervosqua campotum, ut cum transierit, post tergum ejus clametis pro pace universalis Ecclesiæ, pro his qui in sublimitate sunt, pro Comite nostro, cujus cor tetigit Deus, ædificare vobis locum, in quo secundum genus vestrum fructum faciatis, pro me peccatore suo & vestro, pro omnibus nobis commissis. Transite cum illo & post illum, ut maneutem in perpetuas æternitatea, vel in ictu oculi, vel media hora, vel momento conspiciatis, donec transfiguremini a claritate in claritatem. Certe qui sequitur transeuntem, videbit stantem, vel sedentem. Fratres mei carissimi, si delibatio sancta, & massa: si memoria ejus vinum Libani, quid præsentia, nisi inebriatio uberum, nisi oblivio præteritorum, & jubilatio interminabilis de plenitudioe gaudiorum? Expectatio horum lætitia: quid fruitio, nisi lætitia sempiterna? Ad instar grani sinapis visio tua, Jesu. modico sibilo auræ tenuia aures cordis percellis, & quis poterit cogitare horam transitus tui! Si dormio, somniare possum, & videre non possum. Si vigilo, detentus aliis occupationibus & curis tam cito exoccupari nequeo. Si vigilo & vacavero, tunc forte veniam susurrii ejus audio, sed nondum video. Quando ergo videbo transeuntem? Si mundum cor sursum habuero, si puras manus, si lotam faciem, si tota anima, tota virtute in omnibus solum Deum quæsiero, & me totum in ipsum conflavero, ut non ego in me vivam, sed Christus vivat in me, qui factus est nobis a Deo sapientia, & justitia, & sanctificatio, & redemptio. De mendacio autem, venia petita, me ipsum condemno apud vos. Nec enim solvi quod promisi, vel semel in anno revisere nidum illarum sanctarum virtutum, Montem Dei, in quo plumescunt animæ charismatibus gratiarum. Fefellit me tunc ignota futurorum facies, & involuta plurimorum casuum series. De præsenti affecto, quo mens mea tota illa quadragesima impinguata eructabat mellis & butyri rivulos, pensabam sequentes annos. Sed eruca, locusta, bruchus, & rubigo devoraverunt speciosa deserti, expandentes retia quotidianarum sollicitudinum pedibus meis, ut quod egressum est da labiis meis facerem irritum. Peccavi. quid aliud dicam? Si me excuso, os meum condemnabit me. Magis autem meretur veniam culpæ humilis confessio erroris, quam argumentosa extenuatio criminis. Veruntamen cum redditur ratio facti, vel veritas non obfuscatur, neque rei culpa si qua est dissimulatur. Distinguitur namque falsa excusatio, & rationabilis satisfactio. Alterum culpam cumulat, ulterum quatenus culpandus, vel non culpandus sit qui arguitur, declarat. Uterque etiam peccat, & qui mentitur in sui accusatione, & qui dedignatur, falsa objecta vera relatione diluere. Reproba humilitas est, plus quam in corde tuo sentias vane te dejicere: detestanda præsumptio, famam suam negligere, & suspicionis nævum non abolere. Utroque genere devitans tam quod a vero deviat, quam quod præsumptionem redoleat, & me non venisse fateor, & innumerabilibus detentum occupationibus attestor. Factum, immo non factum agnosco: causam facti, sive non facti, vobis dijudicandam relinquo. Quid pluris sit, vel quodlibet alteri præjudicet, id est factum causæ, aut causa facto, definite. Cedo enim sententiæ vestræ, qua credo vos de facto secundum causam, non de causa secundum facti qualitatem litem dirimere. Plus enim attendendum est, quare aliquid fiat, quam quid fiat. Informis namque est actus ille, qui nullam habet causam quare fiat; deformis, qui malam, bene formatus qui bonam. Unde & bonus est omnis actus ille, qui justam habet causam, malus qui injustam. Indifferens vero dicitur actus ille, cujus causa parum concurrit vel ad justificationem, vel ad corruptionem. Augustinus de bona causa: *Causa, non pœna martyrem facit*. De mala Dominus in Evangelio: *Si oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit*. Item in legibus de indifferenti: *Voluntas & propositum distinguunt maleficium*. Dicit Ambrosius, *Affectus tuus operi tuo nomen imponit*. Subtiliter tamen ratione quorumdam actuum pensata, nulla intentione, nulla affectione boni fieri possunt, ut crucifigere Christum, ut adulterari, & similia. Ut ad propositum redeam, & congrua structura cohærere primordiis extrema faciam, venire ad Montem Dei inter illa numero, quæ si bono animo fiant remunerabilia sunt; si malo, damnabilia. Fur enim ille, qui fratris illius leprosi pannos, dum Missa celebraretur, abstulit, præmium bonum pro tali facinore non habebit. Recipiet vero mercedem, qui pro sancto desiderio videre castra Dei apud vos properaverit. Satis est, si non plus satis sit. More enim meo tarde incipio, sed & tarda finio. Comes Henricus reaccenso spiritu instat quærere locum idoneum, & asserit illum alium locum non se dimisisse, nisi quia vos noluistis acquiescere. Consulo ergo, ut non grave sit iterum mittere aliquem de fratribus, cum quo ipse videam vel per me, vel nostros locum, ne jam dictum est, aptum ordini vestro. Sine mora facite hoc. Sigillatim & generaliter omnes vos saluto, quandoque venturus ad vos, si Deus voluerit, & forte cum redierit nuncius vester ad vos. Interim orate pro nobis. Robertulum nostrum saluto. Richardum, Stephanum, Rogerium, Nicolaum, & iterum omnes simul.

Epist. 167. & alibi. Matth. 6. 22.

Lib. 1. de Offic. c. 30.

EPISTOLA XIV.

Amicis suis carissimis M. [a] *Joanni, & Richardo fratri suo, frater Petrus S. Remigii dictus Abbas perpetua pace gaudere.*

STylum scribendi in sepulcro beati martyris Thomæ Cantuariensis, audita ejus morte, jam jam recluseram, arbitrans carissimos meos Joannem & Richardum ei consepultos, nec interim aura libertatis fruituros. Fallax namque rumor, & nimium varius, nil nobis de vobis certi afferebat vel afferebar. Unde quod in dubiis semper faciendum censeo, lucem veritatis patienter, sed non gratanter expectabam, ne in incertum currentem, falsum pro vero retinens; gaudens forsitan cum esset mœrendum, & mœrens, cum esset gaudendum. Resumebam tamen, post longam ad me ipsum disputationem, de incom- LXXXII.

a *Joanni & Richardo fratri suo*) Joannis quoque Saresberiensis ad Richardum fratrem epistolæ tres leguntur. Richardus autem hoc tempore, id est sub annum Christi M. C. LXX. quo exeunte interfectus S. Thomas, habitum mutarat, regulari suscepta. Quare eidem postbac ut Canonico regulari scribit lib. v.

mutabili divinitatis consilio spiritum, & quicquid vobis contigisset, post glorificationem sancti Martyris, in partem vertebam meliorem: quia sive contribularemini, sive consolaremini, in argumentum & augmentum fidei vestræ accipiendum non dubitabam. Neque enim tam modicæ fidei scio vos esse, ut timeatis calicem domini bibere in passione, quem frequenter bibitis in Christi recordatione. Tandem ex veraci relatione status vestri, omni absoluta compage, omnipotenti & benignissimo Deo medullatas refero grates, qui non aufert a vobis solitas suas miserationes, sed ut credo, quia præmisistis dilectissimum patronum in cælis, recipietis sine dubio alium paraclitum vice ejus in terris. Ecce, mi dulcissime Richarde, prono in osculis faciei tuæ, non sine affectu viscerali, attendens mutatum habitum, nescio si melioratum animum. Quid enim honestatis, quid maturitatis, quid pietatis, quid caritatis, quid totius religionis deerat, cum esses in oculis meis, & nostræ congregationis, speculum bonitatis, & forma integra æmulandæ imitationis? Nusquam fuisset illa præpropera sollicitudo regressionis, potuisset tibi sufficere domicilium amicæ paupertatis, & satis caræ si recolis societatis. Sed o cæca & futurorum nescia mens humana! extra vel ultra divinæ moderationis gressum ne porrigas pedem: quia labi est, a Deo non regi; & per se ire, perire est. Si nobiscum mansisses, fulatio contra pene omnem molestiam fuisses, nec a Deo desertum crederem, dum hujusmodi pignus suæ miserationis mecum tenerem. Sed factum est, quod factum est. Sit stimulus majoris desiderii molestia corporis absentia, & ubi nulla subest corporalis visio, continuetur oratio. Ne diutius scribam, familiares succedunt interruptiones, quæ animi quietem interrumpere non cessant, & laborem perpetuare. De statu autem nostro utrumque amicum certifico: ac de corporali sospitate dico, quod qualem dimisistis, talem adhuc invenire potestis. Pax in congregatione nostra est, & cursu consuetudinario adhuc currimus. Cum omnibus hominibus pacem habemus, maxime cum domino Archiepiscopo. Debitis non valde gravamur. De Marna reditus nostros habemus. Bene est amicis nostris & vestris; Cellensi Abbati, sanctorum Crispini & Crispiniani, [a] Abbati sancti Nicasii, Prioribus de Monte Dei, & de Valle sancti Petri. De quæstione autem illa, quam in fine passionis beati martyris Thomæ, bone amice, posuisti, credo nullatenus solutionem te latere. Forsitan tamen & meum animum in tuam sententiam translatum non dubitabas; sed ut recogitarem, quia quod Deus per se facere disponit, hominis auxilium vel auctoritatem non quærit: ubi autem ministeria hominum non despicit, causa nostræ utilitatis vel humilitatis hoc facit. Absque enim omni sacramento, id est visibilium elementorum vel operum adminiculo, hominem salvare posset, nisi exercitia humilitatis vel fidei ad utilitatem salvandorum utiha procurasset. Dissolutive ergo teneo, nulla ratione lucernam accensam in manu Dei posse supprimi vel extingui: nec ibi expectandum hominis judicium, ubi manifesta luce Dei se explanat judicium.

EPISTOLA XV.

Carissimo domino & amico suo [b] *Abbati sancti Eadmundi Petrus humilis Abbas sancti Remigii salutem & devotum obsequium.* b

NON solum scribere, sed nec nuncium mittere a multis temporibus vobis potuimus. LXXXIII. Causa non latet, nec quidem jacet. Adhuc in pendulo est, & magis apud nos dubium quam certum, utrum præsentes literæ salva re aliquo modo ad vos pervenire valeant. Pereant tamen an veniant, nostra dilectio obire non poterit: quia nec hominem timet, nec ignem, nec aquam, nec quamlibet oppressionem ex insidiis fortunæ. Mediatores illos, quorum interventu familiaritas inter nos oborta est, penes vos habetis: de quorum amore tam vester quam noster animus pendet. In ipsis & ex ipsis faciem nostram aspicite, & quam habeamus erga vos affectionem, pensate. Plura scriberemus, sed digito labellum compescimus, quia incultum est veritatem fines vestros perambulare, ubi recenter suffucata & strangulata est, nec jam in palam apparere audet.

EPISTOLA XVI.

[c] *Episcopo Exoniensi.* c

LUctus noster in gaudium vertitur, cum de terris amicus noster ad cælum levatur. LXXXIV. Spem quidem bonam de ipso, si diu inter nos viveret, conceperamus: sed jam optimam in cælo repositam habemus, Episcope Exoniensis. Quid & de quo loquamur, nostis. Non dubito partes vestras plenissime interpositas, ubi tantum perpetratum est nefas. Remanserunt hujus aquilæ, quæ ad astra evolavit, pulli lambentes sanguinem ejus, & sese quotidie inebriantes felle & absinthio. Sit eis tamen solatium spes futurorum, evidentia miraculorum, & patientia præsentium malorum. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, ut evolem, & visitem tumbam pretiosi martyris sancti Thomæ? Credite mihi confidenter, veniam impetraturus de peccatis meis adirem locum illum, de quo sanctissima ejus anima per proprium sanguinem assumpta est ad consortium sanctorum meorum. Vos ergo vices nostras supplete, & pro nobis orate, atque dulcissimos illos amicos nostros & vestros benigne fovete.

EPISTOLA XVII.

Domino [d] *Petro Abbati de Silva, Petrus Abbas sancti Remigii.* d

SAtis est grata nobis occasio, qua vobis scribere compellimur. Cum enim vestram LXXXV.

a *Abbati S. Nicasii*) Remensium id cœnobium, Remigiano situ proximum, atque ordinis ejusdem. Abbas autem tunc erat Guido II. monachus olim sancti Remigii, ad quem Alexandri epistola XXVIII.

b *Abbati S. Eadmundi*) Hugoni, ad quem Saresberiensis epist. CCLVI. & aliæ. De S. Edmundi monasterio in Norvvicensi Orientalis Angliæ diœcesi multa Willelmus Malmesb. lib. II. de gestis Pontificum Anglorum.

c *Episcopo Exoniensi*) Bartolomæo, ut liquet ex epistolis Joannis Saresb. & Petri Blesensis XXCII. Eundem ergo intelligi oportet lib. V. epist. XIV.

d *Petro Abbati de Silva*) Silvæ mejoris dicitur libro VI. Sic enim appellant Benedictinorum cœnobium in diœcesi Burdegalensi, de qua ejusque auctore B. Gerardo in Sanctorum album tunc recent adscripto Stephanus Tornacensis epist. CCCXXXI. Aliud est Grandis-silvæ monasterium ordinis Cisterciensis in Tulosana,

præ-

præsentiam, si a Deo daretur, totis semper amplecteremur brachiis, quid mirum si vel semel in anno absentiam qualicumque stylo alloqui desideramus? Nec tamen quæ, vel quantum volumus, amantissimo amico præsentibus literis insinuamus: obstante illa, quæ pene cunctis affectionibus nostris insidioso novercatur oculo, importunitate congestorum negotiorum, quæ tollit a me animam meam plus sæpe nolente, quam volente. Est itaque petitio nostra apud vos pro Priore vestro Noviense, viro honesto, opinionis bonæ, & famæ hilaris in partibus nostris. Electus enim in Abbatem, excusat se a tanto onere, tum propter humilitatem suam, tum propter difficultatem laboris, quem nondum expertus, jam reformidat tanquam expertus. Instillavit enim auribus nostris se potius sæculum repetere, quam onus istud suscipere. Non quidem approbo tantam hominis in isto negotio constantiam, ne dicam pertinaciam: quia ordinata Ecclesiæ caritas hoc exigit, ut gratiam acceptam in invicem subministremus, & juxta legem Mosaicam, maledictionem illam fugiamus, qua dicitur, maledicta sterilis, & quæ semen non fecerit in Israel. Qui tamen alias dicitur: *Quid molesti estis huic mulieri?* & in Canticis.
Matt. 26. 10. Cant. 2. 7. *Adjuro vos, filiæ Jerusalem, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit:* pede postulationis nostræ suspenso in ambiguitate spinosa deambulans, vestræ discretioni quid potius e duobus eligendum sit relinquo. Officium autem postulantis explen, ut suggerens vobis nullomodo cogendum supra vires hominem discretum definiam.

EPISTOLA XVIII.

[a] *Abbati Latiniacensi Abbas sancti Remigii.*

LXXXVI. PRomissioni nostræ, & petitioni vestræ, nec potui, nec debui deesse. Cui enim semel animam nostram communicavimus, valde absurdum esset, si ea quæ infra animam sunt negaremus. Apparens etenim & evidens argumentum est, non bene animos conjunctos, ubi quæ possibilia sunt, & factu digna, nulla interveniente ratione, ab amicis non præstantur. Et in hoc itaque & in aliis, me & mea vobis exhibeo, non diffidens de bonitate vestra: ut si quando simile quid a vobis expostulavero, facile mihi indulgeatur. Tamen noverit dilectio vestra, frater, nos opus nostrum incorrectum confidentissime vobis credere, obnixe rogans & supplicans, ut limam correctionis adhibeatis, superflua confodiendo, exilia supplendo, male ordinata ad ordinem revocando, & quicquid inde vobis visum fuerit, tanquam de vestro faciendo. Valete.

EPISTOLA XIX.

Alexandro Papæ Petrus Abbas S. Remigii.

QUæ evidenti & manifesto sunt vera, seipsa loquuntur, seipsa nullo adjuncto adminiculo testantur. Quæ autem remotione loci, evolutione temporis, vel cujuslibet implicatione caliginis profundum tenent ignorantiæ, cum reipublicæ poposcerit utilitas, sub luce volunt videri. Hinc est, pater sanctissime, quod [b] lator præsentium, in gremio nostræ humilitatis coalescens, habitum religionis a nobis in monasterio Cellensi suscepit, diuque ibi ubera vino meliora sugens, in vicum Episcopalem gratia Dei cooperante profecit. Revera opus & onus injuncti officii amplectens, non aurum robur suum ponens, nec obrizo dicens, fiducia mea. Quærit enim a sede Apostolica mortem per mortem, quia & in itinere quo pergit, mortem minatur æstas, & Imperialis potestas, & quam exposcit, si obtinuerit, mortem importat Barbarorum infida societas. Habet itaque animam suam in manibus suis, offerens illam Deo per manum cælestis clavicularii, & vestram. Excipite, si placet, hostiam sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium, & beatissimi Apostolatus vestri autoritate exponite ovem lupis, si forte beata conversatione non lupus comedat agnum, sed agnus convertat lupum. Quodlibet autem horum fiat, Deus glorificabitur, ministerium vestrum honorificabitur, & anima fratris nullum detrimentum patietur. Præsumo enim a præteritis, quæ in eo enutrivi, & multis didici argumentis, quod in commisso fidelis erit, & a tramite fidei nullo incursu exorbitabit, potiusque dabit sanguinem, quam imminuat fidem. Ait Apostolus: *Spiritum nolite extinguere*, & lucernam jam in modio accensam ampliotibus suffusoriis accendite: quia hæc est gloria & corona vestra, si granum frumenti per manum vestram in terram cadens multum fructum attuleris. 1. Tess. 5. 19.

LXXXVII.

EPISTOLA XX.

Magistro Joanni, & fratri suo Richardo, Petrus Abbas sancti Remigii.

STatum nostrum prætermisso prooemio vobis notificare studeo: cujus nec satis bonus, nec pessimus ad præsens occurrit aspectus. Valde autem sollicitus sum de statu terræ vestræ, cujus quasi claves & columnas citra mare, Legatos [c] scilicet Romanæ curiæ tenemus. Quid autem statuere, quid dejicere, quid aperire, quidve claudere debeant, tam ipsis quam nobis incertum est. Tota siquidem clausula negotii pendet ex adventu & responsis regis Angliæ. Tamen modestos præsensi nimis animos eorum in executione mandati, nisi forte ex contempto exasperati in duriorem prosilierint sententiam. De proprio ergo statu id enuncio: quod LXXXVIII

a *Abbati Latiniacensi*) Quod S. Petri, de Latiniaco ordinis item Benedictinorum est cœnobium in diœcesi Parisiensi. Extat D. Bernardi epistola ccxxx. pro Abbate Latiniacensi.

b *Lator præsentium*) Fulco Episcopus in Suecia designatus pro quo iterum eidem Alexandro scribit lib. vi. epist. vi. Fuerat hic Cellensis primum monachus dein etiam S. Remigii, Petrum opinor Abbatem secutus. Sane in diptychis S. Remigii, inter alumnos ejus cœnobii, qui Petro Abbate vita excesserunt, nominatur Fulco Episcopus.

c *Legatos Romanæ curiæ*) Albertum & Theodinum Cardinales ad Henricum Angliæ regem missos, ut de cæde S. Thomæ cognoscerent. utriusque mentio in epistola liv. Alexandri.

A quantum ad personam nostram, cursu consueto valetudo procedit. quantum autem ad Ecclesiæ communem pacem & prosperitatem, sic se habet quomodo solet. Unus autem, scilicet frater Herveus, jam nobiscum non ambulat. Ivit viam suam; utinam non post Satanam. Si ad vos venerit, equos accipite, & si quid aliud honeste ab eo auferri poterit. Super quæstione autem tua, frater Richarde amice dilectissime, nolo multiplicare supervacuos circuitus, & multorum verborum anfractus. Quæris autem, utrum ad singulos de collegio culpa, quæ videtur respicere Oeconomum vel Præpositum, ipsius dirivatione singulari & certa percurrat, & illiciat singulorum conscientias. Ait propheta:

B Ezech. 18. 20. *Anima quæ peccaverit ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris, neque pater filii*. Item autoritas: *Mala non sunt, quæ nec mentem implicant, nec conscientiam ligant*. Item Apo-

1. Cor. 10. 25. stolus: *Quæ in macello veniunt* *, *edite cum gratiarum actione, nihil interrogantes propter conscientiam*. His omnibus auctoritatibus, non mihi videtur singulorum capita percutere, si quid a Præposito male administratum fuerit: & sufficere claustralibus, nescire unde veniat quod edant, vel quid vestiant. Tanta enim simplicitas debet esse columbæ, quæ in foraminibus petræ & in cavernis maceriæ nidificat, ut remota omni sollicitudine quicquid manus ejus invenerit in le-

C cto, sive in refectorio, simpliciter accipiat, & Deo gratias agat. Si quis autem dixerit, hoc idolothytum est, id est de rapina, vel usura, vel alio quolibet modo male acquisitum, abstineat. Valete.

* venitur.

EPISTOLA XXI.

a *Sancti* ª *Medardi, & sancti Crispini Abbatibus Petrus Abbas S. Remigii.*

LXXXIX. NEscit veræ amicitiæ naturam, qui in amore imitatur arundinem vento agitatam. Sine profunda radice amicitia, accidens est non substantia, species non virtus, fœnum de tecto, quod antequam evellatur arescit. Tres itaque

D præcipuas ancillas, sine quibus vivere non potest, comites habet & pedisequas, justitiam, patientiam, & constantiam. Justitia suum jus unicuique servat: patientia, si forte intervenerit, injuriam salva integritate amicitiæ tolerat: constantia nec qualitate nec quantitate pacti prævaricati expirat. Quis ergo abduxit? quis seduxit? quis exturbavit funiculum hunc triplicem a sacratissimis visceribus dominorum & amicorum meorum, Abbatis sancti Medardi, & Abbatis

A sanctorum Crispini & Crispiniani? Moriatur & non vivat tam nefarium & nefandissimum scandalum servorum Dei, quod de radice vetustissimi colubri, id est, ineptissimæ avaritiæ prodiit. Subornat se quidem occasio avaritiæ vestimentis justitiæ, sicut Jacob vestimentis Esau valde bonis, & Jacob mentitur se Esau. Pater tamen universorum, qui quasi oculos caligantes exhibet, dum ipso judice, ipso omnia tegente, injustitia justitiam opprimit, nec pœnam recipit, quasi miratur de tanta hominum fraude, qui sub oculis ejus non timent mentiri, & in invicem fraudare, dicens: *Vox quidem, vox Jacob; sed manus, manus sunt Esau*. Gen. 27. 22.

B Præfert quisque altercantium jus authenticum, & regulare se habere, nostra inquiens diu sic possedit Ecclesia, & nostra sic. Ecce Jacob in voce. Deinde pax cordium concutitur, antiqua familiaritas excutitur, obliquantur oculi, castissimi amplexus solvuntur, de altero alter conqueritur, innexi discipulorum parietes in domus scissuram partiuntur. Ecce manus Esau. Redite, amici carissimi, redite ad cor. Non grandis querela, grandis autem est de hac discordia inter natos & vicinos vestros infamia. Prædecessorum vestrorum temporibus, nec in personis, nec in rebus monasteriorum vestrorum dicitur fuisse inventa tanta concordia, quantam firmo & fraterno fœdere hactenus adinvicem ex-

C coluistis. Unde ergo tam subito valde odiosa advenit simultas? Quomodo ausa est sacra penetrare pectora execrabilis & execranda temeritas, qua pacis cubicula inquietarentur, & utriusque pacatissima quies intempestive sollicitata infestaretur? Resarciatur repente amoris vinculum, ne caritas in alumnis suis saltem unius diei, ne dicam mensis vel anni, præscriptionis incurrat dispendium. Qui enim ait, *Sol non occidat super iracundiam vestram*, regulam justis præfixit, quam iotutum est prævaricari. Ephes. 4. 26. Gravis enim sumitur vindicta de illo, qui Evangelii jura violat perpetua. *Quare*, inquit 1. Cor. 6. 7.

D Apostolus, *non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* Sordet religio, ubi prævalet ambitio: fama fœdatur, si res injuste auferatur vel acquiratur: conscientia molestatur, si stimulo elationis quoquo modo pungatur. Oleum quo caput mentis impinguatur extra funditur, si pluris pecunia quam justitia habeatur. Itaque interpono partes nostræ amicitiæ, si forte recognita cognatione antiquæ familiaritatis, reporrigant sibi hiantia corda reconciliationis mutua brachia. Rogo ut dies per amicos vestros accipiatur, in quo de concordia familiarites agatur. Valete.

a *S. Medardi Abb.*) Apud Suessiones. Vetus ac nobile S. Benedicti monasterium, vel S. Gregorii Papæ privilegio clarissimum.

PETRI ABBATIS CELLENSIS EPISTOLARUM

LIBER SEXTUS.

EPISTOLA PRIMA.

a *Domino* [a] *Alberto Cardinali & Romanæ sedis Legato.*

XC. NIsi tanta distantia locorum & multiplex occupationum impedimentum nos retineret, dilectissimam nobis paternitatem vestram visitasse ussilaremus tandiu postposuissemus. Est enim in pectore nostro multa de negotio vobis injuncto & de fine ejus sollicitudo, quia honor Dei & Ecclesiæ utilitas, & famæ vestræ integritas, atque totius curiæ Romanæ circumspectio ex eo accipiet apud conscientiam omnium laudem & magnificentiam, si secundum regulam æquitatis & veritatis sortitum fuerit effectum. Quatenus ergo res jam processerit, non sit vobis tædiosum amicum vestrum certificare. Habetis autem idoneum, si placuerit, per quem fideliter remandare & secure potestis, Priorem utique de Valle sancti Petri, carissimum filium vestrum, quem in Christo genuistis, & ejus spiritum in omnibus vobis obnoxium reddidistis. Ad locum namque, qui [b] Vallis Dei appellatur profectus, ut ibi Priorem substituat, non multum a vobis remotus, si ei mandaveritis venire ad vos, tutis auribus instillare poteritis, quæ de statu vestro grata vel ingrata vobis occurrunt. Et mihi quidem videtur, præfatum locum vestro auxilio & consilio multum indigere, quia Episcopus, ad cujus diœcesim pertinet, manum benedictionis & auxilii differt apponere. Neque enim cœmiterium, neque monasterii sui consecrationem, fratres qui ibi manent habere possunt. Vestra itaque interest, quod de facili potestis, pauperes Christi in hoc juvare, ut in loco benedicto creatorem suum benedicant. In calce literarum supponimus vobis commendare Priorem, qui ibi substitutus est, quem de fornace religionis, & regularis subjectionis noviter extractum, ad curam animarum regendam filius vester manum mittere coegit. Doctrina itaque & auxilio vestro instruire illum, quia scitis quam difficilem rem arripit, qui animas suscipit regendas.

EPISTOLA II.

Archiepiscopo Senonensi Petrus Abbas S. Remigii.

XCI. OPus manuum vestrarum, locum utique qui dicitur Vallis Dei, non tradatis oblivioni: quia novella plantatio cito deficit, sive arescit, nisi frequenti irrigatione ei succurratur,

A & fomento multiplici foveatur. Ad suam patriam, ut credimus, evolavit spiritus filii vestri fratris R. quem sicut paternis gremiis, dum in carne esset, continuistis, sic justum est ut orationibus & benedictionibus vestris usque ad thronum gratiæ conducatis. Quia ergo sublato pane de mensa Domini, in sabbato novum substituendum non ignoratis, eandem dilectionem & protectionem oramus impendi bono & religioso juveni, quem amicus & filius vester carissimus ibi ex voluntate fratrum præposuit, Prior de Valle sancti Petri. Ut scitis, domus ista domus orationis vocatur. Necesse est ergo, ut sine dilatione auxilio vestro consecretur, quatinus veraciter & non fallaciter locus ille san-
B ctus vocetur. Quicquid enim ibi religionis, orationis, mortificationis, sanctificationis, & aliarum sanctarum observationum servi Dei inibi conservando cæleste præmium promeruerint, in sinu vestro revertetur, & ad caput vestrum defluet: quia qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Non ergo pigeat vos, cœpisse expendere in usus pauperum aliquid de substantia vestra, quia vos recepturi sunt in æterna tabernacula.

EPISTOLA III.

Uni Cardinalium.

C UNa sua Christus amplissima & generalissima regula omnes tam præcedentium quam subsequentium Catholicorum patrum sanctissimas sanctiones compendiose includit, dicens de dilectione Dei & proximi: *In his duobus tota lex pendet, & prophetæ.* (Matt. 22. 40.) Revocanda igitur sunt omnia, quæ fiunt in Ecclesia Dei, ad hanc ornatissimam regulam: quia quicquid ab ea discordat, a spiritu pacis & caritatis non manat. Inde est, pater venerande, quod dispensationes quarundam institutionum non indigne admittuntur pro majori & meliori recompensatione. Vo-
D lumus igitur vobis notificare, quanta mala & quanta hominum strages in terra nostra ex guerris quorundam nobilium hominum, videlicet Comitis Vuischardi de Ruzcio, & Comitis Recensis, * atque Hagonis de Petriponte, diebus nostris, & antecessorum nostrorum acciderunt. Homines innumerabiles tam occisi quam capti & redempti sunt, & novissima damna su-

a *Alberto Cardinali Legato*) S. Laurentii in Lucina. Sic enim apud Rogerum appellatur in literis absolutionis, quas Henrico regi, cum se de B. Thomæ nece purgasset, cum Theodino collega dedit. Atque hic nimirum fuit exitus legationis, de qua audire avet hoc loco, & de qua scribit Alexander epist. lxv.

b *Vallis Dei*) Cartusiensium cœnobium ad diœcesim pertinens Episcopi Carnotensis. Hunc enim Episcopum significat. Aliud est Vallis Dei monasterium, ordinis Præmonstratensis, in Remensium diœcesi, quod ad rem nihil facit.

stinuerunt. Religiosæ domus deprædatæ sunt, & multa alia mala provenerunt. Interventu tandem bonorum & sapientum & religiosorum, matrimonia inter se contrahere disposuerunt, ut saltem isto nexu confœderati inter se pacem tenerent & haberent. Penset itaque vestra discretio, ut si quid de gradu consanguinitatis obstat, pro bono pacis, & pro tantorum malorum recompensatione, quæcunque fieri potest a Domino Papa non recusetur dispensatio. Valete.

Epistola IV.

[a] *Nicolao monacho.*

XCIII. INiqua forte sæcularis occupatio, & æternorum affectio, sollicitudinem nostram dividunt. Sesqualteram namque & supra animæ nostræ portionem negotiatio temporalium actionum sibi, nullo interveniente bonæ fidei contractu, vendicat, & mihi de me vel exiguam partem non relinquit. Passam denique injuriam in alios referre non minus stulti quam injuriosi est. Sumpto siquidem probabili & noto de prope argumento, cavere quisque debet, ne de alieno ægrotet incommodo. Igitur de quantulacumque relicta mihi portione quietis, sive furtivi otii, subdividens indulgeo amico modicum de modico. Gratia quoque tui facio licitum, quod de facto, non de jure, pene redditur illicitum. Sola etenim non licent, quæ sola licere deberent. Ea vero plurima & sine licentia sese ingerunt, quæ salutem magis impediunt quam expediant. Unde ergo exordiar? Quam solemne, quam devotum acturus sum vicinis congratulationis convivium, qui quasi de morte recepi amicum? Plus falsi quam veri rumores ferere populares, in multis expertus, fallaciam ejus æquitatis judicio condemnare soleo. In hoc autem articulo mendacio rumusculosæ verbositatis gratias ago. Jam namque a multis retro annis te in fata concessisse acceperam, quod veraciter falsum esse nuper, quasi de gravi somno evigilans, gavisus sum, in eo quod adhuc nostræ sortis & vitæ consortem te esse audivi. Equidem de numero amicorum nostrorum ex eo habere te censui, ex quo scripta tua legi. Amplius autem nostræ amicitiæ vincula tenacissima intexere debet, quod ex toto corde compassus, Deo animam tuam, quam de corpore evolasse ad sinum matris misericordiæ credebam, non semel commendavi. Vicem ergo debes nobis, si recte de amicitia judicaveris. Quam idcirco obnixe expostulo, quia nescio qua hora, quod de te falso opinatus sum, mihi indubitanter contingat. Et video viscera misericordiæ Dei nostri fines vestros copiosa benedictione respersisse. Pretiosi namque martyris Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi occasus, orientalem nobis fenestram aperuit, & de fidei atque patientiæ suæ splendore Angelicas tenebras illustravit. Quæ enim terra tantum de se palmitem protulit, ministeriales cælicolas, Angelicas utique virtutes, pro tanto fructu in sinu suo recepto, perpetuo conciliavit. Qua itaque ratione non sæpe & frequenter sevisitent terram, de qua tantum thesaurum suis gazis intulerunt? Credo manum cultoris, sive agricolæ, de quo dicitur,
Joan. 15. 1. *Pater meus agricola est*, venas & valvas nubium suarum nondum inclusisse, ut abstineat benedicere terræ, quam compluit sanguine magni sacerdotis Thomæ. Non immerito igitur undecunque populi advenientes, & tumbam illius venerantes, benedicunt genti, populo, & nationi, de qua tantus Christi testis ortum habuit. Exora itaque sancta ejus merita pro amico tuo, & si qua habes nova scripta mitte nobis. Quæro a te, memor favorabilis non odiosæ altercationis dudum inter nos habitæ, utrum ficta mitte emendatus, errorem qui non de odio, sed de summo, aut plusquam summo favore virginis virginum venit, deleveris aut delineris. Vellem ergo videre, si quid de vera morte simulata mutaverit, cum absque præcipiti ambiguo vexatio inferni, etsi non salubriter, tamen pœnaliter, colonum suum doceat ubi erraveris. Æmulanda certe, immo emulanda imitatione, feria illa non sera præoccupatione anticipat mens cauta, & provida, quotidie advocans cælum & terram cum omni circumlustratione Angelorum, hominum, & dæmonum, acta singulorum proferentium, & debita tormenta allegantium. Felix anima, quæ salibus assueta præludiis, fallaces & feroces tempestive præcidit malignorum accusationes, vindictam judicialem de seipsa a se ipsa exigens, & solvens, ut ventilabrum non inveniens, quod vexando excutiat, sola grana æternis apothecis reponat. Quid igitur de imagine ista transumpseris, rogo mandata literis mittere amico non dedigneris. Tuus enim mihi placet & stylus & animus. Vale.

Epistola V.

Alii Nicolao.

JAm in desuetudinem pene abierunt reciprocæ salutationes, quas tu bonus sub ovina pelle mihi solebas mittere, & ego qualis qualia tibi. Nescio utrum modo sis melior, quam tunc, vetustior tamen & nigriores, terræ propinquior. XCIV.
Expecto facetias istas nostras a te cum usura statim solvi. Provolutus ergo pedibus teterrimi idoli, peto indulgentiam de nullo reatu. Mando tamen ut venias ad festum nostrum, quatinus tua pulcherrima & sanctissima facie tota solemnitas illustretur, & ore illo veridico animæ nostræ a plagis & vulneribus suis curentur. Interim mando tibi negotia nostra, quæ tibi frater iste & socius tuus in colore & facie dicet. Vale, & ora pro nobis. Tua enim oratio penetrat cælos.

Epistola VI.

Domino & patri Alexandro summo Pontifici, Petrus Abbas sancti Remigii quicquid filius patri.

NUllis bona voluntas a sancto spiritu inclitata coercenda est habenis, nullis a proposito retardanda dissimulationibus. Sic enim jam totius nostræ Christianitatis religio intepuit, ut vix in toto grege Christiani populi aliqui inveniantur, qui non malint sub ficu & oliva terreni honoris & delectationis delitescere, quam procul odorare bellum, & audacter occurrere in occursum cum filiis Benjamin, & dimidia tribu Manasse, expediti armatis inimicis Christi. Ad vos itaque, Pater sanctissime, qui estis in XCV.

a *Nicolao monacho*) Anglo, monacho sancti Albini, quo cum de conceptione Beatæ Virginis altercatur epistola xxiii. hujus libri, & x. libri ix.

corpore Ecclesiæ caput, de quo oleum non deficit, & qui Australe sufflatorium habetis, respicit desides excitare, excitatos vero ad meliora & viciniora saluti juvare & impellere. Nunquam ergo vobis molestum debet esse, quod a vobis postulatur in auxilio propagandæ Catholicæ fidei: quia & Dei & Domini nostri Jesu Christi laus inde augmentatur, meritum vestrum cumulatur, salus infideli populo acquiritur. Proinde petitiones pauperis illius Episcopi Fulconis, qui hoc anno curiam visitavit, & modo nobiscum hospitatur, apud vestram sanctitatem commendamus, scientes & pensantes, quia ubi nulla aut rara fidei supellectilia sunt, suffragio copiosiore indigetur. Indulgendum est ergo illi in multis, qui omnibus indiget. Sic magister & Dominus vester, cum discipulos suos mitteret ut nova prædicarent, addidit eis ut mira quoque facerent. Non a vobis hoc exigitur, ut virtus miraculorum tribuatur, sed auctoritas vestra cum ipso & in ipso operatus, ut facilius ei ab incredulis credatur. Nam & Moyses cum a Domino ad filios Israel mitteretur, signum rogavit dari, in quo sibi crederetur. Privilegia ergo, quæ a vobis petit, & pro virga Moysi, & pro miraculis discipulorum Christi suffragabuntur ei. Nemo enim Deo faciente contemnet auctoritatem vestram, vel personam illius vestra auctoritate munitam. Valeat sanctitas vestra, cui debeo quicquid sum & possum. A multis enim audio, & in multis experto magnificentissimam gratiam vestram.

EPISTOLA VII.

Magistro [a] Joanni Cancellario, & R. Cantori Compendiensi.

XCVI. TAm sedula dilectissimi Domini mei Archiepiscopi in pectore meo viget memoria, ut non solum vigilans, sed etiam dormiens frequentissima visione & allocatione fruar de absente, quod modo non possum de præsente. Nulla falsitas in sua & nostra dilectione, quia benignissimum & dilectum semper habeo illum patronum. Tam de ipso itaque, quam de vobis, & omnibus sociis vestris, habetur apud nos continua & indefessa oratio. De statu autem nostro & terræ vobis remando, quia in pace sunt quæcumque ad Dominum nostrum pertinent. Undecumque enim bene agitur circa negotia ejus, & nepotes sani sunt. Dominus quoque Galerannus strenue agit, & dominus Thomas sacerdos, & magister Radulfus, nec non & Archidiaconus, & omnes amici vestri. Unum solum est quod nobis deest, præsentia vestra, & Domini nostri, quam rogamus, ut salvo ejus honore maturetis citius nobis & patriæ restitui. Omnes socios vestros & amicos salutate, præcipue [b] Abbates Belliloci, & sancti Petri de Montibus.

EPISTOLA VIII.

Regi [c] Suenonum, & Ducibus, & Principibus, & eorumdem Archiepiscopo, & cunctis suffraganeis ejus.

XCVII CUm animi Deo devoti principale & summum debeat esse studium, ad gloriam & honorem Dei omnia componere, si forte aliquatenus se omnipotenti Deo placere, vel leviter senserit, cumulatis intrinsecus gaudiis totum se effundit, tanquam liquefactus post sponsum, acclamans & dicens: *Exultabimus & lætabimur in te memores uberum tuorum*. His nostra parvitas provocata exemplis, etsi in multis, immo pene in omnibus, quotidie me sciam peccare, & non ut justum est divinis mancipari studiis, in hoc uno non usquequaque despero de misericordia Dei, quia de manu nostra manipulum benigne suscepit, domnum Fulconem Episcopum, quondam monachum nostrum, & in claustrali religione a nobis enutritum, ad summum provexit sacerdotium. Recognoscimus in eo vultum nostrum, & speramus quod non recedat cor ejus a Deo nostro, & a mandatis ejus. Cum ergo opportunitas grata obtulerit, quod tempus habere possumus adhuc eum instruendi & informandi in ampliorem Dei dilectionem, gratanter & devote excipimus, quia ulterius non eum videndum, usque ad thronum gratiæ, & ad distributionem æterni stipendii arbitramur. Ad hæc ipsa temporis incommoditas cooperatur desiderio nostro. Si enim uterque nostrum vellet, discrimina & pericula quæ habet transire non posset. Inundantia enim aquarum, ut audivimus, tanta est, ut vix serenissimis temporibus meabile sit iter quo ad vos pervenitur. Tertia denique causa subest, quia domnus Archiepiscopus noster Romam pergens officium suum nos supplere commisit. Nequaquam autem in dedicatione Ecclesiarum, vel ordinatione clericorum, vel confirmatione Christianorum Abbatis assurgis dignitas. Per ipsum ergo, qui in omnibus noster est, implemus, quod per nos non possumus. Veniet autem ad vos plenus Dei benedictione, cum tempora fuerint meliorata. Valete.

EPISTOLA IX.

Priori Cantuariensi.

XCVIII. ME debitorem vobis constituit tam obsequium dilectionis, quod omnibus ex parte nostra per vos transeuntibus impenditis, quam carissimi nostri magistri Joannis gratia, quam plenissime obtinetis. Novus quoque a Deo vobis collatus Martyr ad suæ sepulturæ locum attrahit & allicit. Quem enim præ aliis mortalibus virum constantem, & in fide vera fundatum cognovi, cum sanctis Angelis & [d] martyribus jam annumeratum corde credo, & ore confiteor. Præsumo autem & ipse de orationibus ejus, utique

a *Joanni Cancellario, & R. Cantori Compendiensi*) Videntur in comitatu fuisse Archiepiscopi Remensis, qui Romam profectus erat, ut sequens epistola docet.

b *Abbate Belliloci, & S. Petri de Montibus*) Utrumque monasterium ordinis S. Benedicti: illud quidem in Argona pago diœcesis Virdunensis: hoc vero Catalauni, de quo iterum lib. VIII. epist. XIV.

c *Regi Suenonum*) Carolo fortasse Suerconis regis filio. Is enim Suenonibus seu Suecis, Gothisque per hæc tempora imperabat. Fulco autem Estonum Episcopus, qui Sueciæ tum regno adhærebant.

d *Martyribus jam annumeratum*) Adnumerandum haud multo post Apostolica auctoritate decrevit Alexander Pont. anno M. C. LXXII. die primo Quadragesimæ, ut est in ejus epistola LIV.

A quia dignum fecit me Deus suis benedictionibus, colloquio, cognitione, atque familiaritate. Accedit & hoc ad cumulum totius amicitiæ, quod in turbine illo & tempestate [a] per M. Joannem salvatus & conservatus est. Noluit Deus stellas omnes cum magno illo sole simul de terra vestra tollere. Ideo reliquiæ salvæ factæ sunt. Plane bene appellaverim stellas, doctrina & vita relucentes tanti patris filios, & tanti doctoris discipulos. Utinam radios suos libere, & absque interpolatione tenebrosæ noctis exercere valerent. Cetaris enim terris vestra melior & clarior appareret, si doctrinam illorum reciperet.

B

EPISTOLA X.

Abbati sancti Eadmundi.

XCIX. NOn vilescat vobis nostra litera, quam commendat dilectio. Fungitur namque legatione devoti amici, & parvis expensis supplet impossibilitatem difficillimæ peregrinationis. Illota surte facie, & minus compta vilitate pannorum, sublimes offenderet oculos, nisi essent amicabiles. Genus itaque pensandum, non decus: quia specimen generationis pluris est, quam forma lucrativa adulterii & fornicationis. Nostra ad vos oratio de genere Israel est, non C deprehensa, vel aliquando deprehendenda macula mendacii, tanquam adulterii. Magnum mihi est religiosorum familiaritatem habere, & pretiosum firmiter retinere. Rogo itaque, vices mutuæ orationum nostrarum sæpe alterno recursu adinvicem præbeant columbina oscula, & duæ pennæ jungantur, quarum beneficio cæli palatia, Deo annuente, penetrentur. Valete.

EPISTOLA XI.

Magistro Joanni Salisberiensi & fratri suo Richardo.

C. GRande dispendium patitur ardens desiderium, si data occasione crassa & supina D negligentia negaverit de amico sefluere, vel ab amico recipere saltem literale refrigerium. Sit ergo inter nos pactum, quod impune prævaricari non liceat, quatinus vacua manu, vel brevissima salutatione nuncius nullus accedat, vel abscedat. Non tamen credo aliquando sic evacuari tempora circumvolitantia, ut non alterutrum habeamus, unde vel de prosperitate, vel de adversitate aliquatenus conqueramur. Ineptissima plane excusatio quorundam, qui cum moneantur ad confessionem, dicunt se nihil habere quod in confessione referant. Revera tales copia inopes facit, vel solis claritas eos excæcavit. Non ergo similes eis efficiamur, E dicendo, nihil novi nos habere quod referamus: cum nec Francia citra mare perpetuitatem pacis & tranquillitatis adhuc juraverit: nec Anglia vestra ultra & juxta mare medium silentium post completorium teneat. Solent enim tunc fœcundi calices tam apud vos, quam apud nos, nova & vetera dicere & facere. Sed de his taceamus, ne vestrates irascantur, qui potu viliori non minus inebriantur, quam nostrates vino meracissimo. [b] Imperator indulsit nobis bona nostra de Marna. Valete.

EPISTOLA XII.

Joannis Salisberiensi.

CI. SI bene recolo jocos prioris sæculi, dum simul essemus, & ad invicem plura jocando sereremus, occurrit inter cetera, quod quasi de magnitudine casulæ tunc Archiepiscopi Thomæ, nunc pretiosissimi martyris, conquerebar ubi posset reperiri. Verbum illud fecit Deus, immo risum fecit nobis, & toti provinciæ vestræ & nostræ. Inde est quod undecunque non solum Angli, sed & Galli, quasi ad solemnes epulas, & ad fertilissimas jubilationes, concurrunt ad tumbam prædicti sancti: quo & mihi miserrimo & indignissimo contingat venire, mirabilia Dei, & adorare Deum in sancto suo antequam moriar. Etsi enim intercipi voragine maris quod intercurrit possem, non timerem mortem cum vitam quærerem. Interim autem corde meo, ore vestro, adite præsentiam ejus, & totis visceribus atque medullis, pro peccatis & miseriis nostris rogate alumnum gratiæ, ne præ ebrietate immensurabilium gaudiorum suorum, qua ab uberibus Christi & gloriosæ virginis Mariæ repletur, nostri obliviscatur, cum nos comparticipes compassione animi in tribulatione sua aliquando habuerit, & adhuc pro posse devotissimos gloriæ suæ prædicatores. De his hactenus. Ceterum de oblatione vestra universitas fratrum nostrorum grates quas potest vobis rependit, & quem cum fratre vestro Richardo ab annis prioribus in societate bonorum suorum annumeravit, cumulatius amplectitur, & jocundius in perpetuam commemorationem astringit. Nondum tamen reditus exinde comparavimus, quia nulla opportunitas se obtulit. Instantius autem laborabimus quærere, quo id maturius efficiatur. De glosis nostris, quas retinuistis, utcumque patienter sustineremus, nisi plusquam granum sinapis minutissimam fidem de nobis apud vos deprehenderemus. Tanto tempore nobiscum fuistis, & miror, immo horreo, si tam exiguam de nobis confidentiam ex præteritis actibus & verbis conceperitis, ut libellum parvissimi pretii a nobis gratis retinere formidaretis. Tamen quia ita egressum est de labiis vestris, ne fiant irrita vestra, prorsum sumptus reposcimus grandes & graves, ut fiat vobis juxta fidem vestram. Pretium tamen sine taxatione & sine æstimatione est. Dominum Episcopum Exoniensem saluto, & me sanctissimis suis orationibus commendo. Fratrem vestrum Richardum, quem tenerrime diligo, & dulcissime amplector ab Jesu Christo & ab Spiritu sancto, immo a Deo patre, ubertate gratiarum impleri exopto. Participem enim me totorum bonorum ejus non dubito. Valete.

---

a *Per M. Joannem*) Saresberiensem, qui notarius & familiaris fuerat B. Thomæ. Itaque illo incolumi non totus obiisse B. Thomas videbatur.

b *Imperator indulsit*) Fridericus Ahenobarbus. Non semel, ut in remotis possessionibus accidere solet, in Marsaæ bonis vim passi sunt monachi Sancti Remigii. Nam & paucis ab hinc annis in eorum possessionem, que dejecti per annos complures caruerant, Regis nostri auctoritate postliminio restituti sunt.

Epistola XIII.

Venerando, & utinam non verbo & lingua, sed opere & veritate amico, Theobaldo Abbati Molismensi, frater Petrus sancti Remigii humilis minister spiritum veritatis.

CII. VOx quidem veſtra vnx Jacob eſt, & utinam manus non eſſene manus Eſau.
Verba veſtra venti ſunr, literæ cymbalum tinniens, promiſſinoes oobes ſine aqaa, ſermn ſine
voce, flores ſine fructu, ignis ſine calore, aqua
ſine humore, corpus ſine anima, anima ſine vita. Quotiens, dilectiſſime Domine, baculus
arnndiueus mihi factus eſtis, dnm vobis crederem, & nibil acciperem? Qnntiens nuucios noſtros nnu psimo, non ſecundo, non tertin ſatigaſtis, & vanis atqne fruſtratnriis dilationibus deloſiſtis? Ubi eſt ergn illud privilegium
amicitiæ, ut ſcribitis? nbi dilectin illa ſpecialis, abi fides ſiugnlaris? Communia veſtra male æſtimn, cum ſpecialia tam caſſa & vana reperin. Homn tantæ auctoritatis, Abbas tantæ
congregationis, mooachus & ſacetdos veraciſſimi Chriſti, qoare nnn appendie In ſtatera juſta verba ſua, ut nunqaam exorbitet a regala
veritatis, qui regalam profeſſus eſt beati Benedicti, immo Chriſtianæ religionis? Fideliter &
veraciter proteſtor, multa incommoda ſequi
meodacem, dum qoiſque ſe & ſua illi credere
reſagit. Si meis acqaieſcere volueritis conſiliis,
mutatn melinri fundameuto, diutius & melius
cum proſperitare in Abbatia veſtra dnrabitis,
& adverſariis veſtris locum adverſum vos malignandi nnn præſtabitis. Debitum nnſtrum,
cum Deus voluerit & vobis placnerit, habebo.
Veruntamen exiude nnn prnmerui laborem &
diſpendium, quia bona fide & cam atilitate
Eccleſiæ veſtræ matuo centum libras ab Otranno Trecenſi accepi. Sufficinnt mihi vereres moleſtiæ, & priſtini labores, quos ſuſtinni, ne vel
uua die creditnrem moleſtarem. Non igitar vadam vobis iu occurſum pro iſta re. Apud nos
ſunt, qni ſciunt quid ex debito receperimus,
& quid non. Si ad nos veneritis, honorifice
vos ſuſcipiemus, & maxime cum pace, ſi pacem detale-itis. Valete.

Epistola XIV.

Priori de Valle sancti Petri.

CIII. DE quæſtinne veſtra, utrum ſcilicet ſalva conſcientia vere pœnitens pnſſit reſpondere antiqua erimina ſibi nbjicienti, oihil eſt,
aut neſcio quid dicis, ntinam tempns & licentiam largiorem ſcribendi obtinerem! Tamen
quod in tranſcurſu animn occurrit, reſpoudeo.
Vera confeſſio & plena ſatisfactio, omues Ægyptios, tauqoam plombum, in aquis vehementibas indifferentet ſabmergunt: adeo at ſolus
Iſraelita, id eſt, virtas a Deo conceſſa evadat,
& Ægyptii, id eſt peccati opprobriom tollatur
a conſcientia, & ab infamiæ nota. Sicut enim
in baptiſmo, tam otiginaliom, quam actualium
nallæ ſapernataut reliqaiæ; ſic in confeſſione
illaſtrautnr tenebræ, & nnx vertitnr in diem,
ut veraciter converſo & confitcoti dicatur,
fuiſti aliquando teuebræ, nunc autem lax in
Domino. Et ſicut idem Apoſtolus ait de Chri-
2. Cor. 5. 16. ſtn, *Etſi aoveramus Chriſtum ſecaadam carnem, ſed aunc jam uoa aovimas:* ſic & de iſtn dica-
A tur, etſi noveramus peccatorem, mendacem,
homicidam, adnlterum, injuſtum, & impium,
liqneſactis iniqnitatibas omnibut io fornace confeſſinuis, reformetur ad ſanctitatis imaginem,
& dicatur bonus, verax, innocens, caſtus, juſtus, & pius. *Verte*, ioquit ſcriptura, *impios*, Prov. 12. 7.
& aan erunt, neique impii. Ut enim tollitus
nigredo ſuperveniente albedine, ſic malitia ſuperveniente bonitate. Neminem Jeſus ſemiplene curavit, nemini gratiam ſuam modio injuſto menſuravit, nt tntum ſe Deo exponentem
non totis ulnis miſericordiæ exciperet. *Sine pœnitentia*, ait Apnſtolus, *ſant dona & vocatio* Rom. 11. 29.
Dei: qoia niſi ab ingratis ſemel a Deo conceſſa gratia non revocatur. Eſt namqoe in illo
B eſt, nec eſt in illn eſt & oon, ſed eſt tantnm
in illo eſt. Cum ergn vere cnnfitens & vere
pœnitcos his ditetar privilegiis, quis neqaam
oculus audebit dicere, judicia Dei nnn eſſe juſta, & opera reprebenſibilia? *An*, ioqnit Dominas In Evangelio, *ocalas tuas neqaam eſt*, Matt. 20. 15.
qaia ego bonur ſum? Sicerunt nnviſſimi, id eſt,
graviſſimis ocenpati peccatis, per correptionem
primi, & primi, qui ſe juſtos arbitrantur, ſuam
juſtitiam conſtitaentes, noviſſimi, id eſt, gratia
Dei vacui. His auctoritatibns nnn improbe aſſerere poſſumns, veraciter poſſe reſpondere vere
pœnitentem exprnbanti ſibi antiquas & exterminatas abominatinnes, immo per confeſſinuem
antiqaatas & deletas, neſeio ita eſſe nt dicis,
vel, nihil eſt quod dicis. De præſenti enim ſta-
C tu nnumqnemque jodicat Deus, nec alicui ad
couſuſionem priores cicatrices peccatorum a Deo
opponuutur, cujus nt aquilæ juventus per innnvationem vitæ renovata eſt. Quicquid autem
judex ignoſcit, adverſarius imputare nnn poteſt. Unde Apnſtolus: *Si Deas pro aabis, quis* Rom. 8. 31.
contra nos? Nnn enim ſolum cum pœnitente,
immo etiam pro pœnitente ſtar Deus, dicens
pro ea quæ in adulterio deprehenſa ei damnanda oblata ſuerat: *Si quis veſtrum ſine peccato* Joan. 8. 7. 10.
eſt, prior in illam lapidem mittat. Qua ſententia illa liberaca, cnm ei diceretur, *nemo te condemnavit mulier?* & illa reſponderet: *Nemo*
D *domine; nec ego*, inquit, *te condemnabo*. Nonoe recte dicere poſſet ſalva conſcientia, nnn
ſum quæ ſuetam, non ſum adultera? Tamen
regularius & modeſtius Improperanti & calumniatori reſpondendnm eſt taliter, Melius poſſes
dicere, vel, Deus tibi Ignoſcat boc peccatnm,
vel ſi qua talia ſunt: ad exemplum Jeſn, cui
cum dictum eſſet, *Noane beae dicimus nos*, Joan. 8. 48.
qaia Samaritanus es ta, & dæmonium habes,
alterum ſimpliciter negavie dicens: *Ego dæmonium non habeo*, de alio prorſus tacens. De
his hactenas. Abbas ſancti Criſpini in præſeuti
nobiſeum ad Montem Dei venturus eſt, & mandat ue nobis ibi occnrratis. Si ergn poteſtis,
facite quod amicus rogat: quia de omnibas
E tunc melins poterimus conſerre, & ad invicem,
& cum Prinre. Marcum argenti & dimidiam
ad faciendum calicem Ellandns Canonicus ſanctæ Mariæ Remenſis legavie vobis. Orate pro
anima ejus. Valete.

EPISTOLA XV.

a ᵃ *E. Lundensi Archiepiscopo.*

CIV. ÆTernas & antiquas venas misericordiarum & benedictionum suarum profusa in omni largitate divina gratia his temporibus, licet caritas multorum refrigescat, nondum exclusit. Quamvis enim reconditos & labentes sinus gratiæ in mentibus multorum fidelium Deus in Ecclesia sua adhuc retineat: vos præcipue tanquam lucernam super candelabrum positam, oleo multiplici perfudit, unde multæ areolæ Ecclesiarum, Episcoporum, pauperum, viduarum, tam suaviter quam abundanter irrigantur. A multis siquidem retro temporibus, non in vacuum sive gratiam, sive pecuniam Dei excepistis, ligando illam in sudario, vel infra domesticos parietes recludendo. Quis enim ad vos accedens vestram non sensit benedictionem? quis quantumlibet tepens, audiens vel videns conversationem vestram, manum egenis expositam, ostium viatoribus patens, judicium & justitiam æqua lance, causam non personam discernens, omnemque reliquam actionum & sermonum vestrorum regionem perlustrans, non calefactus, non melioratus, non bene instructus abiit? Deo gratias, qui juxta consuetudinem suam gratiam pro gratia superabundare facit in vobis, ut melior sit finis orationis quam principium, & ut exitus matutini & vespere delectabiles fiant. Adhuc enim stillant manus vestræ aromata Dei, quæ de thuribulis sanctorum, per manus Angelorum, in incensum suavitatis naribus sedentis super thronum gratiæ referantur: quatinus in æterna tabernacula vos recipiant, qui de bonitate & beneficiis vestris in terris sustentati, per gratiarum actionem in cælo jam sunt recepti, vel adhuc recipiendi. Pauper iste Episcopus domnus Fulco, quem per Evangelium in Christo ego genui monachum, & vos Episcopum, de magnificentissima liberalitate vestra Deo gratias nobiscum refert, exponens quod sustentamentum vitæ & peregrinationis suæ vos habet, & semper habiturum confidit. Scitis, Domine pater, quam duram provinciam sortitus sit, & quod animam suam in manibus suis posuerit, potius mortem semper expectans, quam longam vitam. Scitis etiam, quia qui prophetam in nomine prophetæ recipit, mercedem prophetæ recipit. Unde remittimus eum ad vos, commendamus eum Deo & vobis. Retinuimus eum siquidem malo tempore, remittimus autem bono & congruo, ut visitet messem, utrum matura sit ad metendum, an immatura ad laborandum. Manum siquidem misit ad aratrum ope vestra & opere, ad Christianitatem dilatandam, & horrea Dei fertilioni segete implenda. Vestrum enim, vestrum est, quicquid incrementi provenerit ex labore ipsius, quia & de vestro vivit, tanquam operarius Dei & vester: & ad gloriam vestram respicit atque coronam, quodcumque Christo acquirere potuerit. Non igitur obturandum est os bovi trituranti, neque palea subtrahenda.

EPISTOLA XVI.

ᵇ *Domino Richardo.* b

CV. TAnquam de sepulcro Domini species aromaticas, quibus Nicodemus & Joseph Dominicum corpus perunxerunt, in monumento literarum tuarum excepi, & tam ori quam odoratui apponens, spiritum super mel dulcem non semel legendo attraxi. Nihil fœtidum, nihil fœdum, nihil emortuum vivus ille sermo tuus, nitidus, & sale sufficienter respersus continet. Vivit memoria accepti beneficii, relucet narratio compacti amoris, stylus elimatus pondere sententiarum & ornatu verborum refulget sicut sol in clypeo aureo, usque ad divisionem animæ & spiritus pertingens. De intimo & profundo cordis venas cælesti unguento repletas ad medium educit, & pulcherrimæ puellæ de terra Israel speciem spectaculo Angelorum & hominum sistit. In vestitu enim deaurato per auctoritates divini eloquii & colores rhetoricos, in lecto eburneo propter verum & castum sermonem quiescentem hanc inveni, sine macula mendacii, & ruga duplicitatis. Spiritus veritatis talem solet sobolem in mente sancta gignere, & spiraculum vitæ insufflare, ne mens amore divino gravida aliud possit parere, quam concepit. Cum adhuc esses, dilectissime, in atrio exteriori, & sæculari habitu, per foramen nobis incognitum, manum submittebat ad animæ ventrem invisibilis ille amator, & demulcebat viscera jam jam sibi legitimo matrimonio copulanda, suavitate sibi certe & tibi forte cognita. Quales autem nunc tibi amplexus porrigat, quæ oscula offerat, cujusmodi fœtus conferat, nemo novit, nisi cum in sermonem vel in scripturam partus latentem gratiam prodiderit. Secretum tuum tibi, secretum tuum tibi. Admittendi tamen salvo silentio sunt amici illi, cum quibus omnia sunt communia, qui non invident, sed congaudent fortunis prosperis, qui optant & dicunt, crescas in mille millia. Credo me Petrum cum Joanne assumendum, etiam in transfiguratione, etiam in morte, etiam in resurrectione. Non me præfero Joanni, qui recubuit super pectus, sed præsumo post Joannem & stationem habere, & castra nostra ponere. Habeat ut dignum est Jesus cum patre suo & spiritu primam in te sessionem: habeat virgo secundam; habeant sancti in ordine suo tertiam. De incolis autem terræ M. Joannes primam, ego si placet secundam, aliis quibuslibet non invideo tertiam, & deinceps. De his hactenus. Si medicus essem, & medicinam qua repellerem infirmitatem tuam nossem, omnimodam curam adhiberem. Quia vero id non possum, facio quod possum. Mitto tibi species qualescumque nostras: utinam in nomine Jesu eis mandare possem effectum salutis & sanitatis.

EPISTOLA XVII.

Abbati de majori Silva.

QUod me semel vestris sanctis commendavi orationibus, & vice mutua nostras qua- CVI.

a *E. Lundensi Archiepiscopo*) Eskilo, de quo ad lib. 1. epist. XXIII. Is etsi Archiepiscopus erat in Dania, Sueciæ tamen etiam Ecclesias procurabat: quia Archiepiscopus Lundensis ex Hadriani IV. Papæ decreto, quod Eskilo ipsi concessum est, primas erat regni Sueciæ. Propterea ergo & Fulconem Estonibus Episcopum creat.

b *Domino Richardo*) Canonico regulari, fratrique, ut dictum est, Joannis Saresberiensis, ad cujus nomen & suum, hoc est Petri, alludit.

lescunque

lescunque orationes repromisi, huic congratulor contractui, & perpetuandum totis viribus exopto. Scintillas in literis vestris excandentes & recalentes hujus nostri mutui amoris cum multa lætitia excepi, & tanquam de sacro altari igne hausto thuribulum propriæ conscientiæ replens, devotionum nostrarum incensa prout potui adhibui. Scit Deus & dominus scientiarum, quod de propriis nihil præsumens meritis, & orationibus amicorum intercessiones, ad illum qui adhuc longe agit legatione fungentes, securus mitto, nec aliquatenus vacuas redire spero. Juxta itaque fidem meam unus de mediatoribus & reconciliatoribus meæ fragilitatis ad illum qui sedet in throno gratiæ accedatis, & copiosam de plenitudine gratiarum benedictionem infelici & misero peccatori referatis. Ceterum pro Priore de Novis valde familiari & amico nostro, vestro autem fidelissimo, paternitatem vestram supplex deprecor, quatinus sicut cœpistis paterno foveatis gremio, nec aliquid aliquando sinistri de illo suspicemini. Quod enim quasi contumaciter onus abbatiæ recusavit, non de protervitate, aut elatione, sive inobedientia processit. Venas quidem susurrii de sacratissimo pectoris vestri arcano susceperat, quod de facili indulgentiam vestram habiturus esset, si potius eligeret in potestate vestra & monachus vester remanere, quam si emancipationem & abbatiam appeteret. Valete.

Epistola XVIII.

[a] *Priori Cantuariensi.*

CVII. LUgdunensem Archiepiscopum nobis aliquando scripsisse de revelatione pretiosæ mortis sancti & gloriosi martyris Thomæ non teneo. Audivi quidem, sed a quo audierim mente excidit. Nolui ergo certa pro incertis scribere. Superflua enim sunt impendia lucernæ, ubi sol meridianus lucet in virtute sua, & denigrat majestatem verorum admixtum modicum fermenti mendacii & falsitatis. Credo enim magis laborandum, ut plura demantur miracula, quæ mera veritate fulciuntur in gloria Dei & præfati martyris, quam ut aliqua furtiva & emendicata supponantur. Omni supplicatione & postulatione tam vos, quam omnes, qui posteris tradituri estis memoriam mirabilium vestri & nostri Martyris exoro, ut nihil nisi septempliciter examinatum, purgatum, & colatum fidelissima veritate scribatur de eo, vel de miraculis ejus. De monacho Montis Dei, nomine Gaufredo, refero quæ veraciter facta partim ab ipso, plenius a quodam monacho nostro, qui tunc temporis ibi scribebat, audivi. Forte ab Anglia charta miraculorum sancti Thomæ ad nos devenerat, & a nobis ad fratres de Monte Dei. Jam dictus frater turgidus & inflatus toto corpore, ut vere hydropicus, cellam egredi non poterat. Accepta itaque cum fide & invocatione sancti nominis charta, tetigit pedes suos, & tibias, & totum corpus suum de ipsa, & in tantum convaluit ut parvo tempore interposito ad Ecclesiam, & ad officia sua, non tamen ex toto curatus, rediret. Addo miraculum plus jocundum, quam utile. In capella nostra libellus, qui legitur in capitulo de natalitiis Sanctorum, & de recordatione defunctorum nostrorum, nescio quis forte furatus est. Altera die cum flagitarem more solito legi lectionem ex ipso libro, turbatis Capellanis non est inventus libellus. Cum vero de negligentia & de incuria malæ custodiæ eosdem capellanos increparem, unus eorum, nomine Robertus Anglicus, qui frequenter missam ad altare, in quo reliquiæ sancti Thomæ continentur, celebrabat, in hanc vocem prorupit, Certe nunquam credam Thomam esse sanctum, nisi reddiderit nostrum libellum. Fere post mensem, redditus est nobis liber. Si hoc miraculum est, illud verum esse confirmo. Valete. Sanctum conventum, & M. Joannem salutate.

Epistola XIX.

Abbati Silvæ majoris, Petrus Abbas S. Remigii.

CVIII. JAm in itinere posuerant pedem Priores vestri, ut ad vos venirent, cum valefacientes nos, dixerunt quid humilitas nostra remandaret paternitati vestræ. Cœpi urgeri, utrum in tanta festinatione nudo verbo, an qualicunque scripto salutare vos deberem. Impetrato tamen brevissimo spatio cucurri ad scriptorem, nihil excogitatum, nihil præmeditatum, nihil emendicatum quærens: sed sicut in ore nostro & in manu scriptoris accurrebant verba, sic ea incondita literis mandavi. Nec etenim aliorum thesauros; nec nostros pauperes angulos evolvere poteram. Verbum illud, quod prope est in ore & in corde, non fuit necesse diu quærere, hoc est verbum dilectionis, verbum salutationis. Semper enim stat in januis, & omni transeunti occurrit quod diligam vos, & quod vester totus sum, & de orationibus vestris apud Deum plurimum confido. Scio sine dubio ad judicium me properare, ubi sola veritas locum habebit: sed nolo ut sola justitia sine misericordia portas judicii præripiat. Ad fugam enim potius me præpararem si possem, quam ad talem curiam, in qua malo suo merito omnis homo condemnaretur, & nullus, nisi misericordia suas partes interponeret, salvaretur. Credo vos aliquid posse apud misericordem, & justum judicem, sive præire, sive sequi vos contingat causam nostram. Dedit enim apud se fideles suos multum posse, qui fideles fecit, & januam suæ amicitiæ illis aperuit. Sit ergo fiduciæ meæ spes certa, non præsumptio vana, quod de Dei misericordia confido, & de intercessione vestra. De his hactenus. Priores vestros amicos nostros, præcipue Noviensem, & de Bella valle, & S. Pauli, affectuosius vobis commendo, & ut eosdem ad nos remittatis cum bona gratia, imploro. Valete.

---

a *Priori Cantuariensi*) Huic ante scripsit epist. xx. Quod de mortis B. Thomæ revelatione initio epistolæ ait, eo spectare videtur, quod a multis proditum est, atque in literis Willelmi Archiepiscopi Senonensis ad Alexandrum Papam legitur his verbis: *Dicitur namque & constanter asseritur, post passionem suam multis apparuisse in visu, quibus perhibet se non mortuum esse, sed vivere, & non vulnera, sed vulnerum tantum cicatrices ostendit.* De miraculorum autem fama, quæ B. Martyris occasione facta est, in literis Ludovici regis ad Alexandrum eundem: *Et vero ad tumulum agonistæ, ut revelatum est nobis, divina in miraculi revelatur gratia, & divinitus demonstratur, ubi humatus requiescit, pro cujus nomine decertavit.*

EPISTOLA XX.

Domino Richardo regulari Canonico, Petrus Abbas sancti Remigii.

CIX. PRæsentium lator bene vobis notus, viva voce quæ apud nos geruntur poterit referre, atque ideo parcius voluimus scribere. Una enim litera non atramento sed spiritu Dei scripta in corde nostro & vestro, amplius sufficit, quam multa librorum congeries, quæ est vera & firma caritas. Hæc non delebitur in diluvio aquarum multarum: quia aquæ multæ non poterunt extinguere caritatem. Hæc nullo incisorio sollicitudinum, sive occupationum raditur: hæc nullo igne tribulationum & malorum conflagrabit. Caritas enim nostra nunquam excidit. Hanc legere potestis sine sole in die, sine lucerna in nocte. Hanc oro ut legatis, cum sanctis altaribus assistitis, & in conspectu Angelorum atque omnium cœlestium virtutum. Lectio ista sine *Tu autem* continuetur. Nullum in auribus Domini sabaoth strepitum faciet. Non a quiete sua Christus excutitur sonitu hujus lectionis, non interrumpitur silentium cæli, non excitatur sponsa illa, quæ habens inter ubera sponsum, lævam ipsius sponsi sub capite, & dexteram in amplexu habet. Valete.

EPISTOLA XXI.

[a] *Priori Wigornensi.*

CX. RErum & temporum varietas, quæ nos ubique & undique circumvallat, non sinit nos stabili gradu in eodem stare, aliquandoquidem nostro, aliquando alterius vitio. Namcum in eodem proposito volentes stare pedem figimus, frequenter irruit, & occupat propositum stabilitatis nostræ, decursus & incursus instabilitatis alienæ. Inde est, carissime amice, quod contra propositum & voluntatem cordis vestri, fratrem P. Priorem de Lappelee cogimur amovere. Totiens siquidem rumores malos de Prioratu illo accipimus, quotiens transmarinos de illis partibus hospites suscipimus. Claustrales & ministeriales uno impetu concitati clamant perire domum, Prioratum ad nihilum redigi, & in summa jam paupertate detineri. Quid ultra? Nullum ibi monachum esse, solum Priorem semivivum palpitare. Mittimus itaque a latere nostro fratrem Absalonem, cujus industriam in multis experti sumus, & cujus studio, si ei gratia Dei affuerit, ruinas illas reparandas & in melius commutandas speramus. Commendamus ergo illum vobis, ut consilio, & auxilio vestro fultus, ad honorem Dei, & animæ suæ salutem, ac Ecclesiæ nostræ utilitatem, valeat commissa sibi strenue adimplere. Valete.

EPISTOLA XXII.

Petrus Abbas S. Remigii [b] *Monacho de Reddinges.*

CXI. LIteras vestræ amicitiæ ad manum non habebam, cum nata occasione vobis scribere decrevi. Frater enim vester magister Willemus secum eas asportaverat. Tenorem quoque illarum non bene memoriæ commendaveram. unde nec recapitulare potui, quæ præcipua & digna erant, sive responsione, sive præconio laudis. Tenuissime siquidem reminiscor, quia tanquam in opaca silva, tam sensuum quam verborum grandis in eis præjacebat materia, de qua sapientia excidens columnas septem, domum Salomonis, sive templum domini posset construere. Itaque factus tanquam vir qui præ inopia racemos colligit in autumno, non mihi occurrit, quod vellem præstare amico venienti de via, vel animæ esurienti, magis ex copia quam ex inopia. Equidem non ignoro patere vobis spatiosa illa deambulatoria, ubi omnia ligna paradisi, ubi vitis abundans in lateribus domus Dei, ubi promptuaria eructantia ex hoc in illud, ubi deliciæ deliciarum, ubi cantica omnium lætantium de sponsi præsentia & sponsæ magnificentia. Puro namque pectore quid jocundius, quid ditius, quid appetibilius? Ibi Deus, ibi angelus, ibi virtus, ibi juge convivium, ibi solemnitas solemnitatum, ibi mensa refectionis, ibi somnus quietissimæ pausationis. Potiora sunt quæ ibi præsentiuntur, quam ea quæ dicuntur. Sic enim in Psalmo loquitur talis conscientia: *Non est sermo in lingua mea*, id est, quæ corde sentio, ore non profero. Sic de vobis sentire mihi persuadet fama publica, sic testatur conversatio, sancta, & integra atque inviolabilis propositi observatio, quam fortius tenetis proficiendo, quam inchoaveritis arripiendo. Contra faciunt, qui cum spiritu cœperint carne consummantur. Panes nostros, si tamen nostros, libenter comedetis, & scripta nostra sublimior honore quam decet excipitis. Nunquam enim de tam immundo vase emanat aqua digna ad sorbendum, vel de tam sursureo & cinereo clibano mundus egreditur panis. Dilectio tamen, quæ cinerem tanquam panem manducat, in vobis abundans, vilia quæque amici pretiosa reputat, & pallio honestiori ignobilia nostra circumvenustat. Sed utinam lima correctionis vestræ omnia scripta nostra explanata essent & emendata.

EPISTOLA XXIII.

Petrus S. Remigii [c] *Nicolao Monacho S. Albani.*

CXII. VAcui & vacantis animi esset, singulis quæ in literis tuis sunt recapitulatis, singularim ad verbum respondere. Summam itaque responsionum mearum constringens, & potioribus epistolæ tuæ dictis adstringens, pacis & bonæ patientiæ pactum prius hinc inde interpono, ne quis nostrum cujuslibet commotionis scin-

a *Priori Wigornensi*) Radulfo, ad quem Saresberiensis epist. ccv. & noster lib. VII. epist. IX. in qua & sequentibus duabus iterum agit de Lapeleensi S. Remigii Prioratu in Anglia.

b *Monacho de Reddigens*) Ordinis Cluniacensis. Radingense in Anglia monasterium inter Kenetam & Tamesim fluvios ab Henrico primo rege collocatum, Cluniacensibus monachis traditum docet Malmesburiensis lib. V. de gestis regum Anglorum.

c *Nicolao Monacho S. Albani*) Vetus & nobile apud Anglos S. Albani monasterium, ab Offa rege conditum haud procul Verolamio, ubi sanguinem pro Christo fuderat S. Albanus. Ceterum eadem hic Petro Abbati de festo Conceptionis B. Virginis cum Nicolao concertatio, quæ D. Bernardo fuerat cum Canonicis Lugdunensibus epistola clxxIV. eademque sententia: nec videlicet in ea re novandum videri ante Sedis Apostolicæ decretum. Quod quidem si eorum ævo prodiisset, quale postea secutum est, haud dubium quia pro eximia utriusque erga Virginem reverentia æquissimis lætissimisque animis accepissent.

tilla pro quolibet verbo aduratur vel inflammetur. Sola mihi sancti Bernardi injuria doneetur, & quæcumque & undecumque vis jacula conglomera, sive ut meam rusticitatem confundas, sive ut de sensu meo vilissimas sententiarum quisquilias excutias; sive ut thesauros tuos homini pauperi aperias, sive, ut nescientem doceas, & sensus tuos fortissimis assertionum repagulis stabilias. Aggredior igitur phantasmata tua, lenocinantia quidem pulcritudinis specie, sed titubantia stabilis fundamenti egestate. Quicquid enim scripturæ basibu, auctoritatum non supportatur, nullius roboris stabilitate fulcitur. Nec indignetur Anglica levitas, si ea solidior sit Gallica maturitas. Insula enim est circumfusa aqua, unde hujus elementi prupria qualitate ejus incolæ non immerito afficinotur, & nimia mobilitate in tenuissimas & subtiles phantasias frequenter transferuntur, somnia sua visionibus comparaotes, ne dicam præferentes. Et quæ culpa naturæ si talis est natura naturæ? Certe expertus sum somniatores plus esse Anglicos, quam Gallos. Cerebrum namque humidius fumositate stomachi citius involvitur, & quaslibet imagines in se ipso depingit, quæ ab animali virtute utcunque spirituali deferuntur, & ex occupatione omnium, tam naturalium quam animalium, seu spiritualium virtutum, infra judicii veritatem confinguntut, ut phantasmata seu somnia appellentur. Non sic cavernosa, non sic aquatica Gallia ubi sunt montes lapidei, ubi ferrum oascitur, ubi terra suo pondere gravatur. Quid ergo? non cito a suo sensu moventur, & veritatis autoritatibus tenacius innituntur. *Meus est*, inquit Dominus, *Galaad*, id est, acervus testimonii, &, *in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum*. Leve est ergo omne verbum, quod neque testimonio solidum, neque autoritate verum est. Nec est alicujus momenti quicquid humani sensus ingeniosa fornax commentata fuerit, si examine careat veritatis. Pondus siquidem sanctuarii, quo tam merita quam præmia Angelorum & hominum appenduntur, clausura dispensabili pones veritatem in arca justitiæ perpetua reconditur custodia. Vagatur itaque vanis evolationibus per aera, qui nullius auctoritatis fundamento affixus, arundinea volubilitate & mobilitate circumagitatur, & hospes testamentorum Dei nullis detinetur certis mansionibus. Mira virtus veritatis, quæ adversarios deprehendit nolentes & nescientes in astutia sua. Fugitivos namque suos frequenter urget ad laqueos inevitabilis conclusionis, ut capiantur & illaqueentur sermonibus suis, dum inviti vera loquuntur, & quod non sentiunt corde, exprimunt ore. Inde est, frater Nicolae, quod ridendu verum dixisti, cum me fixum, te mobilem scripsisti. Me petram vocasti, & concedo, si pro constantia, non pro duritia intellexisti. Sum quidem natura, professione, & jam ætate ac voluntate, sicut nomine Petrus, petrinus, radicatus, & fundatus in montibus sanctarum auctoritatum, & in medio petrarum, ubi mater Ecclesia nidificat in foraminibus petræ, & in cavernis maceriæ. Hinc non exeo, nisi ad vocem rotarum, quæ in se habent spiritum vitæ, & stant ac moventur, tanquam volubiles cum animalibus senas alas habentibus & oculos ante & retro. Securus sequor, quia facies leonis præcedit, ne aliquid noceat: facies hominis, ne aliquid decipiat: facies vituli, ne vanitatis aliquid interveniat: facies aquilæ, ne aliquid dubietatis remaneat, vel tarditatis præpediat. Regula veritatis tornavit rotas istas in circino & orbe veritatis æternæ, quæ de mente divina procedens tantæ apud Deum majestatis est, ut in summo vertice lucis inhabitabilis resideat, tantæ autoritatis, ut nullius ditioni subjaceat, tantæ maturitatis, ut nunquam vultum deificum deponat, tantæ certitudinis, ut nulla mutatio aut vicissitudinis obumbratio in ea incurrat, tantæ severitatis, ut nec Lucifero peccanti in cælis locum relinquat, nec homini a Verbo assumpto petenti, *si possibile est transeat a me calix iste*, crucem & mortem remittat. Hæc æterno tramite stelliferas deambulans regiones, imbrem matutinum & serotinum distillavit, & sublunarem regionem arentem mediante nube virginea rivis de sanguine & doctrina illum perpetuis irroravit. Collactanea ejus misericordia, salvo jure privilegii inviolabilis, leges mitiores & jura tolerabiliora ab ea impetravit: quatinus peccatorum remissionem & exilii relevationem speraret, qui in regno veritatis correctis erroribus & emendatis moribus viveret. Neutra tamen sororum istarum adulationum lenocinia admittit: quin potius tanquam fila aranearum vehementissimo turbine corrumpit, & tunicam inconsutilem, tam illi quam matri ejus, fideli textura componit. Bone amice, quid facit stuppa, ubi de auro, hiacyntho, purpura, cocco bis tincto, & bysso retorta sacerdotalis contexitur vestis, & cœlo, sole, ac luna pretiosior & purior summo sacerdoti aptatur cidaris? Prorsus nihil ad nos, nihil ad Angelos dignius & melius de omnibus thesauris suis protulit æterna Trinitas, quam templum virginale, & holocaustum, quod ad immolandum ex eo traxit & extraxit, Verbum Deo patri coæternum & consubstantiale. Sic corde credo, sic ore confiteor. Nonne & tu? Immo vehementius, ne dicam immoderatius tu. Totum te expendis in laude Virginis, & ego quid? Impendo plane, & expendo, & superimpendo. Tu contendis honorare conceptionem, & ego prædestinationem, ac totam ejus retro progeniem. Tu rosam, ego etiam spinam. Tu florem & fructum, ego corticem & folium. Tu apparentia, ego latentia. Tu farinam, ego surfurem. Tu panem, ego cinerem, Tu solium, ego scabellum. Tu substantiam, ego picturam. Si cursum ejus fas esset distinguere, & sequestrare in mente divina a collegio cunctorum creatorum, mitterem animam ab initio prædestinationis, ut sequeretur adurando sancta & suprema veneratione colendo ejus vestigia. Repetenda tibi, immo nova & longa expetenda peregrinatio, non ad sanctum Thomam Archiepiscopum in Anglia, sed ad sanctum Thomam Apostolum in India, quia semper intererо conventiculis ubi Dominæ nostræ digna celebratur commemoratio, sive nominetur Conceptio, sive Nativitas, sive Assumptio, sive alia quæcunque veneratio. Cum ergo una gradiamur via, quid ad rem si diversa sit semita? Tu sinistram tenes semitam, quare murmuras si ego teneo dexteram? Si tua tibi displicet semita, quia & larga & caritativa est nostra, cedo? & concedo tibi locum juxta me. Proverbium est, Non sunt dimittendæ veteres viæ propter novas. Quis sanctorum, quis antiquorum non ambulavit semitam nostram? Credo & vere fateor, si in hoc errassent, & hoc eis Deus revelasset. Quibus enim sua tam familiariter revelavit consilia, ut etiam ad supplementum Evangeliorum, Epistolarum, & prophetarum, perpetua stabilitate canones & decreta statuerint

Psal. 69. 9.
Matt. 18. 16.
Matt. 28. 39.

pari pene observantia tenenda cum Evangelio, hoc solum eis tacuisset, si periculosum esset! Sed forte dices mihi. Audesne tu qualiscumque abbas occludere puteos semper continuandæ devotionis, & profundius quotidie fodiendæ venerationis? Nonne eodem spiritu potantur moderni, quo & antiqui? Nonne, ut ait Hieronymus, in templo Dei quisque pro vili portione offert, alius aurum, alius argentum, alius lapides pretiosos, alius, ut ad viliora veniamus, pilos caprarum, & cetera? Non erat ab initio Nativitas Virginis in Ecclesia solemnis, sed crescente fidelium devotione, addita est præclaris Ecclesiæ solemnitatibus. Quare igitur non similiter & diem Conceptionis obtineat sedulitas Christianæ devotionis? Ad quod ego: Cataractas cæli & fontes abyssi libentius in obsequium Virginis solverem, quam clauderem. & si filius ejus Jesus aliquid omisisset in prærogativa exaltationis suæ matris, ego servus, ego mancipium, non quidem de effectu, sed saltem affectu supplere gestirem. Mallem certe non habere linguam; quam aliquid dicere contra dominam nostram. Ante eligerem non habere animam, quam vellem ejus extenuare gloriam. Licuit quoque, semperque licebit, sponsam Christi Ecclesiam, quæ in terris peregrinatur, secundam mutationes rerum, personarum, & temporum variare rationes decretorum, & nova adinvenire medicamina remediorum, & statuere sanctis adeptione gloriæ frequentiam solemnitatum. Est tamen anio locus in quo conflatur, & habet argentum venarum suarum principia, sedem Petri & curiam Romanam, quæ claves cæli principaliter tenet: & clausura consiliorum Dei reserata dispensante Deo, unguentum gratiæ a capite usque in oram vestimenti habet complere. Hæc sedes Petri, id est petra, in qua Moyses residet, videlicet lex Dei immaculata convertens animas, fragosa quæque hæreticorum conciliabola elidit & allidit, profanas vocum novitates resecat & rescindit, superflua confodit & jugulat, hiantia & ecliptica complet & illustrat. Utinam salva veritatis auctoritate, lance communis Concilii, hæc domina & moderatrix totius Christianitatis Conceptionem virginis librasset & approbasset, & a mari usque ad mare hanc propagasset, Sole, id est, Apostolica, ac Luna, id est curia Romana præeunte! tam secure, quam expedite, in lumine vultus eorum gressus meos ponerem & disponerem, ex hoc videns vitare lubricum, & sequi solidum & securum. Nihil in Ecclesia pessimius præsumptione erronea, nihil stultius præsumptione temeraria, nihil odibilius præsumptione noxia. Utcumque vero tolerabilis præsumptio pia, sed non satis probabilis. Abstinere certe ab omni præsumptione volo: gradatim tamen servatis distinctionibus præmissis secundum magis & minus. Jam destitissem ultra de præjacenti materia scribere, non condemnans errorem tuum, si error dicendus est, qui de pietate venit, nec me opponens gloriosissimæ Dominæ nostræ, cujus non solam terram, sed & pulverem lingere summas divitias reputo: præcipue cum in calculo epistolæ tuæ asseras, nullatenus te posse moveri ab eo quod scripsisti, dicens, quod dixi, dixi, quod scripsi, scripsi: nisi lapidem offensionis & petram scandali in eadem epistola tua conjecisses. Dicis, Dominæ nostræ animam non solum in passione filii gladio transfixam, sed etiam in conceptionis suæ contradictione. Hic bonus dormitavit Homerus. Bone magister, num-

A quid non mea & tua Domina super choros Angelorum exaltata, sic omni plena & circumfusa est gloria patris, & filii, & spiritus sancti, & sanctorum Angelorum, ut nullatenus nostris indigeat obsequiis, nostris neque violetur aut molestetur negligentiis, quantum ad se, neque melioretur beneficiis? Esto, nostra placent ei obsequia, nunquid passibilis adhuc est ejus anima? Fides supplet irrefragabilem conclusionem, ut vera impassibilitas & immortalitas nullas admittat molestias, ne ad supera transeant fæces malorum, quæ inferos exercent pro pœna peccatorum. Hic lapis est offensionis. Petra vero scandali est, quod beatissimum Bernardum debita

B exuis veneratione, & verborum jacula post eum emittis, tanquam famam ejus possis extenuare, vel gloriam evacuare. Bona fide qua te diligo, & fidelissima caritate laudo, consulo, & rogo, ne amplius in cælum ponas os tuum: quia nisi caveris tibi, in caput tuum recasurus est lapis quo ferreum vis penetrare cælum. An excidit a mente tua omni Sancto competere, *flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*? Super quem certe ceciderit lapis iste iocante missus, conteret eam. Subrides, & forte nondum correctus labia mordes, Quæ inquiens hujus Bernardi sanctitas, quæ religio, quæ meritorum prærogativa? Nullus sum ego ad illius sancta præconia referre. Vita ejus, fama ejus, opera, scripta, miracula, fides, spes, caritas, castitas, abstinentia, mortificatio demum in *Psal. 90. 10.*

C membris ejus, sermo, vultus, habitus, & gestus ejus, & his similia, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de eo. Prætermitto ista omnia, si nondum emolliri cor tuum potuit. unum est, in quo clavis in altum defixis arbitror me te apprehensuram, & in amorem sancti Bernardi liquefacturum. Alumnus enim familiarissimus fuit Dominæ nostræ, cui non unam tantum basilicam, sed totius ordinis Cisterciensis basilicas dedicavit, ad cujus laudem politissimos tractatus & facundos composuit. Si ergo potes tangere pupillam oculi Dominæ nostræ, scribe contra Bernardum suum, cui loquitur ipsa,

D *Qui tangit te, quasi qui tangit pupillam oculi mei*. Cistercienses quoque nugas nescio, quos præ aliis mortalibus seria & sine fine mansuris intendere video. Hi sunt, qui monetam nostri jam in agonia positi ordinis reformaverunt. Hi sunt, qui regulam beati Benedicti pene combustam, sicut Esdras veterem legem, restauraverunt. Hi qui cum Apostolo Corinthiis, id est agricolis & rusticis sæcularibus onerosi non sunt: sed propriis manibus laborantes, se & alios pauperes pro posse exhibent. Claustra illorum castra Dei sunt, ubi nocte in psalmis & orationibus parati sunt suscitare Leviathan, qui sub umbra dormit in locis humentibus, & in die in agro Jericho principi militiæ occurrunt, qui te- *Zach. 2. 8.*

E net gladium bis acutum, ut superflua resecet cogitationum & operationum. Quærunt ergo cum Josue dicentes, *Noster es, an adversariorum*? Utilis quæstio, & inefflagitabilis solutio, utrum Deus pro nobis, an contra nos. Si autem contra nos, quis pro nobis? ampliorem provocat amorem, si pro nobis: sollicitudinem & timorem, si contra nos. Ponamus itaque animam nostram in manibus nostris, si contra nos: quia & si horrendum incidere in manus Dei post sæculum, melius est tamen incidere in hoc sæculo propitiabili, quam in manus dæmonum. Dicamus itaque cum Job, *Etiam si occiderit me, in ipso sperabo*. Hæ sunt nugæ Cisterciensium, *Jos. 5. 13.*

[A] Stateru tuà in hoc etiam videtur mentiri, aut inæqualitate ponderis, aut iniquitate moderantis, forte plus labiorum non bonu distinctiona, quam sensus falsitata, qood dicis, Virgo singularis vicit omne peccatum, non omne debellando, sed nullum prorsus sentiendo. Sta hic, frater, tena aciem, infige radiis solis animi intentionem, ut discas virginem nondum matrem, & virginem jam matrem. Attendas domum sapientiæ inchoatam, & jam consummatam, distinguas lanam de prima gratia candidam, & purpuram de secunda sanguine conchylii tinctam: dividas vellus non compluium imprægnatione, & vellus madefactum Incarnatione. Qua enim ratione da ipsa in Ecclesiu cantaretur, (Cant. 6. 9.) [B] *Qua est ista, quæ ascendit quasi aurora consurgens*, utique in nativitata, *pulchra ut luna*, in sancta conversationa, *electa ut sol*, divina conceptione, *terribilis ut castrorum acies ordinata*, cælesti exaltatione sau assumptione, si nullus ei virtutum fuisset profectus & provectus? Si ab hora conceptionis nulla cum carna aut cum hoste concertatio superfuisset causa merendi, plurimom dispendium sustinuisset, cum de ea dictum sit, quia plus est meritis & non natura, quam virgo & homo. Concedo & credo siquidem, quod sæva libidinis incentiva Deo præoperante nunquam senserit, vel ad modicum: cetera vero impedimenta humanæ fragilitatis, quæ naturali origine, sive scaturigine, de natura procedunt, [C] ante divinam conceptionem sentire potuit, sed nullatenus consensit. Et præveniente siquidem gratia, & in virgine sua præludia habente, fomes peccati anhelando extremum spiritum trahebat, solum sepulcrum ei supererat, donec veniens spiritus sanctus defunctum perpetuæ sepulturæ mandavit, & serpentem antiquum suo gladio jugulavit. (Gen. 3. 15.) Dictum namque fuerat, *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius*. Unde Hieronymus: Et si ceteræ virgines imirantur illam usqua adconceptum partus, & Gabrielis novæ salutationis obsequium, deinceps totum divinum est, quod [D] operatus in ea, teste angelo, quia spiritu sancto & virtute altissimi obumbratus. Ante hoc ipsum sane uterus virginis quamvis mundus, quamvis impollutus, & alienus a contagione peccati, quamvis sanctus, tamen adhuc vilitata humanitatis indutus, ut ita dicam, ac si lana candidissima, suique coloris dealbata. Ad quam sane cum accessit Spiritus sanctus, quasi ipsa eademque lana, cum inficitur sanguine conchylii, vel muricis, vertitur in purpuram, versa est & ipsa sine coitu in matrem, ut non sit jam admodum quod fuerat, sed purpura veracissima ad indumentum & gloriam summi regis divinitus aptissime dedicata, ut nulli deinceps ea uti usu fœmineo licuerit, nisi Deo. [E] Post conceptum itaque suum meruit crystallinam soliditatem, quæ ante gratiæ plenitudinem non exuerat teneritudinem, sed puram, sed sanctam, sed immaculatam, quæ consensu uri nullatenus potuit, & si aliquatenus admota tentatione percelli potuis, non ad læsionem, sed ad probationem, non ad mortificationem conscientiæ, sed ad confirmationem gratiæ, & ostensionem constantiæ. Ut quid enim tanta virtus latitans obdormiret? ut quid tanta gratia fructum non faciens præter consuetudinem suam vacaret? ut quid denique tanta gloria matris Domini carnem domando, hostem debellando, peccatum ea omni parte vincendo, toti mundo non se manifestaret? Tolla pugnam, tolles & victoriam. Tolle victoriam, tolles & coronam. Tolla coronam, tolles & gloriam. Na ergo demas gloriam, noli subtrahere pugnam: quia non *coronabitur, nisi qui legitime pugnaverit*. (2. Tim. 2. 5.) Si recta offeras, & recte dividas. Quid est igitur, Virgo singularis omne peccatum vicit, non omne debellando, sed nullum prorsus sentiendo? Quam victricem appellas, debellatricem appellare cur formidas? An times eam debellare in bello, quam non potes dicere vincere nisi in prælio, aut sine prælio! Segnior est si qua est victoria sine prælio, fortior quæ in prælio. Ad ampliorem itaque gloriam, assero, Dominam nostram peccatum omne vicisse, & debellasse. Addis, Non omne debellando, sed nullum prorsus sentiendo. Hic si distinxisses, non peccasses. Multiformiter enim peccatum sentitur. Aliquando cum peccato, aliquando sina peccato. Quod in præsensi occursit, sentio peccatum aliquando tanquam ignem, aliquando tanquam picem, aliquando tanquam lapidem, aliquando tanquam aerem. Ignem generat delectatio, picem consensus vel ipsa perpetratio: lapidem consuetudo, vel obstinatio, aerem serpentis sibilatio, quæ virginis nostræ fores potuit pulsasa, sed non penetrare. Hortus enim erat conclusus. An non eadem Dominu potuit calcare super serpentes & scorpiones, ita quod nihil illam noceret? Re itaque integra potuit hoc modo sentire peccatum, non autem consentire peccato. Potuit debellare omne peccatum sine vulnere, sine pudora, sine silentii sui concussione, sine futuri partus violatione. De proposita quæstione, Deus cum omnia possit, non potest de corrupta virgine facere incorruptam: valet quidem liberare a pœna, sed non valet coronare corruptam. Utinam vim intelligerem verbi, & sensum tenerem Hieronymi! Procul dubio neque maligne reconderem, neque avare communicarem. Ab eo igitur imploranda solutio, qui dignus inventus est solvere signacula septem libri signati. In epistola tamen Hieronymi aliter dicitur: Audenter, inquit, loquor: cum omnia possit Deus, virginem post ruinam suscitare non potest, & cetera. Recurrendum proinde est ad materiam locutionis, & ad intentionem loquentis. De observanda virginitate & cavenda corruptione tractabatur. Exaudivit ergo, & ad præconium virginitatis eloquium suum Hieronymus inflammavit, venas susurrii sui infra Dei potentiæ & virginitatis gloriæ venas subinferens, & velut munditiam virginitatis rebus creatis omnibus præferens: ut facilius sit Deo cælum novum & terram novam, & omnem creaturæ defectum reparare, quam virginitatem semel lapsam in priorem statum refigurare. Hoc inquam unicum suæ Imaginis & similitudinis signaculum animæ de cælo impressit, contestatus in mandatis, ut hoc fidele depositum præ aliis omnibus omni diligentia servaret, & tanquam irreparabile damnum intra medullas suas a latronibus & ab omni casu consignaret. Nil in possessione felicius, & Deo similius, in amissione nil miserius, & Deo dissimilius. Ut ergo tam egregium & singulare beneficium non negligeretur, durissima conditio apponitur, ut quodammodo ad id resarciendum damnum Deus infirmetur, non de potestate, sed de dispensatione. Si enim potentia ejus simpliciter attendatur, & a pœna valet liberare, & quæ fuerit aliquando corrupta tanquam incorruptam coro-

A nare . Si ad dispensationem & constitutionem æterois legibus fixam & invariabilem, non valet: quia nihil courra seipsum valer, idest velle porest, vel debet . Cum enim simplicissimæ sit naturæ Deus, de ipso tamen secundum usus nostræ locutionis improprie loquimur , dicendo enm aliquid posse, vel non posse , aliquid nosse, vel non nosse , aliquid velle , vel nolle . Quasi igitur in Deo parturiente in misericordia ad redintegrandum fractum virginitatis signaculum, obstetricaudo , immo obstando , justitia decretorum suorum ostia ventris claudit , & ne de vulva egrediatur, aut genibus excipiatur , aut uberibus lactetur , aborsum facit , ne de corrupta incorrupta iterato pariatur : sicut de
Joan. 3. 4. B baptismo legitur: *Nunquid*, ait dominus, *homo cum sit senex potest in ventrem matris suæ iterata introire & renasci*! Vicaria denique vicissitudine justitia in partu suo, refellente misericordia, non dissimiliter periclitarur, cum volens
Exod. 32. 10. vituli fabricatores delere, ait Moysi , *Dimitte me ut deleam multitudinem hanc, faciamque te in gentem magnam*. At Moyses gladium divinæ animadversionis tenens, & in vaginam mansuetudinis solitæ refringens, respondit: *Aut dimitte eis hanc nexam , aut dele me de libro quem scripsisti*. Sic quasi quod voluit Deus non valuit , propitiabilius se inclinans servi fidelis amicitiæ , quam ingratissimi populi gravissimæ
C culpæ. Et notandum, quia triplex est corruptio, aut corporis tantum, aut animi tantum, aut simul corporis & animi . De prima dicit Hieronymus : finge tempore persecutionis aliquam virginem prostitutam : corrupta est in lege, incorrupta in Evangelio. De secunda A-
2. Cor. 11. 3. postolus, *Timeo ne sicut serpens seduxit Evam astutia sua , ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate fidei* . De tertia idem Apostolus :
1. Cor. 3. 17. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos . Si quis templum Dei violaverit , disperdet illum Deus*. A nullo tamen genere corrupta mundatur, nisi Deus misereatur & ipsa mereatur . Si autem tanquam vasculi sui fracturam quamcunque manus tornatiles resarcire voluerint, poteritne plus negligentia , vel impotentia , quam Dei omnipotentia? Absit . Sane id solum non potest Deus, quod se non posse vult. Quis infinitæ detrahet potentiæ, etiam voluntate corruptam mutata voluntate posse facere , si voluerit, incorruptam, aut coronare tanquam incorruptam? Dictum est ergo non pro diminutione divinæ potentiæ, sed pro commendatione sanctissimæ pudicitiæ, Deus non valet , id est non vult , post ruinam coronare corruptam . Hæc spica de agro Booz sorti nostræ obvenit , salvis messorum grandiusculis acervis . Extremam apponimus manum ad Sansonis nostri problemata multis syndonibus involuta , neque parvo pretio resignanda. Habeant , inquiens , Galli de Anglica quæstione quod ruminent , & Angli de Gallicano bausta quod pitissent . Sicut enim potus est Dagon Angliæ, sic Baal est cibus Galliæ. Malus potus, malus cibus , mala inebriatio , mala ructatio . Singulorum horum suis cultoribus patrat gehennam . Quam ergo simul inferent pœnam? Si de refragatione conceptionis agis, aut de impossibilitate reparandæ corruptionis , fornace & sufflatorio utcunque sufficiente, capita & membra omnia idolorum frustatim comminuta , atque in pulverem conflata , sive in cibum , sive in potum , ab Anglis & Gallis jam jam absumi possunt . An itaque sitis Anglica & fames Gallica refectæ tali cibo & potu conquiescent ? Non credo : quia & sitis perpetua , & nostra fames continua. Fuemur autem per disciplinam , & conflemus per abstinentiam , quod superfluum est in cibo & potu, tanquam idolum patris nostri Adæ, quod de ligno scientiæ boni & mali confictum est, unde ipse & Eva saturati , dimiserunt reliquias parvulis suis , quas forte missa diviserunt inter se Angli & Galli , ut illi humidioribus resolverentur, isti solidioribus suffocarentur. Nisi vera scriberem, meum Confiteor dicerem . Attamen quia veritas odium parit , digito compesco labellum , & interim nova tonitrua , & fulgurationes Nicolai mei homo absconditus formido. Vale, & ora pro me.



PETRI ABBATIS CELLENSIS EPISTOLARUM

LIBER SEPTIMUS.

EPISTOLA PRIMA.

[a] *Abbati sancti Richarii.*

CXIII. IN præcipuis boni pastoris sollicitudinibus non infimum tenent locum deliberatio & moderatio cunctarum suarum actionum. Præcipitatio enim & subita animi perturbatio regulam summi arbitri offendit. Qui omnia non mensura & pondere & numero disponit, male quoque cuncta ministrat. Utilius tamen & commodius est corrigere illicita & resecare superflua, quam contumaciter semper ad proclivia defluere. Nam Petrus princeps Apostolorum, qui est optima forma omnium prælatorum, habenas regni dicitur habere, quibus impetum cordis tanquam pullum indomitum refrænet, & passibus ordinatis ambulare compellat. Ut ad rem veniam, sacramentum illud, quo monachum vestrum adstrinxistis, ne ad monasterium, cui præsidetis, quaudiu administratio vestra duraret, aliquatenus nisi permissione vestra rediret, de sancta pœnitentia absque ullo pudore & reatu perjurii, potestis relaxare, quod aliquantisper inconsiderate factum est. Si ergo nostro consilio acquiescitis, ovem abjectam revocabitis, & potius ad misericordiæ cornu dextrum, quam ad judicii sinistrum, censuram vestram inclinabitis. Misericordia enim superexaltat judicio. Quærit etiam monachus vester, utrum tenendum sit tale juramentum, an non. Pro certo respondeo, non tenendum, nisi urgentissima & exactissima subsit causæ necessitas. Valete.

EPISTOLA II.

Petrus Abbas S. Remigii Joanni de Saresberia.

CXIV. NUnquam pulsum tuum in literis a te receptis inæqualem, aut citatum de superveniente febre regiæ commutionis deprehendo. Mirarer tam bonæ & optimæ animi complexionis, nisi antiqua cognitio admirationem compesceret, & olim jam notus status tuus majora & meliora innotuisset. Certe cum illis & de illis te esse non ambigo, de quibus dicitur
Ezech. 1. 12. quia *ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur*. Cholerica & cælestis complexio tua suis passionibus hilarescit, suis congelationibus frondescit, suis eversionibus excrescit, suis ægritudinibus convalescit, suis contrariis infortuniis fortior & audacior enitescit. Quid igitur? Consulabor te? Sed non es desolatus, qui desolationem reputas consolationem. Relevabo te? sed non es dejectus, qui dum ejiceris, elevaris. Conficiam aliquod emplastrum sive electuarium? sed neque vulneratus es, neque in passione aliqua turbatus. Tamen percusso & non vulnerato, impulso & non dejecto, concusso & non excusso, reor congratulandum de constantia, timendum de nondum finita pugna, adhortandum de perseverantia. Ecce caminus, sed non timet aurum: ecce mare, sed supernatat folium: ecce malleus, sed non confringitur adamas: ecce ventus, sed mons Sion non commovebitur: ecce prælium, sed miles tenet gladium. [b] Supervacuis impendiis laborat, qui solem facibus nititur adjuvare. Non ista & scientia & experientia. Si qua tamen tibi ex me potest fieri consolatio, utere ut libet, & præsens & absens, tuus sum, & omnia mea tua sunt. De gente tua & moribus, mihi satis notum est, quia utres, immo ventres suos solent implere, quinimmo super infundere, tam de vino, quam de mulso, sine reprehensione: & tanquam Hebræi carnem suam circuncidunt, in signum quod semen sunt Abrahæ, absque opprobrii confusione.

EPISTOLA III.

Petrus Abbas sancti Remigii, [c] Magistro G. Puellæ.

NUllum virtutis dispendium est, ubi ab umbraculis ejus vitium extrahitur, ut revelata facie quod latebat appareat. Hac ætate atque his malignitatis diebus, Deus splendescere facit quis sit de gente tenebrarum, vel de populo honorificato diei & lucis, dum stricto ense & universo apparatu armorum hinc inde conglobato, bonum & malum, virtus & vitium in castris suis manu conserta comminus acriter dimicant. O quam pomposæ phalanges Philistinorum, multu numero & propriis viribus confidentes vibrant hastas, intorquent sagittas toxicatas veneno sæcularis gloriæ, adversus Israel populum humilem, pusillum gregem, de se nil præsumentem! Ab initio enim, ex quo in veritate non stetit homicida ille, qui tanquam CXV.

---

a *Abbati S. Richarii*) Centulum olim loco nomen, & monasterio. postea auctoris nomen sumpsit, hodieque retinet, S. Richarii in Pontino, pago diœcesis Ambianensis.

b *Supervacuis impendiis*) Verba sunt Ennodii Ticinensis lib. 11. epist. XXII. cujus & alia quædam hinc inde imitatur.

c *Magistro G. Puellæ*) Hoc est *M. Girardo Puellæ*. Id enim viri cognomen, qui postea Episcopus fuit Cestrensis. Supplementum Sigeberti anno M. C. XXCII. *M. Girardus cognomento Puella, vir magnæ literaturæ & honestatis, electus est in Episcopum Cestrensem*. Scripta est epistola superstite S. Thoma, cum exul esset in Gallia. Duo enim Ecclesiæ mala deflet, schisma Germanicum, & persecutionem Anglicanam.

fulgus de cælo cecidit, multiplicata sunt mala super terram; & rarescente tam virtute quam religione, super numerum excreverunt mulieres, Ægyptiorum nimirum & Hebræorum. adeo ut vix septem mulieres apprehendant virum unum, & pretiosior sit vis auro, & homo mundo obrizo. Quæris forte, quid intendat hoc nostrum proverbium; & quare hanc proposuerimus in exordio literarum nostrarum querimoniam. Res ipsa sine dubio, & ratio temporis nodum quæstionis solvit, dum in errore schismatico, qui videbantur columnæ esse in domo Dei, proclivius elabuntur, pro buccella panis & pro gloria carnis, quæ tanquam fœnum tectorum evanescit, quod priusquam evellatur exaruit. Vident & agnoscunt homines, quod Draco tertiam partem stellarum de cælo secum dejecerit, nec exterriti tam fœdo & crudeli exemplo abhorrent ire post Satanam, & detinere veritatem Dei in mendacium. Una hæc de plagis Ægypti, quæ filios Israel non tangit, sed filios hujus sæculi, qui quærunt quæ videntur & temporalia sunt, non ea quæ non videntur, & æterna sunt. Secunda autem similis est huic, quæ maxime debacchatur in partibus vestris transmarinis, ubi rex Angliæ omnes pene canes sic elingues reddidit, ut mutire non valeant, ne dicam latrare. Superenataverunt tamen aliqui, qui timebant ne simili tinea corroderentur, & tabescerent fauces eorum: de quibus est Cantuariensis cum domestica familia sua, ex quibus unum habemus catulum, Joannem de Saresberia, qui non facit animam suam pretiosiorem se, sed dominæ Ægyptiacæ auferenti tunicam non renuit prius dimittere pallium, quam stupro falsitatis corrumpi, & nudus rejecta sindone nudum sequi desiderat Christum. Bone amice, & tu de illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. Quamvis enim cum nube umbrosa latites, & corporaliter cum illis habites, qui de lateribus Aquilonis frigescunt, tamen corde bono & optimo, tanquam veræ philosophiæ discipulus, respicis ad austrum, & expectas inde paraclitum, qui nebulas istas adventus sui illustratione expellat. Faciet autem hoc, cum sibi beneplacitum erit. Interim offero tibi me & mea, & rogo ut si oportunum fuerit, & necessitas aliqua exegerit, apud Archiepiscopum bonum nobis teneas locum.

EPISTOLA IV.

Abbati [a] *Villariensi, & conventui, Petrus Abbas sancti Remigii.*

CXVI. Cum reo, & pro reo, ipse non in uno, sed in multis reus, reatus veniam postulo, causam non justitiæ, sed misericordiæ allego, fontem David resignandum & aperiendum sitienti & de via redeunti imploro. Judæi captum a bestia, & morticinum, atque carnem porcinam non comedunt: sed Jesus, lilium inter spinas, & captum liberat, & morticinum salvat, & porci immunditiam sua munditia, quæ attingit a fine usque ad finem fortiter & disponit omnia suaviter, emundat & emendat. Fossa juxta altare, quæ sacrificiorum & holocaustorum reliquias sive superflua solet excipere, non nobis oppilata sed aperta reservetur, quia & ipsum altare concavum & in modum retis fieri jussum est, quatinus & cineres excipiat, & vapores admotæ flammæ intrinsecus usque ad animam suvear. Nostrum altare, quod est non hujus creationis, sed in excelsis, paternæ tantum generationis, & in terris maternæ nihilominus tantum conceptionis Jesus Christus, ventrem habet eburneum quidem, sed distinctum sapphiris: quatinus & ex virtute Dei nostras deleat ignorantias & peccata, & ex susceptione humanæ naturæ nostris infirmitatibus ex his quæ passus est compati noverit. Noluit autem plagas illas sanctas, & vulnera in cruce suscepta, ita recludi, quod meatus veniæ & indulgentiæ peccatoribus obstruerentur: sed adhuc manus habet expansas in cruce dicens, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam.* (Matt. 11. 28.) Quia igitur viris sapientibus scribo, de area sapientiæ vestræ quantaslibet quisquilias mutuare mihi concedat eadem sapientia, quæ nunquam caret affluenti bonitate & copiosa largitate. Pro fratre Ansfredo, immo pro causa ejus, qui ad vos revertitur, hæc intimare nec mihi pigrum est, nec vobis onerosum esse debet. Causa equidem suæ abscessionis differens fuit ab aliis, qui propositum sanctæ religionis irreverenter abjiciunt, & tanquam canis ad vomitum redeunt. Effectus siquidem causæ ipsam causam probat. Non enim abjecto pudore & reverentia sancti propositi, cum meretricibus more aliorum lupanaribus se immiscuit, vel aliis enormitatibus sæcularis conversationis rupto fœdere sanctitatis se immersit. Non ergo a vobis uno & indifferenti modo rerum causæ pensentur. Quamvis enim in mente divina causa atque ratio omnium habeatur, tamen sicut fluvius, qui egreditur de paradiso in quatuor capita dividitur, sic de illa radice divinæ dispositionis rami innumerabilium causarum, & in se eadem manens diversas propagines exuberat, universitate eorum quæ fuerunt, vel sunt, vel erunt. Quisque enim eventus sive effectus de propria causa procedit. Inde est, quantum ad præsentem causam attinet, quod manus Moysi, quam primo de sinu leprosam retraxit, secundo remisit, & carni reliquæ similis apparuit. Similiter frater Ansfredus, cum ad claustrum sanctæ congregationis vestræ, tanquam ad sinum Moysi, conversus contineretur, nulla in eo lepra criminalis peccati apparebat. Cum autem de claustro exiit, tanquam leprosus apparuit. Favente igitur & agente divina jussione, ad sinum Moysi, tanquam ad virum priorem rediens dicit, Melius mihi erat tunc magis quam nunc, nunquam inde postea exiturus, nisi ex mandato Abbatis, vel vocatione cælesti in exitu mortis, quando sana & integra, qualis de baptismate exivit, anima ejus ad dominum ipso propitio redibit. Non ergo pœniteat vos ad horam illum amisisse, quem perpetuum fratrem & monachum recipitis. Proderit enim ei sensisse laqueos diaboli, quibus Dei adjutorio contritis, anima ejus liberata est. Tam enim nos, quam fratres nostri, nec non & [b] clerus de castro nostro testimonium ei perhibemus, quod religiosius se habuit in sæculo, quam multi in claustro,

a *Abbati Villariensi*) Celebre est in diœcesi Metensi monasterium de Villariis: est & in Leodiensi alterum de Villari, utrumque ordinis Cisterciensis. Utrius horum, an alterius fortasse cognominis Abbati scribat, incertum.

b *Clerus de Castro nostro*) Castro S. Remigii, in suburbio scilicet Remensi, in quo situm monasterium, & aliæ basilicæ complures. Nunc etiam tametsi mœnibus urbis inclusum, Burgum S. Remigii eam partem vocant.

dum

dum fere septennio nobiscum conversatus est. Exempla misericordiæ plurima supponerem, nisi viscera Joseph jam in vobis mota ad misericordiam præsentirem, & nisi modum epistolarem excedere timerem. Breviter tamen & compendiose patrem prodigi filii ad eum revertentis cum vitulo saginato, stola, annulo, & calciamentis occurrentem, immo accurrentem monstro: & Jesum æque filium Mariæ virginis, adhuc Thomæ Apostolo latus & manus ostendentem, ut quasi petra refugium erinaciis, in cavernis & foraminibus suæ passionis pullos fugientes admittat, & ab infestatione milvi capacissimi tueatur. Oleum itaque de capite vestro non deficiat: quia postquam Sareptena mulier, id est Ecclesia, Heliam pavit, id est Christum recepit, farina misericordiæ divinæ non defecit; nec lecythus olei imminutus est. Itaque nec ubera sint vobis arentia, nec sterilis vulva. Christus enim non de sterili natus est, sed de puella gratia virginitatis & fœcunditatis plena. Valete. Quidam clericus bene literatus, qui in lege Domini diē ac nocte meditatur, januam vestram pulsat, Magister Willelmus, ut ad convivium sive ad cœnam Domini admittatur. Vestem siquidem habet nuptialem, id est pauperem & humilem, non villosam, nec pompo[s]am. Quo itaque substantia & spiritu pauperior, eo societate Christi dignior. Rogo ut illum recipiatis. Orate pro nobis, quia ovem vestram detonsam bene vobis conservavimus, & cum multa lana remisimus.

EPISTOLA V.

Abbati Villariensi, Petrus Abbas S. Remigii.

CXVII. MUnus amicabile est amico, sollicitudinem gerere. Pluris etenim est munus animi, quam nummi. Sollicitudo autem implet animum, non manum. Unde nec tam facile tollitur de corde sollicitudo amoris, quam cito excutitur de sinu vel manu pignus cujuslibet materialitatis. Cum igitur a fratre H. diligenter de statu vestro quærerem, audivi vos in labore hominum esse & calicem sororis nostræ, quæ est passio Christi, cum his qui in torculari premunt, frequenter bibere. Amara quidem potio bibentibus illam, sed spem salutis optimam in se habet repositam. Nihil enim ad cælum euntibus tutius, quam sequi stratam sanguine Christi tinctam, quam vestigia clavorum impressa prospicere, & ante oculos suos Christum semper perscriptum & præscriptum inspicere. Rectissimum hoc iter ad tribunal gratiæ. Via hæc latronibus vacua, & finem suam pertendens ad illum, qui peregrinantibus est via, proficiscentibus veritas, pervenientibus vita. Duri sunt lapides ad caput Jacob in itinere quiescenti, asperi silices cacumina montium petenti, pungunt spinæ & tribuli teneros pedes, femori infiguntur sagittæ, sed nunquid non erit finis? *Finem*, inquit Apostolus, *Domini vidistis*,

Jac. v. 11. *patientiam Job audistis*. Quid igitur post finem,

Psal. 118.96. quid in fine? *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis*. In fine siquidem apprehendemus quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas crucis Christi, & profundum. Longitudo dierum in dextera ejus: latitudo, ut sit tanta cognitio de Deo quanta dilectio, tanta dilectio quanta beatitudo, tanta beatitudo quanta dulcedo Dei, tanta dulcedo quantus ipse Deus. Sublimitas, in capite Nazaræi, Jesus Nazarenus rex Angelorum. Profundum, cum omnia subjecta erunt ei, præter illum, qui sibi subjecit omnia. Hæc, carissime frater & domine, carissimus filius vester H. a nobis nolens vacuus redire sua instantia extorsit, non a nolente, sed ab obsesso multis curis & turbis. Libentissime vidimus novum hominem factum de veteri, reversum de regione dissimilitudinis ad patrem clementissimi pectoris & redundantissimæ pinguedinis. Hunc vobis affectuosius commendamus, tanquam mutuæ dilectionis pignus, & fratrem, quem ego aliquantisper enutrivi, & valde diligo.

EPISTOLA VI.

[a] *E. Londensi Archiepiscopo.* a

CXVII. VAcillans fluctuatione inter spem & deliberationem, ultra se intra metas patientiæ non potuit continere verus amicitiæ affectus. Suadebat spes quotidie, diligentissimum & dilectissimum dominum & amicum statum suum renunciaturum. Urgebat deliberatio, nihil immorandum ad quærendam certitudinem de incertitudine adversi casus, qui dicebatur oppressisse tantum dominum. In his itaque procellis usque ad lassitudinem animo laborante, & diutius pensante quid inde potius esset eligendum, communicato consilio cum dilecto filio vestro Abbate sanctorum Crispini & Crispiniani, festinavi mittere ad vos nuntium nostrum, ut sciremus quomodo tentaverit vos, & probaverit dominus, tam in mari, quam in terra. Nam parumper laxavit fræna leonis rugientis, quæ tenet in manu sua: sed nec rupit, nec solvit. Siquidem si Deus solvisset, aut diabolus rupisset, aqua nimia vos absorbuisset. Ad torporem itaque, si quis in vobis, aut in vestris erat, excitandum, juste passus est dare fremitum: ad ostendendum erga vos filialem affectum, pie reclusit ora leonum, & maris ferocem tumultum. Non dormivit Dei justitia, nec sa elongavit divina clementia. Impugnari voluit diabolus, sed solo peccata purgavit Dominus: fidem puram, devotionem sanctissimam obfuscare voluit princeps tenebrarum; sed Deus qui lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ, de camino clariorem extraxit, & aurum suum pretiosius reddidit. Si superest dilectus noster Crispinus, attentissime illum vobis commendamus, & filium Joannis Burgensis nostri, & omnes quos vobiscum duxistis. Dilectissimus vester Abbas sanctorum Crispini & Crispiniani salutat vos. De his quæ apud nos fiunt, suggero Domino meo, quia satis prospera sunt. [b] Senonensis Archiepiscopus factus est Remensis: [c] Magister Joannes Saresberiensis, quondam clericus noster, factus est Episcopus Carnotensis. Conventus noster semper orat pro vobis. Joannes Burgensis multum salutat vos. b c

a *E. Londensi*) De Eskilli naufragio, quod in Danica navigatione passus est, scribet denuo epistola XIII.

b *Senonensis Archiepiscopus factus est Remensis*) Willielmus Theobaldi Magni filius. Vetus Chronicum anno M.C.LXXVII. *Willelmus Senonensis Archiepiscopus a clericis Remensibus postulatus, mortuo Henrico Ludovici regis germano, qui per annos XIII. Remensem Ecclesiam palatiis, turribus, & aliis munitionibus insignissime illustravit, regendam Papa Alexandro assentiente suscepit.*

c *Magister Joannes Saresberiensis, factus est Episcopus Carnotensis*) Anno M.C.LXXVII. ut est in supplemento Sigeberti. Castigandus ergo Episcoporum Carnotensium catalogus, qui Willelmum Joanni & Petro nostris postponit, cum præire debeat. Nam Robertus, qui obiit

EPISTOLA VII.

Magistro Presbytero carissimo amico suo Petrus Abbas salutem.

CXIX. MEmor temporis illius, quo fervente non minus studio, quam ætate, in Cellensi monasterio simul commorati sumus, attendo plurimum detraxisse cursum interlabentem a corpore valetudinis, ab animo lectionis & meditationis. Inexplebili siquidem desiderio, nec oculus visu librorum, nec auris satiabatur audita lectionum. Harum extremitatum Deus erat & medius, & primus, & ultimus. Salvo namque ordine, salva divinæ laudis debiti pensione, legebam leges, nec amittebam, vel omittebam consuetas orationes. Nunc autem, amice bone, curæ & sollicitudines, quæ me a juventute decerpere non destiterunt, quotidie accrescunt, & ut mihi videtur, obsidionem perpetuam contra me firmaverunt. Si quid roris gratiæ, si quid pinguedinis misericordiæ raptim, & quasi furtim, de divinis cellariis interdum attraxit spiritus meus, de repente subitus & intempestivus totam absorbet nimius æstus. Unde clamo ad Psal. 142. 6. Deum, *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Hoc de interiori. De exteriori vero statu, gratias ago benignissimo Deo meo, quia in omni prosperitate & pace sum: tamen qualem potest dare mundus. Libenter vos viderem, & senectutem meam vel ad tempus sub alis beati Remigii foverem. Magister Joannes de Anglia, quondam clericus noster, electus est Carnotensis. Munusculum vestrum accepi, & gratias ago. Valete.

EPISTOLA VIII.

Unico & unice reverenda patri & domino Willelmo Dei gratia Senonensi, immo Remensi Archiepiscopo, frater Petrus humilis Abbas S. Remigii salutem & promptum cum omni devotione obsequium.

CXX. IN insigni electione Carnotensi de magistro Joanne stellam matutinam produxit Deus de thesauris suis. Affuit, affuit huic prædestinationis Dei partui vigilantissima sagacitas Domini mei, & manum obstetricantem supposuit, ne abortum pateretur incommutabilis Dei prælectio. Deus tibi laus, tibi gratiarum actio: Archiepiscope tibi merces, tibi æterna remuneratio. Hoc opus de raritate admirabile, de singularitate incomparabile, de puritate commendabile, de bonitate speciali omnibus imitabile. Quando & ubi simile factum est in regno Franciæ, ut remotis omnibus simoniæ speciebus, nullis munerum suffragiis incumbentibus, nullis clientum vellicationibus pruritum aurium excitantibus, solus Dei honor & populi salus in Episcopali electione quæreretur! Certe hoc in rationali & superhumerali tuo pater amantissime, stylo ferreo, ungue adamantino scribetur, quod in vicariis Petri eligendis nulla te movet humana gratia, nullus favor, nullus carnalis affectus, nulla pecuniæ avaritia. [a] Trecensem Episcopum, virum qui ministerium suum honorificat, elegisti & consecrasti. Meldensi Ecclesiæ tres viros honorificentissimos, [b] domnum scilicet Cardinalem, Magistrum Petrum, & Simonem Archidiaconum vicissim assignasti: sed nunc superlative hominem de alia gente, amore Dei tantummodo ductus, in Ecclesia Carnotensi substituisti. Ubicumque hoc Evangelium prædicabitur, dicetur quod sis amicus sponsi, cum tam verax sis & fidelis, non jam in quærenda uxore Isaac, sed in inveniendo Joseph virum Mariæ. Vere Maria veneratur in Carnotensi Ecclesia. Vere vir iste Joannes, pretioso sanguine B. Thomæ pontificis & martyris intinctus, lege divina ad plenum instructus, bonis moribus & piis actibus ornatus, Apostolico ad Timotheum catalogo virtutum bene depictus, ad Dei honorem, & ad vestram perpetuam laudem, columna factus est in Ecclesia Dei. Revixit in vobis antiquus Apostolicæ ordinationis ramusculus, cum pro patribus filii angebantur, immo pro panibus omni sabbato calidi cum thure substituebantur panes.

EPISTOLA IX.

Priori Wigornensi, Petrus sancti Remigii Abbas.

NEque subitaneus, neque repentinus soleo res magnas disponere, sed cum multa maturi consilii deliberatione, finiscausarum appensione. Inde est, amice carissime, quod non statim credo omni spiritui, propter illum qui transfigurat se in angelum lucis, & sub pallio consultationis offert sæpe venenum deceptionis. Vitium autem est, omnibus credere, & nulli. Exemplo igitur illius, qui omnia novit antequam fiant, & tamen descendit per angelos probare utrum clamor Sodomorum, qui ascenderat ad cælum, opere compleretur, an non, diu substiti acquiescere rumoribus quotidianis, de fratribus nostris de Lapelee, vel meliores fructus de ficulnea sperans, vel judicium tanquam medicum expectans. Quia itaque crebrescit, non CXXI.

---

anno M. C. LXIV. successit Willelmus. Hic quarto post anno Archiepiscopatum Senonensem adeptus, Carnotensem quoque retinuit, consecratusque est anno M. C. LXVIII. de cujus ordinatione tacito nomine Saresberiensis sub finem epist. ccxxxiii. & Robertus S. Mariani monachus in Chronico. Idem denique ad Remensem cathedram, ut paulo ante dictum est, translatus, Carnotensem Joanni hoc anno reliquit. Joannis successor fuit Petrus noster anno M. CXXCII. Petri Reginaldus anno M. C. XXCVII. Ad Reginaldum electum extat epistola Stephani Tornacensis cxxxvi. quæ hæc omnia confirmat. *Ut sicut prædecessores vestri Carnotenses Episcopi, præcipue Dominus noster*, id est Willelmus Reginaldi avunculus, tum Remensis Archiepiscopus superstes, *& post eum bonæ memoriæ Joannes & Petrus Episcopi nobis benevole detulerunt, & vos æquis passibus, si non majoribus deferatis*. Item supplementum Sigeberti anno M. C. LXXVII.

a *Trecensem Episcopum*) Matthæum, cujus extat in collectaneis Saresberiensis epistola ad Alexandrum Papam pro S. Thoma, quinto ejus exilii anno scripta, initio Episcopatus, hoc est anno M. C. LXIX.

b *Dominum Cardinalem*) Petrum tit. S. Chrysogoni. Rogerus Hovedenus anno M. C LXXVII. *Eodem anno Petrus Tituli S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, quondam Meldensis Ecclesiæ electus venit in Franciam*. In tabulis Episcoporum Meldensium, post Stephanum, cujus etiam leguntur apud Saresberiensem epistolæ aliquot pro S. Thoma, subjicitur Simon, Archidiaconus antea Senonensis, de quo nondum Episcopo Saresberiensis epistola ccxxc. At ex verbis Cellensis hoc loco liquet duos alios ante Simonem electos Episcopos fuisse.

ratefcit fumus funeftæ opinionis, fecurim appono ad radicem arboris, non detruncans, fed relevans ramos ufque ad terram inclinatos, immo incurvatos, fi forte fufpenfi ferant deono uvas, non labrufcas. Mitto autem a latere noftro fratres integræ hactenus apud nos opinionis, quorum converfationem, fi de præteritis futurorum præfagia apprehenduntur, bonam in terra veftra credimus futuram & honeftam. Sit cum illis manus veftra & confilium, quo fi quid in eis minus eft fuppleatur ad bene regendam domum noftram, & ad famam dignam reparandam.

Epistola X.

a *Epifcopo* [a] *Ceftrenfi, Petrus Abbas fancti Remigii.*

CXXII. VEftri officii eft, pater cariffime, calamum quaffatum non conterere, & religionem impulfam vero aut falfo rumore non penitus evertere, fed fuftentare & relevare. Nihil namque in hominibus cujufcumque profeffionis adeo fanctum & perfectum, quandiu in eodem ftatu nullus reperitur, ut nulla impoftura feu fciffura interveniat. Ut enim ait Gregorius, vera religio compaffionem habet, non indignationem. Unde & Jefus inclinans fe fcribebat in terra,
Joan. 8. 7. *Si quis fine peccato eft veftrum, prior in adulteram lapidem mittat.* Tandem reatum folvit, & ream abfolvit; non favendo iniquitati, fed commiffa delendo, & non committenda præcipiendo. Venerande pater & domine, non excufamus peccata noftra, five illorum, qui in opprobrium fui ordinis faciunt ea quæ non conveniunt. Secretius tamen, non mitius arguendos decerno illos, quorum vita fpectaculum debet effe mundo, & angelis, & hominibus, fi offenderint in lapidem offenfionis, non fuo, fed fancti ordinis merito. Cum enim caufa diftinguat inter perfonam & regulam, falva regula tangatur perfona, ne nomen Chrifti blafphemetur inter gentes. Hactenus monachi folent judicari in capitulo, non in confilio; inter monachos, non inter presbyteros: ab Abbate, non ab Archidiacono; corporali, non pecuniaria pœna. Scitis ut credo, quia fi notificaffet nobis paternitas veftra, aut fedulitas Archidiaconi, enormitates monachorum noftrorum, nec oculos, nec aures clauderemus, fed juxta antiquorum patrum confuetudinem regulariter male acta corrigeremus. Amovemus igitur tam Priorem illum, quam fratrem fuum a Prioratu illo, & fubrogamus bonos ut credimus fratres, quos veftræ paternitati attentius commendamus, quatinus fub alis veftræ protectionis milvorum rapacitatem non timeant, & cum Dei adjutorio, veftro fulti auxilio ruinam, fi qua eft, in domo illa reparent.

Epistola XI.

Abbati de Beldevvas Petrus Abbas fancti Remigii.

CXXIII. IN negotiis amicorum gerendis tantumdem bonæ fidei exigitur, quantum & in propriis. Nec ignoro fraternam follicitudinem veftram operam dediffe, quatinus fidei veftræ commiffum negotium, bono inchoatum principio, fine meliori clauderetur. Fortuna tamen, quæ non fubjacet humano arbitrio, frequenter eludit follicitudinem noftram, & elidit intentionem. Quis enim dominatur poteftati maris, immo quis imperat motibus indomiti cordis? Vix quifque poteft regere familiam penetralium fuorum; alienam vero, quam adire non poteft, regere quomodo poteft? Idcirco indulgentia Dei nobis non negatur, fi de commifforum follicitudine nihil omittatur. In exactione itaque amicali nemo fit durior, quam Dominum vult fentire, indebita repetendo, vel remittendo. His omnibus diligenter infpectis, & appenfis, ignofco vobis fterilitatem domus noftræ De Lapeice, quam ut credo bonis admonitionibus veftris circumfodiftis, fed incrementum, quod folius Dei eft, præftare non potuiftis. Commendo rurfum vobis novellas iftas plantationes, quæ genimine meliori, Deo cooperante, ut fperamus, guftabiliorem referent fructum.

Epistola XII.

Petrus Abbas fancti Remigii Richardo,

ET fi non eft fermo in lingua mea de inopia fcientiæ, tamen in manibus habeo figna de plenitudine amicitiæ. Fontes qui præcedentibus annis rupti funt & aperti, ufque ad diluvium aquarum multarum, præfenti anno ficcati funt, & aruerunt ufque ad defectum herbarum & virgultorum. Hæc ficcitas linguam quidem & fauces tangere potuit, fed non venam dilectionis attigit, nec oleum de capito defecit. Manabit certe cum vita, immo fine dubio, & ultra. Nam caritas nunquam excidit. CXXIV.

Epistola XIII.

Londenfi Archiepifcopo Petrus Abbas fancti Remigii.

IMago veftræ dilectionis impreffa & expreffa ftylo ferreo in ungue adamantino cordis noftri viget, & in eo vigere non ceffabit. Radicem namque mifit deorfum, quam irrigare non ceffat jugis, & quotidiana recordatio benignitatis veftræ ad amicum, ne dicam ad fervum veftrum. Totum enim me occupat gratia, & amicitia, exclufo, & expulfo timore, tanquam mercenario. Inde eft, pater reverentiffime, quod in oblatione primitiarum mearum Domino vivo & vero veftri quoque memoriam ejus propitiationi pro poffe quotidie repræfento. Redit ad nos Magifter Crifpinus, marina potione non parum amaricatus, veftro tamen beneficio aliquantulum recreatus. Inter cætera retulit nobis duram hiftoriam naufragii veftri, in qua elatione fæviffima mare adverfum vos intumuit, ventus immoderatus navem ferociffime repercuffit, tempeftas nihilominus abforbuit. Recordor, Petrum in fluctibus ambulantem, & ventum validum contra illum venientem. Paulum tertio naufragantem, Jonam abforptum a bel- CXXV.

a *Epifcopo Ceftrenfi*) Auctor eft Malmesburienfis lib. IV. de geftis Pontificum Anglorum, Petrum Epifcopum Licefeldenfem, Guilelmi fenioris temporibus, fedem Ceftram tranftuliffe, quæ olim civitas legionum a militari in ea colonia vocitata. In eo tractu pofitus videtur fuiffe Prioratus Lapelcenfis, nec procul a Monafterio Beldevvas, ad cujus Abbatem epiftola quæ fequitur.

lua, quæ tamen illum retinere non potuit. Domine Jesu, ubi eras? manum auxilii quare tunc subtrahebas? nisi forte ut de reliquiis calicis tui, quem cum in passione gustasses bibere noluisti, ministri tui & sequaces de eodem mixto portionem, sive potionem, quæ sibi contingebat, & ad recuperandam sanitatem, immo hæreditatem. * supple bibe-rent.

Epistola XIV.

Fratribus Molismensibus Petrus Abbas sancti Remigii.

CXXVI. AD monumentum ordinis nostri cum Jeremiæ lamentationibus consternatus resideo, & quadruplici alphabeto, quia jam quatriduano madet fœtore, vehementer afficior. Fuit, fuit quondam de magno genere & nobili progenie ordo iste procreatus. etiam Angelicis virtutibus morum informator prudentissimus, rerum mundanarum contemptor perfectus, & divinæ voluntatis amator idoneus. Hic hic brachia sua extendit a mari usque ad mare, de omni gente, quæ sub cælo est, portans in ulnis suis usque ad thronum gratiæ, & collocans in solis vacuatis & relictis a Lucifero, quando sicut fulgur cecidit in lacum fæcis & miseriæ. O sancti Angeli, quot palmites de hac vinea tulistis ad vos, quot ordine claustrali vobiscum consedere fecistis in cælestibus in Christo! Heu, heu! capite vulpes quæ demoliuntur vineas: cucullatos, qui transferunt terminos patrum, & sepem regularis institutionis diripiunt. Hi sunt, qui retia Domini rumpunt, qui vestimenta Domini dividunt, qui lancea linguæ suæ latus jam pendentis in cruce ordinis effodiunt: intestina religionis in auras exsufflant, & si quid vitalis spiritus remanserat, extinguunt. Sic armantur filii contra patrem, sic genimina viperarum viscera materna crudeliter concutiunt, sic abortu suo sepulcrum patens inordinate vivendo ordini professo aperiunt. Credo moveri vos contra tantæ sterilitatis auctores, quoties juxta vos aspicientes coronam sanctorum spirituum & beatarum animarum, recordamini prioris sæculi, & magnæ fertilitatis sinus vestros replentis. Si Phinees adesset, forte pugione suo hanc iram placaret. Sed ecce quisque ponit gladium in vaginam, nec est qui accingatur ad vindicandum sanguinem patris. Inde est quod mundus plenus est cucullatis, & pene vacuus monachis. Inde est, quod in area Domini palea non ventilatur, sed fovetur, non exstirpantur spinæ, sed multiplicantur. Ego, ego unus de cucullatis, video iniquitatem, & quid facio? Nequeo resuscitare ordinem mortuum, & qua patientia inter parricidas exequias funeris ejus celebrabo? Non valeo refrænare præcipitem cursum ad baratrum, nunquid effici debeo socius furum! Omnes quidem currunt, non ad bravium, sed ad malum, & ego quid! Optabam cum Apostolo anathema esse a Christo pro fratribus meis. Quis mihi det, ut ego moriar pro te, ordo sanctissime? in cujus præsentia quondam principes cessabant loqui, & superponebant digitum ori suo. Juvenes abscondebantur cum sederet in porta, & assurgebant, nec audebant addere ad verba ejus. Nunc deridens illum juniores tempore, quia senuit Isaac, & clare videre non poterat; senuit David, & calefieri vestibus non poterat. At Moyses cxx. annorum cum esset, nec oculorum caliginem sensit, neque dentes ei moti sunt. Etsi regulæ professores, etsi speciem pietatis habentes, sicut Isaac & David, senescendo spiritu tepefacti sunt, & oculi eorum caligaverunt; tamen Moyses, id est beatus Benedictus claris obtutibus nunc nostras respicit pravitates, & in novissimo dentibus mordebit, accusando apud Dominum, suorum decretorum & regularis professionis contemptores. Forte dicitis. Quid ad nos parabola ista? Abbas Remensis stylo suo ut quid tam mordaciter ex obliquo tangit nos? Quid de nobis ad ipsum? Respondeo: Christianitatis societate, ordinis germanitate antiqua, vicinitatis familiaritate novi vos, & diligo vos. Doleo itaque, quod nimis extenuatur bonus odor Christi in vobis, tam apud vicinos, quam apud remotos. Doleo quod regionem, immo religionem vestram, coram vobis alieni devorant: quod tinea usurarum & debitorum substantiam vestram demolitur, quod nobilis puella hactenus duplicibus vestita enormiter expoliatur. Religionis siquidem, & possessionis dotibus a fundatoribus suis Ecclesia vestra ditata diu floruit: sed nunc jam exaruit. Gallina illa Molismensis plena plumis, & bene pennata quot & quales de utero suo fœtus produxit, dum [a] ex se collegium Cisterciense originatio germine pullulavit! Deus meus, de illo uno ovo quam innumerabilis arena monachorum, & conversorum faciem terræ operuit! quam lucido splendore cutem mundi denigratam per infectam vivendi negligentiam reformavit, & illustravit! Respice, respice Sion filios tuos, & pelles tuas emarcidas noli contemnere: sed resume spiritum adolescentiæ tuæ, si forte cum Jacob, quasi de gravi somno evigilans, audias Joseph filium tuum in Ægypto regnare, & de manu ejus famem tuam, immo infamiam possis relevare. Fratres mei, fratres mei, recolligite plumas matris vestræ, & replantate suis in membris, conversationem vestram emendando, substantiam redimendo, odorem bonæ opinionis comparando, & ad antiquum statum omnia revocando. Epistola hæc non contristet vos: & si contristaverit, utinam ad pœnitentiam! Valete.

Epistola XV.

Theobaldo [b] Molismensi Abbati. P. Abbas sancti Remigii salutem.

STatum vestrum cogitans, ac recogitans pene usque ad nescio quid dicam rapior. Caligine siquidem nimia pressus an hoc aut illud eligam, dicere confundor. Si enim dixero, sta, casum timeo. Si dixero, susceptum rejice onus, providentiam Dei offendere vereor. Proinde verum est, quod ait scriptura: *Incerta & timida sunt hominum consilia*. Quid ergo? Tacebo, & silentio abscondam carissimo amico, quid de ipso sentio? Rursus tanquam cæcus lapidem jactabo, & feriam ubi non video? Sed scio quia in ambiguis benignius semper interpretandum est, juxta Apostolum qui ait, *Tu quis es, qui judicas* CXXVII. Sap. 9. 14. Rom. 14. 4.

---

a *Ex se collegium Cisterciense*) Robertus etenim Abbas Molismensis, ut Sigebertus narrat, anno M. XCVIII. in Cisterciensi eremo cœnobium primus extruxit, in eoque cum aliquot monachis suis habitavit. Itaque Molismensis monasterii colonia Cisterciense.

b *Molismensi abbati*) Ad quem lib. vi. epist. xiii. Ea hac vero discimus, illum aliquando inter Carthusienses versatum.

alienum servum? Suo domino stat, aut cadit: stabit autem. Consulo itaque priores & multos labores, in cella Cartusiensis ordinis pro Dei amore perpessos, semper se ante oculos habere, & tutissimo loco intimi cordis reponere, & si datum fuerit desuper, novos quotidie acervos aggregare. Nunquam enim bono negotiatori quæstus sufficit hesternus. Quotidie namque multa de acquisitis expendimus, & forte una jactura plus amittimus, quam per annum lucrati fuerimus. Ideo Apostolus quæ retro oblitus, ad anteriora semper tendit: nisi meliora & fortiora agat, parum pensans quid egeris. Si ergo lucrativa sunt tibi quæ facis, fac quod facis. Appende lucrum animæ tuæ: appende tibi commissorum profectum: appende quid tibi accreverit in temporalibus, quid iterum in spiritualibus. Pensandum siquidem est quietis pristinæ damnum, etsi reparet illud novum emolumentum. Tibi, non mihi, crede de bonis tuis: tu enim illa vides & sentis, ego tantum audio & credo. Tibi sunt nota, quia vicina, interiora tua. Si ventrem doles, nescio, nisi dixeris mihi, ventrem meum doleo. Sic nemo scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Itaque cum spiritu tuo, immo cum spiritu Dei, discerne causam tuam, & appende in statera justa, ne sis mendax in statera dolosa, sanum te asserens cum infirmus sis, vel infirmum cum sanus sis. Sed omnis homo mendax non solum in his, quorum non penetrat occulta, sed etiam in se, cujus privato amore palpat molliter, quæ amputanda essent mordaciter & fortiter. Adhibendum itaque præclarissimum speculum scripturarum ad se cognoscendum & de se judicandum. Regula veritatis apponenda, quæ nec modicum tacet fermentum, nec dissimulat minimum quoque & veniale peccatum. Si dormieris inter hos cleros, si accubueris inter hos terminos, si consulueris oraculum inter hos Cherubim productiles & aureos, rectos facies gressus tuos, nec erit necesse consilium Achitofel, quod aliquando infatuatum est. Infra hos circulos immitte vectes tuos, & semper habens arcam Dei ante oculos non timebis Philistæos tuos, sive spiritales, sive corporales. Ipsa die qua recessistis a nobis, venit frater Henricus. Persuasimus ei de reditu ad vos.

EPISTOLA XVI.

a *Petro [a] Cardinali sancti Chrysogoni Petrus Abbas sancti Remigii.*

CXXVIII. AMplexus vestræ familiaritatis mihi gratissimos oro non senescere: sed cum ligno vitæ dies æternos tenere. Res siquidem est familiaris amicitia, quotidianis refricanda salutationibus, immo irriganda mutuis collocutionibus, & forte renovanda munerum compensationibus. Placuit dignationi vestræ me annumerare inamicorum vestrorum collegio, sine merito quidem meo, sed non sine vestro. Meritum namque æquitatis est, si summus se inclinat ad infimum, magnus ad parvum, valens ad infirmum. Me vermem, me putredinem, me jam jam ad non esse tendentem reputo: vos cum senatoribus cæli thronum justitiæ honorantem suscipio, & Angelos cum Apostolo judicantem non dubito. An irrisorium est, non verum, quod dico? Plane scripturæ auctoritate id assero. Nam *labia sacerdotis custodiant scientiam, quia Angelus Domini exercituum est.* Malac. 2, 7. Amicabilia sunt, exhortatoria sunt, ne Dominus & amicus obliviscatur casum graviorem de excelso, quam de imo. Certe sollicitudo amicalis frequenter tangit me inquirere de omni statu vestro, tam de interiori quam de exteriori; & gratias ago Deo meo, quia non nisi bona nuntiantur, non nisi honesta, non nisi ordini & officio vestro congrua. Oro ut qui cœpit ipse perficiat. Magister Crispinus de vobis me lætificavit, referens unde gauderem & Deo gratias agerem. Clericus & amicus noster est: æque desiderat esse & vester. Ecce Parisius ad scholas vadit, sed & ubique nomen vestrum super se invocari postulat. Utile equidem est tanto homini, qui tanta omnium sollicitudine pene continue vexatur, quod sui corporis necessaria & salubria postponens, ad intemperiem corporalem sæpe delabitur. Rogo pro ipso, & cum ipso, quatinus gratiam non qualem qualem inveniat in oculis vestris, sed bonam, sed confertam, sed superagitatam & supereffluentem. Dico autem gratiam, non pecuniam. Hæc enim juxta Apostolum operanti redditur secundum meritum. Præ ceteris hoc unum ad præsens postulat, ut de manu vestra primitias clericatus, id est coronam accipiat. Hoc etenim signo accepto, magis se obligatum erga obsequium vestrum, non immerito deinceps arbitrabitur, & vos tanquam plurræ vestræ bonum jure providebitis. Credo per Dei gratiam quod alter de altero gaudebit, & Deo cooperante fructum futuris faciet. Diu siquidem laboravi, & monitis induxi, ut jugum in area Domini traheret, & glebas post ipsum confringeret. Valete, & de reditu vestro cum potueritis nos certificate.

EPISTOLA XVII.

E. [b] Londensi Archiepiscopo, Petrus Abbas sancti Remigii. b

CXXIX. DE duobus oculis meis, alterum ad me retineo, alterum frequenter ad vos, pater & domine carissime, retorqueo. Qui meus mihi remanet, quid in me videt? Certe plura, quibus condolet, quibus illacrymatur, quibus usque ad nimiam suffusionem turbatur. Certe reptilia, quorum non est numerus: certe gentem illam nefariam, quam Ezechiel vidit depictam in pariete domus, quam jubente domino effoderat. Ad ultimum, quædam ineffabilia non profunditate mysterii, sed enormitate corrupti animi. Sed quando ista cernit oculus? Quando incurvatur ad suas fæces revolvendas, quando lucernam accendit & everrit domum quærens drachmam perditam, quando scissuras in muris Hierusalem & ruinas respicit, si forte cum Zorobabel & Esdra reparare licitum sit. Occurrunt vestigia erucæ,

a *Petro Cardinali*) Legato Sedis Apostolicæ, electo antea Meldensi, ut dictum est ad epistolam VIII. Legationem innuis epistola VII. in qua & de Crispino eodem.

b *E. Lundensi Archiepiscopo*) Qui tum monasticam vitam iniit in Claravalle, abdicato post annos XLI. Archiepiscopatu. In Gestis Danorum: *Anno* M. C. LXXVIII. *Eskilus secundus Archiepiscopus Daciæ recessit factus monachus Claravallis. Absalon fit Archiepiscopus. Anno* M. C. XXCII. *obiit Eskilus Archiepiscopus in Claravalle.* Quadriennium ergo inibi vixit. De hoc excessu scribit etiam Saxo Grammaticus Historiæ Danicæ libro XIV.

locustæ, bruchi, rubiginis, quæ devoraverunt universa speciosa deserti, pilosi, onocentauri, ululæ, simiæ, & omnis generis phantasmatum grandis silva. Si quando autem idem oculus sursum palpebras erexerit, & cælum aspexerit, videt Dominum innixum scalæ, vocantem & expectantem male soporatum, & dicentem, *surge qui dormis, & exurge a mortuis*, &, *Lazare veni foras*, &, *adolescens tibi dico surge*, &, *puella surge*. Porrigit quoque manum Petro naufraganti, occurrit in via Saulo spiranti minas & cædes in discipulos Domini: prodigo filio revertenti, stolam, anulum & calciamenta restituit, convivium & vitulum immolat, & misericordiarum suarum silvam condensam fugientibus & ereptis de laqueis serreis ad sese refovendum offert. Hujusmodi collyrio relevatur turbatus de seipso ad seipsum oculus. Jam illum convenio oculum, qui de vobis amicabiliter sollicitus, lustrat vias nostras & studia ab adolescentia. Dic mihi, bone ocule, de amico nostro quod occurrit, quod sentis, quod intelligis. Non sine molta fatigatione, inquit, gesta ejus recolo, quia aliquando vidi illum supra nubes ambulantem, & usque in densissimam altitudinem evolantem. Quis gloriam illam, quis potestatem, quis dominationem, quis rerum omnium opulentiam, quis erogationes & donationes tam largas, tam innumeras enarrare sufficiat? Quis enavigationes, quis marina pericula, quis insidias magnorum latronum dicat? Tandem Lucifer ille, qui mane oriebatur, qui inter astra Dei solium gloriæ & Archiepiscopatus tenuerat, non sicut fulgur de cælo cecidit, sed sicut filius hominis semetipsum exinanivit, formam pauperis assumpsit, principis mundi exuvias rejecit, ut si Laban Jacob insecutus fuerit, idola sua apud illum non inveniat, & cum domino, saltem cum beato Martino dicat, Nihil in me reperies, inimice. Ecce sic humiliatus in Clara valle spicas recolligit post terga metentium, non glorians de labore, sed se humilians de impossibilitate. Voluntate quidem currit, & caritate cum prioribus & juvenibus, sed ætate & infirmitate sortem habet cum novissimis, ut sit novissimus vocatione, primus remuneratione: quia apud patremfamilias, cujus universæ viæ misericordia & veritas, non est potior remuneratione qui prior tempore; sed prior denarii acceptione, qui posterior labore & tempore. An non ita est? Plane hoc probat veritas, quæ prius latronem de cruce transtulit in paradisum, quam principem Apostolorum Petrum, cui tamen dederat claves regni cælorum. Pietatis est, parum de meritis præsumentem suscipere: securum vero, si necesse sit differre, & citius trepidantem a timore excutere, quam jam subarmatum admittere. Ecce, pater amantissime, ut credo, non me fefellit oculus meus. Hæc enim eadem præter illum multi alii de te mihi dixerunt. Sit itaque pax cum spiritu tuo, sit anima tua cum Deo meo. Sit melior finis orationis, quam principium, quia omnis laus in fine canitur. Totus sum vester.

Ephes. 5. 14. Joan. 11. 43. Luc. 7. 14. Marc. 5. 41.

EPISTOLA XVIII.

Petro Cardinali sancti Chrysogoni, Petrus Abbas sancti Remigii.

CXXX. RAto meus sum: cujus ergo? forte Apollo? forte Pauli? forte Cephæ? Utinam! Nam bonam habent mensam, mansuetam & fructuosam

A disciplinam, donativum denique præcipuum, & perpetuum. Diversorum autem subsellia & iniquam tyrannidem frequenter experior. Utique Roboam, qui cædit scorpionibus: Pharaonis, qui affligit in luto & latere: Nabuchodonosor, qui potat urinam pecudum suorum, quos sub jugo carnis, ventris, & gulæ inescaverat. Denique in captivitate mea, & universa vanitate sub sole, concaptivam habeo puellam, nobilissimis ortam natalibus, videlicet pudicitiam. Hujus me injuriosa damnatio illorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum, non minus aggravat, quam propria miseria. Volui siquidem cum illa fœdus amicitiæ inire ab ineunte ætate, propter decorem suum, & genus illustrissimum, nec non

B & pacatissimum atque honestissimum contubernium. Cum itaque chaos sive cohors spurcissimorum hominum, tanquam porci pretiosissimam margaritam de cælo lapsam pedibus suis conculcent, quæ pax ossibus meis? quæ requies animæ meæ? Clamo, nolite, nolite: sed non est vox, neque sensus. Quinimmo apponunt iniquitatem super iniquitatem, ut cum pudicitia obruant religionem. Huic nulla parcentes miseratione oculos eruunt, convertendo ad vanitates & insanias falsas: nasum præcidunt, discretionis temperantiam evertentes: aures obstruunt, obedientiam non tenentes: labia concidunt, turpiloquio & scurrilitatibus adsuescentes: linguam decapulant, malum redarguentes & mendacium semper loquentes: manus ligant, eleemosynam non dantes, sanguini & avaritiæ in-

C sistentes, pedes in nervo ponentes, Christum in carcere non visitantes. Quid amplius? nervos detrahunt religioni effeminati, qui sanctorum patrum abstinentiam, vigilias, psalmodiam, silentium, regularem disciplinam, claustralem remotionem a sæcularibus negotiis dissipant & vilipendunt. Forte dicitis, quid ad me? Certe vestra interest, & certe officii vestri est, certe debito tenemini, pro posse vestro districta censura his occurrere injuriis, his aurem benignam accommodare clamoribus, has dirimere quæstiones, & amputatis Dagon brachiis & capite, ar-

D cam Dei restituere Bethsamitis. An habetis judicare causas pecuniarias, & non divinas? Quis vos misit? Ad quid vos destinavit Dominus Deus per vicarium suum Dominum Apostolicum? Ad quid? Ut solveritis asinam, id est religionem alligatam & pullum cum ea, idest, pudicitiam. *Dicite*, inquit, *quia Dominus his opus habet*. Sedet enim super utrumque, qui sedet super Cherubin. Non negligatis dominicum præceptum, immo non extinguatis in vobis spiritum Moysi, de quo dictum est, *auferam de spiritu tuo, & dabo septuaginta senioribus*, de quibus & cum quibus unum vos constituit gratia sua Deus. Quis autem est spiritus Moysi? Spiritus iniqui-

E tatem non sustinens, spiritus occidens injuriam facientem, & vindicans patientem, spiritus defendens septem puellas filias Jethro sacerdotis Madiam. Spiritus principem Ægypti decem plagis feriens, & tandem in mare demergens. Diu detineo vos, quia non possum ore proprio, saltem scripto. Dulce namque mihi super mel & favum, vos alloqui, & vobiscum fabellare. Hujus tamen causa & materia est Magister Crispinus, clericus noster, immo & vester: nam populus meus, populus tuus, amice & domina carissime. Commendo itaque vobis eum, tanquam viscera mea, quia vidi honestam conversationem ejus, & proclivem ad meliora & viciniora saluti. Novi vos, quia talium familiarita-

Matth. 21. 3.

Num. 11. 17.

tem non respuitis. Habeat itaque vos Dominum, & signo clericatus a vobis suscepto, patronum & auctorem hujus ordinis habeat.

EPISTOLA XIX.

a *Petrus Abbas sancti Remigii* [a] *monacho de sancta Bertino.*

CXXXI. SErmones nostros, quos tanquam plumas inutiles & superfluas quatuor venti cæli per diversa projecerunt, habere desideras. Si legisti, nonne exsangues sensibus sententiarum & enerves tenuitate verborum invenisti? Si non vidisti, quis persuasit tantopere te quærere, quos inventos statim habeas respuere? Curiositas, an studii assiduitas te urgent, vilissimi hominis herbas & cortices insipidos mendicare, cum sedeas ad mensas divitis Augustini, benigni Gregorii, pecuniosi Hieronymi, gloriosi Ambrosii, Bedæ omnium monetarum nummosi, profundissimi tanquam maris magni Hilarii, suavissimi eloquii Origenis, & aliorum innumerabilium, quorum nec micas sub mensa dignus sum colligere? Si nova placent, ecce magistri Hugonis, ecce S. Bernardi, ecce [b] magistri Gilleberti, & magistri Petri scripta, in quibus nec rosæ, nec lilia desunt. Nostra vero scripta nec de profundo hauriunt, nec de alto propinant: quia verba nostra sunt arentia, forte & sterilia. Intentione tamen hac frequenter admovi tabellis stylum, quatinus vigiliis solemnitatum saltem media hora occuparem me contemplationi sequentium gaudiorum, & subtraherem me a tumultibus me opprimentium jugiter sæcularium sollicitudinum. Idcirco imperfectos invenies multos de sermonibus nostris, quia post horam aliquando negligentia mea, aliquando occupatione ingrata, conceptum fœtum parturiebam infectum & imperfectum, nec saltem sicut ursa lambendo promovebam postea ad plenum partum. Ecce hoc erit tibi signum, si quando in manus tuas venerint, qui nostri sunt, si imperfecti, si squalidi, si rusticani, si male amicti prodierint. Tamen da veniam, quia pudibundi non se ingerunt, sed compulsi vix publicum fernnt.

EPISTOLA XX.

Priori Cantuariensi, & ceteris fratribus, Petrus Abbas sancti Remigii.

CXXXII. BEata occasio, qua vobis admoneor scribere. Miserum certe me judico de inertia, quæ detinet senectutem meam a visitatione quondam amici, nunc Domini, patris & patroni nostri sancti Thomæ pretiosi martyris Dei. Hinc arguit me conscientia, inde excusat. Si viveret in corpore Archiepiscopus Thomas, nonne, inquit conscientia, ires & visitares illum? nonne & marina pericula postponeres, & omnem a te torporem excuteres, ut amicum visitares, & mutua conferres colloquia? E contra iterum talia refert, Sed monachus es, sed Abbas, sed senex, sed corpore invalidus. Monachi est, non egredi de castris Domini, immo de claustris monasterii: Abbatis est, procurare curæ suæ temporalem & regularem sollicitudinem: senis est, inniti baculo suo sub oliva & ficu & vite sua, & cogitare dies antiquos & annos æternos in mente habere. Invalidi est, converti in ærumna sua, dum confringitur spina, & dicere quotidie, *Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum.* Rom. 7. 24. His cogitationibus disputatione sua sic me accusantibus & excusantibus, interponit se statera æquitatis mediam, sicque litem resolvit, ut neutra de conclusione erubescat, sed pace bona alteri cedat altera. Pium namque est ire, pium non ire. bona est peregrinatio, quam comitata fuerit sancta devotio: religiosa nihilominus detentio, cui assidue adest pia commemoratio, & eo intentio flagrantior, quo suo non satiatur desiderio. Utinam sic me deferret angelus ad sancti sepulcrum, sicut Abacuc transtulit ad lacum leonum, non ut deferrem Danieli refectionem, sed ut referrem peccatorum remissionem. Constituo autem interim absentiæ nostræ vicarium magistrum G. quem ad se vocavit D. Archiepiscopus Cantuariensis. Commendo itaque vobis commendabilem amicum & clericum nostrum eundem G. qui sentit in se viscera dilectionis, misericordiæ, & pietatis, quæ ad nos habetis, non pro merito nostro, sed pro gratuito beneplacito vestro. Certe si primam familiaritatis vestræ portam aperueritis ei gratia nostri, credo quod ex prælibatione avida subsequetur fames, & continuo dicetis, Jam non propter tuam loquelam illum diligimus, ipsi enim cognoscimus, & scimus quia dignus est amicitia & contubernio bonorum. Excipite itaque illum tanquam honestum clericum & bene literatum, ut apud vos possideam hunc ramusculum, successione illius magnæ arboris, quæ transplantata est in Ecclesia Carnotensi. Fuit enim noster alumnus magister Joannes: & iste utinam similiter!

EPISTOLA XXI.

R. [c] *Cantuariensi Archiepiscopo Petrus S. Remigii.* c

MAximum argumentum est honestatis & religionis, ad se vocare, & juxta se statuere alumnos & cultores bonæ conversationis. CXXXIII. Probata namque virtus consimili gaudet reclinatorio, vires quotidianis resumens incrementis, non solum de nativo germine, sed & de uterina propagine. Inde est, pater sancte, quod ad commendationem non modicam vestri nominis Magistrum G. advocatis, & mundanis destitutum copiis in spe bona sub alis vestris, ut audivimus, nidificare compellitis. Novimus eum non transitoria aut adventitia familiaritate, sed longa & diuturna vicinitate, ac beneficiorum nostrorum communicatione. Utinam sufficisset ei nostra paupertas, nec amovisset illum a nobis tam patriæ amicitia, quam vestræ largitatis fiducia! Raros ei similes penes nos habemus, quos sic ornet doctrina, quam vita. Dignus

---

a *Monacho de S. Bertino*) Sithivensis monasterii, quod Taravanensis olim diœcesis, nunc S. Audomari.

b *Magistri Gilleberti, & magistri Petri*) Petrum, ni fallor, Trecensem intelligit, qui appellatus est Comestor. Gillebertum vero illum fortasse S. Stephani Autissiodorensis canonicum, qui glossas edidit in utrumque Testamentum?, & propter eximiam doctrinam vocatus est universalis, Londinensisque postea creatus Episcopus.

c *R. Cantuariensi Archiepiscopo*) Richardo S. Thomæ successori: S. Thomæ autem decessor Theobaldus, qui Joannem Saresberiensem postea Episcopum, in familiam suam primus asciverat.

est latere sacerdotali, qui sua non inquinat vestimenta, qui sæcularia lenocinia postpoit pro vera philosophia. Cum granis siquidem philosophiæ etiam quisquilias retinet, amans sententias, nec verba respuens, legens codices & corrigens mores. Excipite pauperem, & facite divitem. Imitetur manus vestra mundi fabricatorem, qui in creatione terram, prius inanem & informem, fœcundavit tam multipliciter, & formavit tam mirabiliter, ut fœtus sine innumerabiles, formæ incomparabiles. Sanctissimæ memoriæ prædecessor vester, Archiepiscopus Theobaldus, de gremio & sinu nostro Magistrum Joannem Carnotensem Episcopum inopem & pauperem suscepit, sed Deo juvante usque ad nomen magnorum qui sunt in terra fomentis suis provexit. Mortuus quidem est ille Archiepiscopus corpore, sed adhuc vivit in propagine, & durat in illo adhuc suavissimum memoriale. Sicut successistis ei & sancto Thomæ in Episcopatum, sic in isto magistro G. succedat amplissimum vestrum beneficium. Valeant ei preces nostræ, quia etsi ignoti sumus vobis facie, non tamen, si oportunitas se præberet, obsequio, & interim bona voluntate.

EPISTOLA XXII.

Joanni Episcopo Carnotensi, Petrus S. Remigii.

CXXXIV. IN bivio dubietatis positus, utrum conquerar de me ipso ad amicum, an de amico ad amicum, vix discernere possum. Sed si utrumque facio, alterum non omitto. Nam quia utrumque culpabilem invenio, neutrum excuso. Me Abbatem, te Episcopum quis ignorat? Hactenus unice amicos fuisse quis dubitat? Hujus rei testis est acervus epistolarum, marina pericula non timentium, cum familiarissimo recursu & brachiali complexu nostra quondam se se revisitabat amicitia. Unde autem obstupuit, immo elanguit communis stylus, non jam quatriduanus foetens, immo annuali elapsu deficiens? Certe si Episcopalium sollicitudinum allegationes negligentiam istam excipiunt, meam æque consimili ratione defendant. Esto. Nullum fuit tempus vacuum vel veniendi, vel scribendi. numquid amandi? numquid recordandi? Procul dubio quamlibet excusationem potest habere omnis actio, nullam dilectio. Si dormis, dilectio non dormit. Unde, *Ego dormio & cor meum vigilat*. Quibuscunque tenearis occupationibus & necessitatibus, non impeditur, non compeditur vera dilectio. Ubi es vera dilectio? Certe pallio tuo hiacynthino multi se operiunt, sicut falsi prophetæ, qui in vestimentis ovium veniunt, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, vel amici rapaces. Nolo, nolo me vel te esse de illis, qui magnificant fimbrias fictæ amicitiæ, profitentes & promittentes inopinabilia & incredibilia, digito autem suo nec quæque modica tangentes. De hoc amicorum genere vel grege nunquam te expertus sum, nec tu me. Tardius enim os in promittendo moveo, quam cor in diligendo. Urget autem me suis stimulis hæc, de qua loquor, dilectio, redarguere non superbe, neque ficte, quæ de amico audio. Siquidem propter antiquam nostram amicitiam, qui habent adversus Episcopum Carnotensem querelam, abbatem S. Remigii conveniunt, & quasi magistrum & judicem proponunt. Hæc & hæc, inquiunt, facit Episcopus, sic loquitur, sic movetur, sic mutabilis est in promissis, sic instabilis in verbis & consiliis suis, sic ingratus beneficiis, sic ad iram facilis, sic improvidus in disponendis judiciis, sic totus pendet de voluntate & consilio unius hominis, minus prudentis & multum cupidi. Ecce capitula quæ objiciunt Episcopo. Quid autem, o amice, respondes ad ea quæ tibi objiciuntur ab his? Si talis es, in alium virum mutatus es. Non te talem noveram, non didiceram, non prædicaveram. Archiepiscopus noster, vir discretissimus, & qui morum scrutator & cognitor est perspicacissimus, discipulum S. Thomæ aliter informatum, aliter institutum fide oculata ex diuturna cohabitatione acceperat. Absit, absit a me ista credere, sed rationes vellem habere, quibus vanitates istas & insanias falsas possem refellere. Ecce per amantissimum nostrum Abbatem sanctorum Crispini & Crispiniani rescribite, & remandate tam de his, quæ ex parte nostra dicturus est vobis, quam de his quæ scribo.

PETRI
ABBATIS S. REMIGII
EPISTOLARUM
LIBER OCTAVUS.
EPISTOLA PRIMA.

a *Eskilo Londensi quondam Archiepiscopo, Petrus Abbas S. Remigii.*

CXXXV. FRequens corporis molestia ortatur cogitare de patria, ubi nulla est tristitia. Quanto enim ista infelicior quam patimur, tanto illa felicior quam speramus. Utinam jam litus ejus attingeremus! utinam fluctus istius evaderemus. Circumferimur, periclitamur, naufragia experimur, & exire dissimulamus? Quis non optat portum, ne incurrat naufragium! Quis non præcidit hærentis in salo naviculæ funem, ne sentiat tempestatem? Quis negligit patriam, & amat exilium! Quis fugit patrem, & sequitur hostem? Gaudeo quia jam tenetis portum, & sedetis ad portam sanctæ civitatis, cujus participatio in idipsum. Vacillat quidem adhuc navicula nostra, sed spero & exspecto solatium vestrum, cujus per integram amicitiam possideo totum animum. Adjuro vos, si inveneritis dilectum, immo si veneritis ad ejus cubiculum, nuncietis ei quia amore langueo. Credite mihi, si venirem ad porticum Salomonis, ne dicam ad sanctuarium Salvatoris, loquerer pro amico, postularem pro domino meo, pronunciarem in auribus Domini Sabaoth, & quæ mihi, & quæ per me pauperibus fecistis. Appellarem pium, compellerem justum dicens, *Memor esto verbi tui servo*
Psal. 118. 49. *tuo*. Est enim verbum tuum, *quod uni ex mi-*
Matt. 25. 40. *nimis meis fecistis, mihi fecistis.* Ecce substantia domini mei Londensis quondam Archiepiscopi, nunc pauperis Clarevallensis, per manus pauperum tuorum apud te est. Repende ergo ei vicem, & da ei substantiam tuam, qui tibi dedit suam, tamen quam tu dederas, quam a te acceperat. Amantissime pater, non dormit, neque dormitat in recordatione vestra cor meum. Clamat, pulsat, statque ad fores nostras, quando inquiens videbo quem desiderat anima mea? quando veniam & videbo illum? Via longa est, pedes vix moventur, renes congelantur, & quomodo longe positus amicus videbitur? Quærendum est ergo remedium, ubi primum deest solatium. Pergere nequeo, scribere saltem valeo. Cernere non potest oculus, alloquatur stylus. Currat in membranis litera, quia in membris suis retardatur corporalis præsentia. Referat charta quod non potest lingua. Suppleat imago mortua, quod non valet viva & vera. Syllabæ fortunam nostram nuncient, quia eloquia oris nequeunt: desidero vos videre. Pax Christi & gratia Dei vobiscum semper. Saluto Capellanos, & Priorem, domnum Gaucherium, & domnum Antissiodorensem Episcopum, & Philippum, & omnes amicos nostros. Valete.

EPISTOLA II.

b *Avinionensi [b] Episcopo, Petrus Abbas S. Remigii.*

CXXXVI. VIrtutis propago ramos gratiæ suæ semper pullulans, in Ecclesia Christi beneficio suo rigat novellas, sicut antiquas Paradisi plantationes, quando in decessu religiosi prælati bonus nihilominus & honestus substituitur. Sic ignis in altari perpetuatur: sic in sabbato panes propositionis renovantur: sic pro patribus filii Ecclesiæ nascuntur: sic denique vectes in arca semper circumferenda infiguntur. Prædecessoris vestri gratiam, ut decet, firmiter teneamus: qui tanquam pius pastor & pater, fratres nostros, & quod in Episcopatu vestro habemus, dum vixit, servavit, & pro posse ab infestatione defendit. Oramus ut spiritus ejus duplex fiat in vobis: quatinus nec farina tegiminis, nec oleum mansuetudinis in lecytho deficiat. Habetis fidelem in cælo remuneratorem beatum Remigium, cujus oves sumus, & si necesse & opportunum fuerit, tam de lacte, quam de lanis nostris, ad usum vestium mutuare poteritis. Mittimus itaque juvenem istum ætate, sed moribus, ut experti sumus, maturum ad partes vestras, cui tradidimus & committimus Prioratum nostrum cum his quæ ad nos pertinent in Provincia. Ut ergo sub alis vestris ipsum excipiatis & foveatis, rogamus & obsecramus.

EPISTOLA III.

c *Petrus Abbas S. Remigii, R. [c] Canonico Meritonæ.*

CXXXVII. ADipe & pinguedine spirituali refertas ex parte tua recepi literas, quibus cibatis & potatis, salvo quadragesimali jejunio, factum est in ore meo tanquam mel dulce, & medullæ repletæ sunt uberrima exultatione. De vase siquidem bono & optimo eructavit stylus tuas ver-

a *Eskilo quondam Archiepiscopo*) Nunc monacho Clarevallensi. lib. VII. epist. XVII. Autissiodorensis Episcopus, quem extrema epistola salutat, est Alanus, qui relicto item, ut ante monuimus, Episcopatu ad Clarevallenses jam pridem redierat, anno, ut Chronicum S. Mariani notat, M. C. LXVII. Gaucherii etiam ac Philippi monachorum Clarevallensium fit mentio in epistolis Nicolai.

b *Avinionensi Episcopo*) Poatio, ut conjectata est, successori Gaufredi.

c *Canonico Meritonæ*) In Anglia. Saresberiensis epist. XXVIII. *Sanctorum fratrum qui apud Meritonam Deo famulantur, & luce bonorum operum illustrant Insulam nostram, vexationibus & injuriis jure compatior.* Regulares erant S. Augustini, eoque nomine illos Hadriano IV. ejusdem olim ordinis Canonico commendat. Pro Meritona *Mintona* vitiose apud eundem Saresberiensem legitur epist. CXXXIX.

ba bona, verba consolatoria, quæ me a diluvio aquarum multarum ad arcam Noe, qui interpretatur requies, provocant, & [a] de claustrali disciplina non solum cogitare, sed & scribere exorant. Promptum me & facilem nosti in omni obedientia, sed vinctum & occupatum laboriosa sarcina: cui nova alluvione accrevit & accessis renum gravissima infirmitas. Non credas quod de solito luti & lateris penso aliquid imminuerit urgentissima principis tenebrarum harum exactio. Componit quotidie strues lignorum, in negotiis, addit paleas, & stipulam siccam in nugis & vanis discursionibus. Vexatus denique plagis variis orationum, psalmodiarum, sanctarum meditationum, eleemosynarum magis ac magis cor ejus induratur, negans licentiam in deserto abeundi & immolandi Deo sacrificium justitiæ & innocentiæ. Quomodo itaque in manicis ferreis detentus, & supra modum famæ lectionis & otii exinanitus, speciosa deserti dinumerare, & claustralem disciplinam possum funiculo prophetico dimetiri? Non potuit Josue filiis Israel terram promissionis sorte dividere, donec terra quievit a præliis. Utinam veniret sabbatum delicatum! utinam pax requiesceret in cubili nostro! utinam jubileus annus celebraretur! ut sic rediret cor ad possessionem suam, & servus peccati corpus mortale ad libertatem suam. Interim tamen claustralis disciplina non atramento, sed exercitio compingatur: quia is qui sub lege est non Moysi, sed Augustini, aut beati Benedicti, si præcepta servaverit, præmia habebit. Compendiose & succincte claustralem disciplinam uno illo verbo complector,
en. 41. 44. quo Pharao usus est ad Joseph: *Ego*, inquit, *sum Pharao, absque tuo imperio non movebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti*. Sanctissima & æquissima disciplina in claustro, ut nihil agatur, nihil dicatur, nihil habeatur, nisi cum Abbatis licentia: ut nec oculus egrediatur constitata, nec manus moveatur ad illicita, nec pes currat ad prohibita. His nervis corpus religionis compactum immobile stat: fundamentum habemus, præter quod nulla firma est religio.

Epistola IV.

Carnotensi [b] *Episcopo, Petrus sancti Remigii.*

CXXXVIII SI quando in mente constantis hominis priora mutentur vota seu proposita, considerandum est, utrum hoc fiat levitate, aut necessitate, aut superveniente affectione. Si levitate, inconstantia: si necessitate, fortuna: si affectione, ratio pensanda est. Si enim vitiosa est affectio, improbitas est: si justa, virtus, & est admittenda. Causa vero, unde oritur affectio, forte inter bonam & malam dividit, & nomen imponit. Bona excusat voti mutabilitatem: mala accusat inconstantiam. Non enim ab inchoatis recedendum est sine ratione, quæ inchoata sunt cum ratione. Alioquin non est in illo est, sed est & non in illo est: & de
Eccl. 27. 12. illo dicitur, quia *stultus ut luna mutatur*. Ne autem sim oneri occupatissimis auribus Carno-
A tensis Episcopi, negotium breviter & aperte exponam. Postulatio nostra apud vos pro Hugone cognato & amico nostro Remensi Canonico, ante fores vestras obseratas æstatem & hyemem fecit, & valde lassata & jejuna ad sinum nostrum reversa est, & ecce occurrit carissimus amicus & cognatus ampliori affectione suscipiendus in eadem postulatione G. Archidiaconus vester, qui vobis de latere & Ecclesiæ vestræ magis paratus est servire. Cedit itaque ille, si iste successerit: immo ut iste succedat, cedo & ego in priori petitione, si exauditus fuero in secunda, quin potius ut fiat, & citius fiat secunda: ne forte steriles anni renuntient mihi defectum imbris matutini & serotini; & desperans de mes-
B sione cessem deinceps arare, seu aliquid a vobis petere. Valete.

Epistola V.

Episcopo Carnotensi, Petrus Abbas sancti Remigii.

FAcile est amicorum erratibus ignoscere, qui contingunt casu, non deliberatione. Casuales quoque excessus facile corrigit, qui occupatione, non contemptu, delinquit. Amicum nostrum & vestrum, Abbatem sanctorum Crispini & Crispiniani, aliter quam decuit ex- CXXXIX
C cepistis. In hoc circumspectio vestra oberravit. Sed hoc debitum cum satisfactione dimittetur, cum ad nos veneritis & culpam recognoveritis. Jam quoque nubeculam istam amovit a facie nostra relatio Alexandri amici vestri, qua de statu vestro lætificavit nos. Solet enim verum dicere. Prosperum itaque & felicem statum in his quæ erga vos fiunt asseruit, & ambages circumvolantes a corde nostro abegit. Non difficile credo quod multum desidero. Verbis igitur illius credo, & valde congaudeo. Nam a me nihil alienum æstimo, quicquid de vobis sensero. Radix enim longæva pruina subita non arescit, neque marcescit. De his hactenus.

D

Epistola VI.

Amico suo carissimo R. Canonico, Petrus Abbas sancti Remigii.

UNum quaternum jam impleveram de disciplina claustri, & mittere per præsentium latorem plurimum festinabam. Sed dissuasum est ab amicis, ne opus imperfectum amico mitterem, propter rapaces curiosorum manus & oculos. Nam si viderent, aut abjicerent, aut retinerent. Si abjicerent, forte conculcarent. Si conculcarent, nullum delectum haben- CXL.
E tes inter utile & inutile peccarent. Si retinerent, aut legerent, aut scriberent, aut negligerent. Si legerent, aut scriberent, scabrosam forte lectionem & minus compositam offendentes, imperitiæ præsumptioni, non festinationi imputarent: quatinus mihi merito illud proverbium adscribatur, quo dicitur, *Onos lyras*, id est, asinus ad lyram, aut rescriberent, & nostra vitia perpetuarent. Si negligerent, quantum ad illos in vanum laborassem, & perisset

a *De claustrali disciplina*) Hoc enim argumento ac titulo librum scripsit ad Henricum Comitem Trecensem, cujus etiam meminit epistola VI. Vetus Index Bibliothecæ Montis Dei, *Petri Abbatis S. Remigii De disciplina claustrali, Incipit, Domino & amico suo H. illustri Trecensium Comiti Palatino*.

b *Carnotensi Episcopo*) Joanni Saresberiensi. item & epistola v.

opera & impensa. Quicumque igitur fidelis nuntius post paucissimos dies occurreret, casibus fortuitis me comitrens, mittam quæ ad petitionem tuam de disciplina claustri scripsi. Valete.

EPISTOLA VII.

Priori & fratribus Grandimontis, Petrus humilis Abbas sancti Remigii manus orationis & pretium.

CXLI. QUanto fragiliores sumus, & de nostris minus speramus viribus, tanto si sapimus ardentius validiora & ampliora emendicamus suffragia. Væ enim soli, quia si ceciderit, non habet sublevantem se. Si autem fuerint duo, fovebuntur mutuo. Solum æstimo, qui nec cum Deo in simplicitate & puritate ambulat, nec fraternum currum invincibili societate & inseparabili unitate equitat. Domini & fratres carissimi, ego vir videns tam paupertatem, quam insufficientiam meam, ubi audio cælestes pauperibus erogari dapes, curro, pulso, quæro, & de reliquiarum micis offellas quas possum expecto. Vestrum est, vestrum est, panis olcati buccellas cum Petro Apostolo, cum conveniti ad cœnam agni, sumere, sed & his qui non præparaverunt sibi, partes mittere. Dies enim Domini sanctus est, [a] solemnitas sancti Joannis Baptistæ, quando ad matrem pulli gallinæ revolant, & de singulis locis vestris rivuli ad locum de quo exierunt refluunt, ut de paterna instructione & correctione reparato meatu copiosius & fortius iterum fluant. Servanda & tenenda est hæc probabilis & sancta consuetudo: quia non tantum ab homine & per hominem, sed etiam a lege & Deo hæc approbata est institutio. Tribus enim vicibus jubet Dominus in lege, ut Hebræus appareat ante Dominum, non tamen vacuis manibus. Nunquam autem vanum aut vacuum est, sinus paternos, tanquam suæ professionis alumnos, relambere, & novos inde sibi sapores attrahere. Procul igitur odorans ipse ego tam jocundos & festivos sanctitatis vestræ concursus, prompto animo & vultu submisso, Amen pauper inclamo, & de orationum suffragiis sublevamen expostulo. Hæc autem nostra postulatio non usquequaque imbecillis, & carens substentationis baculo, claudicans sanctum conventum vestrum ingreditur: quia fratres vestros, qui nostris in partibus commorantur, diligimus & honoramus, & etiam cellam bonam in nostro habetis patrimonio. Hac ergo securus confidentia, vestrorum rogo societatem bonorum: & cum anima soluto corpore vias ignotas aggressa fuerit, conductum vestrum usque ad meum judicem depusco. Rescribite si placet, & quam misericordiam facere disponitis remandate. Valete.

EPISTOLA VIII.

Alexandro summo Pontifici Petrus Abbas sancti Remigii.

APostolicæ sedis oraculum nec sine reverentia penetrandum est, nec sine fiducia adeundum. Tibi itaque, Pater venerande, cui datæ sunt claves regni cælorum, non est data potestas sine indulgentia, nec justitia absque misericordia. Interpellet igitur, & inclinet ad petitionem nostram auctoritatem tuæ potestatis sobria indulgentia, temperet æque rigorem justitiæ pia misericordia. Intentum proinde est, thronum magni regis, qui est in sæculum sæculi, aliquatenus concutere: nec minus periculosum, lectulum Salomonis, propter ambientes gladios versatiles, extra decubantis placitum, qui dormit ut catulus leonis, excitare. Sedentem & quiescentem Deum in sanctis quis audeat dubitare? De numero & sorte istorum, teste sancta conversatione, confratrem nostrum dilectissimum [b] Clarevallensem Abbatem fide occulta cernimus & credimus. Forte electus est in Episcopum Tolosanæ civitatis. Ut autem vere religiosus, metiens se sibi & insufficientiam suam metuens, repudiato connubio mavult discalciari, & sputa cujuslibet improperii in faciem cum Jesu excipere, quam vitis, olivæ, & ficus assumptæ professionis dulcedinem deserere. Nec in hoc usus est reprehensibili levitate, cum hoc faciat ex legislatoris auctoritate: Moysi utique, qui grandis factus negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jocunditatem, majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Reputat etiam, quod in lamentationibus legitur, quia *mutatus est color optimus, postquam dispersi sunt lapides sanctuarii in capite platearum*. Thren. 4. 1. Timet in se fieri eclipsim solis, si de statione Hebræorum transierit in castris eorum, quorum [c] os locutum est vanitatem, & quorum pedes currunt ad malum. Citius enim inficit venenum, quam curet antidotum: & fragilis natura difficilius reparatur, cum facile frangatur. Concedat igitur Apostolica licentia hominem istum in paradiso Clarevallensi operari cibum, qui non perit, & in sudore vultus sui panem suum manducare, quia nec vult vetitum tangere, nec tunicam pelliceam assumere. Fixit namque tentorium suum de pellibus Salomonis juxta puteum viventis & videntis, juxta acervum novarum frugum, juxta denique propitiatorium, intra sanctuarii velum, subter alas Cherubin sancti Benedicti & beati Bernardi. Supposuit quoque humerum arcæ fœderis Dei, in qua est virga crucis, quæ floruit in Apostolis, fronduit in regeneratis fidelium turbis, & nuces protulit in martyribus, confessoribus, atque virginibus: in qua duæ tabulæ testamenti, una asperitatem legis continens, altera Evangelii mansuetudinem & gratiam

a *Solemnitas S. Joannis Baptistæ*) Quo die anniversaria Ordinis sui comitia celebrare solebant Grandimontenses lib. 12. epist. 11.

b *Clarevallensem Abbatem*) Henricum. Hic paulo ante, hoc est anno M.C.LXXVIII. cum Petro S. Chrysogoni Cardinale, & Episcopis aliquot, Tolosam legatus fuerat adversus hæreticos Albigenses. Qua de re præclara extat Henrici ipsius epistula apud Hovedenum. Nunc mortuo Gocelino Episcopo Tulusano ad eam Cathedram poscebant.

c *Quorum os locutum est vanitatem*) Tolosatum, quos ea labes præ aliis infecerat. Henricus ipse in Epistola: *Tolosam, quæ sicut erat civitas maxime multitudinis, ita etiam dicebatur esse mater hæresis, & caput erroris.*

conferens. Ad ultimum manna est ibi abscondítum promissæ dulcedinis Dei, quam abscondit timentibus se, & dabit diligentibus se. Habitat in medio lapidum ignitorum: quorum contemplatione visus acuitur, torpor excutitur, vitalia nutriuntur, morticina rejiciuntur, religio perpetuatur. O quam dura, quam amara separatio religiosi affectus, cui cedit carnalis necessitudo, cui supponitur delectatio, cui ambitio substernitur. Quam infelix commutatio, ubi pro suavi odore recipitur fœtor, pro crispanti crine calvitium, pro fascia pectorali cilicium. Nequaquam est hæc commutatio dexteræ excelsi. Non igitur audiat auris Apostolica adversus Mariam ad pedes Jesu sedentem, Martham conquerentem, quæ sollicita est circa frequens ministerium, nec gustavit poculum ex vino condito sanctæ contemplationis, & in lege Dei assiduæ meditationis.

EPISTOLA IX.

a *Domino Alberto Cancellario, Petrus Abbas sancti Remigii.*

CXLIII. PRo aliis rogare cogimur, qui pro nobis vix exorare sufficimus. Nec tamen in postulatione hæsitamus, quam commendat justitia postulationis, conscientia postulantis, & pietas postulati. Justitia est, suum jus unicuique servare: conscientia bona est, dilecto Domino pro conservo fideli humiliter supplicare: pietas paterna est, propositum etiam inflexibile auxiliato filio benigne remittere. Scimus, Domine amantissime, potestati Apostolicæ subesse quod mandare voluerit, & dicere huic, vade, & vadit, & alio veni, & venit, & servo, fac hoc, & facit. Sed jungatur currus potestatis, & pietatis, sublimitatis & mansuetudinis, ut media sternatur caritas propter filias Jerusalem. Certe, ut credo, aut nullas filias in terris habet Ecclesia, quæ est mater nostra: aut in Clarevallensi cœnobio quotidie parturit, & maternis uberibus alit matrissantes filias. Siquidem Jesu Christi de virgine nati, in mundo religiose conversati, in cruce sub Pontio Pilato affixi, vera vestigia vestri Clarevallenses sequuntur, caste vivendo, patri spirituali in omnibus obediendo, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis quotidie crucifigendo. Si Deus pro his, quis contra illos? Ecce pulli isti sub alis gallinæ, quæ se contra milvos spiritalis nequitiæ opponit, lambunt sanguinem Dominicæ passionis, & dormiunt sub umbra juniperi, labores suos consolantes dilectione protectoria sui. Quanti itaque periculi sit excitare quiescentes sub hac ficu & vinea, non carnali, sed spirituali dulcedine, discernat discretissima moderatio Apostolica, & non auferat ab eis desiderabila oculorum suorum. An non sunt alii præter istum? immo super numerum multiplicati sunt qui dicunt, *Ecce ego, mitte me*, cum iste dicat: *A, a, Domine Deus, nescio loqui, quia puer sum*. Forte dicitis, Quid ad te de Clarevallensibus, cum Samaritani non coutantur Judæis, & nigra Æthiopissæ facies & vestis differat ab illa veste & facie, quæ apparuit Apostolis in transfiguratione Domini? Ad quod ego, Ex multarum facierum personis, regina quæ assistit a dextris filii, in vestitu deaurato circumdata varietate, cantat in psalterio decachordo ante sedentem in throno gratiæ, unde procedunt diversa charismata gratiarum, cum sit tamen unus, atque idem spiritus, idem Dominus.

Esa. 6. 8. Hier. 1. 9.

EPISTOLA X.

Alexandro Papæ Petrus Abbas sancti Remigii.

SIcut a paternitate Domini nostri Remensis Willelmi in mandatis acceperamus, de causa terminanda, quæ vertitur inter Episcopum Suessionensem, & b Comitem Robertum, Suessionis accessimus, & nobiscum Abbates sancti Crispini, sancti Joannis, & vallis Serenæ. Ibi allegationibus utriusque partis auditis, ab Episcopo productorum testium attestationes scriptas recepimus. Deinde aliam diem Remis utrique parti statuentes, iterum convenimus: & post multa, quia dominus rex super hoc negotio literas suas Episcopo direxerat, ex voluntate & consensu eorum diffinire causam distulimus, donec cognosceremus, an dominus rex controversiam illam inter eos pacificaret. Postea vero nulla interpellatione interveniente, nec diem sibi dari Episcopo a nobis postulante, interdicto excommunicationis nobis inconsultis terram præfati Comitis Episcopus subjecit. Proinde Comitissa ex parte sua & Comitis conquerens de hac injuria, ut terram suam absolveremus a nobis exegit. Consilio itaque sapientum habito, accepta cautione a parte Comitis, quod si novum damnum, vel injuriam Episcopo fecisset, plene resarciret, terram absolvimus. Hanc igitur hujus rei veritatem vobis mandamus & testamur. CXLIV. b

EPISTOLA XI.

Alexandro c *summo Pontifici, Petrus Abbas sancti Remigii.* c

TOtius Christianitatis onus humeris Apostolicis impositum non ignorat, qui Christum Principi Apostolorum dixisse non dubitat, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*. Necesse itaque est, ut Aaron, qui penetravit cælos in sanguine suo, pontifex a Deo patre constitutus in æternum, & Ur, qui in igneis linguis super Apostolos descendit, tam manus, quam humeros vestros auxilio suo sublevent, & ne deficiant, sustentent. Iniquitas namque, quæ sedet super talentum plumbi, geminatis quin potius junctis alis, Ecclesiam Dei & vestram; Dei, desponsatione; vestram, procuratione; usquequaque opprimit, tam in subditis quam in prælatia: adeo ut jam possit dici, Sicut CXLV. Matt. 16. 18.

a *Domino Alberto Cancellario*) Cardinali, ad quem lib. vi epist. 1. Eidem Romanæ Ecclesiæ Cancellario & noster posthac sæpius, & Stephanus item Tornacensis, ac Petrus Blesensis epist. xxxviii.

b *Comitem Robertum*) Comitem Suessionensem. Episcopi vero nomen Nevelo: qui Lateranensi Concilio subscripsit. De S. Crispini monasterio apud Suessiones dictum est superius. Apud eosdem est Monasterium S. Joannis, quod de vineis vocant, ordinis S. Augustini. In pago autem Suessionico Valli serena, Præmonstratensium cœnobium.

c *Alexandro summo Pontifici*) Anno M. C. LXXIX. cum instaret Synodus Lateranensis, quam propterea secundam generalem Alexandri congregationem appellat, quia priorem ante annos xvi. Turonis celebrarat. quod generale etiam Concilium dicitur Neubrigensi lib. ii. cap. xiv. & aliis.

*f. sic &. populus, sic sacerdos; sicut oves, * sicut canes, Quid dicam, & quare dicam quod patet lippis & tonsoribus? Nonne clamor tanti mali, ne dicam furor, usque ad nubes ascendit? Et quis vos dubitat ista scire, cujus est non solum morbos discernere, sed etiam quæque morbosa secare aut sanare? Tamen, summe pastor, duo mala facit populus tuus. Descende & invenies vitulum conflatilem, lascivientem in vaccis populorum, & lingentem herbam usque ad radicem. In altero notatur luxuria, in altero avaritia. Olim hæc tenebrarum familia tenebant valles, jam jam occupant montes. Olim fœdabant templum Veneris, sed jam polluunt atria Virginis, quam pater desponsavit filio suo, & Paulus tanquam uni viro virginem castam vult exhibere Christo. Olim denique regnabant in Babilonia, nunc in Hierusalyma. Jeremias lamentatur avaritiam sedere in capite omnium compitorum, ubi concurrunt in dandis honoribus Ecclesiasticis, aut carnalis affinitas, aut pecuniaria cupiditas. Dei quidem solius est ista amputare & tollere. Vestrum autem securim ad radicem ponere, & pro posse in sententia vigilum statuam istam confringere, & arborem succidere sollicitudine non pigra. Quomodo autem fiat istud, docebit vos, qui incerta & occulta sapientiæ suæ manifestavit David puero suo, & omnia quæ audivit a patre suo nota fecit suis Apostolis. Lator quoque præsentium fidelissimus vester, & totius honestatis & bonæ famæ vir insinuabit. Pungenda tamen est gladio ancipiti luxuria, quæ non solum thalamos pudicitiæ, sed etiam terminos totius verecundiæ transgreditur: quatinus & si stimulus ejus non confringitur, saltem retundatur, & si non sepelitur, saltem recondatur. Avaritiæ duo cornua in Ecclesiasticis erajectionibus prorsus anathematizentur, in sæcularibus rapinis ungulæ ipsius aut eradicentur aut exsecentur. Spiritus Domini, qui omnia continens replet orbem terrarum, ori & cordi vestro semper adsit, & præcipue in hac secunda generali congregatione.

EPISTOLA XII.

Domino Papæ Petrus Abbas S. Remigii.

CXLVI. AD generale concilium, Pater venerande, cum ceteris Catholicæ Ecclesiæ filiis citatus excusationem præfero, non frivolam de perfunctoriis Evangelicis aliquam, quibus ad cœnam invitati se excusando accusant: sed manifestis documentis probabilem & veram. Promptu siquidem est in me ad omnem obedientiam devotio: sed succumbit propter invaletudinem languida executio. Inest voluntas, sed impedit infirmitas: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Apud igitur paternam clementiam & æquissimam Apostolicæ discretionis censuram, ætas annosa, longa via, brevis vita, fessa membra, sint nostræ excusationis probabilia & necessaria argumenta. Mavult habere filium absentem vivum quam secum semimortuum, vel certe extinctum. Percussus sum, ut fœnum, quod jam exaruit, quod hodie est, & cras non in clibanum, sed in feretrum mittetur, & quomodo tanquam plaustrum onustum fœno prosequi potero ambulantes in equis, & volantes in pennis sanitatis & robustæ ætatis? Quid enim si præsens essem, nec interesse possem? Quid faceret facula fumibunda, inter astra lucentia? Parcite ergo in hoc nunc, sicut semper fecistis, nostras preces benigne suscipiendo, & efficaciter implendo.

EPISTOLA XIII.

Alberto Cancellario, Petrus Abbas S. Remigii.

CXLVII. ARca Dei Israel, arca sanctificationis, arca fœderis, quondam ex præcepto legislatoris circumtexta ex omni parte auro, antiquorum patrum sanctitate & doctrina, quam etiam Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium desuper tegebant, nunc in præsentiarum, abusione & negligentia filiorum Heli, vestimentis gloriæ suæ spoliata, atque infœcundis salicibus operta, & relicta, juxta Isaiam, sicut tugurium in cucumerario, & umbraculum in vinea, recordatur dierum adolescentiæ suæ & plorans atque in maxillis suis lacrymas reponens dicit, Revertar ad virum meum priorem, quia mihi melius erat tunc magis, quam nunc. Boves calcitrantes, videlicet doctores, a semitis justitiæ per sua desideria aberrantes, declinant eam, cum deberent glorificare Deum, & portare in corpore suo. Verus itaque dolor illos tangit, qui diligunt illam non sermone & lingua, sed opere & veritate. Non ignoramus vos unum esse & specialem amicum sive filium universalis sanctæ Ecclesiæ, cujus typum & figuram illa arca tenuit. Ad luctum itaque & compassionem maternæ angustiæ, sive desolationis, vos advocamus, ut quicquid affectualis devotio exigit, maternis impendatis doloribus. Secundum enim locum post Dominum Papam a Deo in his corrigendis tenetis: sed cavete, ne in vacuum gratiam Dei acceperitis. [a] Qui enim spiritum vestrum & sanctam conversationem ante multis retro temporibus viderunt & cognoverunt, de meliorando statu Ecclesiæ spem optimam conceperunt, cum factum Cancellarium audierunt. Nisi vero ubique essent notoria & vobis notissima, de his latius scriberemus. Tamen ne clausis labiis potius singultiamus quam loquamur, declarat charta quod non silet vita. Dilatat infernus animam suam absque ullo termino, dum immaniter grassatur, tam in oves quam in pastores. Qui enim prævii constituti sunt ad cælum, malo exemplo suo sequaces trahunt in infernum. Non de omnibus dico. novit enim Dominus qui sunt ejus. Quo autem mercede meliori digni sunt boni, eo amplius increpatione & correptione indigent mali. Isaias, Hieremias, Ezechiel sua prophetia nostra deprehenderunt tempora. Contra pastores namque, & perversos rectores, nuda, sed & vera retorserunt jacula, avaritiam eorum, luxuriam, gulam, rapinam, & omnem injustitiam non in angulis, sed in plateis declamantes. Ingrediatur itaque in ossibus & medullis vestris, & impleat spiritum & os vestrum spiritus illorum

a *Qui enim spiritum vestrum*) Vir enim fuit Albertus Cardinalis, qui & postea Pontifex Gregorius VIII. insigni pietate ac religione, de quo in vetere Chronico hujusmodi est elogium. *Albertus de Benevento Cancellarius vir magnæ sanctitatis ac laudabilis parsimoniæ in omnibus actibus suis religiosus fuit. Ecclesiam B. Martini in qua habitum religionis sumpsit, semper cordi habuit, qua etiam ei annuatim vestes secundum regulam procuravit.*

A zelotypus, conterens montes & petras, & efficax usque ad divisionem animæ, & spiritus. Gladius vester devoret carnes inebriatas in cælo, quatinus emendatos remittatis nobis pastores nostros, & omnibus serpentinis exuviis spoliatos.

EPISTOLA XIV.

Alberto R. E. Canecllario, Petrus Abbas sancti Remigii.

CXLVIII. EN auctoritas Apostolicæ gallina grandosa & foetosa congregat pullos suos obedientia & subjectione sub alas benignæ protectionis & discretæ consultationis, quid fotura? quid paritura? B quod scribatur in generatione altera, ut populus qui creabitur laudet Dominum. Ecce Jacob senex & plenus dierum, qui diu luctatus est [a] cum angelo schismatico, expectans salutare Dei, convocat filios ad benedictionem: nunquid taciturus quid Ruben fecerit, quod cubile patris ascenderit, & stratum ejus maculaverit? quid Simeon & Levi, vasa iniquitatis bellantia non prædicturus, aut constituturus, quid facere habeat posteritas futura? Grandis equidem apparatus Romani Concilii, grandes portendit secuturas nuptias filii regis Jesu Christi. Ministeriales & officiales hujus sancti Concilii cum ceteris, immo præ ceteris Cardinalibus, C non ignoro vos a Deo prædestinatos, quorum fidem, religionem, constantiam, & æquitatem in multis jam expertus est sponsus Ecclesiæ unicus dominus noster. Adhuc habet opus, ut obsequium vestrum sit rationabile & acceptabile in hoc Concilio: ut accincti gladio utrinque acuto super femur potentissime putridas amputetis carnes, & insanas superstitiones, quæ fiunt quotidie in orbe Christiano. Ramosa siquidem & silvosa quotidie pullulat apud nos malitia: securis autem Evangelicæ disciplinæ, fabro dormiente & negligente, pene ubique jacet retunsa. Rarus est, qui eam, vel hebetatam apponat ad radicem arboris. Ut exprimam quod D sentio, quam irrisoria subsannatio, quam laboriosa & lacrymosa, ne dicam tædiosa, peregrinatio, quamque damnosa expensarum jactura, & bona bonorum consumptio, si cassa & sine fructu benedictionis redierit tam solemnis magnorum virorum & religiosarum personarum congregatio? Cavete ne dicatur, Parturient montes nascetur ridiculus mus. Inveniat igitur vos Jesus amicos veritatis, ut a porta usque ad portam transeuntes, vituli conflatilis cultoribus non parcatis. Commendo vobis præsentium latores, carissimos amicos & filios nostros, [b] Abbates sancti Petri de Montibus, & omnium sanctorum A de Insula, & sanctæ Mariæ Virtuensis, ut de gratia, quam habemus in vobis, gratiam inveniant in oculis vestris. Quam citius poteritis cum gratia Domini Papæ, & vestra nobis eos remittite.

EPISTOLA XV.

Alberto Cancellario, Petrus Abbas sancti Remigii.

QUotiens naufragia patimur, totiens ad portum festinamus. Portum autem tutissimi refugii in litore vestræ amicitiæ jamdudum fiximus. Molestiarum quidem ventos frequenter con- CXLIX.
B trarios sentimus: sed portum vestrum usque ad graviorem non infestamus tempestatem. Leviora enim discrimina aut patientia tolerat, aut virtus fortiter superat. Cum autem nubes magna & ignis involvens naviculam nostram invadit, statim aut est periclitandum, aut cito enavigandum. Hoc anno Dominus Papa, vestro interventu, privilegium suum Ecclesiæ nostræ indulsit: in quo specialiter expressit [c] Canonias, seu præbendas de Marsna, & quas in usus proprios jam a multis retro temporibus retinemus, tenendas in perpetuum confirmavit. Quæ etenim quondam fuerunt Canonicorum præbendæ, a longissimis retro temporibus, donatione Episcoporum Leodiensium, & confirmatione Papæ C Innocentii, in proprietatem transierunt, & possessionem monasterii nostri. Nuper vero Dominus Papa rem, ut credimus, ignorans jam secundo scripsit Præposito nostro de Marsna, ut daret præbendam cuidam clerico Imperatoris, cum nec præpositus dare possit, nec sit præbenda quæ dari possit. Insinuate ergo Domino nostro, ne velit panem filiorum tollere, & dare canibus, qui non cessant adversum nos latrare, & bona nostra auferre. Alias enim dicere compellimur, *Ecce in pace amaritudo nostra amarissima.* Esa. 38. 17. Nam per Imperatorem [d] tempore schismatis instantissime id efficere plures conati sunt, sed minime prævaluerunt.

D

EPISTOLA XVI.

Alexandro Papæ Petrus Abbas sancti Remigii.

CL. CUm universitas Christianitatis, pater sanctissime, vestro regatur moderamine, & cura vestræ sollicitudinis ad plura distendatur, quam sit stellarum numerus, vel arenæ maris, satis mirum est, si nunquam circunveniatur. Plures enim venantur in curia vestra subreptione, quam famulentur fideli devotione. Excipio, since-

a *Cum angelo schismatico*) Triplici Antipapa. Nam post Octavianum & Guidonem, de quibus dictum epist. XXVI. lib. I. contra Alexandrum stetit etiam Joannes Abbas Strumensis, qui Callisti nomen usurpavit anno M. C. LXVIII. Addunt alii quartum Landonem, qui dictus sit Innocentius.

b *Abbates S. Petri de Montibus*) Monasteria sunt dioecesis Catalaunensis. duo quidem priora in urbe ipsa, tertium in oppido non ignobili. Sed monasterium omnium sanctorum, cujus etiam mentio in epistola VI. Alexandri, ordinis est regularium S. Augustini, duo reliqua S. Benedicti.

c *Canonias seu præbendas de Marsna*) Quæ monasterio S. Remigii ita fuerant tributæ, ut decedentibus canonicis in usus cederent monachorum. Diploma Conradi Imp. Odoni Abbati concessum anno M. C. XLV. *D. Odo venerabilis Abbas S. Remigii confessoris & Francorum Apostoli, nostram præsentiam apud Trajectum ulterius visitavit, & possessiones Ecclesiæ suæ, quæ in regno nostro adjacent, nostro petiit privilegio confirmari. Marsnam videlicet cum omnibus appenditiis suis, Herta, Cluma, Litta, Angledura, Betea. Præbendas quoque Marsnenses in usus monachorum decedentibus clericis transmutatas. Nos itaque tam religiosi viri petitionibus diligenter obtemperavimus, & tam possessiones supradictas, quam præbendas in usus monasticos conversas regia majestatis sigillo corroboravimus.* Diploma item Friderici Imp. quod Hugo Abbas Aquisgrani obtinuit anno M. C. LII. *Hoc etiam eidem B. Remigii Ecclesiæ regali munificentia adjicientes confirmamus, ut præbendæ clericorum Marsnensis Ecclesiæ in usus monachorum decedentibus clericis sine ullius contradictione de cætero cedant.*

d *Tempore schismatis*) Ante annum M. C. LXXVII. quo Imperator in gratiam rediit cum Pontifice.

ritatem sanctorum Cardinalium, quorum fides satis nota est Deo & vobis. Advenientium redarguo fallacem simulationem, præcipue Teutonicorum, quorum insidias & nos eacerti sumus, & vos vivo carbone tactus non ignoratis. Hi namque toto tempore schismatis, cum expositos nos, & quasi sine defensore calumniis & damnis pluribus afficerent, nunquam tamen in guerra obtinuerunt, quod modo in pace vestra & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nituntur ab Ecclesia nostra auferre. Dominum namque Imperatorem frequenter sollicitaverunt, ut de præbendis Marsnæ aliqne subripere possent: quas olim a multis retro temporibus, concessione Leodiensium Episcoporum, & tam privilegio piæ memoriæ prædecessoris vestri Innocentii, quam vestro, confirmatas habemus. Mandastis præposito nostro de Marsna, quatinus cuidam clerico Imperatoris præbendam quæ non est daret. Petit igitur conventus noster prostratus pedibus vestris, revocare mandatum, & ulterius nullam recipere alicujus super hac ra petitionem. Devoti enim sunt filii vestri; & exinde devotiores efficientur.

EPISTOLA XVII.

Abbati sancti Crispini, Petrus Abbas sancti Remigii.

CLI. Mira veri amoris natura: ignea siquidem est, & tamen contra ignis naturam acrius fervet in amicis remotis, quam sub oculis constitutis. Quæris quare? Quia sollicitudo ministra dilectionis quasi jacet, dum quod amat videt: currit vero cum assiduo impetu mordens animum propter absentem amicum, ubi est, inquiens, quem diligit anima mea? Vivitne? sospes ne est? estne tristis, an lætus? estne timens, an securus? estne de me sollicitus, eu ad se intentus? astne indigens, an copiosus? Hac suscinula carbones suns amor movens, & commovens, auget flammam, calorem multiplicat, medullam ossium liquefacit, & post dilectum longa reste sollicitum trahit animum. Trahit, inquam, fortius, dum longius subtrahit. Sic Tobias pater & senex, morantem filium suspirans gemit, ecensans se non potius eacepisse pecuniæ damnum, quam pro ipsa misisse vel amisisse filium. Silenter & suaviter dormit dilectio, cum nullis evagatur excursibus quærens de statu amici amicalis sollicitudo. Experto credendum est. Duros, immo acutos aculeos visceribus nostris infigit absentia vestri: quorum punctiones non eram expertus, dum præsentem haberem, dum viderem, dum frequenter audirem. Præ ceteris unum haben non vobiscum, sed adversus vos, quod intemperanter vivitis, non excedendo mensuram justam vivendi supra, sed infra. Sententia enim quæ dicit, Ne quid nimis, plus & minus redarguit. Amplius edere voracitatis est; minus, hypocrisis vel avaritiæ. Apostolus scit abundare & penuriam pati. In omnibus instructus est ad regulam vivere, qui neque ed ima curvatur, neque ad superiore distenditur, sed recto cursu bene tenditur.

EPISTOLA XVIII.

Priori & conventui sanctorum Crispini & Crispiniani, Petrus, Abbas sancti Remigii.

Si quod consilium, si quod solatium, si denique consolatio ulla in me est, sine invidia vobis communicara debeo: & tam in vobis novellas plantationes, quam frugiferas arboresqualicunque stillicido nostrarum axhortationum rigare desidero. Vicarios siquidem affectus erga vos absentis dilecti & carissimi nobis Abbatis vestri viscerali sollicitudine in ejus recessu me excepisse seminiscor. Visitare itaque vos effectuosa caritate in vobis habeo: sed concurrentium causarum retardat concatenatio, & ægra aeris & itineris contemplatio. Suppleat litere, quod non valet præsentia. Universitatam igitur vastram, filii carissimi, alloquor, & in domino commoneo, ne quis de vobis vapor sinistri rumoris erumpat, na odor suavissimæ opinionis excidat, ne districtio ordinis aliquatenus tepore aquilonari peressluensavanescat. Facilius enim potestis servare quod tenetis, quam recuperare quod amiseritis, vel acquirere quod nunquam possedistis. Præveniente autem & præoperanta Dei gratia, & adjuvante boni patris vestri sancto exemplo atque doctrina, cooperantibusque vestris studiis, triplici, immo multiplici splendore supernus radius intrinsecus & extrinsecus, congregationem vestram illustravit religione, opinione, & temporalium possessione. Hanc Isaac benedictionem dedit Jacob heredi suo. *Det*, inquit, *tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam*. De rore cæli pullulat claustralis religio, & sanctitatis fragians optime suavis opinio. De pinguedine terræ frumenti, vini, & olei exuberans fœcunda possessio. Hæc gratia gratos, non ingratos, Deo faciat. Humilia, non inflata pectora, certe gratia inhabitat, aut fugat, aut fugit inflationem. Æquet inæqualia, frangit excelsa, elata tollit, aspera emollit, fracta consolidat, ficta respuit, dispersa congregat, congregata conservat, hominem ad Deum elevat, Deum ad hominem inclinat. Hæc decurrit a throno gratiæ ad thronum sanctæ conscientiæ, & facit germinare fructus tricenos, seaagenos, & centenos. Hinc quamvis erogara vobis non possum, tamen rogare possum. Hæc ergo vobiscum & in vobis sit semper. Amen. Orate pro Abbate vestro, & pro nobis. Fratrem Joannem, cui cura est de omnibus, specialiter commendo. — CLII. — Gen. 27. 28.

EPISTOLA XIX.

Archiepiscopo [a] Lundensi, Petrus Abbas sancti Remigii.

CLIII. Spiracula virentum & odoramenta, suevia sunt & perpetua. Nam nec longævitate veterescunt, nec longinquitate odorem suum minuunt. Ecce vestra Dacia remota ast a nostra Francia. Distant enim & moribus hominum, & consuetudinibus, sive situ terrarum. Sed virtus, sive

a *Archiepiscopo Lundensi*) Absaloni, ad quem & proxima, & Stephani Tornacensis multæ. Is Episcopus antea Roskildensis in Dania. Eskilo Archiepiscopo abdicanti successerat, ut adnotatum est ad epist. XVII. lib. VII. Inde maximus Danorum pontifex dicitur Saxoni Grammatico qui se Absalonis hujus hortatu Danicam historiam aggressum testatur in proœmio. Daciam vero pro Danis scribit, recepta plerisque etiam illius ævi scriptoribus consuetudine.

hic , five illic , nec vultum murat , nec habitum, nec fructum, nec ufum . Species illi una & in Dacia & in Francia. Quorfum hæc? quid ad materiam præfentem attinet de infolubili & immobili vigore & decore virtutis fcribere, com fofficit grates referre vobis pro beneficiis fratri & amico noftro Fulconi Epifcopo collatis , & qood obfequium fuum tantus Dominus tam indigno monacho literis fuis porrexit ? Sed peccatum repoto falfa dicere , nihilominus & vera tacere. Sicut enim improbus incenditor, aut inflatur, fi falfo laudetur : fic præditus naturali & gratuita bonitate humiliatur , & fortius ad meliora accenditur , cum ad fe & ante fe relatione , non adulatoria, fed vera revocatur. Timet enim , ne non fit vel minus fit , quam dicitur. A multis retro annis , pater cariffime, de veftra nobilitate & induftria plura audivimus , & quod ferventiffimo zelo quæ Dei funt vobis , & in aliis augmentare ftudeatis. Teoni fama hoc didiceram , fed cumulum veritatis & certitudinis adjecit cariffimus nofter & vefter , Fulco Epifcopus. Phinees utinam tam apud vos, quam apud nos refurgeret ; & filii Mathatiæ antiqua pro lege Dei bella renovarent , & fibi ufque ad animas non parcerent . Ferventis illius fpiritus ftillicidium in vobis infundat Spiritus fanctus. Satis dictum fit fapienti . Pro his quæ aguntur in partibus veftris erga nepotes & amicos prædeceſſoris veftri , otinam ea mihi effet apud vos gratia & amicitia, quæ apud illum eft ; & ficut illi honore , fic dilectione fuccedatis. Valete.

EPISTOLA XX.

Archiepifcopo Laudenfi, Petrus Abbas fancti Remigii.

CLIV. GRatias divinæ agimos gratiæ de bono odore gratiffimæ famæ veftræ; cujus tam copiofa redundat affluentia , ut cælos afcendat , & terras etiam finitimas fuaviter refpergat . Larga Dei manus de oleo cæleftis promptuarii menfuram bonam, & confertam , & coagitatam, & fuperfluentem dedit in finum , immo in caput veftrum. De hoc itaque oleo & lampas propriæ confcientiæ decenter ornatur , & lucernæ totius provinciæ veftræ fufficienter fuffunduntur . Scio & pro certo habeo , quod nifi fundamentum fubeffet bonæ confcientiæ, non fic dilataretur , & continuaretur vapor tam lucidæ & præclaræ famæ. Germen antiquum prædeceſſoris veftri non fub una nocte aruit , ficut cucurbita Jonæ. requievit fpiritus Heliæ fuper Elifeum , utique Efquilii fuper Abfalonem. Rigavit quod ipfe plantavit : nec fufficit rigare , nifi adjeceritis & nova plantare . Deus itaque incrementum dabit , nec erit utriufque veftrum labor inanis ubi fuperradit gratiam munus fuperni remuneratoris. Nunqoam enim Deus fraudat operarium fuum digna mercede. Utique & pie juvat laborantem , & jufte remunerat operatorem . Unde & fuum eft opus nihilominus & fuom munus . Nequaquam igitur mentitur opus olivæ, ubi cooperatur donum gratiæ. Non ceffet itaque operatio, ubi reftat certiffima remuneratio. Denique, pater amantiffime, carbones vivos & confolatorios inftantiffime animo veftro fuggerat , non folum fpes futurorum , fed etiam ipfa prælibatio , qua jam nunc memoria veftri traditur & commendatur orationibus fidelium & fanctorum virorum . Interim ne miramini , quod ego ignotus & terra remotus jam fecundo fcribo vobis. Habetis amicos juxta vos & notos , Fulconem quondam monachum noftrum , nunc Epifcopum , qui multis perfoafionibus pulfat me , & compellit vobis fcribere . Præfentium quoque lator qui vos ufque ad angelos Dei extollit.

EPISTOLA XXI.

Prænestino [a] Epifcopo, Petrus Abbas fancti Remigii.

PLus molefta , quam grata & jucunda occurrit materia , quotiens ad fcribendum unico & quondam collaterali amico Abbati fumitur charta . Renovatur namque dolor meus repentina , fed & urgenti , & urenti corrofione animi, dum tranfmontana remotio intercurrit, & amicos dividit afpectus , non tamen affectus . Accedit huic feveriffima defperatio corporalis incorporationis, cum forte inftet citiffima alterutrius folotio animæ & corporis . Bone nunc Domine, olim amice dulciffime, quem conftitues vicarium, qui vices tuas fuppleat in noftris exequiis, in oculis claudendis , extrema falutatione , & æterna conclufione ? De cujus manibus falvator fufcipiet fpiritum meum , cum tuas mundas manus ad hoc delegiffem dudum officiofum obfequium ? Alius ut video amicus officiis in his eft fubftituendus . Sed quare conqueror? quare gemo? quare vultum obnubilo? Dei enim ordinationi quis refiftit ? An forte tulit Deus Heliam , ut Helifeus duplicem ejus reciperet fpiritum? Nonne Jofeph afportatio in Ægypto fratrum ejus & totius fucceffionis fuit falvatio ? Nonne Jefus ante Apoftolos cælum afcendit , ut fpiritum mitteret, & manfiones præpararet? Ecce juxta latus Apoftolorum locus a Deo tibi datus eft. Quid ergo? Pulfa , excita , infta opportune importune , donec & ros & ftillicidia gratiæ de fanctis offibus , immo interpellationibus eorum , aridam noftram infundat , qui gratiam Apoftolatus & benedictionem fingularem ad noftram eis falutem indulfit . Hoc munus fi per te collatum fuerit , amiffis præponderat, & una claufula innumera beneficia coagulat . Domino Papæ de fua gratia ad vos gratias agite. [b] Cancellarium, Tufculanenfem, Albanenfem , dominum Hyacinthum & Oftienfem fanctum virum, & fi quos habemus alios amicos in curia, falutate .

CLV.

a *Prænestino Epifcopo*) Berneredo , qui ex Abbate SS. Crifpini & Crifpiniani Cardinalis Romæ ab Alexandro creatus eft . lib. IX. epift. I.

b *Cancellarium , Tufculanenfem*) Romanæ curiæ Cardinales quinque . Ex his Albertus Cancellarius jam notus eft. Petro Tufculano fcribit lib. IX. epift. VI. & Stephanus epiftola L. & XXXIX. Albanenfis eft Henricus , abbas Antea Claræ vallis , hujus libri epift. VIII. quem in Synodo Lateranenfi Cardinalem nuper creatrat Alexander . Hyacinthus poftea Pontifex, Cæleftinus III. appellatus eft . Oftienfis item Epifcopus Hubaldus , qui mortuo Alexandro fuccedens Lucii III. nomen tulit .

A

Epistola XXII.

Dominis & amicis suis de Grandi monte, Petrus Abbas sancti Remigii salutem.

CLVI. Religioso fraternitatis vestræ conventui & sanctissimis orationibus saltem anniversaria revolutione nos commendamus. Videtur siquidem mihi meatus suos fluvius paradisi quasi ad sinum originalem revocare, cum de singuli partibus orbis ad diem beati Joannis Baptistæ solemnem contingit Priores vestros in unum convenire. Refluxus iste pretiosarum gemmarum arena ad utilitatem negotiatorum spiritualium redundat, & si quis pretiosas quærens margaritas ad litus hoc applicuerit studium B sanctæ negotiationis, nequaquam vacuus & inanis exibit. Ego itaque vir videns paupertatem meam, sed non negligens, bono & pauco pretio suffragium orationum vestrarum tento emere. Est autem pretium nostrum, rogare, postulare, scribere, & tenuissimas orationes rependere. Si pensaris usum æstimationis, parum est quod datur: si votum, immo animum devotum, multum. Æstimabile procul dubio est, quod manus legitur: impretiabile, quod animus. Ut enim ait Gregorius, non quantum, sed ex quanto offeratur considerat Deus, id est, non quantum pecuniæ, sed ex quanta devo- C tione. Suggerimus fraternitati vestræ supplicatione humili, quatinus benefactoribus Ecclesiæ nostræ beneficium sanctæ societatis vestræ indulgeatis: & præcipue illis, qui eleemosynas suas faciunt [a] novo operi, quod ad honorem & decorem domus Dei & beati Remigii inchoavimus. Nam caput monasterii nostri renovare volentes, cum Dei adjutorio manum ad fortia mittimus. Rescriptum itaque sigillo vestro roboratum mittite, ad excitandos fidelium animos, vestra sancta exhortatione, & orationum concessione. Valeat sancta congregatio vestra.

Epistola XXIII.

Cluniacensibus, Petrus Abbas sancti Remigii salutem.

In tanta sanctorum congregatione, & persona nostra, si adesset, vilis & abjecta appareret, & vox exigua, timeo ne & litera rusticana. Loquar tamen in medio vestrum, ut servus Abraham, ut puer Daniel, ut senex Jacob, non ut Heliu, cujus venter est ut mustum absque spiraculo. Lego in scripturis Hieremiam lamentantem, Paulum optantem anathema a Christo pro fratribus suis. Stillicidiis tantæ caritatis inebriatus, nonne dolere debeo usque ad medullarum compagum discretionem, super ruinam matris filiarum Sion, utique cœnobii Cluniacensis? Nonne hæc est urbs fortitudinis nostræ, de qua egrediebantur quondam mille per episcopatus, per abbatias, per regum & principum curias, & nunc paucissimi sunt incolæ ejus? Nonne luminare hoc magnum tenebras obscuratæ religionis per diversas regiones illuminavit, ordinem reformando, honestatem docendo, caritatem infundendo, & cetera pietatis officia renovando? [b] Usque ad sedem Apostolicam nonne gradibus humilitatis ascendit? O domini! o fratres! o filii Cluniacenses! ego ipse apud sanctum Martinum de campis adolescentulus verissimis experimentis quod dico gustavi, & vidi ubi erat auro locus, in quo conflabatur. Proh dolor! Intepuit & consenuit tantus fervor. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est, quod absit a vobis, & ab hæreditate Jacob. Melius est certe mori vos in bello vitiorum & vitiosorum, qui more vulpium demoliuntur vineam domini Sabaoth, quam videre ultima funera matris vestræ & nostræ. Repurgate igitur puteos Abrahæ, Isaac, & Jacob, & zizania superseminata nocte ab inimico eradicate: præcipue illud originatium malum, de quo pessima seges ad suffocationem monasticæ religionis suboritur. Est autem consuetudo comessationum & potationum, quæ fiunt post completorium. Succidite oro hanc arborem malam in sententia vigilum. Adsit vobis gratia spiritus sancti, qua cooperante constituatis quod Deo sit acceptabile, Ecclesiæ Cluniacensi utile, præsentibus salubre, posteris remediabile.

CLVII.

a *Novo operi*) Ecclesiæ S. Remigii, quam fabricandam susceperat, lib. IX. epist. IV. & V. sub finem.
b *Usque ad sedem Apostolicam*) Ad quam evectus Urbanus II. qui ante Pontificatum Prior fuerat Monasterii Cluniacensis.

PETRI
ABBATIS S. REMIGII
EPISTOLARUM
LIBER NONUS.
EPISTOLA PRIMA.

a *Prænestino* [a] *Episcopo, Petrus Abbas sancti Remigii.*

CLVIII. EX multa & pene inconsolabili cordis angustia, ex multorum relatione, perpendo vos usque in conquestionem tædii vitæ vestræ prorumpere. Hoc sine dubio sciatis viri minus constantis & prudentis esse. Apostolus certe magister non gentium tantum, sed omnium Christianorum, scit abundare, & penuriam pati, & in omnibus sufficiens esse. Ad hanc formam utinam componeremus titubantem vitam nostram. Causas tamen pusillanimitatis, immo assiduæ conquestionis, audire desidero, & tunc vel improbare vel approbare dolorem potero. Triplex siquidem occurrit mihi conquerendi ratio, sive occasio. Aut enim propria temeritas impellit ad aliquid faciendum, quod non sit faciendum; aut aliena calliditas; aut, ut vulgo loquar, perplexa divinæ prædestinationis necessitas. Sed propria temeritas semper culpanda; aliena calliditas cavenda: a Deo veniens justa sententia timenda: fræno indiget propria temeritas, ut inconsulta: consilio aliena calliditas, ut suspecta: superna sententia timore, ut fortissima. Non mihi ignosco in propria temeritate, accuso me in alienæ calliditatis circumventione, gemo sub manus Dei percussione. Ne iterum præcipitet propria temeritas, rationem consulo: ne suffocet laqueus alienæ calliditatis, sapientem consulo: ne mucro supernæ severitatis usque ad internecionem desæviat, humiliter imploro. In propria temeritate fragilitatem meam cognosco: in aliena seductione spiritum discretionis advoco: in flagellis divinis Deo me totum committo. Quæro igitur, quam istarum magis suspectam habeas, utrum unam, vel duas, vel simul tres. Si unam & tuam, propitius tibi esto. Si alienam & meam, indulge mihi: potius enim simplicitate quam calliditate usus sum, quando ut tuo Episcopo acquiescerem, ire cum eo ad Concilium persuasi. Si te cælestis dispensatio illaqueavit, quid tibi irasceris? quid mihi? Quis enim tu? quis ego? qui prohibere possem ne suo cursu curreret, quem nulla creatura declinare aut impedire potest? Quid enim Deus cogitet de nobis intra velum secreti consilii sui, eo usque nos latet, donec ad publicum nostrum ipso actu prodeat. Tandiu est nostrum nescire, quandiu suum duraverit celare. Longanimiter quoque expectandum est,

A quod cum venerit, patienter est sustinendum. Non est properandum si differat; non est murmurandum si proferat. Jesus Christus heri & hodie. heri, antequam aperiat sacramentum voluntatis suæ; hodie, cum manifestaverit secretum præscientiæ suæ. Idcirco sic exclusa sopiatur omnis vestra conquestio, ubi nec temeritas apparet reprehensibilis, nec calliditas apprehenditur damnabilis, nec Dei sententia intolerabilis. Etsi enim privavit solo paterno, honoravit vos sublimi solio. Miscet namque sapientia in cratere vinum suum, ne nimis sit potanti calidum, ne rursus insipidum. Infert exilium præsumptori, confert solatium exulanti. Pluris est consolatio, quam desolatio vestra. Gregem pu-

B sillum dimisistis, egregios Cardinales amicos & socios recepistis. Claustralem angulum reliquistis: urbem dominam mundi acquisistis. Abbatis gradum inferiorem Episcopali quis nesciat? Si corpora martyrum Crispini & Crispiniani Suessioni sepulta sunt? Petri principis Apostolorum, & Pauli doctoris gentium sacratiores reliquias in Romana urbe haberi quis ignorat? Si paria in vestra commutatione quærantur, tam in relictis quam in adeptis longe imparia omnia invenientur, præter affectum qui inde torquetur, unde alius extollitur. Omnia secundum se affectus moderatur. Nihil apud ipsum magnum, nisi in se de se faciat magnum. Si

C ergo affectus mitigabitur, pacata erunt omnia. Naturæ quidem mirabilis est animus, ex quo gignitur affectus. sed tamen quocunque suus pulsus illum tulerit, omnia ad se trahit, & suo nihilominus sive sapore, sive colore intingit. Cui turbato nihil quiescit, cui amaro nihil dulcescit, cui avaro nihil sufficit, cui vago nihil consistit. E contra, fixo nulla mobilia flectuntur, pacato tranquilla sunt etiam procellosa, benigno mansuescunt etiam ferocia. Sic Deus adduxit ad Adam cuncta animantia terræ, & volatilia cæli, ut videret quid vocaret ea. Omne enim quod vocavit Adam, ipsum est nomen ejus. Procul dubio animi est omnes motus cordis & corporis judicare, & nomina imponere. Unde auctoritas dicit, Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Præest enim volatilibus cæli cogitando de supernis: præest bestiis terræ, reprimendo motus carnis: præest etiam piscibus

---

a *Prænestino Episcopo*) Berneredo Cardinali. Jam monuimus ad epist. xxi. libri superioris, quod hoc loco fusius narrat, Abbatem S. Crispini, cum Romam ad Concilium profectus esset cum Episcopo Suessionensi, Cardinalatus insignibus ornatum fuisse, donatumque Episcopatu Prænestino. Sed hunc Bernardum appellat Panvinius: nos Bernerdum apud Cellensem, in cujus codice prima tantum litera notabatur, edidimus, Alexandri III. diploma pro monasterio novo apud Pictavos secuti, cujus autographum quod vidimus Bernerdum inter Cardinales qui subscribunt exhibet Episcopum Prænestinum. Cæterum Bernaredus & Bernardus idem nomen est, ut Medaredus & Medardus, Gildaredus & Gildardus. Felicem porro hujus obitum miraculis illustrem describit epistola vi. ad Cardinalem Tusculanum.

maris, moderando volubiles cogitationes mentis. Omni igitur studio est excolendus, sine quo nullus motus bonus. Laborandum ne sit malus, quia si malus est, non est in civitate malum, quod ipse non fecerit. Enitendum quoque ut sit bonus, quatinus gratia cooperante creet bona, faciat pacem, & formet lucem. Diu detinuit epistola amicum occupatum in suis & domni Apostolici negotiis. Proinde veniam peto. Remotissimum namque alloquor, quem solebam non chartis ad horam detinere; sed horis familiatissimo hinc inde colloquio, diebus plurimis quandoque adjunctis & noctibus, occupare. Valete.

EPISTOLA II.

Praenestino Episcopo, Petrus Abbas sancti Remigii.

CLIX. VIx occurro suscipere turbam cogitationum sive materiarum, quæ se ingerunt, insistentes opportune importune venire ad vos, dicendo, Ecce ego, mitte me: ecce ego, mitte me. Inter ceteras vero adolescentulas medullatarum meditationum, famosissima illa & notissima atque nobilissima matrona, quæ ab humero & sursum omnes virentes antecedit & præcellit,
1.Cor.12:31. fraterna caritas, de qua ait Apostolus: *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro*, jure sedem regiam occupat, & suo splendore omnes obumbrat, immo illustrat, & suum tenere ordinem post se imperat. Huic obediunt omnia, non solum terrestria, sed & ipsa cælestia. nam de ejus plenitudine omnes accipiunt nomen, & virtutem, gloriam & honorem. Hanc ego licet statura pusillus non attingam, tamen ad unam & minimam vestimenti ejus fimbriam totum me superextendo, & de salute nullatenus despero. Hanc cum amicis & inter amicos teneo & cognosco: & prius volo putrefieri cum vermibus in pulvere terræ, quam fidem semel datam & amicitiam promissam negligentia aut subreptione interrumpere. Matrona hæc duas habet claves, unam qua cor claudit & aperit, alteram qua atrii exterioris corbonam, id est arcam, in necessitatibus familiæ suæ similiter claudit & aperit. Cor est arca fœderis, ubi tabulæ testamenti, virga Aaron, & manna reponuntur. Tabulæ testamenti, ne ignores aut prævarices legem Dei. Virga Aaron, quæ fronduit & floruit, ne timeas offensam, quia virga; serves gratiam, quia frondosa & florida. Manna, ut per spiritum adoptionis degustes & prælibes gloriam absconsæ dulcedinis Deum timentibus: cujus stillicidium, ad quod lætatur germinans, sufficit in præsenti vita, & abundantia servatur in alia. Exclusa itaque omni malitia & iniquitate a corde, sola deambulet in suo pomario caritas, sola ibi pascat, & cubet in meridie. Non videat illam ingredientem & deambulantem oculus nequam, qui fascinaverat Corinthios, & iniquos presbyteros. Cum tamen placuerit, advocet puellas suas de terra Israel, ut afferant ei smigmata suavissimi odoris, & oleum lætitiæ, de quibus aspergat cubile suum ad adventum sponsi, qui de sua propagine non nisi cælestes & mansuetos fructus generat. Deinde egreditur ad hortum nucum, ad hortum pomorum suorum, ut videat poma convallium, & inspiciat si floruerint vineæ, & germinaverint mala punica: ad hortum utique nucum, eremitarum & reclusorum, hortum pomorum, in sæculari habitu religiose viventium: poma convallium, qui elegerunt abjecti esse in domo Dei: vineas, ferventes spiritu: mala punica, qui crucifigunt carnem suam cum vitiis & concupiscentiis. Ponit namque signa sua, pietatis opera, caritas in exitu actionum super summum, id est palam. Ponit namque & proponit, quatinus per signa extrinsecus apparentia deprehendatur intus latens veritas. Unde, *A fructibus eorum cognoscetis eos*. Matth.7.16. Caritas enim aquas suas in plateis dividit, ut bibant homines & jumenta, quia sapientibus & insipientibus debitrix est. A corde tamen egreditur, & ad cor regreditur: quia cornua altaris ex ipso sunt procedentia, & nullum bonum opus remunerabile, quod non surgit de bonæ voluntatis radice. Ponit igitur caritas affectum cordis & obsequium operis. Affectus latet, opus patet. Sic habet caritas & secretum suum, & publicum. In secreto quiescit, in publico operatur. Imitatur operantem sex diebus, & sabbato quiescentem. Duplex vero est officii ratio. Alia enim consideratur inter amicos, alia inter extraneos. Aliud est munus amicale, aliud generale. Amicale de corde exigitur, & in corde servatur. Generale de arca extrahitur, nec ibi retinetur. Rivus amoris non siccatur largiendo quod habet; sed arca extenuatur, dum evacuatur. Carius itaque est munus, quod nec arescit profusione, nec deficit largitione. Appetibilius tamen sæpe requiritur, quod in manu, vel sinu refunditur, quam illud quod in medullis amicalibus per fidem reconditur. Exteriora siquidem & visibilia, quia usibus humanis necessaria sunt, ab his amplius diliguntur, quorum appetitus tenacius in temporalibus quam in spiritualibus irretitur. Qui vero calcatis grossioribus carnis fæculentiis cubilia spiritus ingressi, subtiliari in spiritualibus consueverunt, in amicia quærunt gratiam, non pecuniam; fidem, non extrinsecam possessionem; veritatem inviolabilem, non utilitatem temporalem. Qui enim cor hominis habet, quid est hominis, aut in homine, quod non possidet? Hinc est quod in Christo, quem pater de corde suo eructavit, quando vel æternaliter æqualem sibi genuit, vel temporaliter de virgine incarnari constituit, omnia nostra sunt: juxta Apostolum qui ait, *sive Cephas, sive Apollo, sive mors, sive vita, omnia vestra, vos autem Christi, Christus autem Dei*. 1.Cor.3.22. Forte dicitis. Ut quid, & ad quid hæc? Quia legi in literis vestris, vos amisisse* veteres amicos, nec comparasse novos. Concedo amisisse, si opinione aut veritate constat inveteratos esse. Vera certe amicitia puritate virginea, & caloris perpetuitate, neque adultesatur, neque refrigeratur; sed quotidiana renovatione cum sole semper oritur, nec moritur. Si unquam ergo habuistis amicos, adhuc habetis non inveteratos, quod esset vitium, sed renovatos, quod est opus divinum. Sic enim Deus homines tanquam grana spargit & seminat. Nonne Apostolos seminans ait, *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ*. Marc.16.15. Veniendo Evangelica prædicatione sparsit, spargendo in universum mundum unitate fidei univit. Sic nostræ amicitiæ vinculum neque ruptum, neque laxatum erga vos, sed protractum usque ad sedem vestram Episcopalem incorruptum & semper novum existit. Nescio si fortius, scio tamen quia tenerius absentia me vobis, immo vos mihi inviscerat, quam fecerit præsentia. Hoc probabile & necessarium argumentum est perfectæ dilectionis, quando eo amplius incendit affectus,

quo remotius separat locus. Præsentia siquidem suo visu solatiatur, & satiatur usu : famelica vero absentia, præ inopia etiam amaria juniperi corticibus sustentatur, & ad fulitam visionis dulcedinem vivacius inflammatur, & nutritur tenacius. Duris agitatur stimulis desiderium, quod semper quærit & nunquam invenit. Un-
Psal. 104. 4. de Psalmista: *Quærite Dominum, quærite faciem ejus semper*. Et in Canticis, anima liquefacta fugit, & quærit per plateas & vicos civitatis quem diligit. Neque igitur stylo inveterato, neque animo scribo vobis. De his hactenus. De statu autem nostro significo vobis, quod guttæ nostræ quasdam recenter sentio guttas. Cetera nostra, Deo cooperante, in omni pro-
a speritate sunt. [a] Theobaldum concorditer in Abbatem vobis substituimus, & fratrem Joannem in omnibus ipsi obedientem effecimus : si tamen cum gratia vestra remanere poterit, quod omnino consulimus. Quid enim valeat, ubi est nobiscum, certi sumus. Quid vero apud vos facturus sit, nescimus. Certa vero pro incertis non sunt relinquenda. Missale nostrum mitto vobis, & breviarium fratris Lucæ misimus. Quod vos supra modum in cibo & potu affligitis, non approbamus. Si nobiscum vivere & mori desideratis, non festinetis ad mortem : quia nescitis quid paritura sit crastina dies. Omnia possibilia sunt apud Deum, qui desiderium pauperum frequenter exaudit.

EPISTOLA III.

b *Theobaldo [b] electo Cluniacensi, Petrus Abbas sancti Remigii.*

CLX. GEmebundas, & quasi intestinorum suorum tumultuosa collisione seu conquestione, & velut a fulgure & tempestate percussas, a vobis recepi literas. Hominem siquidem redolebant satis conturbatum & exterritum, ac velut repentino superveniente tonitruo pene jacentem exanimatum. Nec mirum. Res namque nova, tam sua novitate, quam magnitudine, hominem audacissimum & fortissimum potuit concutere. Qui ad crucem ducitur, gemens & lugens merito conqueritur. Si crux a cruciatu dicitur, nonne in cruce cruciatur, cujus humeri importabili oneri supponuntur? Profecto amodo tot molas supportabitis, quot monachorum curam recipietis. Quid ergo? Nonne cum Aposto-
2. Cor. 11. 29. lo dicetis, *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* Ecce timor, ecce anxietas, ecce cruciatus. Sed quid? Ubi consolatio? ubi relevatio? ubi tanti doloris remedium? sine dubio in Christo. Nam ipse primus ascensor, mitigator, & sanctificator crucis, qui suo cruciatu nostros absolvit cruciatus in
Joan. 19. 26. 27. cruce, & de cruce dixit, *Mulier ecce filius tuus*, & discipulo, *Ecce mater tua*. Sed quid hoc ad rem? quid ad præsentem quæstionem? Multum per omnem modum. Nam mulier est Cluniacensis Ecclesia, quæ est mater omnium nostrum : quæ de fructu ventris sui plures manipulos sanctarum animarum ab Oriente & Occidente in sinu Abrahæ, Isaac, & Jacob, jam collocavit, & sponso suo poma nova novitiorum, & vetera antiquorum & senum, in cælesti mensa frequenter obtulit. Quis vero discipulus sit, de quo dicitur, mulier ecce filius tuus, jam credo animadvertis. Tangit enim vos hæc sententia : quia æterna prædestinatione, & moderna vocatione, sollicitudinem hujus matris vestræ decreto inviolabili gratia Dei injungit. Temerarium autem est, & inhumanum, tam divinam ordinationem respuere, quam matri fidele obsequium denegare. Igitur tanquam Isachar asinus fortis, cervicem & humeros huic electioni supponite, & de Dei auxilio fideliter præsumite, quia spiritus adjuvat infirmitatem vestram. Mihi autem amico & fideli vestro gaudium est & exultatio, quod tantum amicum in tam excellenti loco merui videre sublimatum. Nam & ipse servus & filius sum Cluniacensis Ecclesiæ. Valete, & per nos, oro, transitum facite.

EPISTOLA IV.

Petrus Abbas S. Remigii, R. Canonico de Mertonia.

SImul moventur & manus ad tibi scribendum, & nuntius ad iter arripiendum. Non sum immemor antiquæ nostræ consuetudinis, qua invicem solebamus quamlibet informes conceptus nostrarum meditationum communicare. Ego ut senex sensu exinanitus, ætate fessus, occupatione irretitus, jam parere fœtus idoneos ad legendum deficio. Consulens autem naturali erubescentiæ meæ, potius abortivos meos infra latebras suas sepelio, quam extra cum pudore profero. Quis enim ramus fronde & fructu formosus de veternoso & emortuo trunco pullulabit? fons aridus & cisterna dissipata quas irrigabit areolas, cum nec gutta supersit ad proprias consolandas venas? Vetus itaque homo qui corrumpitur, novitate spiritus renovandus esset : nisi & ipse spiritus sua negligentia inveteratus juxta Apostolum prope interitum esset. Altera istorum vetustas apparet, altera latet. Periculosior autem est latens, quam apparens. Nullum enim periculum est, cubile vitiorum, corpus animale, hospitium de impossibilitate peccatis non exhibere. Optimum equidem est non peccare, immo & nolle : sed & bonum est non posse. Fomes siquidem peccati utitur ætate juvenili, velut fornace, in qua tres pueri a rege Babylonio mittuntur, & membra puerilia, tanquam ligna flammis apta, obstinatissime succenduntur. Cum vero senectus eviscераverit medullas corporis, & omnino debilitaverit legem membrorum, quæ repugnat legi mentis, conquiescunt strepitus vitiorum, & quia non habent ubi caput reclinent, exeunt, & deserta circumeunt. Potius ergo lætandum quam dolendum de ista oppressione, quæ magis operatur vitam quam mortem, remedium quam excidium. Hæc est apparens & parum nocens vetustas. Latens vero, quia nescitur, minime aut tarde curatur. Unde Isaias, *Vulnus & livor & plaga* Esa. 1. 6.
tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Quis enim medicinam

---

a *Theobaldum vobis substituimus*) Abbatem scilicet Monasterii SS. Crispini & Crispiniani, cui ante præfuerat.

b *Theobaldo electo Cluniacensi*) Anno M. C. XXC. Anno unica fuit Abbas Cluniacensium. Postea Cardinalis Ostiensis a Lucio III. Pontifice creatus est : Itaque in Urbani III. & Clementis III. privilegiis ad Hugonem Abbatem Cluniacensem, Theobaldi hujus successorem, subscribit ipse Theobaldus Episcopus Ostiensis & Velitrensis.

morbo porrigeret, quem nec oculus, nec manus attingeret? Solus itaque Dei spiritus, qui omnia scrutatur, spiritum nostrum curat, vivificat, & renovat. In medio istarum vetustatum positus, spiritualem timeo, corporalem jam sperno. In fundo vitæ meæ, ubi sera parsimonia est, de reliquiis primæ prævaricationis jam jam fæces limosas exhaurio, & lutum vespere indurandum & arescendum præsentio. Jesum tamen, non minus sapientissimum quam benignissimum figulum, expecto: qui de vase fictili, usque ad minutissimum pulverem effracto, potest aliud in resurrectione vas facere in honorem; ut sit clementior, ne dicam cautior, aut potentior in reficiendo, quam in faciendo: ut sit major gloria secundæ domus, quam primæ, & Adam qui primus factus est in animam viventem, denuo fiat in spiritum vivificantem. Hæc spes in sinu meo reposita excitat vota mea mortem non timere, sed amare, non fugere, sed patienter expectare. Interim neque dormitare neque dormire volo, sed juxta Sapientiæ consilium quæcunque possum instanter operari. Hinc est quod nobilem Ecclesiam nostram tam in fronte quam in ventre, cui caput secundum se deerat, fabricandam suscepimus, & ut speramus, cum Dei adjutorio perficiemus.

EPISTOLA V.

Petrus humilis Abbas sancti Remigii a *Ing. Priori de Lapelee.*

CLXII. POstulas in literis tuis nostrum stylum recipere, non alienum. Sed hebetatus, sed retunsus, sed denique plenus squalore & rubigine, qua facie transire poterit mare, cum potius sua rusticitate cachinnos moveat, quam suos lætificet hospites? Calamus quoque noster annositate & desuetudine quassatus, necnon & terrenorum sollicitudine assidua obstructus & obstrictus, rauce sonat, nec jam auditores suos demulcet, sed male commovet. Nec tamen filii & amici carissimi petitiunculam excludam, vel eludam, emendicatis repressis coloribus rhetoricis, & leporem sermonis postponens, dies Dominicæ passionis præ oculis habens, moneo cum Jesu partiri suas contumelias, suas passiones, sua flagella, sua sputa, & totum cursum patientissimæ dispensationis, qua pro nobis usque ad inferna descendit. Reduc Jesum a planta pedis usque ad verticem vulneratum ante oculos tuos, aut animum deduc ad locum & focum ubi Petrus negavit, & quæ cordis medulla non liquefacta eorum altare tam æneum quam aureum sua aspersione implebit? *Holocausta*, ait Psalmista, *medullata offeram tibi*. Medulla animæ non est nisi de infusione gratiæ. Si anima, licet macra, tamen esuriens & sitiens, magno appetitu stillicidia elambuerit gratiæ, vespere, & mane, & meridie: vespere, complantata similitudini mortis Jesu; mane, renovata cum resurgente Jesu, meridie, translata ad dexteram patris cum Jesu: certe inebriabitur ab ubertate domus Dei, dicens, *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*. Quare non saginaretur de vitulo saginato? Quare non inebriaretur de flumine quod lætificat civitatem Dei? Habes vinum de vite vera expressum in torculari crucis, & attractum aperto ostio lateris. Sicut enim tonellus foratur, ut vinum habeatur, sic latus Christi lancea militis apertum est, ut exiret aqua baptismatis, & sanguis nostræ redemptionis. Hunc quotidie sumimus in altari sub specie vini. Altare siquidem est locus pascuæ, de quo dicitur, *In loco pascuæ, ibi me Dominus collocavit*. Et in Canticis, *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie*. Quod est in meridie? In luce, in puritate, in veritate, in caritate. Qui latet ut anguis in herba, abscondens peccata sua, non est in meridie: qui impudice vivit, & templum Dei violat immunditia aliqua, non est in meridie. qui dolosus & fraudulentus est speciem pietatis habens & virtutem abnegans, non est in meridie. qui tepet odio fraterno, non est in meridie. Non ergo ipsum, vel cum ipso pascit Christus qui dicit, *Superbo & insatiabili corde cum hoc non edebam*. Non cubat etiam nisi ubi pascit. Sed de his hactenus pro tempore. De me vero si vis scire, onera tam annorum quam peccatorum quotidie more meo solito premor. Tamen benignitate & clementia Dei adhuc excedere valeo, & injuncta officii negotia utcumque procurare. Pacem etiam bonam cum fratribus nostris, & cum Archiepiscopo, & cum omnibus hominibus habeo. Caput Monasterii nostri renovare aggredior, & cum Dei auxilio jam opus inchoatum ridet, & sequentis operis auspicia nobilia spondet. Non excidit a memoria, quod aliquando mihi quasi reprehensorie dixeris, studere alia opera facere, & non curare de Monasterio. Hoc verbum etsi perfunctorie fuit dictum, non transitorie fuit auditum. Mille enim libras, adhuc simul quingentas postea pro opere Monasterii expendi. Saluto fratrem Dudonem. De bono odore vestræ conversationis gaudeo.

Psal. 65. 15.
Psal. 62. 6.
Psal. 22. 2.
Cant. 1. 6.
Psal. 100. 5.

EPISTOLA VI.

Tusculano b *Episcopo, Petrus Abbas sancti Remigii.*

CLXIII. IGnis divinus non minus est perpetuus, quam in hostiis Deo dicatis sanctificandis sanctus. Hinc est, quod in altari, ubi tam holocausta, quam sacrificia, quotidie ad expiationem peccatorum Deo immolantur, jugis & perpetuus ardet. Quid autem hoc est, nisi quod Apostolus ait, *Caritas nunquam excidit*? Nam pura a simulatione, munda a sæculari ambitione corda, Christi acceptabilia sunt altaria, sive templa. Forcipe igitur literarum vestrarum suscepi in aureo thuribulo bonorum verborum sacras evaporationes jamdudum succensæ fornacis ex mutua inter nos visione & allocutione. Deo gratias, quia non inveni aquam crassam immunitæ dilectionis, sed ipsum ignem, non fumantem, sed flammantem in penetralibus tanti domini & amici. Putabam illum suffocatum cineribus tantarum sollicitudinum, & varietate succedentium occupationum. Præterea causam & quæstionem gravissimam adversum vos habebam, si justum habuissem judicem. A quo enim

1. Cor. 13. 8.

a *Ing. Priori de Lapelee*) Ingelberto fortasse, aut Ingelranno, quem Lapeleensi S. Remigii in Anglia Prioratui præfecerat.

b *Tusculano Episcopo*) Petro, ut dictum lib. VIII. epist. XXV. Petrum de Pavia, hoc est Ticinensem, vocat Rogerus Hovedenus, de absolutione agens Willelmi regis Scotiæ per Lucium III. anno M.C.XXCII.

primordia cognitionis & dilectionis cum Abbate sanctorum Crispini & Crispiniani piæ memoriæ habuistis, nisi a nobis ? Quare ergo de nostro bono opere nos lapidastis? An non lapidastis, quem tot amaritudinibus & afflictionibus de ejus absentia concussistis? an non Jacob furtum Laban de filiabus suis fecistis ? Forte furtum non negatis, sed pium appellatis. Sed si furtum, quomodo pium? si pium, quomodo furtum! Probo autem furtum. Nam furtum est contrectatio rei alienæ invito domino. Romam certe ad Concilium non ivisset, nisi illum misissem. Præter spem, præter voluntatem meam illum retinuistis, & fratrem & parem vobis fecistis. Hoc tamen nec illi, nec nobis placuit. Mallet cellam Montis Dei incolere, ut frequenter mihi scripsit, quam Episcopalem cathedram tenere. Quid igitur ? Deus qui omnia conclusit, & meas querimonias prævenit, faciendo quod facere pie & misericorditer consuevit, prævenit illum benedictionibus suis, & quem olim amicum & fratrem in terris habebamus, nunc dominum & sanctum in cælis veneramur. Miracula enim, quæ facit Deus, testimonia credibilia sunt sanctæ conversationis ejus. Itaque digitum superpono ori meo.

EPISTOLA VII.

Abbati [a] *sancti Ægidii Petrus Abbas sancti Remigii.*

CLXIV. VAgabundas frequenter literas ad diversos huc illucque absque emolumento aliquo devolvimus. Una vero res seria plura redimit otiosa. Columna quoque firmiter locata sustinet in se residentia etiam titubantia. Uno lucro plures jacturas compensat sedulus negotiator. Ut ad nostra veniamus, delictum Judæorum divitiæ sunt mundi, & diminutio eorum divitiæ gentium. Hæc idcirco prælibaverim, ut non sine fructu scribam vobis. Fructum dico, non qui perit, sed qui permanet. Permanet autem quicquid Deo placet. Placet vero Deo vera dilectio, pura oratio, sancta compunctio, mandatorum Dei observatio. Suum possessorem nec avarum nec prodigum faciunt. Avarum redderent, si dilectionem & orationem amicis non erogaret. Prodigum, nisi compunctionem & mandatorum Dei observationem sibi proprie
Prov. 5. 16. retineret. Sic monet Sapientia, *Diriveatur*, inquiens, *fontes tui in plateis*, quod ad alios. *Sit tibi fons proprius & non communicet ex eo alienus*, quod ad seipsum. Bene offert, qui sic dividit. Progrediatur epistola, & demissa facie quæ sequuntur eloquatur. Nobilitas vestra & literatura, sicut de carne & sanguine sunt, sic carnem & sanguinem, nisi condimentum religionis interponatur, sapiunt. Regularia tamen irregularibus ab oppositis sese objiciunt. Claustralis disciplina in habitu & forma regularium depatantur. Carnalia & sæcularia regulam aut exuunt, aut interrumpunt. Operiat utique velamen religionis turpitudinem lubricæ carnalitatis: & in Abbate monacho lateat ventosæ nobilitatis, & superfulgeat vexillum humilitatis. Dicat igitur conscientia in vestimentis ovium sepulta, *Quoniam non cognovi literaturam introibo in potentias Domini*. Item, *absit* Psal. 70 15. Gal. 6. 14.
mihi gloriari, nisi in cruce Domini mei Jesu Christi. Vera nobilitas nunquam superbit: literatura sæcularis inflat, si illam caritas non reprimat. Ecce super candelabrum præclarum lucerna vestra superposita in Abbatia sancti Ægidii, si clare ardet; plurimas adventantium regiones illuminat: si declinat in obscurum seu vaporem fumi, offendit videntes. Sic itaque luceat lux vestra, ut videntes glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.

EPISTOLA VIII.

Petrus [b] *Carnotensis electus Capitulo Cisterciensi.* b

SAncta sanctorum studia impedire non minoris æstimo culpæ, quam Angelica & divina negotia interrumpere. Tanti vero reatus pœnam timeo incurrere, si vos ad divina & in divinis occupatos vanis & superfluis tentavero verbis retinere. Excusat tamen quandoque urgens necessitas ingerentem se importunitatem: quando etsi reprimit ad modicum festinationem, non perimit aut deprimit penitus necessariam operationem. *Utinam*, inquit Apostolus, *sustineretis* 2. Cor. 11. 1.
modicum quid insipientiæ meæ! Non arguitur insipientiæ formica, quæ sibi præparat escam in æstate. Non arguitur insipientiæ villicus iniquitatis, qui fodere non valens & mendicare erubescens, fecit sibi amicos, qui reciperent illum in æterna tabernacula. Non ad insipientiam est mihi, si non de mammona iniquitatis, sed de supplicatione humilitatis, & debito fraternæ caritatis interpello dominos meos & fratres carissimos, quatinus me commemorent inter sui gaudii socios, & futuræ expectationis amicos. Recolat igitur sanctissimum vestrum Collegium, unum me esse de alumnis beatissimi Bernardi, cujus merito Cisterciensem ordinem Deus usque ad mare & ultra dilatavit, & usque ad nubes, ut istæ quæ adhuc supersunt reliquiæ testantur, magnificavit. Inter cetera sua beneficia contulit mihi superna gratia, eo vivente, adfuisse in his castrorum Dei conventibus, & commendatum, atque receptum tam beneficiis quam orationibus. Translato etiam ipso ad cælestem curiam, semel adivi dominos meos & fratres carissimos, replicans & inculcans societatem & caritatem antiquitus indultam. Prostratus itaque licet absens, pedibus totius sanctæ hujus congregationis, semper expectatum & expetitum, nec non etiam expetendum imploro suffragium. Vester fui, vester sum, vester semper ero. Alienos ad sinum suum colligit vera caritas, & me leonibus, lupis, nrfis, & malis bestiis indefensum exponitis? Cellensem enutriistis, Remensem amastis, Carnotrufem projicietis? Ubi major necessitas, ibi exprimabit caritas? ubi summum periculum, ibi nullum subsidium? ubi descendens ab Hierusalem in Jericho semivivus relinquitur, post sacerdotis & levitæ negligentiam, Samaritani pectus

a *Abbati S. Ægidii*) Viro nobili & literato. Monasterium est in Septimania, haud procul a Rhodani confluentibus, quod oppido etiam nomen fecit, sui primum juris, in Cluniacensium postea disciplinam potestatemque translatum.

b *Petrus Carnotensis electus*) Post Joannem Saresberitensem, ut dictum est lib. VII. epistola VI. Supplementum Sigeberti anno M. C. XXCII. *Obiit Joannes Carnotensis Episcopus, & successit ei Petrus, qui fuerat Abbas S. Remigii Remensis.* Ante hæc autem Abbas fuerat Cellensis, superstite adhuc S. Bernardo.

Indurabitur, ne oleum & vinum vulneribus sauciati infundantur? Absit ut fons olei arescat, ut lecythus olei in sancto ordine vestro deficiat. Certe si in vobis defecerit sanctus, mundus remanebit immundus. Non esset dolor Angelis Dei, sicut dolor iste. Pax itaque æterna & gratia sit vobiscum. Amen.

EPISTOLA IX.

Nicolaus [a] *monachus sancti Albani, Petro Abbati sancti Remigii.*

CLXVI. INvectionis palliatæ saturatus opprobrio & ironico crapulatus u vino, vere putabam me missionem accepisse, & fœdus jam cum silentio pepigisse. Quid senserim sane de privilegio singularis integritatis in virginum Virgine scripseram, & metam mibi fixeram: & ecce meus Petrus de nova materia novum suscitat ex insperato bellum, & omnes Virginis domesticos provocat ad indignationem, & doctos in lege domini ad præsumptionis minus Catholicæ contradictionem. Quandiu tractabatur de articulis, qui sic vel aliter poterant intelligi, salva utrimque fide, dissimulabam, & animus noster si concepit non peperit dolorem. Nunc autem cum tuba canitur, quod Virgo peccatum senserit, & sentiendo debellaverit, non dissimulo, non patienter ago, vix manus teneo, quin in publicum hostem ircun. Sed priusquam pro communi omnium Virginis domesticorum indignatione respondeam, lapidem offensionis & scandali petram conteror, quæ in nostra epistola invenit, qui nodum in scirpo sæpius quærit; & prava privatæ læsionis in directa, & aspera redigam in vias planas. Lapis itaque lapidem
„ offendis in eo quod dixi, Virginis ipsius animam
„ pertransivit gladius, non solum olim in filii pas-
„ sione, sed etiam nuper in conceptionis suæ con-
„ demnatione. & ironico typo subsannans hic bo-
„ num dormitasse Homerum, Aristotelico more sic
„ logicat. Esto, nostra placent ei obsequia, nun-
„ quid passibilis est adhuc ejus anima? Fides sup-
„ plet irrefragabilem conclusionem, ut vera im-
„ passibilitas & immortalitas nullas admittat mo-
„ lestias. Miror, & indignor virum Ecclesiasticum, in divinæ scripturæ figuris exercitatum, has loquendi figuras ignorare, vel earum scientiam dissimulare. Nonne legitur Deus zelans, irascens, pœnitens, dolore cordis intrinsecus tactus, antequam fuerit humanatus? Nunquid ideo ejus divinitas sensit passionum molestias, quia nostro more de ipsa loquitur scripturæ auctoritas? Nunquid Angelos sollicitudo inquietat, quia leguntur securi de suo, solliciti de nostra gloria? Tanta est hujus tropi copia in divina pagina, quod ipsa abundantia generat inopiam. Pauca igitur de multis sapienti sufficere debent in tam plano articulo. Ad petram vero scandali de corde vestro tollendam plusculum est immorandum, quia res exigit ut palam faciam quod celare proposueram. Sanctus ille Bernardus, quem dicis me debita exuere veneratione, & post eum verborum jacula emittere, quondam Sanctorum catalogo adscriptus, [b] nuper est in Ecclesia canonizatus, & ab humano judicio exemptus. Exemptus inquam est, ne de gloria ejus dubitemus: sed non ut minus de ejus dictis disputemus. De gloria beati martyris Cypriani B. Augustinus non dubitat, tamen in Spiritus sancti datione eum errasse verissime comprobat. Errorem martyrio deletum scribit, & sic docuit Ecclesiam venerari martyris gloriam, ut tamen non imitaretur errorem. Ego autem, etsi dissimili scientia, simili tamen conscientia, sic veneror beatum confessorem Bernardum, ut laudem & amem ejus sanctitatem, qui nec amem, nec laudem ejus præsumptionem in matris Domini conceptionem. Et ne putes me magis pertinaci quam bona conscientia dicere quæ dico; audi quid ab ipsis Cisterciensibus vera religione præditis, & Virginem in veritate diligentibus, acceperim de S. Bernardo, quorum nomina abscondo sub modio, ne odiosus faciam fratrum suorum collegio. In Clarevallensi collegio quidam conversus bene religiosus in visu noctis vidit Abbatem Bernardum niveis indutum vestibus, quasi ad mamillam pectoris furvam habere maculam. Quem ex admiratione tristior alloquens, Quid est, inquit, pater, quod nigram in te maculam video? & ille, Quia de Dominæ nostræ conceptione scripsi non scribenda, signum purgationis meæ maculam in pectore porto. Frater visa conventui innotuit, & aliquis fratrum in scriptum redegit. Relatum est in generali Cisterciensi capitulo, & de communi consilio scriptum periit incendio. maluitque Abbatum universitas virginis periclitari gloriam, quam S. Bernardi opinionem. Non sic Paulus, non sic: qui se blasphemum & injuriosum inclamitat, ut redemptoris gloriam amplius extollat. Et certe ut credo ea ratione functus in propria persona viro simplici & de talibus nil scienti apparuit, & culpam suam innotuit, ut totius Cisterciensis Capituli discretio deprehenderet eum velle suum errorem damnari, & virgineæ conceptionis gloriam prædicari. Igitur si ego publico, quod ipse ut credo publicari voluit, hoc non est ejus famam extenuare, vel gloriam evacuare, sed ejus voluntatem super delicti sui pœnitentia exprimere. Porro facto levi per purgatorium transitu, intravit in gaudium Domini sui, qui in diebus suis sanctitate venerabilis, opinione singularis, eloquentia suavis, & signorum innovatione, immutationeque mirabilium extitit mirabilis. Hæc ergo de beatissimo Abbate Bernardo. Nunc de fratru meu, quæ in hoc, ut scribitis, videtur mentiri quod dixi, Virgo singularis vicit omne peccatum, non omne debellando, sed nullum prorsus sentiendo. Quod non omne debellaverit, testimonium perhibent, homicidium, adulterium, furtum, & horum similia multa peccata, quæ ejus affectum nunquam momorderunt, ejus memoriam nunquam contaminarunt, ejus denique opinionem nunquam læserunt. Testimonium etiam perhibet conscientia petrina: quæ etsi cotibus sit durior, hanc tamen abhorret duritiam, quam totus mundus abhorret. Os enim aliter sentiens non solum est obstruendum fimo, sed lapide conterendum durissimo. Quod nullum prorsus senserit peccatum Virgo peccati destructrix, hoc videtur sentire B. Augustinus, ubi inhibet Virginis mentionem in peccati mentione. Hoc videtur sensisse, & prophetico spiritu prædixisse

---

a *Nicolaus monachus S. Albani*) Refutat Petri Cellensis epistolam, quæ fuit ultima libri VI. pugnatque pro immaculata B. Virginis Conceptione.

b *Nuper canonizatus*) Ab Alexandro III. Anagniæ anno M. C. LXXIV. post ipsius obitum XXI.

David, ubi Verbum incarnari desiderans, dicit: [Psal. 131. 8.] *Surge in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ*. Surgere enim Verbi, fuit ab occulto suo prodire in nostrum publicum, invisibilem fieri visibilem habitu carnis indutum. Incarnatum itaque desiderat surgere in requiem, quam signanter dicit suam: ut a communi hominum requie distinguat, quam idem David designat alibi, [Psal. 114. 7.] *Convertere*, inquiens, *anima mea in requiem tuam*. Requies animæ humanæ in hac vita est, vel devicta, vel sopita carnis contradictione, sensualitatem rationis imperio de facili obedire. Verbi vero incarnati requies est, in carne nullam carnis contradictionem, nullam membrorum legem menti repugnantem sentire. In hanc igitur requiem suam surrexit Verbum incarnatum, & non solum Verbum, sed & arca sanctificationis suæ, videlicet mater sua, de qua & in qua est Verbum incarnatum. Sicut enim in cælo, qualis pater, talis filius; sic & in terra, qualis filius, talis mater, non dico de spiritu concepta, ut filius, sed de spiritu repleta & sanctificata ex utero matris, ut filius. Quod quidem sensit & scripsit, quem laudas auctorem in præsenti, Abbas Bernardus. Inde quippe dicit Nativitatis non Conceptionis virgineæ diem haberi solemnem: quia quæ in peccatis concepta est, ut universum genus hominum, sine peccato nata est, ut pauci hominum. Si igitur sine peccato nata est, consequentes sine peccato conversata est. Si sine peccato conversata est, consequenter sine sensu peccati ex hoc mundo ad patrem assumpta est. Sed dicis, eam sine peccato sensisse peccatum. Fateor me nescire quid velis dicere. Nam exempla sentiendi, quæ proponis, nullius sunt auctoritatis, & ideo nullius ponderis. De cetero omnia exempla quæ ponis, solis sensibus corporeis comprehenduntur. Possunt enim videri, audiri & tangi, & forte olfactu & gustu percipi. Et licet quinque sint corporei sensus, tamen non dicimus, sentio ignem quia video, nec sentio aerem quia audio, nec sentio lapidem gustu: forte picem sentio olfactu, sed de sensu olfaciendi nihil ad sensum peccati. Proinde omnia quæ posuisti sentire te dicis, quia tangis. Si igitur Virgo sensit peccatum, cum peccatum tripliciter accipiatur in sacro eloquio, videlicet pœna peccati, culpa peccati, hostia pro peccato: utrum hæc omnia, an duo, an unum tantum senserit, vellem tuo edoceri magisterio. Si enim sic intelligis; sensit peccatum, id est pœnam peccati; sic & ego intelligo. More quippe nostro esurivit, sitivit, friguit, & multis tribulationibus decocta, nostris calamitatibus subjacuit, & ex talium in Christo patientia, multimoda meritorum prærogativa effloruit, absque his quibus intrinsecus quotidie proficiebat: nova videlicet virginitatis dilectione, singulari Dei contemplatione, incomparabili proximi caritate, tota virtutum omnium pulchritudine, nulla maculæ vel levissimæ turpitudine. Nam cum meritorum nostrorum summa consistat in patiendo pro Christo, & in diligendo Christum; Deum videlicet, & proximum nostrum: in his duobus exercitata est ad plenum agonista nostra ante adventum Verbi in uterum ejus; ut nec ei deesset vel cum carne, vel cum hoste certatio, nec pacatissimi animi contemplatio. Proinde dispendium merendi non sustinuit, quæ tot tentationibus exposita, gratia, qua ante obumbrationem plena, & Dominus cum ea fuit, omnes debellavit, & omnes superavit. Dispendium, inquam, merendi non sustinuit, quæ in dies operatione proficiens pariter & amore, optimam Mariæ partem adimplevit, & Marthæ sollicitudinem per ætatis teneritudinem non exclusit. Quod si intelligis, sensit peccatum, id est, sensit culpam peccati, more nostro legem membrorum sensit, motus pudendos sensit, picem titillationis sensit, & inquinata est ab ea, quod absit. [a] Ivo venerabilis Carnotensium Episcopus in Chronicis suis scripsit, duodecimo anno ætatis suæ Virginem ab Archangelo Gabriele salutatam, & a spiritu sancto obumbratam: infra quem ætatis annum non permittit natura moveri pubescentium genitalia. Terminus igitur pudendi motus in Virgine a Spiritu sancto præventus reliquit nos dubios, utrum a die conceptionis, an a die nativitatis, an certe a die superventionis Spiritus sancti in virgine virgo liberata sit a contradictione carnis pudenda. Unde & Augustinus dubitative de Christo dixit, Quod inde suscepit, aut suscipiendum mundavit, aut suscipiendo mundavit. Sed modis omnibus constare nobis debet, quod virgo singularis nunquam in carne, in qua & de qua Christus homo factus est, motum illicitum sensit, nunquam legem membrorum sensit, nunquam quod non voluit egit, nunquam sensit quod sentire non decuit. Cum igitur ante duodennatum ex naturæ beneficio, post duodennatum ex gratiæ dono peccatum sentire non poterit; quando sensit & sentiendo debellavit virgo peccatum, quæ aliis temporibus in terris non vixit? Si de Salomone & Achaz das instantiam, qui undecimo ætatis suæ anno genuerunt filios, scias quia singulare privilegium non facit legem communem: vel certe, quia reprehendit eos scriptura de incontinentia, potuit fieri ut obscenis motibus genitalium infirma irritarent, & pudoris claustra rumperent, & de animi sui perversitate jura suæ naturæ insolita pervertérent, non communem hominum naturam exterminarent. Radicatus & fundatus in montibus sanctarum auctoritatum, da sanctam auctoritatem, quæ perhibeat Dominam nostram sensisse peccatum, quæ ita distinguat sensum peccati, videlicet in ignis, in picis, in lapidis, in aeris sensum; & errasse me fatebor. Quod si non occurrit, qua fronte audes fingere nova commenta in tantam virginem? qua dementia infamare sensum genitalium, quæ Salvatorem salvo pudoris titulo fuderunt? Quæ prærogativæ distinctio inter singularem virginem & alias sanctas virgines, si peccatum sensit ut aliæ, sed non consensit peccato, sicut nec aliæ. Quo gratiæ merito præminuit, ante virtutis obumbrationem dico, si ipsam cum universo hominum genere exclamare necesse fuit, *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* [Rom. 7. 24.] Parcius novas in virginem adinventiones de spiritu tuo cudere debuisses, quam de spiritu suo Deus pater tam gloriose fœcundavit. Si ergo aliquid scribo de Virgine, quod non legerim in Canone, laudem tamen sapit Virginis, laudem & filii Virginis: & occasione scripturæ Canonicæ, vel vera scribo, licet occulta, vel verisimilia & ipsa Catholica. Præsumuntur multa de Virgine, quæ nusquam leguntur: & præsumptionibus standum

a *Ivo in Chronicis suis*) Non extant hæc Chronica Ivonis. Et quidem veterum fere omnium, recentiorumque est sententia, Mariam Virginem non duodecimo, sed decimoquinto ætatis suæ anno Christum Dominum concepisse.

est,

est, donec probetur in contrarium. Singularis Virginis privilegium non habet similitudinis consortium. Non solum singulare est, quod Virgo concepit, sed & quod Virgo sola & prima in Israel virginitatem adamavit. Non solum inauditum, quod Virgo peperit, sed & quod Virgo cito Angelo credidit, & de facto non dubitans modum conceptionis inquisivit. Et in hunc modum distingue inter Virginem nondum matrem, & Virginem jam matrem: ut singulari utrobique ceteris virginibus prærogetur privilegio, quæ singulariter nondum mater, Angelo testante, gratia plena fuit; & singulariter jam mater Spiritus sancti sacrarium extitit: quæ nondum mater, quasi lana candidissima, nullius peccati sensu maculosa fuit, & singulariter jam mater, quasi purpura sanguine conchylii cincta, ita Spiritu sancto compluta & madefacta fuit, ut nullis de cetero usibus manciparetur nisi divinis. Multa in hunc modum occurrunt differentiarum genera, quibus Virgo nondum mater differt a se Verbi matre, licet nunquam peccatum senserit, vel nondum mater, vel jam mater. Vellus quippe, cum sit de corpore, ut ait Hieronymus, corporis non sentit passionem: sic & nostræ Virginis virginitas, cum sit in carne, non sensit vitia carnis. Sed dicis, Multiformiter peccatum sentitur: aliquando cum peccato, aliquando sine peccato. Sine peccato sentitur, sicut aer. Hoc exemplum nullius est auctoritatis, ut dictum est, sed nec intelligentiæ expressivum. Aer quippe sentitur aliquando intensius, aliquando remissius, secundum motus sui impetum, vel leniorem vel asperiorem: & durior est aeris frigidi sensus asperior, quam ignis tepidioris levior, vel lapidis, vel picis remotior. Ea propter me non movent exempla, quæ tam remota sunt a re, ad quam explicandam sunt inducta. Recurramus itaque ad sensum Ecclesiæ, & secundum quod ipsa sentit de sensu peccati proferamus in medium, & videamus quo sensu virgo potuerit sentire peccatum, sine sensu peccati. Cum igitur peccatum Ecclesiastico sensu tripliciter dicatur, ut dictum est, videlicet pœna, culpa, hostia, jungamus primo singula singulis, deinde singula omnibus, ut experiamur qua conjunctione verum sit, peccatum sentiri sine peccato, & tandem deprehendamus, utrum veritas æquivocæ conjunctionis obviet clausulæ univocæ acceptionis, qua dicitur, Virgo vici ex omni parte peccatum, non omne debellando, sed nullum prorsus sentiendo. Attende rogo, si virgo pœnam peccati sensit sine pœna peccati, si culpam peccati sensit sine culpa peccati, si hostiam sine hostia sensit: & doce quomodo hæc possint fieri. Quod si non occurrit, attende si culpam sine pœna, vel sine hostia sensit, si hostiam sine pœna, vel sine culpa sensit: & doce quæ scriptura hæc doceat, & quid utilitatis in præsenti disquisitione habeat. Perpende denique, quod virgo pœnam peccati sensit sine culpa peccati: & hoc sensu forte fieri potuit, quod peccatum sensit sine peccato, cum peccatum æquivoce pœna dicatur, & culpa peccati. Sed hic sensus in nullo derogat clausulæ, qua virgo perhibetur omne vicisse peccatum, non omne debellando, sed nullum prorsus sentiendo: quia in ea univoce ubique peccatum pro culpa peccati accipitur. Ipsa quippe culpam peccati, videlicet concupiscentiam, & cetera quæ simul sunt & pœna & culpa peccati, ex omni parte vicit, quod horum omnium nullum omnino sensit. Nam serpentis sibilatio foris fuit per suggestionem, non intus per titillationis prurigimem. Nec decuit illam carnem titillari, per quam meruit omnis caro a damnatione titillationis purgari. Non decuit illam carnem inordinate moveri, de cujus propagine ordinis disciplina demanavit; & omnem mundum sub justitiæ moderamine colligens ad vitam æternam reformavit.

Epistola X.

Petrus [a] *Carnotensis electus Nicolao sancti Albini monacho.*

Epistola tua multifarie dentata, dum me acerrime mordere intendit, dentes suos in CLXVII.
temet elisus non injuria collidit. Acutus equidem formido, sed puteos contemno. Subtiliter syllogizas, vel forte paragolizas; sed fallaciter concludis. Nostram irrides simplicitatem, nec mirum: non enim tenes veritatem. Contra legem fratris tui turpitudinem revelas, non quæ est, sed quam fingis. In humanis certe mentiri vereor: quanto magis in divinis? Credo, dico, assero, & juro beatissimam Virginem nostram in æterna prædestinatione singulari privilegio munitam, nec a sua conceptione in aliquo violatam: sed semper mansisse & permansisse illibatam. & sicut beata ultra humanam & cæterorum hominum naturam, sic secreta & incognita manet ultra omnium notionem. Quamvis autem more vervecum ad invicem nostra tentaverimus cornua, & verborum diversos hinc inde protulerimus sonos: tamen unus & simplex oculus utriusque nostrum in ejus obsequio & famulatu nunquam caligavit; sed neque Deo volente caligabit. Ut autem gustus cibum discernit, & alius plus salis, alius minus exigit; sic sensus humanus quandoque austeriora, quandoque dulciora appetit avidius. Profert alius absque pondere rationis, seu auctoritatis quod ei placuerit: recusat alius quicquid sale Evangelico aut prophetico conditum non est. Et alius utilior, dulcior alius. Ego utilem dulci præpono. Solas fauces magis demulcet dulcis: omnibus membris utilis plus confert. Tu verba dulcia, ego utilia quæro. Tu lenocinantia, ego salubria & confortantia. Seriis itaque intendamus. Quædam tamen seria jocosa aliquando non respuunt, immo libenter admittunt, quædam vero sic respuunt & expuunt, quod etiam anathematizant & suspendunt. Reginæ Dominæ nostræ beatissimæ Virginis Mariæ obsequia venerationem postulant, non adulationem: maturitatem, non scurrilitatem: cordis devotionem, non oris verbositatem: secreti admirationem, non publicam discussionem. Uterque nostrum currit post ipsam, & utinam ad ipsam. Ut credo, una intentio animos parificat; sed varietas sermonum, ut pote linguæ diversæ, sensus scripturæ salva fide alternat. An scientiores, an sapientiores sumus Augustino & Hieronymo? Nonne in fide unanimes, in religione concordes, in caritate ferventes, in scientia scripturarum sublimes, in auctoritate pares, in quibusdam sententiis valde sunt dispares? In epistola ad Galatas

a *Petrus Carnotensis Nicolao*) Respondet epistolæ præcedenti, atque ita de B. Virginis laudibus disserit, ut satis appareat illum, quamvis in dispari de festo Conceptionis sententia, non impari tamen erga illam venerationis studio fuisse.

Gal. 2. 11. A sic legitur: *Cum venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam venirent quidam a Jacobo, cum gentibus edebat. Cum autem venissent, subtrahebat, & segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant*, &c. Hieronymus defendit Petrum dicens, invitum fecisse, & dispensatorie simulasse, ne scilicet Judæos amitteret: nec in hoc peccabat, quia bona intentione id agebat. Augustinus e contra dicit, Petrum illa legalia servasse non dispensatorie, sed vere: & eum vere peccasse, non illa servando, sed alios suo exemplo Judaizare cogendo. Ecce cedri Libani, ecce sublimes abietes alio & alio impulsu, aliter & aliter sentiunt, sed in caritatis radice nunquam dissentiunt. B Unusquisque autem in suo sensu abundat. Nequaquam enim in articulis fidei, in iis, qui sunt duæ olivæ & duo candelabra ante Deum lucentia, error innascitur, pro quo alter periclitetur. Non itaque mirum, si nos stipulam siccam ventus rapiat in diversa. Si tu tendis honorare Virginem, hoc ego collaudo, si contendis defendere incircumcisum sermonem, istud non approbo. Incircumcisus autem sermo est, qui originale præputium trahens de ventre sensus humani arbitrii, cultro petrino non amputatur ad regulam Evangelicæ auctoritatis. Si omnes sermones superfluos communicarem, & huic nostro scripto insererem, nemus juxta altare complantarem. Salvo nomine & numine sacratissimæ Virginis, verbale duellum non recusarem, si vacaret legere, si scribere, si C arma quærere in scrutariis Salomonis. Si aures & oculos suos clauseris Domina nostra, & næniās disputatiuncularum nostrarum nihili penderit, in caveruis suis Anglum Francigena conclusum & ligatum usque ad tempus mille annorum consignabit. O magister doctissime! dormiens, an vigilans, tubam canentem audisti, quod Virgo peccatum senserit, sentiendo debellaverit? Quam sis dolosus interpres in occultis, patet in apertis. Nam stylum vel calamum nostrum appellas tubam. Sed tubæ officium est vocem exaltare, styli & calami in silentio scribere. Sis ergo D Davus, qui interturbat omnia. Quo autem sensu dixerim, Virginem peccatum sensisse & debellasse, etsi tu arreptus in tanto furore, quod vix manus contines, non potes patienter audire, qui nostra legerit scripta, favore & odio postpositis, audiat & in statera æquitatis diligenter appendat. Ne vero auctoritate nudus circa Goliath ad bellum congrediar, antepono scutum

Gen. 3. 15. auctoritatis qua dicitur. *Inimicitias ponam inter te & mulierem*, &c. *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus*. Quæ est hæc mulier? Virgo, quæ pro sexu, non pro corruptione mulier appellatur. Quod est ejus semen? Jesus, in quo benedicentur omnes gentes. Quæ sunt illæ inimicitiæ? Lege Apocalypsim Joannis. *Postquam* E

Apoc. 12. 9. inquit, *vidit draco quod projectus est in terram persecutus est mulierem*. Ecce virginem Mariam. Evangelium docet, quod draco malignus in Herode, sicut aliquando in serpente, quærebat occidere Jesum filium hujus sanctissimæ mulieris. Quare Joseph cum matre & puero, monitus ab Angelo, secessit in Ægyptum, tanquam in locum desertum. Luce clarius ad verbum exponit hoc sermo qui legitur in nativitate ejusdem virginis ubi dicitur, *Inimicitias ponam inter te & mulierem*, &c. Quid est, fratres, inquit actor in hoc loco, serpentis caput conterere, nisi principalem Diaboli suggestionem, id est concupiscentiam resistendo superare? Si ergo quæritur, quæ mulier

A bujusmodi victoriam operata sit: profecto non reperitur in linea generationis humanæ, donec perveniatur ad illam, de qua nunc agimus, sanctarum sanctam. Surdus es, si non audis; cæcus, si non vides; mutus, si non clamas; infidelis, si non credis; contumax, si adhuc contendis. Vade ad natatoriam Siloe, & lava oculos, & vide quomodo verum sit, quia sensit peccatum sine peccato. Sensit equidem, non ad læsionem, sed ad probationem: sensit, non succumbendo, sed superando: sensit extrinsecus, non intrinsecus: sensit hoste suggestionem jaciendo, non carne delectando, vel spiritu consentiendo: sensit propulsando, non excipiendo, vel admittendo. Quis nostrum magis honorat Virginem, qui illam B prædicat absque certamine felicem, an qui in certamine fortem? Nam *mulierem fortem quis inveniet? Procul & de ultimis finibus pretium ejus*. Prov. 31. 10. Apostolus ait, *non coronabitur, nisi qui legitime certaverit*. 2. Tim. 2. 5. Spiritus in Apocalypsi dicit, *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in medio paradisi*. Apoc. 2. 7. Item, *qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis*. Apoc. 3. 5. Item, *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei*. Apoc. 3. 12. Item, *qui vicerit, dabo ei sedem mecum in throno meo*. Apoc. 3. 21. Virgo nostra sedens juxta sedentem in throno gratiæ filium suum Jesum, loquitur omnes victorias, quas obtinuit non dormiendo, sed vigilando: non otiando, sed pugnando, non fugiendo, sed resistendo, non cadendo, sed cædendo. An mater felicior filio? an sanctior? an fortior? C an gratia plenior? Sed ductus est Jesus in desertum, ut tentaretur a Diabolo. Sed dicit illum Apostolus tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Qui tentatur nonne sentit tentationem? Est autem modus sentiendi secundum virtutem non tentantis, sed tentati: debilis, debilior, debilissimus effectus sentiendi, secundum affectum & virtutem sentientis. Non enim quisquam potest judicare quid sentias, nisi tu qui sentis. Hacusque satis sit de tuba, quam fecisti & sonuisti. Nunc autem ut ad singula epistolæ tuæ capitula, quibus meam, quam & ego confiteor, arguis insipientiam, respon- D deam, spineta tua sicut hinnulus cervorum transilio. Sed me non ignorare tropos divinæ locutionis assero; tuos vero in terra conculco. Denique comparior insolentiæ tuæ, qui de excellentissimis nostræ Virginis montibus ad profundissimam vallem descendisti, ne dicam corruisti. Licet enim in illa nihil sit verecundum, ubi omnia & singula ejus membra luna sunt puriora, & sole clariora: tamen nostræ fragilitatis tenerrima memoria, cum audierit nominari genitalia, vix a sua excutietur palude, vix incipiet non solita cogitare. In Virgine igitur talia sacrosanctis cortinis potius volo honorando involvere, quam nudis nominibus & manibus contrectare. Virgo certe virgineis verbis & sancto velamine con- E secratis delectatur affari. Parco epistolæ meæ tua inserere verba, quæ tamen non parco reprehendere. Finem facere festinabam; sed novum tuum decretum prius volo discutere, & ex quo consilio promulgatum sit requiro. Sicut, inquis, in cælo " qualis pater, talis filius, sic in terra qualis filius, " talis mater. " O Domina! ignosce dicenti quod displicet tibi. Nonne tu filii tui, licet mater, tamen ancilla? Nonne sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, ita oculi tui in manibus Domini filii tui? Non adæquabitur ei aurum de Æthiopia, nec conferetur tinctis Indiæ coloribus, quia non est inventus similis ei super terram, qui unus & unicus est, & secundum non habet. Suf-

ficit tibi, a dexteris ejus stare, non æqualitatis vel qualitatis comparatione, sed gloriæ & beatitudinis stabili & æterna copulatione. Datis jam dexteris pacem habeamus ad Dominam nostram, cujus tu adjutor, ego assertor, cujus tu zelator, ego amator. Suum in laude Virginis expendere ingenium & studium nec improbabile est, nec irremunerabile. Ungulam tamen, & in hoc, & in omni actione nostra & intentione, findere auctoritas jubet & ratio suadet. Discernere autem quid & quomodo debeas laudare, ungulam est findere. Qui alterum postponit, officium laudationis aut pervertit, aut prorsus amittit. In modo erras, si supra, vel infra, aut extra metas veritatis quemlibet laudas: in persona, si laude indignam laudare velis. Ut ad rem veniam, tu effers nostræ Virginis laudes, ego vero offero. Tu in aere evolas, ego interim dum in terra sum, pedibus curro. Tu præcipitas verba, ego dispono sermones meos in judicio, & in statera appendo. Tu acerbam & immaturam vindemiam, ego in imbre matutino & serotino jam matura poma nova & vetera ad mensam comporto. Virginem laudas, & ego laudo. Prædicas sanctam, & ego. Extollis super choros Angelorum, & ego. Dicis immunem ab omni peccato, & ego. Asseris Dei genitricem, adstruis nostram ad Deum mediatricem, & ego. Versa & reversa in quolibet statu venerationis & glorificationis, tecum vado, tecum sentio. Si vero extra communis monetæ formam vis fabricare aliam, quam non approbaverit sedes Petri, cujus est approbare, vel improbare ordinem universalis Ecclesiæ, pedem sisto, & terminos constitutos non transgredior. Credo & confiteor plura esse apud nos ignota de Virgine sacrosancta, quam nota, quia consortata est & gratia & gloria, & non possumus ad eam. Evangelio, non somniis, de illa credo, & si aliter sapio, & hoc ipsum revelabit Deus quando voluerit, & quomodo voluerit. Interim autem dum fit vox super firmamentum, nec descendit ad nostrum fundamentum, pennas submitto, & meæ ignorantiæ caliginem non a te, sed a patre luminum illustrandam imploro. Si ferrum de manubrio elapsum te in aliquo læsit, da veniam, eandem a me recepturus indulgentiam. Ora pro me, amice carissime, & utinam facie ad faciem viderem te, quem scriptorum tuorum bene ornatus habitus non semel præstitit audire.

EPISTOLA XI.

a *H.* [a] *Abbati Cluniacensi.*

CLVIII. NOn omissis excubiis Dominicæ sepulturæ vestri habens memoriam, sancto sabbato opus aggredior lege non prohibitum. Nec legere namque, nec scribere prohibet lex. Lugeo interim ex lege sua contra legem proscriptum Jesum extra synagogam, extra civitatem sanctam tunc profanam, extra vitam. Sed Christus proscriptus meliorem adiit mansionem, populum cariorem, civitatem sanctiorem, lectulum gratiorem, mensam suaviorem. Quid plura? proscriptus a Judæis adscriptus est rex & Dominus in cælis. De exilio migravit ad regnum: ab his qui odio habuerunt eum gratis, ad illos qui obsequuntur semper gratis, a cruce ad cælum, a patibulo contumeliæ ad thronum gratiæ. O benigna patientia, quousque sustinuisti locum contumeliosum, populum injuriosum! Certe non una die, non mense, non anno, sed annis multis, quatinus pœnitentiam de commisso agerent, & indulgentiam acciperent. Dormis, Jesu, in monumento nec ore, nec naribus ullos strepitus facis: mediam noctis silentium tenent omnia. donec surgas, donec evigiles, donec Apostolos dispersos revoces. Mittat gallus vocem, & melius canet in Christi resurrectione, quam in Petri negatione. Rauce tunc cantavit dicens, raucæ factæ sunt fauces meæ a conturbatione hominum, a tempestate procellarum. Ubi enim in terra vox clara, quando Verbum suffocabatur, quinimmo & verberabatur, ut veritas supprimeretur? Sed parvo intervallo factus est terræ motus, quia surrexit Dominus, & cantavit gallus, surrexit Dominus de sepulcro. Non ter, sed millies gallus Christianorum singulis noctibus, singulis civitatibus, singulis sanctorum congregationibus cantat alleluia, cantat & Christi mortem & resurrectionem. Unde, *Gallo canente spes redit &c.* Alius quidam ineffabilis gallus de cælo intonuit
dicens, *Exurge gloria mea, exurge psalterium* Psal. 56. 9.
& cithara. O fili, gloria mea! nam filius sapiens gloria est patris: exurge, dormisti, somnum cepisti. satis est, exurge, ultra non dormiturus, sed mecum in gloria mea vigilaturus ad psallendum, ad citharizandum vicinis & amicis meis, qui libenter, non impudenter auscultant vocem tuam. Concentum certe cæli cantando & psallendo dormire facis. Veni cum psalterio, veni cum cithara tua. In psalterio decem chordarum cantabis, quia super novem ordines Angelorum cum homine redempto collocaberis. Citharam quoque passionis tuæ percute in auribus meis: quia illum qui non debuit condemnari condemnavi, & volo ut senior ille frater, qui in agro occidit Abel, meam audiat Diabolus symphoniam & chorum, non ut delectetur, sed ut confundatur, & sit ei in testimonium suæ malignitatis & meæ benignitatis, qui dedi filium ut redimerem servum. Hanc portionem mihi hodie contulit Dominus de sua passione & resurrectione, antequam ad nostrum capitulum accederemus. Tingite panem vestrum in aquam crassam vituli saginati, & sicut adipe & pinguedine repleatur anima vestra. De his hactenus. Mitto fratrem Stephanum quem diligitis, cum fratre suo B. quatinus eo pacto sub fratre suo domus nostræ de Provincia curam habeat, ut vos & fratrem ejus fidejussores habeam de indemnitate bonorum nostrorum. Est enim in hoc officio novus, & necesse est ut habeat bonos adjutores & consiliarios, donec per se ambulare didicerit.

EPISTOLA XII.

UT breviter tumultuosis & scrupulosis cordis vestri quæstionibus super professione facta, tam in ordine Grandimontis, quam Cisterciensi, respondeam, id mihi videtur, quod fidem promissi non lædit, qui solvit quod promiserit, is quoque gratiæ meritum superaddit, qui plus solverit quam ex voto debuerit. Non est meum ordines sanctorum judicare, neque CLXIX.

a *H. Abbati Cluniacensi*) Hugoni IV. qui Theobaldo Cardinali successerat. Quæ sequitur epistola, anepigrapha erat in nostro exemplari.

A meis flateris merita illorum appendere. Sub domino stant, aut cadant, stant autem. Opinionis tamen meæ est, plus rigoris, plus justitiæ, plus severitatis, plus etiam discretionis esse in ordine Cisterciensi quam in illo, qui mihi incognitus est, & de quo propter incertitudinem nullam præcipitare audeo sententiam. His omissis, ranas & muscas inquietantes penetralia cordis vestri utinam abjicere, vel potius exterminare brevi admonitione possem? Non ignoro, B apud Aristotelem dubitare de singulis non esse inutile. Teneo autem apud Hippocratem, quod mutationes maximæ generant morbos. Dicit Gregorius, quod plantæ, quæ sæpe transponuntur, radices non mittant. Paulus anathematizat qui aliud Evangelium prædicaverit, quam quod ipse prædicavit, etiam Angelum de cælo. Dominus noster Jesus Christus de Joanne Baptista dicit, *Quid existis in deserto videre? arun-* Matth. 11. 7.

A *dinem vento agitatam?* In parabola quoque Evangelii, dum fatuæ virgines irent emere oleum, clausa est janua? Harum auctoritatum sensus hic est: ne instabiles simus, ne fluctuemus, ne omni vento circumferamur, ne dicamus, ecce hic Christus, ecce illic. Videte itaque vocationem vestram, & bases & plantas vestras statuite supra petram, & cum Job dicite, *In nidulo isto moriar, & tanquam palma multiplicabo* Job. 29. 18. B *dies.* Rogo amicitiam & fraternitatem vestram, ut parcatis vobismetipsis, & pro certo sciatis, quia unum ad salutem sufficiens est & necessarium, Deo se committere, nunquam cum Deo disputare. Prælato in omnibus obedire, omnia sua onera humeris ejus imponere, & sufficientem responsalem in Dei judicio contra omnes adversarii allegationes tam veras quam falsas illum constituere; in simplicitate, non in subtilitate, Deum quærere.



ALEXANDRI III. PAPÆ AD PETRUM ABBATEM S. REMIGII, ET ALIOS, EPISTOLÆ LVI.

EPISTOLA PRIMA.

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bartholomæo Belvacensi Episcopo, & dilecto filio Petro Abbati sancti Remigii Remensis salutem & Apostolicam benedictionem.

Ut monasterium de Flaiaco reformetur.

A Perlatum est ad audientiam nostram, quod [a] monasterium de Flaiaco occasione Abbatis, qui ibidem canonice dicitur non fuisse electus, ita sit in spiritualibus & temporalibus diminutum, quod ubi forma religionis esse consuevit, sicut dicitur, & exemplum, ibi nulla fere honestatis, vel religionis videantur vestigia remansisse. Asseritur enim, quod postquam idem Abbas per aliquot monachos claustrales & idiotas, personis insciis & ignaris, quæ extrinseca gerebant negotia, minus canonice ipsius monasterii fuit administrationem adeptus, non in conservanda religione, vel in ampliandis bonis Ecclesiæ, sed in distrahendis his, quæ a prædecessoribus suis ibidem reperit conservata, studium & sollicitudinem non erubuit adhibere.
B Quoniam igitur providendum nobis est, & sollicite vigilandum, ne præscriptum monasterium in deterius illabatur, si ei non fuerit celeri provisione consultum: discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus infra xxx. dies post harum susceptionem, ad locum ipsum pariter accedentes, vel Abbatem & monachos ante vos in alio loco congruo convocantes, de statu monasterii diligentius inquiratis, & qualiter in spiritualibus & temporalibus valeat reformari, ipsis modum & formam præfigatis. Si vero verisimile sit, quod per Abbatem commode restaurari non possit, eum ab administratione, appellatione postposita, removentes, aliam personam idoneam & religiosam, si in monasterio ipso inventa fuerit, aut de alio religioso loco, eidem monasterio, cum consilio religiosorum virorum, in Abbatem provideatis, per cujus studium & diligentiam spes sit idem monasterium posse in spiritualibus & temporalibus reformari: si præfati monachi ad commonitionem vestram, in personam qualem diximus non poterunt convenire. Datum Tusculani iv. Non. Maii.

EPISTOLA II.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Petro Abbati sancti Remigii Remensis, & magistro Fulconi, Remensis Ecclesiæ Canonico, salutem & Apostolicam benedictionem.

Unde usurarii causa cognoscant.

AD audientiam nostram pervenit, quod Jo. Suessionensis terram pupillorum, quorum Th. civis Remensis gerit tutelam, pignori detinet obligatam: unde sortem suam & tantundem dicitur percepisse. Quoniam igitur usurarum crimen, & quodlibet superabundantiæ genus, universis Christianæ professionis viris est omnimodis abhorrendum, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus si præfatum Jo. sortem suam de præscripta terra, & tantundem ultra præter expensas recepisse constiterit, ipsum eandem terram memoratis pupillis & tutori eorum omni occasione & appellatione cessante restituere, & in pace dimittere, auctoritate nostra districte cogatis. Quod si ipsum sortem suam aut amplius exinde non suscepisse noveritis, eundem sorte sua recepta pupillis terram, dilatione & appellatione postposita, reddere constringatis, & hoc infra xl. dies post harum susceptionem diligentius exsequamini.

EPISTOLA III.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Petro Abbati sancti Remigii Remensis salutem & Apostolicam benedictionem.

Ut de pupillorum quorumdam causa cognoscat.

REcepta conquestione T. civis Remensis, quod God. quondam Suessionensis pupillis, quos idem T. habet in custodia, domum, quæ ipsis hæreditario dicitur jure competere, detineret, discretioni tuæ nos mandasse recolimus, ut eumdem G. ad restituendam prædictis pupillis domum detentam, vel coram venerabili fratre nostro Noviomensi Episcopo justitiam exhibendam, moneres & districtius coerceres. Sed eodem G prout dicitur, antequam ad te literæ nostræ pervenissent, sublato de medio, cum

a *Monasterium de Flaiaco*) S. Geremari de Flaviaco. Sic enim hodie nominant partim a loco, partim a primo ejus conditore. Monasterium Flaviacum appellat Nicolaus I. in epistola ad Odonem Episcopum Bellovacorum, in quorum finibus situm est. Hujus porro loci monachus fuit Radulfus Flaviacensis, qui scripsit in Leviticum.

uxorem ejus commonuisses, ut alterum horum exequeretur, respondit non ad se causam filiorum pertinere, & quod filii propter minorem agere non possent ætatem. Unde quoniam ex dilatione & expectatione ista multa possunt prædictis pupillis juris sui detrimento & incommoda provenire, & nostra interest utrisque pupillis secundum commissum nobis officium providere, discretioni tuæ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus prædictam mulierem infra XL. dies post harum susceptionem moneas, & districte compellas, ut tutori prædictorum pupillorum pro pueris suis, quorum habet tutelam, in præsentia tua super jam dicta domo respondeat, vel procuratorem, qui pro eis debeat respondere, constituat: aut ipsis eandem domum libere & quiete dimittat. Tu vero, si experiri volueris, utraque parte ante te convocata causam audias, & eam justitia mediante, appellatione remota, decidas.

EPISTOLA IV.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Petro Abbati sancti Remigii, & Fulconi Decano Remensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Ut causam Abbatum duorum decidat.

CAusam quæ inter [a] Abbatem sancti Urbani, & Abbatem Dervensem, super Ecclesia sancti Desiderii & quibusdam aliis noscitur agitari, vobis, de quorum prudentia & honestate confidimus, committimus audiendam, & fine debito terminandam. Ideoque experientiæ vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus, cum exinde requisiti fueritis, in unum pariter convenientes, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde diligenter auditis & cognitis, eandem causam sublato appellationis remedio, mediante justitia decidatis. Datum Tusculani V. Kalend. Martii.

EPISTOLA V.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Petro Abbati sancti Remigii salutem & Apostolicam benedictionem.

Ut qui terram hominis Hierosolymam profecti invaserat, restituere compellatur.

REIatum est nobis, quod postquam O. sancti Theodorici Remensis civis dominicam crucem suscepit Hierosolymam profecturus, Gerardus de Roscio quandam terram ejus violenter invasit, & eam adhuc detinet occupatam. Nos autem uxoris prædicti O. lacrymabili postulatione devicti, & officii nostri debito, quo universos qui in Dei servitio commorantur, & eorum bona attentiori studio defensare tenemur, propensius inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus si res ita se habet, memoratum Gerardum studiose moneas, & auctoritate nostra sub excommunicationis districtione compellas, quod prætaxatam terram uxori præfati O. omni contradictione & appellatione remota, cum fructibus inde perceptis restituat, & in pace dimittat. Deinde vero si prænominatus Gerardus quicquam juris in eadem terra credit sibi competere, cum supradicto O. postquam de partibus Hierosolymitanis redierit, coram te ordine judiciario experiatur. Datum Tusculani III. Kalend. Aprilis.

EPISTOLA VI.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Petro Abbati sancti Remigii, & Fulconi Decano Remensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Ut causam audiant quæ est inter Abbatem omnium Sanctorum, & Canonicos S. Trinitatis. b

CAusam quæ inter Abbatem Ecclesiæ omnium sanctorum de insula Catalaunensi, & [b] Canonicos sanctæ Trinitatis super quodam cœmeterio vertitur, experientiæ vestræ audiendam committimus, & fine debito terminandam. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus cum exinde fueritis requisiti, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, eandem causam infra XL. dies post harum susceptionem fine debito terminetis. Nihilominus etiam causam quæ inter ipsos eosdem super quibusdam terris Vicedomini noscitur agitari, studiosius audiatis, & eam mediante justitia decidere studeatis. Datum Tusculani Kalend. Maii.

EPISTOLA VII.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Abbati sancti Remigii Remensis salutem & Apostolicam benedictionem.

Ut Præbendã Uberto cuidam tribuat.

VIris literatis atque devotis tanto propensiori studio providere tenemur, & suis commoditatibus diligentius intendere, quanto ex eorum provisione sacris Dei Ecclesiis fœcundior potest fructus & utilitas provenire. Inde est quod nos literaturam dilecti filii nostri magistri Uberti, & devotionem quam circa te gerit, studiosius attendentes, ipsum caritati tuæ sollicite commendamus, rogantes & rogando mandantes, quatinus pro reverentia beati Petri & nostra, & intuitu devotionis & literaturæ suæ, præbendam in Ecclesia sancti Timothei, si qua nunc vacat, vel quæ primo vacaverit, ei concedas liberaliter, & assignes: ita quod ex hoc sinceritati tuæ uberes debeamus gratias agere, & prudentiam & devotionem tuam multipliciter propter hoc in Domino commendare. Datum Tusculani IV. Idus Maii.

EPISTOLA VIII.

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Silvanectensi Episcopo, & dilecto filio Abbati sancti Medardi salutem & Apostolicam benedictionem.

Ut damna monasterio S. Remigii data, reparentur.

EX parte dilecti filii nostri Abbatis sancti Remigii Remensis auribus nostris innotuit, quod cum quædam ancilla & quædam possessiones

---

a *Abbatem S. Urbani*) Ejusdem est ordinis cœnobium cujus Dervense, atque in eadem Catalaunorum diœcesi: sed in oppido Jovisvillæ, sive ut vocari postea cœpit Joinvillæ. Ecclesia vero S. Desiderii ea est, quæ non ignobili ejus tractus oppido nomen imposuit, ac juris est monasterii Dervensis.

b *Canonici sanctæ Trinitatis*) Horum collegium in ipsa est civitate Catalaunensi, in qua & insulæ omnium Sanctorum monasterium esse monuimus. *ad Petri Cellens. epist. XIV. lib. VIII.*

judicio Remensis Ecclesiæ suo fuissent Monestesio restitutæ, queruudam literarum oostrarum occasione, sicut asserit, exlude postea quamplurima damne sustinnit. Quia igitur ea, qaæ judicio rationebiliter termioeta noscuntur, iu secidivam cootentionem revocari non debeut; discretioni vestræ pes Apostolica scripta mandemus, quetious rei veritatem diligeuter & sollicite investigetis: & si vobis constiterit, jem dictum Monasterinm de præscriptis possessionlbus & ancilla rationabiliter restitutum fuisse, sestitutionem lpsam ratam & firmam permanere, & damua eidem mouesterio super his irrogeta, omni occasioue & appeliatione remota, nostra fretiauctoritate restitui faciatis. Datnm Tuscul. ev. Idne Mali.

EPISTOLA IX.

Alexander Episcopas servas servoram Dei, dilectis filiis Abbati sancti Remigii, & Fulconi Decann Remensi salutem & Apostulicam benedictionem.

Ut cognoscant de causa quorundam qui judicem a Pontifice constitutum recusabant.

CUm oljm ex parte Warinl & filii sul Remensinm civium ceusa, quæ luter ipsos, OldeWinnm & Joannem Remenses [a] Burgeuses, super domo quadam vertitur, ad nos delata fuisset, eandem ceusam, si bene memiuerimus, venerabili fretsl nostro Ambianensi Episcopo commisimus termiueodam. Nunc autem, sicut ex transmissa conquestione prædicti OldeWiui & Joaonis ad aures nostras pervenit, cum ipsi jnxta mandatum nostrum ad eundem Episcopum accessissent, ab eo ad audientiam nostram appellarunt, judicem ipsum sicut suspectum vitentes, quoniam prædictus Werlous & filins ejus familiaritatem cum eodem Episcopo habere dicnntur, & alter eornm de mensa sua esse perhibetur. Quia igitnr prædictis Burgensihue per responselem snnm ad oos venieutihus, altera pars nec venit, nec aliquem pro se responsalem trensmisit, nos ettendentes, qualiter judex non debear in causa constitui, qui merito alterntri pattium possit esse suspectus, causam ipsam experientiæ vestræ committimns: mandantes quatious utraque parte aote vestrem præsentiam convocata, causam diligeotius audietis, & eem, si vobis constiterit appellatum fuisse, contradictione & appellatione remota, sine debito terminetis. Detum Tuscul. ex. Kelend. Aprilis.

EPISTOLA X.

Alexander Episcopus servas servoram Dei, dilectis filiis Abbati sancti Remigii, & Falconi Decam Remeasi salutem & Apostolicam benedictionem.

Litem judicandam committit.

EX literis quas Præpositus, & Capitulum [b] saocti Symphoriani nobis miserunt, ad audientiam oostram uoveritis esse perlatum, quod cum controversia inter N. clericum, & H. & E. & eornm coadjutores, super quadem

A domo censuali ejusdem Ecclesiæ, quam prædictus clericus in eleemosynam sibi datam asserebat, & prædicti viri dicebant sibi jure hæreditario pertinere, fuisset exorta, lidem viri ad veuerabilem fratrem nostrum Henricum Remensem Archiepiscopam, & prædictus N. ad oostram audientiam appellavit. Quia igitur absentibus pertibus eidem ceusæ debitum non potuimus finem imponere, eam discretiooi vestræ duximus commirtendam. Inde est qnod prudentiæ vestræ per Apostolica scripta meodemus, quatinus cum exiude fueritis requisiti, partes ante vestram præsentiam convocetis, & rationibus hine inde euditis diligenter & cogoitis, causam ipsam appellatione remota fine debito B terminetis. Detum Vetulis ees. Kalend. Aug.

EPISTOLA XI.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, dilecte filio Abbati sancti Remigii, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ne homines monasterii sui prohibeat uxores ducere de alterius dominio.

PErlatum est ad eudientiam nostram, quod Robertum & Martiuum homines monasterii tui trahis in causam, qnia de alterius dominio uxoree dnxerunt. Quia vero hujusmodi occesio frivola & vena videtur, nec decet indebitum alicui gravamen imponere, discretioni C tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatiuns præfatos homines pro causa qnem diximus onllis agites molestiis, vel indebite gravare præsumas. Verumtamen si super hoc agere secum volueris, in curia tua ordine judiciario experiasis. Datnm Tuscul. eee. Idus Decembris.

EPISTOLA XII.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis Abbati sancti Remigii, & Fulconi Decano Remensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Judicandam causam committit.

D DIlectus filius noster Abbas sancti Theoderici transmissa nobis conquestione mouftravit, quod Helisendis mulier, & vir suus enm super quadam terra multipliciter inquietent, & indebitis molestiis agitare præsumunt. Cumque super hoc causam intrassent, demum ad nostram eudieotiam appellarunt. Quia vero ex injuncto nobis officio universis Dei fidelibus debitores existimus, & cuique in jure suo adesse debemus, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandemus, quetinus prædictam mulierem & virum ejus commoneatis, & districte compellatis, ut ab infestatione præfati Abbatis super præscripta terra omnino desistant, & eam in pace sibi ac quiete dimittant: vel si de ju- E re confidunt, in præsentia vestra ordine judiciario experiantur. Si autem causam intrare decreverint, partibus aute vestram præsentiam convocatis, & rationibus hinc inde auditis & cognitis, eandem causam, remoto appellationis obstaculo, mediante justitia, decidetis. Datum Tuscnl. et. Idus Februar.

---

a *Remenses Burgenses*) Utrique erant Remenses, sed Burgenses a civibus distinguit, quia cives eos vocat, quibus intra urbis mœnia domicilium erat: Burgenses, quibus in Burgo seu Castra S. Remigii, de quo dictum est lib.vii. epist.v. (*Petri Cellensis*) & iesra dicet epist.li.

b *S. Symphoriani*) Clarum etiam nunc Remis Canonicorum Collegium. Piodoardus lib. ii. cap. vi. de Basilicis quibus Landa Archiepiscopus diversa legavit. *Item ad Basilicam S. Symphoriani, qua vocatur ad Apostolos.*

EPISTOLA XIII.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbati sancti Remigii, & Falconi Decano Remensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ut Abbas, qui alterius Abbatis hominem cum rebus suis susceperat, restituere compellatur.

A Dilectus filius noster Humularieosis Abbar transmissis nobis literis intimavit, quod Abbas Hamensis quemdam hominem suum cum rebus suis ad habitum regularem suscepit: in quo prædictus [a] Abbas Humulariensis justitiæ suæ queritur non modicum derogatum. Quia igitur ex commisso nobis officio unicuique in B suo jure adesse debemus, discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus præfatum Abbatem auctoritate nostra moneatis, & districte compellatis, ut prædicto Abbati prænominatum hominem cum rebus suis restituat, vel secum amicabiliter pacificeque componat, aut in præsentia vestra sufficientem exinde justitiam, appellatione remota, exhibeat. Datum Tuscul. xv. Kalend. Januar.

EPISTOLA XIV.

Alexander Papa Ambianensi Episcopo & Abbati sancti Remigii.

Ut cognoscant de causa presbyteri cui Tornacensis Episcopus ecclesiam suam abstulerat.

C Um olim [b] Daniel presbyter ad præsentiam nostram accedens de fratre nostro Tornacensi Episcopo gravem apud nos querelam deposuisset, asserens quod cum idem Episcopus, quia sibi solvere noluerat quod ab eo fuerat postulatum, officio & Ecclesia sua spoliasset, & eam Waltero presbytero concessisset, eidem Episcopo super hoc literas nostras direximus, secundum quod officio nostro & rationi congruere videbatur. Tandem autem Episcopus proprios nuncios & scripta nobis direxit, significans quod prædicto Danieli præscripta Ecclesia non fuerit concessa, sed ad probationem usque ad annum commendata; ita quidem ut si non esset idoneus, & ejus conversationis & vitæ cujus esse deberet, exinde amoveretur, & Ecclesia illa libere posset honestæ personæ concedi. Postremo vero cum idem Daniel, quod tabernam frequentaret, & quod ibi multotiens ita pernoctasset, quod omissa dormitione sequenti die missam celebrasset, apud Episcopum accusatus fuisset, & in purgatione quam sibi indixerat, defecisset, ipsum ab officio suspendit, & Ecclesiam in qua ministrabat, ad repræsentationem Abbatis ad quem pertinet, Waltero sacerdoti concessit. Quo facto, postea ad venerabilis fratris nostri Remensis Archiepiscopi, & deinde ad nostram audientiam appellavit. Daniel vero hæc omnia inficians, constanter asseruit, quod a prædecessore suo ad repræsentationem præfati Abbatis præscriptam Ecclesiam habuerit, & hac sola de causa eum Episcopus officio & beneficio spoliasset, quia illi noluit quod postulaverat exhibere, & ei pro se & aliis compresbyteris audacter prohibuit, ne tam frequentes adversus eos exerceret extorsiones. Adjecit insuper, quod cum ipsum propter hoc appellasset, crimina suprascripta A postea sibi objecit, quæ primitus non fuerant objecta: & cum esset paratus se inde purgare, ei minis & terroribus suos purgatores subtraxit: nec tamen super criminibus illis ulla potuit ratione convinci. Cumque Daniel & Walterus se nostro conspectui præsentassent, & varia & diversa coram nobis adversus se allegarent, quia testium & rationum sufficientiam non habebant, in causa illorum non potuimus procedere, nec eam fine congruo terminare. Quapropter de vestræ honestatis & discretionis prudentia confidentes, eandem causam prudentiæ vestræ committimus audiendam, & fine debito terminandam. Ideoque per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandamus, quatinus, cum exinde re- B quisiti fueritis, congruo loco & tempore pariter in unum convenientes, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, causam ipsam, remoto appellationis obstaculo, mediante justitia, terminetis: ita quidem, quod si legitime vobis constiterit, quod sæpe dicto Danieli præscripta Ecclesia non fuerit perpetuo concessa, sed ad tempus commendata, aut de vinolentia, & quod ita in taberna pernoctaverit, quod altera die nulla præcedente dormitione missam cantasset, rationabiliter convictus, aut in judicio, apud Episcopum videlicet, vel Archiepiscopum suum accusatus, vel ad rationem positus, sine coactione, coram pluribus fue- C rit confessus, ei nullius appellatione obstante super eadem Ecclesia perpetuum silentium imponatis, & ipsum a Walterii impetitione desistere compellatis. Cæterum si Danieli Ecclesia illa fuit canonice tradita, & postea de aliquo crimine non fuit convictus aut confessus, propter quod ea de jure debuerit spoliari, vel si post appellationem, sicut aliquando allegavit, Ecclesia illa fuit spoliatus, ipsam ei faciatis restitui, & pacifice ac quiete dimitti. Postmodum vero, si Walterus, vel alius adversus eum agere voluerit, causam audiatis, & eam appella- D tione remota fine debito terminetis. Datum Tuscul. v. Idus Sept.

EPISTOLA XV.

Alexander Papa Ambianensi Episcopo, & Abbati sancti Remigii.

Ut cognoscant de causa Tornacensis Episcopi exactionum accusati.

C Um ex insinuatione Danielis presbyteri sancti Joannis in Gandavo nostris fuisset auribus intimatum, quod fratre nostro Tornacensi Episcopo ab eo & quibusdam aliis intolerabilem exactionem pecuniæ annis singulis extorquente, & in consuetudinem deducente, illi eum suppliciter & devote rogassent, ut a tali exa- E ctione se temperaret; ipse vehementer commotus atque turbatus prædictum Danielem, pro eo quod verbum proposuit, ab officio suspendit, & alios ad hoc terrore minarum induxit, quod quicquid statueret de rebus eorum, pro firmo accipereut; & quod grave est, Abbati sancti Petri Gandavensis præcepit, ut jam dicto Daniele prorsus expulso alium loco suo presbyterum ordinaret. Verum prædictus Episcopus transmissis nobis literis intimavit, quod cum

a *Abbas Humulariensis*) Qui nunc de Hambleriis, in diœcesi Noviomensi, in qua & Hamense S. Mariæ cœnobium ordinis S. Augustini.

b *Daniel presbyter*) Presbyter S. Joannis in Gandavo: quod oppidum cum Monasterio S. Petri, de quo epistola sequenti, eo tempore diœcesis erat Tornacensis, nunc enim proprium habet Antistitem.

Danieli

Danieli præscripta fuisset Ecclesia ad tempus commendata, & vinolentiæ deditus frequenter in taberna pernoctasset, ita quod nulla dormitatione præcedente missam non timuisset ausu temerario celebrare, & hoc in purgatione deficiens confessus fuisset, eum ab officio suspendit ; & ei Ecclesiam, quam non habebat perpetuam, sed commendatam, nihilominus abstulit. Et quoniam eodem Daniele omnia hæc inficiante, communis est & quasi generalis querela omnium, quod memoratus Episcopus presbyteros & clericos suos plusquam mercenarios tractat, & ab eis annuatim graves & impurtabiles exactiones extorquet ; discretioni vestræ per Apustolica scripta mandamus, quatinus hæc omnia diligenter & sollicite inquiratis, & quicquid exinde inveneritis, sine admixtione falsitatis nobis meram & puram veritatem vestris literis significetis: ut nos habita rei certitudine confidentius & securius corrigere valeamus quæ noverimus corrigenda. Datum Tusculani xvi. Kalend. Octob.

Epistola XVI.

Alexander Papa Petro Abbati sancti Remigii, & Fulconi Decano Remensi.

Ut cognoscat de causa Villermi cujusdam qui fenoris oppressum querebatur.

EX insinuatione Willermi latoris præsentium accepimus, quod cum a quodam cive Remensi pro sexaginta & novem solidis segetem quæ sexaginta etiam solidos valebat emisset, ille non vult surtem accipere, sed usuras immoderatas exinde nititur exturquere. Quia vero, sicut accepimus, super hoc ad nostram audientiam est appellatum, vobis, de quorum prudentia & honestate confidimus, causam ipsam committimus audiendam : discretioni vestræ præsentium auctoritate mandantes, ut prædictum civem instanter moneatis, & districte compellatis, ut pretium constitutum recipiens, eundem Willermum super usurarum exactione nulla ratione vexare præsumat. Si autem aliam justam & rationabilem causam prætenderit, eum audiatis, & appellatione cessante fine debito decidatis. Datum Toscul. xvi. Kalend. Junii.

Epistola XVII.

Alexander Papa Henrico Remensi Archiepiscopo.

Ut presbyterum in Ecclesiam, a qua ejectus fuerat, restituat.

COnstitutus in præsentia nostra R. presbyter lacrymabili nobis conquestione monstravit, quod R. & Willelmus Canonici [a] Ecclesiæ sancti Donatiani Brugensis, quia inter ipsum & præfatæ Ecclesiæ Decanum & Canonicos de oblationibus Ecclesiæ ejusdem presbyteri erat suborta controversia, in eum violentas manus injecerunt, & post appellationem ad nos factam, ipsum a sua Ecclesia ejicientes, alium in eam intrudere non formidarunt : & Galterus prædictæ Ecclesiæ sancti Donatiani Cantor, & Gillenus Canonicus, in Dominica die, coram omni populo, vestes ejus in plena processione lacerantes, illum de choro turpiter ejicere præsumpserunt. Quia vero tantæ præsumptionis excessum non possumus, nec debemus impunitum relinquere, ne laici sumant inde materiam in clericos insurgendi, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus infra quadraginta dies rei veritatem diligenter inquiras, & si ita tibi esse constiterit, præfatos viros, qui in tantam audaciam proruperunt, publice accensis candelis excommunicatos denuncies, & sicut excommunicatos ab omnibus facias cautius evitari, donec injuriam passo congrue satisfaciant, & de tanto excessu satisfacturi, cum literis tuis rei veritatem continentibus, Apostolico se conspectui repræsentent. Illum autem, qui in prædictam Ecclesiam post appellationem ad nos factam dicitur esse intrusus, exinde cessante appellatione amoveas, & ipsam jam dicto presbytero cum fructibus inde perceptis restituere non postponas. Postea vero si quis adversus prænominatum presbyterum super jam dicta Ecclesia agere voluerit, coram te ordine judiciario experiatur, & tu causam audias, & fine debito decidas. Datum Tuscul. xi. Kalend. Septemb.

Epistola XVIII.

Alexander Papa, Petro Abbati sancti Remigii.

Ut prohibeat ne orphanus super hereditate sua turbetur.

EX parte Guidonis orphani gravem querelam recepimus, quod cum G. pater suus in extremia laborans ipsi domum, agros, vineas, & quicquid in mobilibus possidebat, jure hæreditario reliquerit possidendum, & in præsentia venerabilis fratris nostri Remensis Archiepiscopi id ipsum recognoverit, nunc N. & nepotes ejus prædictum orphanum in causam trahere, & super hoc indebite molestare præsumunt. Quia igitur ex suscepti cura regiminis orphanorum patroni tenemur & defensores existere, discretioni tuæ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus si tibi constiterit in causa ipsa ad nos appellatum fuisse, & prædictum N. & nepotes ejus moneas, & auctoritate nostra districte compellas, ut prædictum orphanum super jam dicta hereditate molestare desistant, & eam sicut a patre suo concessam, & in præsentia prædicti Archiepiscopi constat fuisse recognitam, in pace & quiete ipsum possidere permittant: aut si quid juris in ea se habere confidunt, coram te sublato appellationis obstaculo ordine judiciario experiantur. Datum Tuscul. v. Idus August.

Epistola XIX.

Alexander Papa [b] Upsellensi Archiepiscopo, & universis suffraganeis ejus, tam in Suetia quam in Gothia constitutis.

Ut simoniam aliaque in ecclesiasticam disciplinam commissa emendari curent.

COnstituti a Domino, licet insufficientibus meritis, super gentes & regna, ex injunctæ nobis administrationis officio debitoque compellimur aciem nostræ considerationis ad universum commissi gregis corpus extendere,

a *Ecclesia S. Donatiani*) Archiepiscopi Remensis, cujus eo delatæ reliquiæ. Flodoardus lib. 1. cap. v. *Hinc Donatianus extitit Episcopus, cujus etiam pignora maritimas in partes Episcopi Noviomagensis vel Tornacensis perlata vario signorum memorantur splendore decorata.* Brugæ quippe Flandrorum, quæ suum quoque nunc habent Episcopum, ad diœcesim tum pertinebant Tornacensem, quæ adnexa erat Noviomensi.

b *Upsellensi Archiepiscopo*) Upsalensem alii vocant, & Upsaliam civitatem regni Suetiæ, Gothiæque metropolim. Ad hunc vero, ejusque suffraganeos scriptæ item epistulæ xxii. & xxv.

atque omnium fidelium corda inſtitutionis Apoſtolicæ ac doctrinæ ſalutaris imbre perfundere: ut ſicut in omnem terram exivit ſonus Apoſtolorum, & in fines orbis terræ verba eorum: ita quoque nos, qui eorum cathedræ præſidemus, qui eis non in vitæ merito, non in operum ſanctitate, ſed in paſtorali cura & dignitate ſucceſſimus, verbum ſalutis, Evangelium Chriſtianæ atque Catholicæ veritatis annunciemus his qui longe, & his qui prope, nomen Apoſtolicum non inane neque nudum & in ſola voce gerentes, ſed in executione officii & veritate operis, in quantum nobis Deus dederit, adimplentes. Audivimus enim & audientes non potuimus non dolere, quod apud vos, tam
B in Suetia videlicet quam in Gothia, ex nimia & perverſa non libertate, ſed abuſione potius & inſolentia laicorum, conſuetudo peſſima & omnino deteſtabilis inolevit: ex qua etiam multa illicita provenerunt, & mala non ſolum enormia, verum etiam intolerabilia pullularunt. Ipſi enim vobis inconſultis, ſicut dicitur, aut contemptis, concedunt & conferunt Eccleſias, quibus volunt: omnia ſimoniace, ſive per pecuniam, ſive per privatam gratiam vel odium agentes. Ex hoc autem multa dicuntur tam ipſo actu quam exemplo nociva & pernicioſa contingere. Quilibet enim & undecunque ſacerdos adveniens, licet ordinationis ſuæ nullum habeat teſtimonium, ſolo mandato ſeu nutu etiam laicorum, divina in ſalutis eorum ſuæque pericu-
C lum celebrare præſumit. Unde nonnunquam evenit, ut monachi fugitivi vel homicidæ, ſeu quibuslibet irretiti & notati ſceleribus, aut in gradum ſacerdotii non promoti, ſacerdotio fungi nefaria nimis & damnabili præſumptione non metuant. Quilibet vero vel omnino carens Eccleſia, vel pauperem habens & ambiens ditiorem, potentioribus de parrochia, data vel promiſſa pecunia, alium non erubeſcit tam impudenter quam illicite ſupplantare. Accedit ad hæc, quod clerici, ſive ipſi adverſus laicos, ſive laici adverſus eos litigantes experiri voluerint, laicorum judicia ſubire, & ſecundum ipſorum inſtituta ſive leges agere vel defendere
D ſe coguntur. Nec ſolum inferioris ordinis clerici talibus injuriis fatigantur: verum etiam vos ipſi, ſi juſtitiæ rigorem zelo Dei ſuccenſi aliquando exercetis, aliquam contra vos cauſam inobedientis gregis invidia machinante, vel ad igniti ferri examen, vel ad aliquod æque prohibitum & execrabile judicium provocamini: nulla canonibus, qui id prohibent, ſeu pontificali dignitati exhibita reverentia vel honore. Ad augmentum vero ſummamque malorum, clerici paſſim in eodem regno impune cæduntur, quandoque etiam occiduntur. Et quidem gravia ſunt iſta, nec profeſſionis opera Chriſtianæ, ſed inimici potius zizania reputanda. At quæ
E radicitus evellenda, & de medio veſtrum penitus extirpanda, tanto acrius vos decet & oportet inſurgere, quanto magis deſides prælatos negligenteſque reſpiciunt vitia ſubditorum, & eorum culpæ crimen adſcribitur, quod ab his quibus præſident, & pro quibus etiam reddituri ſunt in extremo examine rationem, tam frequenter quam licenter & impune committitur, maxime cum per prophetam dicatur, *Clama, nec ceſſes, annuncia populo meo ſcelera eorum*, & alibi. *Niſi annunciaveris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinem ejus de manu tua requiram*: Et in ſacris Canonibus, quos prudentiam veſtram ignorare non expedit, ſcriptum legatur,

Iſa. 58. 1.
Ezech. 3. 18.

A Negligere, cum poſſis, perturbare perverſos, nihil eſt aliud quam fovere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Ex eo autem, quod peccata ex nimia & longæva licentia in conſuetudinem jam venerunt, cum ſit, juxta quemdam Philoſophum, infelicitas conſummata, & vix videatur locus eſſe remedio, ubi quæ fuerunt vitia mores fiunt, & juxta Evangelium, qui mortuus fuerat in peccato jam fœteat: multo majori opus eſt ad ſuſcitandum cum Domino mortuum, non ſine lacrymis & compaſſione, conamine, ne deſperentur, ſicut quatriduanus in monumento, quibus poteſt invocato Dei nomine cum ipſius adjutorio ſubveniri. Ut ergo etiam in eis glorificetur
B Deus, & ſapientia honorificetur a filiis ſuis, caritatem Moyſi pro populo Dominum obſecrantis, zelum Phinees vindicantis, contritionem David orantis, miſericordiam Jeſu Chriſti ſuper Hieruſalem flentis & pro Lazaro lacrymantis aſſumite; & habentes ſecundum Apoſtolum ſcutum fidei, loricam juſtitiæ, & galeam ſpem ſalutis, accingimini armatura Dei, & pugnate cum antiquo ſerpente, eum de obſeſſis per inhabitantia peccata corporibus expellentes, & diripientes univerſa, in quibus habet fiduciam, eos quos domum ſibi facere nititur, cum gratiæ cæleſtis auxilio, a vitiorum ſordibus emundantes, ut domus Dei, templum videlicet Domini ſanctum quod eſtis vos, dici ac fieri mereantur. Nec vos ullus terror ab officii paſto-
C ralis executione retardet, recolentes & non tantum verbo, ſed opere profitentes, quod ille ſummus & primus paſtor docuiſſe legitur & feciſſe: *Bonus*, inquit, *paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis*. Et quoniam per errorem, & tam divini quam humani juris ignorantiam, apud vos inoleviſſe videntur mala quæ diximus, a laicis tanquam licita impune hactenus uſurpata, ſanctorum patrum ſtatutis tanquam armis utentes, ipſis inniti debebitis, atque ea & vos cum eis, his quæ illicite committuntur opponere, ut ex eorum ſcientia & auctoritate diſpereant, quæ per abuſionem nimiam & ignorantiam
D ſucceverunt. Sane laicos Eccleſias, vel Eccleſiaſtica beneficia dignitateſque concedere, ſeu de ipſis ulla ratione diſponere, ſanctorum patrum ad inſtar ſacrilegii prohibent inſtituta. Clericos autem, qui ab eis, vel per eos dato pretio, ſive gratis, Eccleſiam, vel inveſtituram Eccleſiæ ſeu Eccleſiaſticæ dignitatis acceperint, præter ordinis ſui periculum excommunicationis etiam pœna condemnant. Nam in Synodo Symmachi Papæ ſtatutum legitur, "Non placuit laicum ſtatuendi in Eccleſia aliquam habere facultatem, "cui ſubſequendi manet neceſſitas, non auctoritas "imperandi. Item. Laicis quamvis religioſis nulla "de Eccleſiaſticis dignitatibus aliquid diſponendi "legitur attributa facultas. Item Calixtus Papa.
E "Si quis principum, inquit, vel aliorum diſpoſitionem, ſeu donationem, ſive poſſeſſionem Eccleſiaſticarum rerum ſibi vendicaverit, ut ſacrilegus judicetur. Item Paſchalis. Nullus laicorum Eccleſiarum bona occupet, vel diſponat. "Qui vero ſecus egerit, juxta B. Alexandri capitulum, ab Eccleſiæ liminibus arceatur. Item "Alexander. Per laicos nullomodo quilibet clericus aut presbyter retineat Eccleſiam neque pretio, neque gratis. Item Paſchalis. Si quis clericos, Abbas, vel monachus per laicos Eccleſiam obtinuerit, ſecundum Apoſtolorum ſanctorum canones, & Capitulum Antiocheni Concilii, excommunicationi ſubjaceat. Idem Conſtitu-

Joan. 10. 11.
Synod. Rom. an. 502. can. 3.
Ibid.
16. *q.* 7. Si quis.
16. *q.* 7. Nullus.
16. *q.* 7. Per laicos
16. *q.* 7. Si quis clericus.

„tiones sacrorum canonum sequentes statuimus, ut „quicunque clericorum ab hac hora investituram „Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ dignitatis de manu „laici acceperit, & qui ei manum imposuerit, „gradus sui periculo subjaceat, & communione „privetur. Et in hanc sententiam alia multa ca„nonum instituta & sanctorum patrum decreta con„veniunt. Ceterum Ecclesias, vel Ecclesiastica beneficia pretii, seu cujuscunque muneris interventu conferre simoniacum est, & simoniacam sapit proculdubio pravitatem. Porro Simoniæ crimen quam sit detestabile, quam horrendum, ipsa vos ejus infamis immanitas ignorare non finit. ex quo profecto tam dantem quam accipientem damnatio Simoniæ, quam sacra actuum Apostolorum lectio protestatur, involvit. Ad cujus condemnationem cum plurima præter Apostolicam sanctionem sanctorum patrum rescripta manaverint, pauca credimus ex pluribus suffectura. Inter quæ pri-

1. q. 1. Presbyter.

„mum sit illud B. Gregorii: Presbyter, inquit, „si Ecclesiam per pecuniam obtinuerit, non so„lum Ecclesia privetur, sed honore sacerdotii spo„lietur: quia altare, decimas, & Spiritum san„ctum emere, vel vendere simoniacam hæresim „esse nullus fidelium ignorat. Idem alibi. Audivi„mus, dilectissimi, quod nos audire oportuit, sed „audisse profecto non libuit: quosdam scilicet sa„crorum ordinum esse professores, qui sub mune„rum datione, vel acceptione, Dei Ecclesias, vel „earum sibi sacrificia usurpant. quod quidem sce„lus vos non jamdudum acriter correxisse mira„mur. Juste enim uterque corripiendus est, & a „sanctæ liminibus Ecclesiæ submovendus, & qui „pro Ecclesiæ ambitu munera largitur, & qui ut „Ecclesiam det, quicquam præsumit accipere. „Ista quippe donum Dei emere, hic autem ven„dere præsumit. Sacrilegio quoque hoc facinus non „dispar dixerim, cum id, quod sponte & sacro „deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pe„cuniæ cautione causatur. Quare, fratres carissi„mi, quæ taliter facta sunt curiose refellite, in„fecta prohibete, vestrisque jussionibus resistentes „digno anathematis vinculo percutere non dubi„tate. Item. Si quis dator vel acceptor Dei Ec„clesias, vel Ecclesiastica beneficia, quæ quidam „præbendas vocant, sub pecuniæ interventu, si„ve dando emerit, sive accipiendo vendiderit, a „Simonis non excluditur perditione. Non solum „autem pecunia, sed & quælibet obsequii aut mu„neris species in hujusmodi criminaliter interce-

Lib. 9. in Job. c. 17.

cedit. Unde idem B. Gregorius Bene inquit, cum virum justum pro præbenda describeret, „ait, Beatus qui excutit manus suas ab omni mu„nere. Non dixit solum a munere, sed ab omni „munere: quia aliud est munus ab obsequio, a„liud a manu, aliud a lingua. Munus ab obse„quio est servitus indebite impensa, munus a ma„nu, pecunia est, munus a lingua, favor. Qui er„go sacros ordines tribuit, tunc ab omni mune„re manus excutit, quando in divinis rebus non „solum pecuniam nullam, sed nec etiam huma„nam gratiam requirit. Quod autem sacerdos, „aut quilibet clericus, aliunde adveniens, vel igno„tus, sine testimonio & literis saltem Episcopi sui „in aliena Diœcesi recipi aut ministrare non debeat, „in Calchedonensi legitur Concilio definitum per

Can. 13.

„hæc verba: Extraneo clerico, vel lectori, extra „suam civitatem sine literis commendatitiis pro„prii Episcopi, nusquam penitus liceat ministrare.

Conc. Carthag. 111. Can. 21.

„Item in Concilio Carthaginensi, Clericum alie„num, nisi concedente ejus Episcopo, nemo au„deat retinere, vel promovere in Ecclesia sibi „credita. Item B. Augustinus in sermone quodam

Dist. 71. Hortamur

ad populum, Hortamur, inquit, Christianitatem vestram, ut juxta sanctorum canonum instituta, in Ecclesiis a vobis fundatis aliunde veniens presbyter non suscipiatur, nisi a vestræ fuerit Ecclesiæ Episcopo consecratus, aut ab eo per commendatitias literas suscipiatur. Ad hoc, ne Clerici ad sæcularia judicia pertrahantur, & Romanorum Imperatorum leges prohibent, quæ tanquam canones, ubi canonibus non obviant, sunt observandæ, & sanctorum patrum ac prædecessorum nostrorum auctoritas interdicit. Scribit enim beatæ memoriæ Gelasius Papa dicens:

Caius. 11. q. 1. Nemo.

Nemo unquam Episcopum, aut reliquos clericos, apud judicem sæcularem accusare præsumat. Item Alexander omnibus orthodoxis: Relatum est ad

11. q. 1. Relatum.

hujus sanctæ & Apostolicæ sedis apicem, cui summarum dispositiones causarum & omnium negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput dicente, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo &c. quod quidam æmuli, ejusque sanctæ Ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei apud judices publicos accusare præsumant, cum magis Apostolus Christianorum causas ad Ecclesias deferre, & ibidem terminari præcipiat. Taliter prævaricantes prævaricaverunt in Deum suum, & non obedivit præceptis ejus. Ferventis vero aquæ, vel candentis ferri judicium, sive duellum, quod monomachia dicitur, Catholica Ecclesia contra quemlibet etiam, ne dum contra Episcopum non ad-

2. q. 5. Consuluisti.

mittit. Unde Stephanus Papa V. Ferri candentis, inquit, vel aquæ ferventis examinatione confessionem extorqueri a quolibet sacri non censent canones, & quod SS. patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinventione non est præsumendum. Item Nicolaus Papa. Mono-

2. q. 5. Monomachiam.

machiam in lege non assumimus, quam præceptam fuisse non reperimus: quam licet iniisse quosdam legamus, sicut S. David & Goliam sacra prodit historia, nusquam tamen ut pro lege teneatur, divina sanxit auctoritas, cum hoc & hujusmodi sectantes Deum solummodo tentare videantur. Præterea illud adjiciendo mandamus, quatinus populum regimini & gubernationi vestræ commissum decimas Ecclesiis fideliter & devote persolvere, sicut ab ipso Domino noscitur institutum, diligenter ac sollicite moneatis, & si necesse fuerit sub districtione anathematis compellatis, juxta illud Malachiæ prophetæ in

Malac. 3. 10.

persona Domini loquentis: *Inferte*, inquit, *omnem decimationem in horreum meum, ut sit cibus in domo mea*. Unde in Concilio Maguntien-

16. q. 7. Decimas.

si: Decimas Deo & sacerdotibus Dei dandas Abraham factis, Jacob promissis insinuat, & omnes sancti sacerdotes commemorant. Item ex Con-

16. q. 7. Omnes.

cilio Rothomagensi: Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur. Sed quia multi inveniuntur decimas dare nolentes, statuimus ut secundum Domini nostri præceptum admoneantur semel, secundo & tertio. Qui si non emendaverint, anathemate usque ad satisfactionem & emendationem congruam feriantur. Nec tamen ideo ea, quæ Ecclesiis, immo Deo, ipsi, vel parentes eorum contulisse noscuntur, revocare, vel Ecclesiasticarum personarum dispositioni subtrahere volentes, eruut aliquatenus audiendi: quæ si etiam homini contulissent repetere non valerent. Unde Ambrosius in libro de

Lib. 2. de pœnit. cap. 9.

pœnitentia: Sunt qui opes suas temulentario mentis impulsu, non judicio perpetuo, ubi Ecclesiæ contulerint, postea revocandas putant. quibus nec prima merces grata est, nec secunda: quia

Can. 4. » nec prima judicium habuit, & secunda habuit » sacrilegium. Item ex Concilio Agathensi: Cle» rici, vel sæculares, qui oblationes parentum aut » datas, aut testamento relictas, retinere persti» terint, aut id, quod ipsi donaverint Ecclesiis » vel monasteriis, crediderint auferendum, sicut » sancta Synodus statuit, velut necatores paupe» rum, quousque reddant, ab Ecclesiis excludan» tur. Illos vero qui in clericos violentas manus, nisi forte se defendentes injiciunt, pœnam excommunicationis incurrere sacrosancta Romana jam pridem statuit, & inviolabiliter tenet Ecclesia: nec a quoquam omnino, nisi a Romano Pontifice, vel de mandato ejus absolvi patitur, aut permittit. Vos itaque ipsius, quæ omnium Ecclesiarum caput est & magistra, vestigiis inhærentes, ejus ac nostræ in supradictis omnibus acquiescite sanctioni: & secundum ea quæ a sanctis patribus, & prædecessoribus nostris instituta prædiximus, observate, atque ab omnibus per Episcopatus vestros quantum in vobis est faciatis firmiter & inviolabiliter observari. Contemptores equidem Ecclesiastica præcipimus usque ad condignam pœnitentiam ultione percelli. Obedientibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in futuro præmia æternæ pacis inveniant. Datum Tusculani IV. Idus Septembris.

Epistola XX.

Alexander III. Universis Dei fidelibus per Daciam constitutis.

Ut Fulconis Estonum Episcopi inopiam opibus suis sublevent.

OMnes qui pie volunt in Christo vivere, & ad jubar incircumscripti luminis, & ad illam cælestem patriam, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, ubi nec fures fodiunt, nec furantur, nec tinea demolitur, pervenire desiderant, diem oportet extremum misericordiæ operibus prævenire, & æternorum intuitu seminare in terris, quæ cum multiplicato fructu largiente Domino recolligere possint in cælis. Scriptum est enim. *Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus de benedictione metet vitam æternam.* (*2. Cor. 9. 6.*) Credimus sane universitati vestræ innotuisse, qualiter venerabilis frater noster [a] Fulco Estonum Episcopus, inopia & paupertate prematur, & ad convertendam gentem illam sui Episcopatus, quæ Christianæ fidei ignara est, totis viribus elaboret, & quantam potest sollicitudinem ac diligentiam adhibere procuret. Quia vero particeps mercedis efficitur, qui ei ad tam pium & sanctum opus perficiendum consilium & subsidium subministrat, devotionem vestram monemus & exhortamur in Domino, & in remissionem peccatorum vestrorum injungimus, quatinus de bonis a Deo vobis collatis prædicti Episcopi inopiam sublevantes, ei manum auxilii porrigetis, & caritatis solatia divini amoris intuitu ministretis: ut per hæc & alia bona, quæ Deo inspirante feceritis, apud altissimum peccatorum vestrorum veniam consequi, & ad æternæ felicitatis gaudia mereamini, propitiante Domino, pervenire. Datum Tusculani XV. Kalend. Octobris.

A

Epistola XXI.

Alexander Papa III. regibus & Principibus, & aliis Christi fidelibus, per regna Danorum, Norvvegensium, Guetamorum, & Gothorum constitutis.

Ut adversus Estones Christiani nominis inimicos fortiter pugnent.

NOn parum animus noster affligitur, & amaritudine non modica & dolore torquetur, cum feritatem Estonum & aliorum paganorum illarum partium adversus Dei fideles & Christianæ fidei cultores gravius insurgere, & immaniter debacchari audimus, & Christiani nominis impugnare virtutem. Verumtamen laudamus & benedicimus Dominum, quod vos in
B
fide Catholica, & in devotione sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ omnium Ecclesiarum caput est & magistra a Domino constituta, super omnes alias Ecclesias cælesti privilegio obtinet principatum, immobili firmitate persistitis, & Christianæ religionis vinculum & unitatem servatis. Unde quoniam expedit officio nostro, ea quæ ad corroborationem fidei, & animarum vestrarum noscuntur pertinere salutem, vobis sollicita exhortatione suggerere, & studiosius suadere, universitatem vestram monemus & exhortamur in Domino, quatinus divino cultui intendere, misericordiam & justitiam & judicium diligere, a rapinis & iniquis operibus ab-
C
stinere, devota Deo & accepta obsequia impendere, prædictæ sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, tanquam matri & magistræ vestræ, debitum honorem & reverentiam exhibere, Episcopis, sacerdotibus, & aliis prælatis vestris humilitee obedire, & eis decimas, primitias, & oblationes, & alias justitias suas reddere, & ipsos tanquam patres & pastores animarum vestrarum honorare modis omnibus studeatis, & jura eorum defendere, manu tenere propensius, & conservare curetis, & armis cælestibus præmuniti, & Apostolicis exhortationibus confirmati ad defendendam Christianæ fidei veritatem spiritu fortitudinis accingamini, taliter in brachio forti ad propagandam Christiani nominis religionem in-
D
tendentes, ut victoriam de inimicis possitis consequi & coronam justitiæ, quæ vobis reposita est, patrante Domino, adipisci. Nos enim eis, qui adversus sæpe dictos paganos potenter & magnanimiter decertaverint, de peccatis suis, de quibus confessi fuerint & pœnitentiam acceperint, remissionem unius anni, confisi de misericordia Dei, & meritis Apostolorum Petri & Pauli, concedimus, sicut his qui sepulcrum Dominicum visitant concedere consuevimus. Illis autem, qui in conflictu illo decesserint, omnium suorum, si pœnitentiam acceperint, remissionem indulgemus peccatorum. Datum Tusculani III. Idus Septembris.

E

Epistola XXII.

Alexander Papa III. Upsellensi Archiepiscopo, & suffraganeis ejus.

De matribus, quæ prolis suæ procurant interitum.

VIce beati Petri Apostolorum principis, largiente Deo & Domino nostro, qui ait *Speculatorem dedi te domui Israel*, (*Ezech. 3. 17*) super gentes & regna, licet immeriti, in Apostolicæ sedis specula constituti, pontificalis officii debito pro uni-

a *Fulco Estonum Episcopus*) De Fulcone dictum sæpius. Estones populi regno Suetiæ attributi. Auctor enim est Saxo Grammat. lib. 1. Frontonem Danorum regem Erico Suetiæ regi Estiam & Finniam annuo stipendiorum jure concessisse.

versis compellimur sollicitudinem gerere, & antiquo hosti, qui tanquam sævissimus leo circuit quærens quem devoret, pastorali providentia obviare, ne gregem Dominicum invadat, & diversis eum vitiorum morsibus laceret. Inde est quod vehementi cor nostrum doloris pulsatur stimulo, audito quod in partibus vestris in tantum libido crudelis & turpis excreverit, ut quædam mulieres prolis suæ procurent interitum, earumque corruptores tam horrendo & detestabili facinori non solum consentire, verum etiam illud persuadere præsumant: & alii incestuosa conjunctione plerique cum jumentis abominanda se pollutione commaculent. quæ quantum sint gravia & creatori nostro penitus inimica, ipsa sceleris atrocitas satis demonstrat, quam nec audientium aures sine ingenti possunt horrore percipere. Si enim qui jactato in terram semine prolem nolebat ex uxore suscipere, percussus a Domino testamenti veteris serie dinoscitur, qua pœna feriendus esse monstratur, qui natum proprium non abhorret occidere, & mavult interire quam vivere? Cujus utique criminis pœna illud etiam persuadentes vel consentientes involvi beatus Augustinus ostendit dicens, „Se periculose decipiunt, qui existimant eos tantum homicidas existere, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum consilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Nam Judæi Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est: *Nobis non licet interficere quemquam*. sed tamen illis mors Domini imputatur, quia ipsi eum lingua interfecerunt dicentes, *Crucifige, Crucifige eum*.

De pœnit. dist. 1. cap. Noli.

Joan. 18. 31.

Joan. 19. 6.

Incestum vero quantum sacri abhorreant Canones, Concilium * Ilerdense demonstrat: „Cum his, inquit, qui incestus se pollutione commaculant, quandiu in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseverant, nec cibum sumere ulli Christianorum, sicut Apostolus jussit, licebit. Porro scelus cum jumentis coeuntium quanta sit animadversione plectendum, legislator Moyses declarat, cum etiam ipsa interfici animalia jubeat, quæ tali contaminata flagitio indignam refricant facti memoriam. Quia igitur abominabilem horum excessuum præsumptionem severa satis districtione congruit insequi, prædictos propriæ prolis necatores, & tam ipsum facinus persuadentes, quam consentientes, seu quoslibet parricidas, aut cum matre, filia, consobrina, vel nepta agentes, quam cum jumentis coeuntes, artiori pœnitentiæ jugo curetis compescere, & nisi senio confecti, vel corporis fuerint debilitate seu egestate oppressi, eos ad sedem Apostolicam compellatis venire, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli limina visitare, ut in sudore vultus sui, & viarum labore superni judicis iram evadere, & ipsius misericordiam valeant invenire. Ad hæc qui dormiendo non voluntate, sed casu filios suos oppressisse inveniuntur, triennio, si iidem filii fuerint baptizati, si vero absque sacro baptismate decesserint, quinquennio pœnitentiæ disciplinis subjaceant. Sacerdotes, quos ab his convenit studiosius præcavere, officii sui perpetua executione priventur. Verum si qui parentum absentes fuerint, quando eorum filii suffocantur, aut si id sub aliena custodia contigerit, extra culpam erunt, si tamen eos non furiosæ, sed congruenti custodiæ ipsos se crediderint tradidisse.

De incestis & alia fœda libidine.

** an. 524. Can. 4.*

Præterea non sine cordis amaritudine quosdam sacerdotes contra Apostolicas institutiones, cum sicca fæce vini, vel cum micis panis vino intinctis Missam celebrare audivimus: & fideles laicos non Christiano more, absque sacerdotali benedictione & Missa matrimonium contrahere. Unde sæpe illicita contingit fieri conjugia, & inter legitimas personas divortium intervenire. Sane cum omne crimen atque omne peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur, quid de cetero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificii oblatione erratur? Cum enim magister veritatis discipulis suis sacramentum commendaret nostræ salutis, non siccam fæcem vini, non micas panis vino intinctas accepit, sed panem & calicem, & benedicens dedit discipulis suis. Quia igitur secus agere Evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini Ecclesiasticæ penitus est adversum, Apostolica prohibemus auctoritate, ut cum sicca fæce vini, vel cum micis panis vino intinctis, vel alio modo quam Dominus instituit, nullus de cetero sacrificare attentet: sed secundum formam sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ, quam vos in omnibus imitari oportet, solum panem & vinum aqua mixtum in sacrificio corporis & sanguinis Domini offeratis.

De iis qui cum sicca fæce vini, & micis panis vino intinctis missam faciunt.

Ceterum clandestina & absque sacerdotali benedictione non debere contrahi conjugia, aut nisi inter legitimas personas, quæ infra septimum gradum nulla consanguinitatis linea conjungantur, nec contracta, nisi canonice & consensu Episcopi dissolvi, multorum sanctorum patrum declarat auctoritas. Vos itaque muniti sanctorum patrum sanctionibus & Ecclesiasticis institutis, hæc quæ dicta sunt diligenter servate, & ab aliis præcipite inviolabiliter observari, dispensationis moderamine utentes, ut qui in quinto, vel quarto gradu conjuncti sunt, eos non separetis, sed ne amplius taliter conjungantur, pontificali auctoritate & districtione prohibeatis. Datum Tuscul. v. Idus Septembris.

De matrimoniis sine sacerdotali benedictione factis.

EPISTOLA XXIII.

Alexander Papa III. Colon. [a] *Lingacopensi Episcopo.*

EX dispensatione commissæ nobis sollicitudinis, & ex debito caritatis viros Pontificali officio præditos, & morum honestate ornatus sincera tenemur caritate diligere, & eorum vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere: ut tanto fortius ornamenta virtutum appetere, & honestis insistere moribus studeant, quanto se ab Apostolica sede majore honore cognoverint & gratia præveniri. Relatum siquidem est auribus nostris, quod dilecto filio nostro Stenar. quondam Lingacopensi Episcopo claustralem quietem Episcopali honori præponente, & pontificalem dignita-

Approbat ejus electionem in locum alterius, qui sponte abdicans, monasterium petierat.

---

a *Lingacopensi*) Lincopensi, Upsallensis suffraganeo. Nota est civitas Sueciæ, in qua Synodum celebrasse legitur Nicolaus Angelicus Cardinalis Eugenii III. Legatus, anno M. C. XLVIII. Lingacopensis Episcopatus iterum mentio epist. xxvi 1.

tem in manu venerabilis fratris nostri Eskili Londensis Archiepiscopi Apostolicæ sedis legati, & regalia coram rege & primatibus regni libere & spontanee resignante, clerus & populus ejusdem loci, de assensu prædictorum Archiepiscopi & regis atque ducis terræ, te in patrem & Episcopum suum unanimiter & concorditer elegerunt. Verum licet ei non licuerit absque auctoritate Romani Pontificis Episcopali dignitati abrenunciare, volentes tamen necessitati Ecclesiæ tuæ paterna provisione prospicere, & honestati tantorum virorum deferre, id æquanimiter supportamus, & electionem & consecrationem tuam ratam & firmam habentes, eam auctoritate Apostolica confirmamus, & tibi in subditis tuis corrigendi vitia & superflua resecandi plenam concedimus facultatem. Tu vero subjectorum culpas tanta redargutionis instantia insequaris, quod & qui culpabiles sunt suos excessus corrigant celeriter, & emendent, & alii hoc videntes ad committenda similia non aspirent. Hac tamen consideratione præhabita, ut dure & aspere, leniter & mansuete, secundum naturas & qualitates personarum, vitia corrigas subditorum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum hanc paginam nostræ confirmationis infringere liceat, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Tusculan. vi. Idus Septembr.

Epistola XXIV.

Alexander Papa III. Guillelmo [a] Stranensi Episcopo.

Fines ecclesiæ in sua protectione recipit possessiones confirmat.

FRatres & Coepiscopos nostros, & eos præcipue, qui in medio pravæ nationis sunt positi, & in remotis mundi partibus constituti, arctiori nos convenit caritate diligere: & ut in commisso sibi amplius talento proficere valeant, & ad cultum justitiæ & domus Dei decorem fortius accingi, eis Apostolicæ sedis gratiam & favorem nos convenit impertiri. Attendentes igitur devotionis tuæ constantiam, & fidei puritatem, qua beato Petro & nobis immobili firmitate adhærere conspiceris, te sicut venerabilem fratrem nostrum diligere & honorare, & tuis rationabilibus votis & desideriis debita cupimus benignitate favere. Inde est quod Ecclesiam tuam sub beati Petri ac nostra protectione recipientes, ea quæ in præsentiarum pacifice ac legitime possedit, & specialiter Neeric, sicut a rege & Metropolitano tuo, & a venerabili fratre nostro Eskilo Lundensi Archiepiscopo, Apostolicæ sedis legato, tibi confirmata est, & scripti sui munimine roborata, tibi & per te eidem Ecclesiæ auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Tuscul. vii. Idus Septemb.

Epistola XXV.

Alexander Papa III. Upsellensi Archiepiscopo & suffraganeis ejus, & [b] Guthermo duci.

Ut Finnos qui se Christianos fore fraudulenter promittebant, deinceps non juvent adversus hostes.

GRavis admodum & difficilis est ad Apostolicam sedem querela perlata, quod [c] Phinni semper imminente sibi exercitu inimicorum, fidem servare Christianam promittunt, & prædicatores & eruditores Christianæ legis desideranter requirunt, & recedente exercitu fidem abnegant, prædicatores contemnunt, & graviter persequuntur. Unde quoniam in hoc Deo illudere, & Christianam religionem deridere videntur, & illis se duplo filios gehennæ constituentibus, salus & vita eorum tota in terrenis, neglectis cælestibus, conspicitur consistere: nec est dignum, ut eis in adversitate Christianum nomen defensionem conferat, quod in prosperitate despicere & horrere probantur, universitatem vestram monemus, atque mandamus, quatinus a fallaciis & fraudibus eorum ita prudentes & discrete de cetero caveatis, quod si ingruerit necessitas, ad auxilium & defensionem vestram non possint recurrere, nisi munitiones, si quas habent, vobis tenendas assignent, aut alias adeo sufficientem cautionem exhibeant & securitatem, quod amodo nullatenus pedes retrahere, aut vestram prudentiam valeant circumvenire: sed Christianæ fidei documenta cogantur tenere firmiter & servare: ne amplius de eorum numero videantur, de quibus dictum est, Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Datum Tuscul. v. Idus Septemb.

Epistola XXVI.

Alexander Papa III. [d] Trundensi Archiepiscopo, & A. quondam Staveng. Episcopo.

Ut Nicolaum Monachum Fulconi Estonum Apostolo socium mittant.

LEx divina & humana desiderat, & debitum caritatis exposcit, ut bono & utilitati communi debeamus intendere, & ad revocationem & conversionem infidelium operam omnimodam & sollicitudinem adhibere. Inde est quod prudentiam vestram rogamus attentius & monemus, venerabili fratri nostro Fulconi Estonum Episcopo, qui ad convertendam gentem illam divina gratia inspiratus ministerium prædicationis & laborem proponit assumere, Nicolaum monachum, qui de gente illa sicut accepimus est oriundus, virum religiosum atque discretum, in socium concedatis: ut tantum bonum possit perficere, & gentem illam ad agnitionem veri luminis, & ad culturam & doctrinam Christianæ fidei, verbo prædicationis auxiliante Domino revocare, & vobis exinde valeat æternæ mercedis cumulus provenire. Datum Tuscul. v. Idus Septemb.

---

a *Stranensi*) In Suetia item, sub Episcopo Upsellensi, quem metropolitani ejus nomine significat. In notitia Episcopatuum Straginiensis appellatur.

b *Guthermo duci*) Suecorum. Guthormus dicitur Saxoni Grammatico libro xiv. ubi de baptismo agit Kanuti filii Waldemari Daniæ regis. *Quod religiosæ*, inquit, *executionis officium Sueonum ducis Guthormi, qui neptem Waldemari eorumdem regi Karolo desponsam adducendi causa legationem attinerat, præsentia venustabat.*

c *Phinni*) Finni Boreales Suetiæ populi, qui Finniam seu Finningiam incolunt.

d *Trundensi Archiepiscopo*) In Nurvegia. Norvegiæ Metropolim alii Trondemum nominant. Saxo lib. x. extremo. *Corpus ejus*, Magni regis, *Norvagiam relatum Trondemi in regiorum monumentorum arca sepulturam possedit.* Ejusdem etiam metropolis suffraganeus est Episcopus Stavengatensis.

Epistola XXVII.

Alexander Papa III. universis tam sleticis quam laicis Lingacopensis Episcopatas.

Ut Episcopo suo pareant.

DEcet universitatem vestram, quæ ad perfectionem virtnum & salutem pertinent animarum, toto stndio cogitara, & ea voluntario effectn perficere, per quæ gratiam possitis altissimi acquirere, & ad æternæ felicitatis glosiam cum auxilio divini numinis pervenire. Ceterum qaoniam sine obeditntiæ virtute nemo Deo petfecte potest placere, aut acceptum servitium reddere, per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandamus & mandando præcipimus, quatinus venerabili fratri nostro C. Episcopo vestro, sicut bonæ memoriæ Giloni prædecessuri suo fecisse noscimini, omnimodam obedientiam & severentiam impendatis, & in bisquæ Dei sunt, & ad vesttarum animarum spectant salutem, monitis & mandatis ejus humiliter parere euretis, & ei de justitiis suis integre, & plenarie respondeatis: ita quod apud Deum pro humilitate & obedientia vestra peccatorum vestrorum veniam & gloriam valeatis promereri æternam. Si qui autem vestrum ei contumaces vel rebelles extiterint, senreuriam quam idem Episcopus propter hoc in eos rationabiliter tulerit, auctore Domino ratam & firmam babebimus. Datum Tuscul. av. Kal. Octob.

Epistola XXVIII.

Alexander Papa III. [a] *Gnidoni Abbati sancti Nicasii & M. Radulfo Canonico Remensi.*

Ut damna monasterio s. Remigii illata reparari curet

SUggestum est auribus nostris, quod Galcherns de Castellione villam de Belloi, quæ ad Monasterium beati Remigii pertinet, diabolico furore accensus destruxit, & duas alias villas ejusdem monasterii ita spoliavit, quod spolia inde abducta XL. librarnm pretio æstimantnr. Milu vero Malus-vicinus, cum eidem monasterio plura damna & injurias intulisse dicatnr, nec vult inibi satisfacere, nequa quod ratio exigit exhibere. Simon aatem de Burgo prædicto monasterio apud Wandrecicurt damna plurima & injurias inferre non cessat. Præterea Burdinus de Besanes terram, quæ prænominato monasterio fuit in eleemosynam data, duobus hominibus, quibus eam Abbas ejusdem loci hereditario jure concesserat, auferre laborat. Sane presbyter de Alem. in villa præscripti monasterii qnandam domum in damnum ejusdem Ecclesiæ ædificare præsumit. Ad hæc cum quidam homo sancti Remigii se eum quadam parte hereditatis suæ, divini amoris & earitatis ardore succensus, hospitali sanctæ Mariæ Remensis ad serviendum hospitibus pro animæ suæ remedio reddidisset, parentes ejus a longe venientes, qnamvis magnam partem bonoram suorum eis dederit, prælibatnm monasterium & Ecclesiam Remensem super jam dicta eleemosyna inquietase nitunens. Unde qnoniam nostra interest, jura Ecclesiarum defendere, & eis contra malefactores suos Apostolicæ protectionis patrocinium

A ministrare, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus ex parte nostra prædictas personas commoneatis, & districtius compellatis, ut prædicto monasterio da damnis & injuriis allatis congrue satisfaciant, & ablata restituaut, & de cetero ab ejus & rerum suaram molestatione penitus conqniescant, vel sub vestræ discretionis eaamine plenam exinda sibi justitiam exhibeant. Præterea Abbas sæpe dicti monasterii de Thesaurario Laudunensi, quod apud Creonam justitism suam imminuat, & penitus subtrabat, & de Willermo Marescaleo nobilis viri Comitis Henriei, quod cuidam homini sao x. libras abstulerit, & multa ei mala fecerit; & de Abbate de Tanaliis, qui cum dieatur multa illi damna inferre, ei exinde coram
B venerabili fratre nostro Remensi Archiepiscopo nolait, prout mandavimus, respondere, gravem ad nos querimoniam transmisit. Ideoque vobis præsentium auctoritate injungimus, ut prædictos viros ad resarcienda illata damna præfatu Abbati, & ad restituenda ablata, & ad satisfactionem de illatis injuriis axbibendam, vel ad complementnm justitiæ faciendum, auctoritate nostra monere & districte compellere studeatis: & in supradictis omnibus eum ea maturitate & providentia procedatis, quod exinde diligentia & sollicitudo vestra valeat non immerito commendari, & nos discretioni vestræ confidentius
C neguiia Ecclesiastica committere valeamus. Datum Tuscul. ix. Kal. Martii.

Epistola XXIX.

Alexander Papa III. Petro Abbati, & fratribns S. Remigii Remensis.

Frescengiarum remissionem, eorum monasterio factam ab Archiepiscopo Remensi ratam habet,

RAtionabiles & honestas petitiones gratanti animo debemus admittere, & vota quæ a rationis tramite non discordant, prosequente effectu complere. Relatum est siquidem auribus nostris, quod cum singulis annia duas procnra-
D tiones, nnam in depositiona sancti Remigii, & alteram in translatione ipsius Remensi Arebiepiscopo debeatis persulvere, & singulis quibusque certis nnmetis & mensnris distinctis, de frescengiatum [b] pretio nulla æstimatio facta fuisset, venerabilis frater noster Henricus Remensis Archiepiscopus molestiam & inquietationem, qnam inde habebatis, pia consideratione respiciens, vobis & monasterio vestrn frescengias omnino remisit: ita sane quod in depositione beati Remigii quinquaginta solidos Remensis monetæ, & totidem in translatione ipsius Remensibns Archiepiscopis annuatim solvere teneamini. Qnam utique remissionem, quemadmodum a prædicto Archiepiscopo facta est, & sigilli sui mu-
E nimine roborata ut firmam & ratam habeatis, eam auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Tuscul. VIII. Kalend. Martii.

---

a *Guidoni Abbati S. Nicasii*) Lib. v. epistolarum Petri Cellensis epist. xiv.

b *Frescengiarum*) Friscingæ dicuntur lib. iv. cap. lxxi. quamquam ibi etism codices nonnulli friskingas legunt. Varie enim scribitur hoc nomen. Quid vero significet, docuit Pr. Pithœus in Glossario.

EPISTOLA XXX.

Alexander Papa III. Silvanectensi Episcopo, & Abbati S. Remigii Remensis.

Ne monachi S. Remigii de Brana fratribus S. Mariæ de Brana sint molesti.

AD audientiam Apostolicæ sedis noveritis fuisse perlatum, monachos S. Remigii [a] de Brana religiosis viris Abbati & fratribus sanctæ Mariæ de Brana, districtius inhibere, na familiam Comitis & Comitissæ de Brana ad aliqua
a audeant recipere sacramenta. Unde qaoniam indecens ast eis & iahonestum aliqnos indebitis fatigare molestiis, qui in religionis habitu elegerunt Domino deservire, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus prædictos monachos moueatis, & auctoritate nostra compellatis, ut nulla ratione contra aatiquam Comitis vel Comitissæ familiam, vel milites castri, aut supervenientes, sive uxores eorum, aut liberos, vel familias suas, ad Ecclesiam illorum accedere, & ibidem Ecclesiastica suscipere sacramenta prohibeaat; aut in præsentia vestra quod justitia dictaverit exequi non postpoaaat. Nos enim ais dedimus in mandatis, ut coram vobis alterum prædictorum exsequantur. Datum Tuscul. 11. Kal. Decemb.

EPISTOLA XXXI.

Alexander Papa III. Silvanectensi Episcopo, & Abbati S. Remigii Remensis.

Ut Fratres Corbeienses restituant decimam ablatam fratribus S. Mariæ de Brana.

DIlecti filii nostri Abbas & fratres Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Brana traasmissa nobis relatione monstrarunt, quod eis dilecti filii nostri Abbas & fratres [b] Corbeienses quandam non dubitaruot decimam contra jus æquitatis auferre. Uade quoniam sicut nobis ex voluntate di-
b viaæ providentiæ Ecclesiarum omnium sollicitudo iacumbit, sic quoque unicuique in suo jura providere tenemur; & quæ inordinate aut enormiter fiunt consideratione iajuncti nobis officii, compellimur ad statum rectitudinis revocare, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus Corbeiensem Abbatem & fratres ejus moneatis, & districte compellatis, ut eidem Abbati & fratribus præscriptam decimam postposita occasione restituant, & ia pace dimittant, vel sub vestræ discretionis examine plenam exinde sibi justitiam exhibeant. Si autem causam potius iatrare decreverint, quam decimam restituere, vos ia uaum convenientes, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, eandem causam, sublato appellationis remedio, concordia vel mediante justitia decidatis.

Item ut restituatur idem monasterio decima vendita quondam ab Abbate.

Præterea, sicut ex transmissa insinuatione ejusdem Abbatis & fratrum auribus nostris innotuit, Roduisus quoodam Abbas prædictæ Ecclesiæ, [c] monachis sancti Leodegarii quandam decimam vendidit, propter quod eadem Eccle-
c sia grave & enorme patitur detrimentum. Quia vero contractus ille pravos & simoniacus fuit, & principales personæ vendentis scilicet & emeatis, si superstareat, perpetua deberent de-
A positione damnari, nihilominus vobis injungimus, ut eosdem monachos monere & districte compellere studeatis, quod recepto pretio illis decimam ipsam appellatione remota restituant, & in pace dimittant: quia non est conveniens, aut consentaneum rationi, ut una Ecclesia locupletari debeat de aliena jactura. His vero qui tam perniciosum & detestabilem contractum fecerunt, talem si supersunt pœnam infligatis, quod alii, qui hoc audierint, metum habeant similia præsumendi. Datum Tuscul. 11. Kal. Decemb.

EPISTOLA XXXII.

B *Alexander Papa III. Ambianensi & Tornacensi Episcopis, Abbati S. Remigii Remensis.*

Ut judicent de controversiis Abbatis de Brana, & militis cujusdam.

EX traasmissa conquestione dilectorum filiorum nostrorum Abbatis & fratrum Ecclesiæ de Brana auribus nostris innotuit, quod Joannes miles de Hostel eis quatuor modios frumenti & novem avenæ, & quiaque sextarios ad mensuram Suessionis violenter abstulit, & in curia eorum XII. modios vini, & in vinea sua duos accipere ausu temeritatis præsumpsit. Præterea quia illos vineam suam tempore suo vindemiare prohibuit, ipsis damnum intulit sex modiorum vini, & eos sextarium frumenti & di-
C midium, quem monachi sancti Nicolai de Nemore singulis aanis eis solvebant, tribus annis amittere fecit: & in nemore suo damnum ad æstimationem LX. librarum illis inferens, terram in qua duos modios uno sextario minus seminare solebant, & terram etiam Roberti filii Widelæ, XX. & VII. sextarios vinagiorum, quæ idem Robertus assensu Beraeri domini terræ eis sub annuo censu unius modii frumenti dederat, illicite auferre non dubitavit. Insuper quoque terram quandam, quam longo tempore possederant, & sumptibus quadraginta librarum exstirpaverant, per violentiam occupavit; & illis multas alias molestias, injurias, gravamina, & persecutiones, & damna irrogata noa formi-
D davit. Unde quoniam ex parta prædicti Joannis nobis fuit jampridem relatum, quod cum ipse & præfatus Abbas super quibusdam possessionibus, pratis videlicet, terris, & vineis in certas pariter compromisissent personas, & personæ illæ arbitratæ inter eos fuissent, Abbas in parte earum recepit arbitrium, & in parte refutavit, nos utrique in suo volentes jure adesse, tibi frater Tornacensis mandavimus, ut prædictum Abbatem moneres ad arbitrium illud inconcusse tenendum. Quia vero nobis est nunc intimatum, quod non Abbas, sed miles ab arbitrio resilivit, discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus in
E unum pariter convenientes, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, ipsos monentes propensius, & mandantes, ut arbitrium super possessionibus illis, super quibus in arbitros spontanee compromiserunt, firmiter & inconcussa observent. Si autem arbitrio stare noluerint, & fidejussores eos non potuerint de jure compellere ad ipsum servan-

a *De Brana*) Oppidum est ad Vidulæ amnem in pago Suessionico. Ibi ergo cœnobia quæ commemorat, & honor Comitatus, quem præcipue illustravit Joannes de Brana, rex Hierosolymitanus.

b *Corbeienses*) Nobile in primis est Monasterium ad Somonam fluvium in Ambianensium diœcesi. Antiquam Corbeiam vocant, ut distinguatur a Saxonica, quæ multo recentior originem duxit a Gallica.

c *Monachis S. Leodegarii*) Ordinis S. Augustini apud Suessiones.

dum,

dum, vos tam super iis, de quibus arbitratum est inter eos, quam super aliis de quibus inter ipsos hinc inde quæstio vertitur, causam studiosius audire, & eam amicabili compositione, vel mediante justitia, sine personarum acceptione terminare curetis. Ita quidem quod quæcunque memoratus Joannes eidem Abbati & fratribus per violentiam abstulit, super quibus non fuit arbitratum, ipsum ea reddere appellatione postposita compellatis. Si autem præfatus Joannes a vobis citatus ad præsentiam vestram accedere, vel judicio vestro parere contempserit, eum appellatione & occasione remota excommunicationis vinculo innodetis, & in terra in qua habitat omnia divina, præter baptisma parvulorum, & pœnitentias morientium, prohibeatis officia celebrari. Si qua tamen partium duxerit appellandum, vos rationes & allegationes, quæ hinc inde producentur in medium, diligenter & sollicite audientes, testes quos utraque pars produxerit, appellatione remota, recipiatis, & eorundem juratorum depositiones fideliter conscribere, & nobis sub sigillo vestro clausas mittere studeatis: terminum utrique parti congruum præfigentes, quo debeant se cum ipsis attestationibus Apostolico conspectui præsentare. Ceterum si vos tres huic negotio non potueritis simul interesse, tu frater Tornacensis, cum altero vestrum, hæc quæ dicta sunt maturius exequamini. Datum Tusculani II. Kalend. Decemb.

Epistola XXXIII.

Alexander Papa III. Abbati & fratribus Corbeiensibus.

Ut Monasterio de Brana decimam ablatam restituant.

Dilecti filii nostri Abbas & fratres sanctæ Mariæ de Brana, transmissa nobis relatione monstrarunt, quod vos eis quandam non dubitatis contra juris æquitatem auferre decimam. Unde quoniam sicut nobis ex voluntate divinæ providentiæ Ecclesiarum omnium sollicitudo incumbit, sic quoque unicuique in suo jure providere tenemur, & quæ inordinate aut enormiter fiunt, consideratione injuncti nobis officii compellimur ad statum rectitudinis revocare, nos venerabili fratri nostro Silvanectensi Episcopo, & dilecto filio Abbati S. Remigii Remensis hujus rei causam commisimus audiendam, & appellatione remota mediante justitia terminandam. Ideoque per Apostolica vobis scripta mandamus, quatinus jam dictis Abbati & fratribus præscriptam decimam restituatis, & in pace dimittatis; vel in præsentia prædictorum judicum plenam exinde justitiam, sublato appellationis remedio, exhibeatis, eorum super hoc judicium suscepturi & inviolabiliter observaturi. Datum Tuscul. II. Kalend. Decemb.

Epistola XXXIV.

Alexander Papa III. Abbati sancti Remigii, & B. Archidiacono Remensi.

Litem judicandam committit.

Causam quæ inter Warinum de Wimericurt, & sororem uxoris suæ, super quodam reddiu, cujus partem præfata mulier ad se jure hereditario asserit pertinere, in præsentia venerabilis fratris nostri Remensis Archiepiscopi diutius est agitata, & ad nos per appellationem delata, experientiæ vestræ committimus audiendam, & appellatione remota fine congruo terminandam. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus cum exinde requisiti fueritis, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde diligenter auditis & cognitis, eandem causam, sublato appellationis remedio, concordia, vel mediante justitia decidatis. Datum Tuscul. x. Kalend. Novembris.

Epistola XXXV.

Alexander Papa III. Abbati sancti Remigii, & Fulconi Decano Remensi.

Ut causæ Abbatis Dervensis, & Clericorum S. Nicolai Catalaunensis, sint judices.

Significaverunt nobis dilecti filii nostri Abbas & fratres Dervenses, quod cum causam, quæ inter eos & clericos sancti Nicolai Catalaunensis super Ecclesia campi Alberti vertitur, venerabili fratri nostro Remensi Archiepiscopo commiserimus terminandam, idem Archiepiscopus causam ipsam magistro R. Remensi Canonico delegavit. Cum autem in præsentia ipsius Canonici utraque pars constituta fuisset, prædicti clerici testes minus idoneos produxerunt super decimis campi Alberti, quas sibi vendicare nitebantur. Prædictus vero Abbas alios testes idoneos coram eodem Canonico ad prænominatos testes reprobandos produxit, quos sicut asserit, idem Canonicus recipere noluit: sed causam ipsam intendebat protrahere, & utramque partem sumptuosis contentionibus fatigare. Unde idem Abbas se credens in hac parte gravari, ad nostram audientiam appellavit, & appellationi suæ proxime præteritas octavas purificationis beatæ Mariæ terminum præfixit. Quoniam igitur propter absentiam partium non potuimus de causa cognoscere, eam experientiæ vestræ committimus, discretioni vestræ mandantes, quatinus utraque parte ante vestram præsentiam convocata, eandem causam studiosius audiatis, & eam infra XL. dies post harum susceptionem, sublato appellationis remedio, fine debito terminetis. Si vero eadem causa alii est forte commissa, vos duo vel unus vestrum cum eo vel eis quibus commissa est conveniatis, & literis istis, sive aliis, si quæ super eadem causa sunt impetratæ, diligenter inspectis, neutris literis præjudicantibus veritati, causam ipsam concordia vel judicio, appellatione postposita, terminetis. Datum Tuscul. II. Non. Aprilis.

Epistola XXXVI.

Alexander Papa III. Abbati sancti Remigii, & Fulconi Decano Remensi.

Ex parte Decani Ambianensis & S. quondam nepotis I. quondam Canonici Ambianensis, auribus nostris innotuit, quod pecuniam, quam [a] Prior de Abbatis villa mutuo accepit, idem Canonicus per manum jam dicti Decani & nepotis sui Ecclesiis & pauperibus pro animæ suæ remedio distribuendam reliquit. Quo defuncto

---

a *Prior de Abbatis villa*) Villa Abbatis initio dicta est, quæ possessio erat Abbatis S. Richarii, titulo Prioratus in agro Pontivo Ambianensis diœcesis ad Somonam. Nunc priscum etiam nomen retinet, postquam ad justæ amplitudinis oppidum excrevit.

cum a prænominato Priore Decanus, & S. pecuniam prætaxatam requirerent, eam noluit sedere: sed diffugia quærens ad nostram audientiam appellavit, qui nec venit, nec aliquem pro se responsalem transmisit. Quia vero periculosum esset cuilibet, nedum viro religioso, pecuniam alterius, & illam maxime quæ pro anima defunctorum Ecclesiis vel pauperibus præcipitur erogari, per violentiam detinere, discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus prædictum Priorem moneatis, & auctoritate nostra districte compellatis, ut præscriptam pecuniam, centum videlicet sexaginta libras, aut parum minus, præfato Decano & S. Ecclesiis & pauperibus, secundum quod prædictus Canonicus disposuit, erogandas integre restituat: vel sub vestræ discretionis examine infra duos menses plenam exinde sibi justitiam appellatione remota exhibeat. Si autem legitime monitus neutrum horum efficere voluerit, in eum canonicam non differatis exercere censuram. Datum Tuscul. XVIII. Kal.

EPISTOLA XXXVII.

Alexander Papa III. Abbati S. Remigii, & B. Archidiacono Remensi.

Admoneant Suessionensem Episcopum ut Subdiaconum sibi præsentatum investire de Ecclesia S. Medardi ne amplius recuset; alioquin ipsi investiant.

CONstitutus in præsentia nostra O. subdiaconus, præsentium lator, supplici nobis relatione proposuit; quod cum dilectus filius noster Abbas sancti Petri Catalaunensis eum ordinandum in Ecclesia sancti Medardi, quæ ad suam dicitur Ecclesiam pertinere, de assensu Capituli sui venerabili fratri nostro Suessionensi Episcopo præsentasset, ut eum de prædicta Ecclesia investiret, & animarum sibi curam committeret, & memoratus Episcopus ea facere recusavit. Verum quia indecens est & penitus obvium rationi, ut prænominato subdiacono, nisi pro manifesta & rationabili causa, plebis cura denegetur, discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus infra XL. dies post harum susceptionem, prædictum Episcopum monere ac propensius inducere studeatis, ut prædictum subdiaconum de præscripta Ecclesia investiat, & animarum sibi curam committat, aut quare id facere non debeat, coram vobis rationabilem causam ostendat. Quod si monitis vestris obtemperare contempserit, vos nostra freti auctoritate sæpe dictum subdiaconum omni dilatione & appellatione cessante, de præscripta Ecclesia investiatis, & animarum sibi curam committatis: ita quidem, quod memorato Episcopo de plebis cura, prædicto vero Abbati de temporalibus debeat respondere. Datum Tuscul. XII. Non. Febr.

EPISTOLA XXXVIII.

Alexander Papa III. Abbati S. Remigii, & Falconi Decano Remensi.

Causam duarum mulierum judicandam committit.

EX transmissa conquestione pauperum domus de Vitriaco ad audientiam pervenit, quod cum R. mulier M. mulierem pro quadam domo, quam iidem pauperes ad se asserunt rationabiliter pertinere, coram Archidiacono Catalaunensi traxisset in causam, & Archidiaconus pro eadem R. exinde diffinitionis sententiam tulisset, præfata M. ad venerabilis fratris nostri Henrici Remensis Archiepiscopi, R. vero ad nostram audientiam appellavit. Quia vero responsali prædictæ R. veniente, altera pars nec venit, nec aliquem pro se responsalem transmisit, experientiæ vestræ causam ipsam committimus audiendam, & fine debito terminandam. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus, cum exinde requisiti fueritis, in unum pariter convenientes, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, eandem causam, sublato appellationis remedio, mediante justitia terminetis. Datum Tusculan. VIII. Kal. Apr.

EPISTOLA XXXIX.

Alexander Papa III. Abbati sancti Remigii, & B. Archidiacono Remensi.

QUerelam I. Clerici præsentium latoris accepimus, quod I. de Hospitio circiter VI. libras sibi contradicit exsolvere, quas in præsentia multorum ei se debere publice recognovit, & alia plura incommoda sibi non dubitat irrogare. *Ut debita clerica pecunia restituatur.* Unde quia universis ex officii nostri debito in suo jure tenemur adesse, discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus prædictum I. de Hospitio monere curetis, & auctoritate nostra districte compellere, ut jam dicto clerico præscriptam pecuniam sine molestia & diminutione restituat, & de illatis injuriis congrue satisfaciat, aut exinde sibi sub examine vestro, sublato appellationis remedio, justitiæ non differat plenitudinem exhibere, & vos causam audiatis & appellatione cessante fine debito terminetis. Datum Tusculani VI. Kal. Maii.

EPISTOLA XL.

Alexander Papa III. Abbati S. Remigii, & Decano Remensi.

DIlectus filius noster [a] A. Aquicinensis Ecclesiæ Abbas, transmissis nobis literis intimavit, quod monachi de Gardo inter alias oppressiones & injurias, quas illi & Ecclesiæ suæ irreverenter dicuntur inferre, eis quandam decimam terræ Viconiensis ad ipsos rationabiliter pertinentis, injuste auferre præsumunt. *Ut damna Aquicinensi monasterio illata reparentur.*

Abbatissa vero & moniales sancti Michaelis Vurlensis quandam Ecclesiam suam, sancti Martini videlicet, parrochianis suis spoliant, & jura ipsius illicite sibi usurpantes, parrochianos præfati Abbatis pro suis excessibus excommunicatos, & ab Ecclesiæ liminibus sequestratos, ad divina officia recipiunt, & defunctis exhibent sepulturam. *Ut Abbatissa S. Michaelis excommunicatis sepulturam non prabeat; si prabuit, extumulet.* Unde quoniam viris religiosis perniciosum existit ea committere, quæ pericula pariunt animarum, discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus infra XX. dies post harum susceptionem

[a] *A. Aquicinensis Abbas*) Alexander. Auctarium Sigeberti a Miræo editum. *anno M. C. LXX. obiit Balduinus IV. Comes Haginoensis, & ab Alexandro Abbate Aquicinensi in Ecclesia S. VValdetrudis sepelitur.* Monasterium est ordinis S. Benedicti in diœcesi Atrebatensi, in qua & ager Viconiensis.

prænominatas personas moneatis, & districte compellatis, ut prædicto Abbati & Ecclesiæ suæ jura sua integra & illibata dimittant, & ablata sine molestia & difficultate restituant, vel in præsentia vestra suæ justitiæ plenitudinem appellatione remota exhibeant. Ad hæc quoniam Ecclesiastica sacramenta eis penitus sunt denegauda, qui a communione fidelium suis peccatis sunt exigentibus sequestrati, nihilominus præsentium auctoritate injungimus, ut præfatæ Abbatissæ & monialibus sancti Michaelis, sub pœna ordinis & officii sui prohibeatis, ne quoslibet excommunicatos ad divina officia vel sepulturam recipere audeant, & si quos excommunicationis vinculo innodatos sepelierunt, eosappellatione & occasione remota detumulare & de cœmiterio ejicere non postponant. Datum Tusc. v. Idus Novemb.

EPISTOLA XLI.

Alexander Papa III. Abbati S. Remigii Remeasis, & Priori S. Martini de Campis.

Causam Abbatum duorum judicandam committit.

EX transmissa conquestione [a] G. Abbatis de Gardo ad aures nostras pervenit, quod Abbas & Canonici Ecclesiæ sancti Petri de Serenicurt monasterium suum quadam terra injuste propter mutationem ministrantium spoliarunt, & ipsam illicite detinent occupatam. Quia vero inter viros religiosos non debet dissensionis scrupulus remanere, nut materia jurgiorum, quos quieti convenit supernæ contemplationis vacare: vobis, de quorum prudentia & honestate confidimus, causam ipsam committimus audiendam, & fine debito terminandam. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus cum exinde requisiti fueritis, in unum pariter convenientes, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, eandem causam infra duos menses sublato appellationis remedio, concordia, vel mediante justitia decidatis. Ita quidem quod si vobis constiterit prædictum Abbatem a præscriptæ terræ fuisse possessione contra rationem ejectum, ei prius possessionem ipsam appellatione remota faciatis restitui. Si vero huic rei vos ambo interesse non poteritis, alter non minus in eadem causa procedat. Datum Tuscul. IX. Kalend. Decemb.

EPISTOLA XLII.

Alexander Papa III. Præposito & Decano Remensi.

Ut Decimæ restituantur clerico, cui eas pater suus olim emptas, eleemosynæ nomine dederat.

EX transmissa conquestione Stephani clerici de Roi accepimus, quod cum pater suus quasdam decimas, quas jure hereditario possidebat, volens peccati maculam evitare, sibi eleemosynam dedisset, Radulfus Traditor eas ausu temerario sibi vendicare præsumpsit. Cumque memoratus clericus præfatum R. in præsentia venerabilis fratris nostri Archiepiscopi vestri convenisset, ut coram eo justitiam obtineret, compulsus est ad nostram audientiam appellare. Verum licet pater suus eas de jure sibi dare non potuisset, quia tamen tutius ut idem clericus ipsas habeat, quam ad laicum devolvantur, discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus si ita est, infra XL. dies post harum susceptionem, memoratum R. moneatis, & districte compellatis, ut perceptas decimas prænominato clerico sine diminutione restituat, & de percipiendis nullam sibi molestiam inferat, vel gravamen: ita tamen quod post decessum prædicti clerici præscriptæ decimæ Ecclesiæ, ad quam de jure pertinere noscuntur, restitui debeant, pacificeque dimitti. Quod si monitis nostris parere contempserit, ipsum usque ad earumdem restitutionem excommunicationis vinculo omni appellatione remota astringatis. Datum Tuscul. III. Idus Jun.

EPISTOLA XLIII.

Alexander Papa III. Abbati & Capitulo sancti Remigii.

Ut M. clerico provideant de aliquo beneficio Ecclesiastico.

PAstoralis cura & sollicitudo, quam licet immeriti disponente Domino gerimus, nos admonet propensius & hortatur, pro viris Ecclesiasticis, & præsertim pro his qui nullum habent Ecclesiasticum beneficium, & sunt bonæ opinionis & famæ, sollicitos semper & studiosos existere, & Ecclesiarum prælatos ut eis in competentibus beneficiis provideant propensius invitare. Hac itaque ratione inducti, & de vestra nihilominus devotione confisi, pro dilecto filio nostro M. clerico, latore præsentium, qui asserit se omnino Ecclesiæ vestræ devotum, cujus mores & conversationem dilecti filii nostri fratres militiæ Templi, circa quos est conversatus, plurimum commendant, caritati vestræ preces affectuosas porrigimus, devotionem vestram per Apostolica scripta rogantes attentius, monentes, atque mandantes, quatinus eidem clerico, divini amoris intuitu, & pro reverentia beati Petri ac nostra, in aliquo Ecclesiastico beneficio sibi competenti, unde vitæ necessaria in vestra semper devotione possit honeste percipere, liberaliter provideatis: ut liberalitas & devotio vestra exinde commendabilis debeat apparere: nos quoque vobis, propter hoc uberes gratiarum actiones exsolventes, preces, & petitiones vestras, cum se oportunitas obtulerit, libentius & efficacius admittamus. Datum Tuscul. v. Idus August.

EPISTOLA XLIV.

Alexander Papa III. Remorum Archiepiscopo.

Ut cuique idoneo liceat scholas regere.

DIlectus filius noster Abbas sancti Petri de Montibus transmissa nobis relatione monstravit, quod Magister scholarum Catalaunensis Ecclesiæ in terra jam dicti Abbatis sibi scholarum magisterium vindicat, & nullum per Abbatem ibi regere scholas permittit. Unde quoniam cum donum Dei scit scientia literarum, [b] liberum debet esse cuique talentum gra-

a *G. Abbatis de Gardo*) Ordinis Cisterciensis in diœcesi Ambianensi, ad quam etiam pertinet Abbatia Serenicurtis ordinis Præmonstratensis.

b *Liberum esse debet*) Quod de Magistris hoc loco censet Alexander III. id ipsum de Scholaribus statuit Alexander IV. pro Dominicanorum scholis in hæc verba scribens Episcopo Parisiensi: *Insuper statuimus, ut scholares omnes tam religiosi de Prælatorum suorum licentia Parisiis gratia studii quandolibet commorantes, quam etiam sæculares, ubicumque voluerint lectionibus vel prædicationibus audiendis, sive quæstionibus disputandis libere valeant interesse.*

tiæ cui voluerit elocare, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus tam Abbati quam Magistro scholarum præcipias, ne aliquem probum & literatum virum regere scholas in civitate, vel suburbiis, ubi voluerit, aliqua ratione prohibeant, vel interdicere qualibet occasione præsumant. Non enim debet vænale exponi, quod munere gratiæ cœlestis acquiritur: sed gratis debet omnibus exhiberi, ut impleatur quod scriptum est, Gratis accepistis, gratis date. Verum licet idem Magister scholarum illud sibi forte in civitate ipsa obtentu pravæ consuetudinis vendicet, hoc in terra Abbatis non potest aliquatenus vendicare. Datum Tuscul. Idib. Julii.

Epistola XLV.

Alexander Papa III. Clarevallensi, & sancti Remigii Abbatibus.

Ut Dervense monasterium reforment.

CUm dilectum filium nostrum Dervensem Abbatem super dilapidatione bonorum monasterii sui, & dissolutione, quam per eundem Abbatem audiveramus jampridem factam fuisse, ad rationem posuissemus, ipse se super his coram nobis & fratribus nostris prudenter & laudabiliter excusavit, afferens quod cum [a] multitudo Brebentionum partem quandam terræ monasterii sui hostiliter invasisset, & ad reliquam occupandam intenderet, coactus est debita plura contrahere, ut terram ipsius monasterii posset ab illius iniquæ gentis manibus liberare. Adjecit insuper, quod reditus ejusdem monasterii quibusdam personis assignavit, ut ex his eadem debita persolvantur, & quod nec in his culpa sua gravatum sit idem monasterium, nec in aliis dissolutum. Ceterum quoniam hæc nobis non constant, horum cognitionem & correctionem experientiæ vestræ, de qua plene confidimus, duximus committendam, discretioni vestræ præsentium auctoritate mandantes, quatinus ad monasterium ipsum pariter accedentes, rei veritatem diligenter & sollicite inquiratis, & quæ in Abbate, vel monachis inveneritis corrigenda, auctoritate nostra, sublato appellationis remedio, adhibita gravitate & modestia corrigatis. Quod si noveritis monasterio expedire, ut aliqui ex monachis ipsius loci amoveantur, eos inde auctoritate nostra, appellatione cessante, amovere minime differatis, & alios de religiosis illic instituatis: ita super his diligentes & providi existentes, quod studio & diligentia vestra in meliorem statum jam dictum monasterium auctore Domino reformetur, & sollicitudo ac vigilantia vestra præconio multæ digna commendationis existat. Reditus vero ipsius monasterii personis, quibus pro solutione debitorum sunt assignati, si solutioni debitorum convenienter non intendunt, nec eosdem reditus bene dispensant, auctoritate Apostolica auferatis, & eos personis aliis cum consilio Abbatis & fratrum monasterii, qui magis providi sint & discreti, assignare curetis: per quorum studium & providentiam celerius & convenientius eadem debita persolvantur. Si qui autem ex ipsis Abbas & monachi vobis in his contumaces fuerint, vel rebelles, quo minus mandatum nostrum in hac parte adimplere possitis, inensauctoritate nostra, sublato appellationis remedio, canonicam sententiam proferatis: quia nos sententiam, quam in ipso canonice protuleritis, auctore Domino ratam & firmam habebimus. Datum Tusculani v. Kalend. Junii.

Epistola XLVI.

Alexander Papa III. Abbati sancti Remigii, & Fulconi Decano Remensi.

Litem judicandam committit.

COnstitutus in præsentia nostra Constantius subdiaconus lator præsentium sua nobis conquestione monstravit, quod G. de Poegni quandam domum suam sitam in villa de Poegni violenter sibi abstulit, & injuste detinet occupatam. Unde cum uterque esset propter hoc in præsentia dilecti nostri R. Canonici Remensis constitutus, prædictus subdiaconus timens se prægravari, ad nostram audientiam appellavit. Verum quoniam eo veniente altera pars nec venit, nec aliquem pro se responsalem transmisit, causam ipsam experientiæ vestræ, de qua plene confidimus, committimus audiendam, & fine debito terminandam. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus cum exinde requisiti fueritis, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde diligenter auditis & cognitis, eandem causam infra xl. dies post harum susceptionem sublato appellationis remedio, concordia vel justitia terminetis. Datum Tuscul. vi. Kalend. Septemb.

Epistola XLVII.

Alexander Papa III. [a]

Causam judicandam committit.

EX transmissa conquestione Euronii meminimus nos causam quæ inter eundem Euronium & Rolandum vertitur, experientiæ tuæ commisisse. Sed quia sicut accepimus nondum in eadem causa juxta tenorem mandati nostri processisti, prædictus R. falsa suggestione ab Apostolica sede literas obtinuit: Magister Joannes vero prædictum Euronium vinculo excommunicationis innodavit. Quoniam igitur sententia non potest, sicut non debet, tenere, discretioni tuæ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus præfatum Euronium nostra fretus auctoritate, absolutum publice denuncies, & præfatum R. de cetero non audias, neque appellationem ejus ad præsentiam nostram ullo modo recipias, & rei veritate a venerabili fratre nostro Catalaunensi Episcopo diligenter inquisita, R. & Susannam uxorem ejus instanter commoneas, & districte compellas, ut infra viginti dies post harum susceptionem, omni contradictione & appellatione semota, supradicto Euronio res & expensas suas restituant. Si autem moniti tuis obtemperare contempserint, eos vinculo excommunicationis astringas. Postea si idem R. adversus Euronium agere voluerit, coram venerabili fratre nostro Catalaunensi Episcopo ordine judiciario experiatur, &

a *Multitudo Brebentionum*) Qui vel sua sponte, vel alienis auspiciis conducti, per hæc tempora incursantes omnia populabantur, nec Ecclesiis, nec monasteriis parcentes, ut est in Concilio Lateranensi Alexandri Papæ cap. xxvii.

A ipsa causam audiat, & dabito fina decidat. Datum Tusculani VI. Idus August.

Epistola XLVIII.

Alexander Papa III. Abbati sancti Remigii, & Fulconi Decano Remensi.

Causam judicandam committit.

EX parte cujusdam mulieris filiastræ nobilis viri R. militis da Vilario, nostris est auribus intimatum, quod cum ipsa quosdam reditua, qui terragia dicuntur, G. avunculo suo Cannnico Ambianansis Ecclasiæ pro XXX. libris jam pridem pignori obligasset, idem Canonicus redisus ipsos sibi restituere contradicit, licet ultra B sortem suam pleraque deductis expensis recepisse dicatur. Quoniam igitur in laicis, na dum in clericis, detastabila & horrendum axistit usurarum crimen, utpote utriusque testamenti pagina condemnatum, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus utraque parte anta vestram præsentiam convocuta, exinde rei veritatem diligentar inquiratis, & si ita vobis constiterit, memoratum Canonicum moneatis, & nostra auctoritate districte compellatis, ut præscriptos reditus supradictæ mulieri, dilatione & appellatione cessante, sine qualibet axactione restituat, & in pace dimittat. Querelas vero alias, si quæ hinc inda vertuntur, studiosius C audiatis, & eas concordia, vel medianta judicio decidatis. Datum Tusculani IV. No. Maii.

Epistola XLIX.

Alexander Papa III. Abbati S. Remigii, & Falcani Decano Remensi.

Causam judicandam committit.

CAusam quæ inter R. de Vilers, & Amilium militem de Becini super dote uxoris prædicti R. diutius est agitata, & ad nos sicut dicitur per appellationem delata, experientiæ vestræ, da qua plene confidimus, committimus audiendam, & fina debito terminan-D dam. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus postquam exinda requisiti fueritis, utramque partem anta vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis, & cognitis, eandem causam, si vobis constiterit eam ad nos per appellationem delatam fuisse, sublato appellationis remedio, concordia, val medianta justitia decidatis. Nihilominus etiam præsentium vobis auctoritate mandamus, ut alias querelas de quibus vobis adversus se proposuerint audiatis, & eas concordia, vel judicio terminatis. Si autem E huic causæ ambo non potueritis interessa, alter vestrum eidem causæ, prout dictum est, finem imponere non postponat. Datum Tuscalani IV. Non. Maii.

Epistola L.

Alexander Papa III. Abbati sancti Remigii, & Falconi Decano Remensi.

Causam judicandam committit.

EX literis quas nobis venerabilis frater noster Henricus Remensis Archiepiscopus destinavit, evidenter accepimus, quod Balduinus da Aigne Hierosolymam profecturus cuidam furnri suæ viduæ Agneti nomine, quæ in domo sua manebat, tres modios frumenti & unum avenæ de decima sua annuatim percipiendos concessit. Mortuo vero eodem B. in peregrinatione, Girardus de Landas, qui ejusdam Balduini filiam duxerat in uxorem, præfatæ Agneti jam dictos modios frumenti & avenæ violenter auferre non dubitavit. Unde cum idem Girardus ad curiam ipsius Archiepiscopi appellatas, & mulier paritar in ejusdem Archiepiscopi assent præsentia constituti, mulier testes legitimos & idoneos produxit, & adjudicatis sibi prælibatis quatuor modiis, de quibus controversia vertebatur, ab eodam Archiepiscopo in eorundem fuit possessionem inducta. Præterea sicut ex eisdem literis intelleximus, prænominata Agnes aliam adversus eundem Girardum quæstionem proposuit: videlicet quod prætaxatus Balduinus quendam habebat filium de non legitimo matrimonio susceptum, cui cum hereditatem suam non posset conferre, quandam terram de pecunia sua comparavit, quam eidam filio suo donavit, qui cum patre suo iter arripiens eam sæpedictæ Agneti, si forte non rediret, habendam & perpetuo possidendam concessit: quam postmodum memoratus Girardus illi impudenter auferre præsumpsit. Conquesta est insuper eadem mulier, quod super terra nepotis sui sibi dimissa indebita sibi violentia fuit illata. Super quibus cum idem Girardus summonitus & mulier ad diem præfixam in præsentia Archiepiscopi convenissent, & eadem mulier suos vellet testes producere, Girardus ad nostram audientiam appellavit. Quia vero muliere ad nostram præsentiam veniente, altera pars nec venit, nec pro se responsalem transmisit, vobis, de quorum prudentia & honestate confidimus, causam ipsam committimus audiendam, & fine debito terminandam. Inde est quod discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus utramque partem anta vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, super capitulis, da quibus vobis constiterit ad nos appellatum fuisse, controversias & quæstiones sublato appellationis remedio ita studeatis medianta justitia terminare, quod neutra partium pro juris sui defectu debeat merito querelari, nec prælibata cogatur ulterius ad nos exinde laborare. Datum Tuscul. XVI. Kalend. Decemb.

Epistola LI.

Alexander Papa III. Petro Abbati sancti Remigii, & Fulconi Decano Remensi.

De Scholaribus Remensibus, a presbytero injuste excommunicatis, & alias injurias passis.

AUdivimus ex transmissa conquestione quorundam scholarium, qui in Burgo sancti Remigii consistunt, quod cum I. presbyter de Burgo sancti Remigii in die Dominico coram clericis & laicis, postposita modestia clericali, choreas duceret, scholaribus ipsis eundem presbyterum exinde increpantibus & deridentibus, idem presbyter quorumdam favore cum furore & impetu ostium & fenestras scholarum ausu temerario fregit, & in quosdam ex ipsis scholaribus violentas manus injecit, & his injuriis non contentus absque conscientia venerabilis fratri nostri Henrici Remensis Archiepiscopi & officialium suorum, in ipsos non citatos nec confessos proxime sequenti die excommunicationis sententiam promulgavit, quam idem Archiepiscopus fecit prout debuit relaxari. In quo utique iidem scholares libertatem suam plurimum fuisse læsam proponant: cum eam se asserant libertatem habere, ut nullus in eos violentas manus injicere, aut Ecclesiasticam sententiam audeat

promulgare, donec coram magistro suo vellnt justitiæ stare. His siquidem & aliis injuriis prædicti scholares provocati, eundem presbyterum, sicut asserunt, ad nostram præsentiam appellaeunt, sed per se vel per alium nostro se conspectui minime præsentavit. Qaoniam igitur idem presbyter in hoc, si verum est, multipliciter excessisse videtur, nos excessus ejus nolentes, sicut non debemus, incorrectos relinqui, discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus partibus ante vestram præsentiam convocatis, super bis rei veritatem studiosius inquiratis, & si inveneritis prædictum presbyterum ehoreas in conspectu clericorum & laicorum duxisse, & pro tali causa tantam præfatis scholaribus injariam intulisse, aut ipsos ita incaute anathemati subjecisse, ipsum auctoritata nostra, sublato appellationis remedio, de tanta levitate, præsumptione, & audacia dure & aspere puniatis: & si vobis constiterit eum, vel complices suos, in aliquos prædictoram scholarium, qui essent clerici, violentas manus injecisse, ipsos auctoritate Apostolica freti, omni contradictione & appellatione postposita, publica excommunicatos denancietis, & faciatis sicut excommunicatos cautius evitari, donec passis injuriam congrae satisfaciant, & cum vestrarum testimonio literarum Apostolico se conspectui repræsentent: & prohibeatis omnibus, ne præfatos scholares contra libertatem eorum in aliquo molestare audeant vel gravare, quandiu coram magistro suo parati sunt justitiæ stare. Datum Tuscul. vi. Idus Novemb.

EPISTOLA LII.

Alexander Papa III. sancti Remigii, & sancti Dionysii Remensis Abbatibus.

Causam judicandam committit.

CAusam quæ inter G. Remensem & A. mulierem super quadam domo coram dilecto filio nostro B. Archidiacono Remensi diutius ast agitata, & sicut dicitur ad nos per appellationem delata, experientiæ vestræ committimus audiendam, & appellatione remota fine congruo terminandam. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus cum exinde requisiti fueritis, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & si cognoveritis causam ipsam ad nos per appellationem fuisse delatam, rationibus hinc inde diligenter auditis & cognitis, eandem causam, sublato appellationis remedio, concordia vel judicio terminetis. Datum Tuscul. xvi. Kalend. April.

EPISTOLA LIII.

Alexander Papa III. presbyteris & aliis clericis parrochialium Ecclesiarum ad monasterium sancti Petri de Montibus pertinentium.

Ne Parrochianos suos in ecclesiis suis sepeliant, sed in Monasterio S. Petri de Montibus sepeliantur.

PErvenit ad nos, quod cum habitatores parrochiarum vestrarum ex antiqua consuetudine apud monasterium sancti Petri de Montibus consueverunt sepeliri, vos contra consuetudinem illam corpora defunctorum in vestris Ecclesiis sepelitis. Quoniam igitur non decet vos præscripto monasterio quicquam juris subtrahere, cui jura sua sicut devoti filii integra conservare debetis, per Apostolica scripta vobis præcipiendo mandamus, quatinus, si ita est, in Ecclesiis vestris neminem de habitatoribus ipsis ad sepulturam recipere præsumatis, nisi apud vos elegerint sepeliri: nec quemquam de cetero laicum infra muros Ecclesiarum vestrarum sepelire tentetis, quia id indignum esse & ab institutione Ecclesiastica penitus alienum. Datum Tuscul. Non. Febr.

EPISTOLA LIV.

Alexander Papa III. Willelmo Senonensi Archiepiscopo & suffraganeis ejus.

De canonizatione S. Thomæ Cantuar. Archiepiscopi.

REdolet Anglia fragantia & virtute signorum, quæ per merita illius [a] sancti & reverendi viri, Thomæ quondam Cantuariensis Archiepiscopi, omnipotens Dominus operatur, & universa lætatur ubique fidelium Christiana religio: pro eo quod ille, qui est mirabilis & gloriosus in sanctis, sanctum suum post mortem clarificavit: cujus vita laudabilis multa fulsit gloria meritorum, & tandem martyrio consummata est certaminis gloriosi. Quamvis autem de sanctitate ipsius dubitare non possit, qui ejus vitam & laudabilem conversationem attendit, & gloriosam considerat passionem; voluit tamen Salvator & Redemptor noster ejus sanctitatis insignia post mortem suam magnificis irradiare miraculis: ut qui pro ipso insuperabilis virtutis constantia necessitates & pericula pertulit, sui laboris & certaminis in æterna beatitudine cognoscatur ab omnibus suscepisse triumphum. Nos autem auditis innumeris & magnis miraculis, quæ jugiter per illius sancti viri merita fieri universitas narrat fidelium, & super his non sine magno gaudio per dilectos filios nostros Albertum Tit. sancti Laurentii in Lucina, & Theodinum Tit. sancti Vitalis presbyteros Cardin. Apostolicæ sedis legatos, qui eadem miracula tanto perspicacius didicerunt, quanto amplius sunt loco vicini, præcipue certiores effecti, & plurium aliarum personarum testimonio fidem sicut debuimus adhibentes, prædictum Archiepiscopum solemniter in Ecclesia, magno ibidem clericorum & laicorum collegio præsente, in capite jejunii deliberato fratrum nostrorum consilio canonizavimus, ipsumque decrevimus Sanctorum catalogo adscribendum. Universitatem itaque vestram monemus, & auctoritate qua fungimur districte vobis præcipimus, ut natale prædicti gloriosi martyris, die passionis suæ solemniter annis singulis celebretis, & apud ipsum votivis orationibus satagatis peccatorum veniam promereri: ut qui pro Christo in vita exilium & in morte virtutis constantia passionis martyrium pertulit, fidelium jugi supplicatione pulsatus pro nobis apud Dominum intercedat. Datum * Tusculan. iv. Non. April.

** Signiæ in Conc. edit. Labbei.*

---

a *Sancti Thomæ*) Pertinet hæc ad annum Christi M C.LXXII. quo anno relatum in album Sanctorum fuisse S. Thomam monuimus lib. vi. epist. ix. De Alberti item & Theodini Cardinalium legatione dictum eodem libro epist. s.

Epistola LV.

Alexander Papa III. Abbati sancti Remigii, & Decano Remensi.

De controversia Monasterii Virtuensis cum Man. presbytero.

DIlecti filii oostri L. sanctæ Mariæ Virtuensis Abbatis, de quibusdam gravaminibue Ecclesiæ suæ illutis, nuper querelas accepimus, quas taoto citius fine debito volumus terminari, quaoto & Ecclesia mejori paupertute labosat, Abbas Ecclesiæ negotia mious poteſt pro imbecillitate virium sostioere. Questus est eoim qood Man. presbyter Ecclesiam de Alvesiolo, a bonæ memoriæ B. Catalauneosi quondam Episcopo Ecclesiæ Virtuensi concessam, violenter ei præsumpsit auferre; & de restitutione conventus ud appellationis diffugium se dicitur contolisse: sed nec per se, nec per alium præsentiam suam exhibere curavit. Ab Eur. etiam de Coloneio decimas laborum soorum, & censum aoouum domus suæ, & a R. de Coloneio & fratribus ejus terras ad jus ejusdem Ecclesiæ pertinentes cooqueritur iujuste teneri. G. præterea de Bergeriis in molendino apud Clamangiem duodecim annonæ sexterios eidem præsumit uuferre, & sæpe commonitus reddere cootradicit. Unde qoiu plurimum de vestra discretione confidimus, & præfatus Abbas non perum indiget Ecclesiæ præsidio confoveri, per præseutia vobis scriptu mandamus, quatinus supradictos viros, & partem ejusdem Abbatis aute vestram præsentium convocetis, & querelis Ecclesiæ ac rationibus partium inquisitis diligenter & cognitis, ita eis finem debitum imponetis, ut prænominatus Abbas laborare diutius pro defecto justitiæ oon cogatur. Si autem illi aut copiam sui facere, aut judicio vestro stare contempserint, censura eos Ecclesiastica compellatis, Episcopo eoram ex parte nostra denunciantes, nt latam in eos seoteotiam, usque ad coodignam satisfactionem, faciet observari. Porro quia supranominatus M. presbyter appellatiouem suam, ut dicitor, prosequi non coravit, causam illam, si hoc ita constiterit, appelletiooe remota termioeri mandamus. Datum Beneventi v. Idus Febr.

Epistola LVI.

Alexander Papa III. sancti Remigii, & sancti Nicasii Abbatibus.

Causam judicandam committit.

EX traosmisse relatione E. mulierie accepimus, quod cum G. ab ea quioquaginta quinque solidos Remensis monetæ iostenter exigeret, illa proponente quod marito suo, dum esset in patria, idem G. jam dictam pecuniam condonasset, super hoc ad uudientiam venerabilis frutris nostri Remensis Archiepiscopi causa fuit deducta: a cujue examine mulier ad oostram audientiam appellavit. Quia vero muliere nuncium suum destinante, altera pars nec veoit, nec aliquem pro se responsalem transmisit; experientiæ vestræ, de qua plene confidimus, causam ipsam committimus audieodam, & fioe debito terminundum. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus cum exindu fueritis reqoisiti, viris discretis & honestie vobis ascitis, utramque pertem ante vestram præsentiam coovocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, eandem causam appellatione remota mediaote justitie decidatis. Si autem udversarii G. legitime citati ad præseotiam vestram venire, vel judicio vestro parere contempserint, eos auctoritate nostra Ecclesiastica censuru compellatis. Datum Tusculani XIII. Kalend. Junii.

FINIS.



INDEX
RERUM ET VERBORUM.

A

I N D E X

C

D

E

F

G

H

I

K

L

Lingo-

M

N

O

P

Q

R

S

T

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

Scarire

V

Y

INDEX
IN NOTAS.

A

B

Vuu ij

C

D

E

T

V

INDEX
MANUSCRIPTORUM ET AUCTORUM
qui citantur, aut eduntur in Notis.

I N D E X.

F I N I S.

